CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXII

S. AMBROSII OPERA

PARS I

EXAMERON
DE PARADISO
DE CAIN ET ABEL
DE NOE
DE ABRAHAM
DE ISAAC
DE BONO MORTIS

EX RECENSIONE

CAROLI SCHENKL

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY.

LIPSIAE
G. FREYTAG.

MDCCCLXXXXVII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

SANCTI
AMBROSII OPERA

PARS PRIMA

QVA CONTINENTVR LIBRI

EXAMERON
DE PARADISO
DE CAIN ET ABEL
DE NOE
DE ABRAHAM
DE ISAAC
DE BONO MORTIS

RECENSVIT

CAROLVS SCHENKL

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY. LIPSIAE G. FREYTAG.

MDCCCLXXXXVII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

KIRCHENVÄTER-KOMMIS
der Österreichischen Akadem
Wissenschaften

First reprinting, 1962, Johnson Reprint Corportion

Printed in Germany

Lessingdruckerei Wiesbaden

PRAEFATIO.

I.

Ambrosii libri qui hoc uolumine continentur sine dubio maximam certe partem e sermonibus, quos ille ad populum habuit, concinnati sunt. atque in opere quod uocatur Exameron res aperta et manifesta est, cum nouem sermonum, [1]) ex quibus constat, clausulae adhuc integrae seruatae sint. quos sermones sex deinceps diebus recitatos esse adparet ex eis quae p. 204, 3 leguntur: 'qui (sermo) etsi per quinque iam dies non mediocri labore nobis processerit, tamen hodierno die maiore curarum adcrescit faenore'. etenim die primo tertio quinto bini habiti sunt, unus ante alter post meridiem, [2]) dico sermones I II IIII V VII VIII, die altero quarto sexto singuli, sermones III et VI, hi tempore postmeridiano, [3]) et sermo VIIII, id quod suspiceris ex uerbis p. 203, 24 'et fiat mane dies sextus', horis antemeridianis. [4]) sermones autem VII et VIII ita recitatos esse, ut parua tantum orandi intercapedine facta alter alterum continuo exciperet, edocemur eis quae ante sermonem octauum (169, 12) leguntur sine dubio a notario adiecta: 'et

[1]) uides Ambrosium in hac quoque re Basilium, qui nouem sermones εἰς τὴν ἑξαήμερον conscripsit, secutum esse.

[2]) cf. p. 169, 12 et 199, 7.

[3]) cf. 59, 1 et 140, 6.

[4]) Basilii sermones item sex deinceps diebus habiti sunt et quidem die primo quinto sexto bini, I II VI VII VIII VIIII, unus ante alter post meridiem, die secundo tertio quarto singuli, ut uidetur tempore antemeridiano.

cum paulolum conticuisset, iterum sermonem adorsus ait'. unde simul colligitur editionis huius operis fundamentum fuisse exemplar a notario, qui recitata cursim per compendia exceperat, confectum. ac fortasse, cum hic mos ea aetate uiguisse uideatur, aliae quoque Ambrosii orationes eodem modo litteris consignatae sunt. describitur autem sermonibus I et II dies creationis mundi primus, sermonibus IIII et V tertius, sermonibus VII et VIII quintus, sermonibus III VI VIIII dies alter quartus sextus. quam ob rem sermonibus I et II, IIII et V, VII et VIII inter se coniunctis sex totius operis sectiones effectae sunt indicibus talibus qualis est 'dies primus' instructae. has igitur sectiones iam Cassiodorus [1]) librorum nomine significauit, in codicibus autem antiquioribus semper ea quam diximus indicis forma legitur, illa uero qua libri indicantur in codicibus demum saeculo undecimo scriptis reperitur. cum Examero quodam modo conspirant libri de bono mortis, de fuga saeculi, de apologia Dauid, in quibus certe ultimis talis quali sermones claudi solebant doxologia extat. adde quod in opusculo de interpellatione Iob et Dauid et alter et quartus sermo [2]) eiusmodi sollemni precatione concluduntur. in ceteris autem quos primum et alterum huius editionis uolumen complectitur libris nullo loco clausularum illarum uestigium relictum est. quam ob rem ad hanc quaestionem explicandam aliis nobis utendum est argumentis. ac rectissime Maurini (uol. I p. 281) statuerunt librorum de Abraham priorem ex sermonibus ad catechumenos, qui iam nomen ad baptismum dedissent et competentes essent, habitis conflatum esse. qua de re conferas ea quae leguntur 540, 22 'qui ad gratiam baptismatis tenditis' cum eis quae 560, 5 dicta sunt 'quae ad gratiam domini tenditis'. unde cum magna profecto

[1]) Inst. diuin. litt. 1 'deinde sanctus Ambrosius, ut est planus atque suauissimus doctor, exinde sex libros eloquentiae suae more confecit, quos Hexaemeron appellauit'.

[2]) si ordo a Parisiaco 1732 commendatus probatur: sed si Duacensem sequimur, sermo tertius et quartus.

uori specie coniecerunt eandem rem quoque in altero libro esse, quo Ambrosius eos qui prouectioris disciplinae erant altioribus doctrinae sacrae secretis initiare studuit. cum opere de Abraham autem necessitudine quadam coniuncti sunt libri de Isaac, de bono mortis, de Iacob, de Ioseph, denique is qui uolgo de benedictionibus patriarcharum inscribitur. etenim in exordio libri de Isaac ad opus, quo de Abraham agitur, reuocamur itemque primis libri de bono mortis uerbis ad libellum de Isaac. in libri de Ioseph ingressu Ambrosius nos relegat ad libros de Abraham Isaac Iacob seque secundum scripturarum seriem res gestas patriarcharum explicare profitetur. iam uero libros de Iacob ex sermonibus compositos esse uerbis II 5, 23 'sicut audisti legi hodie' confirmatur. neque aliter statui potest de libello, qui de Ioseph inscribitur. nam primum id testantur uerba 1, 1, quibus simul quae ceterorum de patriarchis librorum origo fuerit illustratur: 'de quibus (Abraham Isaac Iacob) mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie sancti Ioseph historia occurrit.' deinde ex eis quae ibi 6, 30. 33. 35 leguntur manifestum est Ambrosium his locis tecte, id quod orationem sacram decebat, Calligonum, praepositum cubiculi Ualentiniani iunioris, significauisse.[1]) adde quod uerbis 6, 30 'meministis certe uerborum meorum' Ambrosius adpellauit audientes atque 7, 38 ita de se locutus est, ut episcopum haec in oratione sacra protulisse ipsis uerbis edoceamur. libro autem de Ioseph, ut in pristinam integritatem restituatur, adiungendus est libellus, qui in codice antiquissimo et quibusdam qui ex eo fluxerunt 'de patriarchis', in ceteris 'de benedictionibus patriarcharum' inscribitur. patet enim sermonem quidem, non librum eis uerbis concludi potuisse, quae in libro de Ioseph ultimo leguntur.[2]) atque Cassiodorum hunc et illum

[1]) cf. M. Ihm Stud. Ambros. Ann. phil. suppl. XVII 16 sq. longe alio modo de eadem re loquitur Ambrosius in epistulae ad Marcellinam sororem, quae in Maurinorum editione est uicesima, sect. 28. ceterum in sect. 28 libri de Ioseph simul Iustinam designari apertum est.

[2]) artiorem inter hunc librum et eum qui de Ioseph inscribitur rationem intercedere iam librarii sensisse uidentur. certe in Parisiaco bybliothecae

tamquam unum opusculum coniunctos legisse mox comprobabitur. porro ex uerbis, quae in libro de Isaac 663, 8 leguntur: 'iam praeteriit hiemps, id est uenit pascha, uenit indulgentia, aduenit remissio peccatorum' non sine ueri specie conicias his quae sane ad locum Cantici 2, 11 interpretandum pertinent simul tempus sermonum,[1]) ex quibus is libellus constat, indicari. ac praeterea orationis indicium continetur uerbis 696, 19 'audisti dudum dicentem'. opusculum autem de bono mortis ex sermonibus concinnatum esse clausula illa in calce adiecta, cuius supra mentionem fecimus, comprobari uidetur. accedamus iam ad librum de Noe, de cuius origine idem suspicari licet. artissimo enim cum libris de Abraham uinculo consociatum esse ea quae in horum prioris fronte legimus testantur: 'quoniam per ordinem huius quoque patriarchae gesta considerare animum subiit'. sed hoc loco nobis occasio oblata esse uidetur, ut de Cassiodori loco, qui Inst. diuin. litt. 1 sanctum Ambrosium de patriarchis septem libros edidisse refert, accuratius disputemus. et cum is c. 5 Ambrosium de Isaac in libro tertio patriarcharum locutum esse dixerit, id primum quaeritur, utrum librum primum et alterum de Abraham tamquam duos in computando esse uoluerit an illos tamquam unum esse et primum locum opusculum de Noe obtinere significauerit. nam quamquam Ambrosius in libri de Ioseph exordio tantum Abraham Isaac Iacob commemorauit, Noe autem non nominauit, tamen hunc quoque patriarchis ab eo adnumeratum esse et per se intellegitur et ex eis quae supra adtulimus elucet. sed si septem

armarii 840 haec inscriptio legitur: 'INCIPIT LIBER II. BEATI AMBROSII DE PATRIARCHIS.' Parisiacus 11624 in libro de Ioseph hanc praebet inscriptionem: 'INCIPIT EIUSDEM LIBER PRIMVS DE IOSEPH', sequitur libellus de benedictionibus patriarcharum inscriptione non adiecta. adde quod in catalogo bybliothecae monasterii Laureshamensis saeculo decimo scripto hi libelli uno indiculo 'de patriarchis libri II' comprehenduntur (cf. Becker Cat. bibl. ant. 37, 292).

[1]) habiti sunt aut ipsa pascae hebdomade aut ea iam transacta in usum eorum qui fonte sacro lustrati erant.

librorum numerum efficere uolumus, statuendum est Cassiodorum tertio libro, quo de Isaac expositum esse dixit, adiunxisse libellum de bono mortis, qui tamquam huius altera pars est, duos libros de Iacob, denique opusculum de Ioseph cum eo, quod nunc de benedictionibus patriarcharum uocatur, coniunctum. [1]) cum igitur certum esse uideatur Cassiodorum in computando duos libros de Iacob quinto et sexto loco posuisse, eandem quoque rationem eum in libris de Abraham numerandis amplexum esse atque ea quae in exordio libri de Ioseph leguntur secutum libellum de Noe a corpore illo, quod patriarcharum nomine significauit, seclusisse probabile est. quodsi c. 6 dicit: 'nam sanctus Ambrosius in libro patriarcharum, ubi de persona Ioseph ipse loquitur, secundum librum Macchabaeorum exempli causa commemorauit', legentes ad sectiones 41 et 42 libri alterius de Iacob delegat, quibus Macchabaeorum laudatio adnexa est. sed mirum sane est eum hoc loco scripsisse 'in libro patriarcharum', cum paulo ante c. 5 accuratius numerum libri uerbis 'in libro tertio patriarcharum' indicauerit, neque ueri simile eum corpus illud libri nomine designauisse. quam ob rem consentaneum esse uidetur 'sexto', quod numero VI scriptum erat, post 'in' excidisse. his igitur expositis iam ad quaestionem quam tractamus expediendam reuersis nobis de opusculo, quod de Cain et Abel inscribitur, agendum est. quod eandem fere sortem quam liber de Ioseph expertum est pessime in duos libros diuisum. qua in re is qui hanc diuisionem instituit disputationis tenorem temere interrupit neque id curauit, ut et libri prioris exitus et alterius exordium apte conformarentur. [2]) utrum autem opusculum de Cain et Abel e sermonibus conflatum sit an iam primitus in legentium usum compositum, certis argumentis prolatis diiudicari non potest. adsurgit sane hic illic oratio neque

[1]) uix enim ueri simile est eum duos de Iacob libros tamquam unum numerauisse et libellum de benedictionibus patriarcharum tamquam peculiarem iuxta illum quo de Ioseph agitur posuisse.

[2]) cf. quae de hac re disputauerunt Maurini uol. I p. 182.

deest color ille atque ornatus, quibus in sermonibus Ambrosius uti solet, sed id eodem iure argumento libri ad animos commouendos aptissimo explicari potest. tamen mihi quidem et hic libellus ad eandem originem, quam ceteri de quibus modo disputauimus libri habuerunt, referendus esse uidetur. contra in toto libro de paradiso tam aridum ac ieiunum dicendi genus est, ut uix credibile sit eum ex sermonibus in unum corpus consociatis natum esse. adde quod totius libri consilium in haereticorum prauis opinionibus refutandis uersatur, qua de re postea exponemus.

II.

Hac quaestione absoluta de temporibus, quibus libri qui hoc uolumine continentur compositi sunt, disputatio instituenda est. cuius rei fundamenta iecerunt Maurini in praefationibus singulis libris praemissis, retractauit quae ab illis exposita sunt et suppleuit M. Ihm Stud. Ambr. p. 13 sqq. atque Exameron se iam senem conscripsisse testatur Ambrosius 127, 17. quod uerbum non ualde premendum esse adparet, cum senes saepius uiri quinquaginta fere annos nati dicantur. adde quod hoc loco pueri senibus opponuntur. sed cum anno fere CCCLXXXVI ab Ambrosio eum morem institutum esse constet,[1]) ut hymni a populo in ecclesiis cantarentur, atque eius cantus non solum duobus Exameri locis mentio fiat (61, 16 et 75, 7), sed etiam 201, 14 Ambrosii hymnus, qui incipit a uerbis 'aeterne rerum conditor', respiciatur,[2]) certum est hunc librum post annum illum conscriptum esse. deinde obserues quaeso III 1, 3 tranquillum ecclesiae statum describi, quae cotidie haereticis et gentibus adfluentibus crescere et augeri dicatur. quibus rebus omnibus eo perdu-

[1]) cf. Ihm p. 35 et 59.
[2]) cf. Ebert Allg. Gesch. der Litt. des Mitt. im Abendl. I² 153.

cimur, ut hunc librum intra annos fere CCCLXXXVI et CCCLXXXX ortum esse statuamus. meminit eius Ambrosius duobus epistularum locis 43, 1 [1]) et 45, 1. [2]) sed cum his epistulis temporis, quo scriptae sunt, nota non insit, nihil inde lucramur ad quaestionem de qua agitur expediendam. immo ex eis quae modo disputauimus lux quaedam adfulget nobis in tempus quo epistulae illae scriptae sunt inquirentibus; utramque enim paulo post Exameron editum scriptam esse probabile est. neque maioris momenti est quod hoc opus post librum de Noe confectum esse intellegitur ex Ex. VI c. 9, quo loco sine dubio Ambrosius ea respexit quae iam antea in illius libri cc. 7 et 8 de corporis humani fabrica disputauerat; nam hunc locum ante illum Exameri scriptum esse nemo puto negabit. ceterum silentio non transmittam quod scite obseruauerunt Maurini ieiunium diebus quibus sermones illi de Genesis capite primo habiti sunt celebratum, cuius mentio fit 59, 6 et 203, 12, non aliud fuisse uideri quam quadragesimae exeuntis; eo enim tempore populum iam mane ad ecclesiam confluxisse neque nisi post solis occasum discessisse. atque aptissime contulerunt ea quae in epistula ad Marcellinam sororem — uicesima est in Maurinorum editione ac scripta anno CCCLXXXV — Ambrosius narrauit; tum enim eodem modo populum mane conuenisse totumque diem in ecclesia transegisse, tum fuisse dies, quibus, ut ait Ambrosius in huius epistulae sectione 28, in ecclesia paenitentia relaxaretur — uides conuenire ea quae in Examero 203, 6 leguntur: 'tempus est, quo celebratur indulgentia peccatorum' —, tum lectum esse Ionae librum (epist. XX s. 25), quod itidem ante sermones VII et VIII habitos factum esse Ambrosius 168, 18 et 203, 22 testatur. atque sollemnes dies pascales eo tempore, quo Ambrosius has orationes habuit, institisse edocemur uerbis 203, 10 'adproperet Iesu domini passio' et 21 'ad corpus Iesu conueniant aquilae peccatorum

[1]) 'Moueri te insinuasti mihi lecto Ἑξαημέρῳ, quod ipse scripsi'.
[2]) 'Lecto Examero utrum Paradisum subtexuerim requirendum putasti'.

ablutione renouata'. primus igitur et alter sermo primo eius hebdomadis die recitati sunt, nonus die sexto ante dominicam.

Libellum de paradiso Ambrosius in epistula ad Sabinum missa (45, 1) se iam dudum scripsisse nondum ueteranum sacerdotem adfirmat. quibus in uerbis 'iam dudum' refertur ad tempus, quod inter huius libri et Exameri editionem intercessit. simul edocemur libellum, cum ab Ambrosio in publicum datum esset, non ad multorum hominum notitiam peruenisse. certe Sabinus ex epistula demum illa comperit Ambrosium eam rem libro singulari illustrauisse. scriptum autem esse hunc libellum ante opusculum de Cain et Abel colligitur ex eis quae in huius opusculi prooemio leguntur: 'de paradiso in superioribus pro captu nostro ut potuimus quod dominus infudit, sensus inuenit digessimus'. nec minus, cum Ambrosius in libri alterius de Abraham exordio 564, 14 nos ad ea reuocet quae in libelli de paradiso sectione 11 exposita sunt, exploratum est hunc illum tempore praecessisse. iam si ea quae in prooemio libri de Cain et Abel scripta sunt inspicimus, patet Ambrosium libello de paradiso absoluto continuo eum quo de fratribus illis geminis expositurus erat adgressum esse. simul ex eis quae in libro de incarnationis dominicae sacramento (sect. 2) leguntur: 'itaque ad istos qui propositi sunt deflectamus agricolas', quibus Cain et Abel significantur, bene coniecerunt Maurini eum quo tempore hunc librum elaborabat — hoc est intra annos CCCLXXX et CCCLXXXIII — opusculum illud in manibus habuisse. denique idem animaduerterunt eis quae extant in libelli de benedictionibus patriarcharum sectione 55 'omne enim sanctum primogenitum, sicut alibi demonstrauimus' respici quae in libri alterius de Cain et Abel sectionibus 7. 8. 13 disputata sunt.

Opusculum de Noe se composuisse Ambrosius testatus est ea aetate, qua maximis grauissimisque sollicitudinibus premebatur. qua de re in exordio haec dixit: 'dignum est ut nos quoque eum (Noe) describamus ad imitationem omnium et

requiescamus in eo ab omni istius mundi sollicitudine, quam cottidie diuersis exagitationibus sustinemus. pudet filiis superuiuere, taedet, cum tot aduersa audiamus carissimorum, lucem hanc carpere: ipsarum ecclesiarum diuersos fluctus tempestatesque uel praesentes subire uel recipere animo quis tam fortis ut patienter ferat'? et paulo post (414, 8) haec adiecit: 'requiescamus etiam ab omni cura terrenae conuersationis, quae corpus nostrum atque animam frequentibus uexat doloribus uitamque adterit'. certe non de barbarorum irruption ac prouinciarum aliquot imperii Romani deuastatione, quae facta est Ualente uicto quamque secutae sunt pestilentia ac fames, hoc loco potissimum agitur, id quod Maurini statuerunt, sed quamquam malorum illorum memoriam animo repetere potuit Ambrosius, tamen ea quae de ecclesiarum turbatione aut iam facta aut modo imminente dicuntur quam maxime urguenda esse uidentur. itaque cum liber de Noe scriptus sit post eum quo de Cain et Abel agitur — conferas quae de Abraham I 1, 1 leguntur: 'quoniam per ordinem huius quoque patriarchae gesta considerare animum subiit'—, ad annos CCCLXXXIII et CCCLXXXIIII reuocamur, qui maximis calamitatibus insignes fuerunt, caede Gratiani, fame et inopia, quibus Italia atque in primis urbs uexabatur, denique controuersiis atque altercationibus ex prauis Priscillianistarum opinionibus natis. atque iam imminebat ecclesiae ab Arianis infestatio, quae mox anno CCCLXXXV Iustina Ualentiniani iunioris matre instigante in grauissimam persecutionem erupit. qua cum re conuenit quod librum de Noe ante opus de officiis ministrorum scriptum esse comprobatur loco de off. I 18, 78, quo ad libri de Noe sectionem 24 delegamur. opus autem illud editum esse post annum CCCLXXXVI duobus eius locis edocemur, I 18, 72 et II 29, 150 sq.

Postquam de Noe historia exposuit Ambrosius, iam ceterorum patriarcharum res gestas serie continua enarrare adgressus est. unde libros de Abraham Isaac Iacob Ioseph eo qui est in sacra scriptura ordine inter se excepisse manifestum est. patet autem id potissimum agi, ut quo tempore libellus

de Ioseph confectus sit eruatur. qua in re expedienda eo adiuuamur quod Ambrosius, cum de duobus regis Pharaonis eunuchis (cf. Gen. 40, 2) disseruit, tribus locis suae aetatis spadonem eiusque sortem quodam modo cum sorte alterius eunuchi comparandam significauit. etenim 6, 30 haec legimus: 'alterius somnium (cf. Gen. 40, 16 sqq.) non libet dicere. meministis certe uerborum meorum, quod etiam tunc refugerim eius interpretationem in eo, cuius exitum refugio, mortem horresco', deinde s. 33: 'et factum est inquit post biennium' (cf. Gen. 41, 1). mentior de hoc nostri spadonis tempore, nisi et dies conuenit . . . sed cito hunc locum praetereat dolor, ne ipsa commemoratione crudescat; ne ipsius quidem sermonis mei meminisse delectat, quem tunc temporis uel effuderit dolor uel extorserit ecclesiae contumelia', denique s. 35: 'et Doec praepositus erat et praepositus regis animalium ad disciplinam mulorum, hoc est spadonum animalium. hic quoque sacerdotem domini detulit et regem fraude conmouit in sacerdotis periculum et hic Syrus erat. num mentior, quando et patria et facta conueniunt? Aman quoque cubiculo regis et ipse praepositus, dum inuadere ecclesias domini inproba temeritate contendit populumque fidelem spoliare ac persequi, grauibus sacrilegia suppliciis expendit'. quem autem hominem his locis significauerit Ambrosius, epistula quam ad Marcellinam sororem anno CCCLXXXV paulo post diem. Iouis ante pascam [1]) scripsit nos edoceri iam supra diximus. ibi enim (s. 28) postquam de imperatoris Ualentiniani iunioris mandatis quoque modo se eius notarius comitesque gessissent exposuit, haec addidit: 'denique etiam speciali expressione Calligonus praepositus cubiculi mihi mandare ausus est: 'me uiuo tu contemnis Ualentinianum? caput tibi tollo'. respondi: 'deus permittat tibi ut impleas quod minaris. ego patiar quod episcopi, tu facies quod spadonis.'' hunc igitur Calligonum, hominem ex Syria oriundum, qui praepositus cubiculi Ualentiniani iunioris fuit, quia quamquam spado stupri consuetudinem cum

[1]) cf. Ihm p. 44.

meretrice habuit, eius confessione conuictum gladio ultore punitum esse rettulit Augustinus contra Iul. Pelag. VI 14, 41. quod factum esse biennio post quam contumeliam illam in Ambrosium effudit atque ipso die redeunte ex eis quae supra adscripsimus manifestum est. simul in huius libri parte, quae uulgo de benedictionibus patriarcharum inscribitur, c. 4 s. 21 mentio inicitur tractatus in euangelium Lucae (cf. III 41), quem annis CCCLXXXVI et CCCLXXXVII compositum esse constat.[1]) iam uero cum loco libelli de Isaac 654, 18 diserte ad expositionem psalmi CXVIII (2, 32 sqq.) reuocemur, quam ante annum CCCLXXXVII uel CCCLXXXVIII absolutam non esse omnes consentiunt[2]), uix a uero aberrabis, si suspicaberis librum de Ioseph anno fere CCCLXXXVIIII uel CCCLXXXX in lucem emissum esse. quodsi in libro de Noe Ambrosius de tempestatibus queritur, quibus tum ecclesia conflictabatur, contra in libello de Isaac 4, 37 plenam ea aetate, qua in hoc conficiendo occupatus erat, in ecclesia tranquillitatem fuisse dicit. occubuisse igitur tunc Maximus uidetur, qui mense Iulio aut Augusto anni CCCLXXXVIII apud Aquileiam a Theodosio deuictus est. utrum denique libri de Iacob ante an post opus de officiis ministrorum[3]) conscripti sint, cum et in libro altero de Iacob ultimo et libri primi de officiis c. 41 s. 202 sqq. Macchabaeorum laudes celebrentur, pro certo diiudicari nequit. tamen mihi ut Ihmio[4]) probabile esse uidetur libros de Iacob tempore praecessisse. quod ut statuam, maxime moueor eis quae de off. I 41, 202 leguntur cum eis quae de Iacob II 11, 48 exposita sunt collatis. unde patet Ambrosium ex amplissima quae loco altero continetur descriptione pauca libauisse. atque eodem modo, ut exemplum proferam, quae uberius explicata sunt de Noe 8, 24 coartata habes Ex. VI 9, 72.[5]) itaque ut summam eorum quae

[1]) cf. Ihm p. 24.
[2]) cf. Ihm p. 24.
[3]) compositum post annum CCCLXXXVI; cf. Ihm p. 26 sq.
[4]) p. 16 adn. 27.
[5]) nullius momenti ad quaestionem de horum librorum temporibus

disputauimus faciamus, opusculum de Noe confectum esse uidetur anno CCCLXXXIIII, deinde annorum fere trium spatio interiecto secuti sunt libri de Abraham, de Isaac, de bono mortis, de Iacob, de Ioseph intra biennium uel triennium conscripti. quibus inter se coniunctis postea corpus effectum est de patriarchis inscriptum, quod iam Cassiodori aetate usu receptum fuisse ex eis quae supra exposuimus colligitur. atque huius extat uestigium aliquod in codicibus, in quibus certe libri de Isaac de bono mortis de Iacob interposito post alterum libello de fuga saeculi consociati leguntur. in aliis his praemissum inuenies librum priorem de Abraham, adiunctos libellos de Ioseph et de benedictionibus patriarcharum

III.

Sed iam ad aliam rem expediendam nos accingamus, ut de librorum qui hoc uolumine continentur compositione et de fontibus quibus Ambrosius usus est exponatur. atque ut ordinem usu receptum sequamur, de eo opere, quod primum locum obtinet, ante omnia animaduertendum est id in libris quibus continetur omnibus Exameron inscribi. Exameron igitur, non Hexaemeron, si quid libris tribuendum est, id uocauisse uidetur Ambrosius, quamquam Basilium forma Ἑξαήμερον usum esse ea quae in codicibus ueluti Parisiaco gr. 1753, quem ipse contuli, praemissa sunt testantur: Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλία α'. [1]). Basilium se imitatum esse in hoc opere conscribendo nullo loco dixit Ambrosius neque eius ullam mentionem

expediendam sunt ea quae de Abraham 527, 15 et 564, 14 leguntur, quibus ad libri alterius de excessu fratris sect. 96 (decessit autem ille a. CCCLXXVIIII, cf. Ihm p. 37) et libri de paradiso sect. 11 reicimur.

[1]) epist. 43, 1 in codicibus legitur ΕΞΑΗΜΕΡω, epist. 45, 1 'Examero' et 'Exameron'.

iniecit, sed rem adfirmauit Hieronymus epist. 84, 7 (XXII 749 *M.*), quo loco haec refert: 'nuper Ambrosius sic Hexaemeron illius (Origenis) compilauit, ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequeretur'. quibus in uerbis nescio an urguendum sit uerbum 'compilauit' ita ut non satis bene de hoc opere Hieronymus existimauisse uideatur. certe in libri de uiris illustribus c. 123 non omnia sibi Ambrosii scripta probari significauit his uerbis: 'de quo (Ambrosium dicit), quia superest, meum iudicium subtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur aut ueritas'. neque a ueri specie abhorret quod Rufinus Apol. in Hier. II 22 sq. (XXI 601 *M.*) tradit, eis quae Hieronymus in praefatione de homiliis in Lucam ad Paulam et Eustochium scripserit de commentario quodam in Lucam, quem illae in uerbis ludere, in sententiis dormitare dixerant, Ambrosii tractatum de euangelio secundum Lucam significari. num uero recte dixerit Hieronymus Ambrosium Origenis Hexaemeron, hoc est Commentarios in Genesim, quorum paucae nunc reliquiae extant,[1]) compilauisse profecto dubitari potest. immo Basilii, cuius sententias tantum eum magis secutum esse Hieronymus refert, opus expilauit ita ut plerumque eius dispositionem sequeretur, multa isdem fere uerbis redderet, longe plura maiore usus uerborum ambitu exprimeret, denique in uniuersum interpretis potius quam scriptóris munere fungeretur.[2]) cum igitur maxima certe ex parte quae hoc opere continentur ad ipsum Basilium uel alios, de quibus mox dicturi sumus, reuocare possimus, iam patet Ambrosium non multa ex Origine sumpsisse atque Hieronymum parum diligenter uel etiam inique

[1]) cf. Harnack 'Die Ueberl. und der Best. der altchr. Litt.' I 343 et Patr. Gr. XII 45 sqq. (*M.*).

[2]) cf. libros Th. Foersteri 'Ambrosius Bischof von Mailand' Hal. Sax. 1884, p. 117 sqq. et I. Kellneri 'Der heilige Ambrosius als Erklärer des alten Testamentes' Ratisbonae 1893, p. 79 sqq. quae ex Basilio sumpta sunt omnia significaui paginis editionis Migneanae indicatis (Patr. Gr. XXVIIII 3), sed cum ea turpissimis operarum mendis inquinata sit, editionis a I. Garnerio curatae quoque paginas adnotatas habes.

de hoc libro iudicauisse. recte animaduertit Foerster p. 115 sq. quaedam eorum quae VI 7, 41 et 44 sq. disputantur cum Origenis sententiis (cf. in Gen. hom. I 13: Patr. Gr. XII 155 sqq. *M.*) conuenire. quodsi porro Ambrosius de Abrah. II 8, 54 Origenem uituperat, quod philosophorum commenta secutus planetarum motu harmoniam suauissimi illius soni caelestis effici adseruerit, non sane improbabile est Origenem de ea re in Hexaemero exposuisse. unde fortasse suspicari licet Ambrosium quoque Ex. II 2, 6 et 7, quo loco illam de sphaerarum harmonia opinionem explosit, Origenem respexisse, quamquam quae ibi extant fere omnia ad Basilium Hex. III 3 et Ciceronem de re publica VI 17 sqq. redire manifestum est. denique quae ab Ambrosio Ex. IIII 4 exposita sunt multis locis conspirant ita cum eis quae apud Procopium Gazaeum Patr. Gr. LXXXVII 92 sq. *M.* leguntur, ut colligere liceat utramque disputationem ex communi fonte, Origenem dico, fluxisse.[1]) iam quod ad Hippolytum adtinet, cum eius commentarius in Hexaemeron[2]) ab Hieronymo de uir. ill. c. 61 commemoratus ad nostram memoriam non peruenerit, nihil statuere licet nisi id quod Ambrosius in sermone primo compluribus locis eius Philosophumena, de quibus uide quae exposuit H. Diels Doxographorum Graecorum p. 144 sqq., in usum suum conuertit.[3]) praeter Hexaemeron Basilii quoque homiliam eius, quae inscribitur εἰς τὸ Πρόσεχε σαυτῷ[4]), sed ea tantum quae capite tertio huius sermonis continentur Ex. VI 7, 42 adhibuit. mirum sane fuisset, si Ambrosius, utpote qui studiosissime Philonem lectitaret, hunc philosophum

[1]) cf. P. Wendland 'Philos Schrift über die Vorsehung' Berolini 1892, p. 26 sqq. adde L. Cohn 'Zur indirecten Ueberlieferung Philo's und der älteren Kirchenväter (Jahrb. für prot. Theol. XVIII 3).

[2]) cf. A. Harnack 'Die Ueberlieferung uud der Bestand der altchristl. Litt.' I 627 adn. 22.

[3]) cf, 3. 4; 4, 2 et 5; 18, 14. quamquam quin etiam compendia talia, qualibus Hippolytus usus est, Ambrosio ad manum fuerint minime dubito. qua de re postea occasione data exponam.

[4]) cf. Patr. Gr. XXXI 197 *M.* (II 16 *G.*)

in Examero non respexisset. ac re uera inueniuntur si non multa, at tamen aliquot uestigia, quibus edocemur hic illic Philonis libros de opificio mundi,[1]) de aeternitate mundi,[2]) de prouidentia,[3]) de uita Moysis[4]) ei ante oculos uersatos esse. his adde eiusdem librum, qui teste Eusebio Hist. eccl. II 18 Ἀλέξανδρος ἢ περὶ τοῦ λόγον ἔχειν τὰ ἄλογα ζῷα inscribitur; nam ex hoc quoque in naturis animalium describendis Ambrosius quaedam hausisse uidetur.[5]) deinde, qua de re me Henricus filius edocuit, bis ad orationem exornandam locos ex altercatione Hadriani et Epicteti siue potius Secundi philosophi (cf. Mullach Fragm. phil. Graec. I 518) intexuit, 74, 2 et 6, ubi maris pulchritudo describitur, et 111, 21 sq., ubi solis laudes celebrantur. ter ex Xenophontis Comm. Socratis l. I c. 4 locos mutuatus est (165, 3; 249, 14; 259, 7), quod caput adulescens ita diligenter legisse uidetur, ut totum memoriter complecteretur. sed exciderat ex eius mente auctoris ipsius memoria, id quod adparet ex eis quae in libro de Noe 8, 24 leguntur. cum enim ibi Philonem Quaest. in Gen. II 6 secutus eundem quem Ex. VI 9, 72 adhibuit locum commemorauisset, Philonis uerbis Σωκράτης φησί deceptus ea Socratem in quodam Platonis libro proferre opinatus est. Ciceronem autem quam studiose lectitauerit multi loci, quibus uerbis

[1]) u. p. 231, 21 quo loco aperte Philo impugnatur; cf. Foerster p. 291, adn. 23. cum Philo saepius binis uel etiam pluribus locis easdem res tractauerit, nonnumquam sane dubitari potest quem locum re uera Ambrosius respexerit. ceterum hic addam me in Philonis locis significandis sectiones quae in E. Richteri editione leguntur indicauisse paginis simul uersibusque editionis Mangeianae adpositis. deinde, ubi editionis a Leopoldo Cohn et Paulo Wendland paratae uolumen primum in manus uenit — tum autem iam non paucae primae partis plagulae et multo plures etiam alterius typis exscriptae erant —, huius paginas et uersus indicaui. uolumen uero alterum utroque demum tomo editionis meae fere absoluto accepi.

[2]) cf. 4, 5.

[3]) cf. 119, 9 et 126, 5.

[4]) cf. 5, 10.

[5]) 212, 23; 219, 3; 222, 8.

eius accitis tamquam luminibus orationem distinxit, documento sunt. hos igitur, ut breuitati consulerem, infra paginarum uersuumque numeris adlatis librorumque indicibus adiectis congessi.[1]) unum tantum accuratius tractabo, ea dico quae p. 68, 10 leguntur. patet hic Timaeum Platonis p. 24 sqq. significari, uerum scriptor forensis, quem Ambrosius commemorat, non Plato est, sed Cicero, qui Platonis Timaeum interpretatus est. quam ob rem haec uerba inter Ciceronis fragmenta recipienda esse puto. quodsi Foerster p. 100 eximiam in Ambrosio rerum naturalium scientiam fuisse censet,[2]) meo sane iudicio in errore uersatur. ne id quidem concedam Ambrosium scriptores Latinos, qui in rebus naturalibus explicandis maxime excelluerunt, omnes legisse. ueluti num Plinii Naturali historiae uel aliquod studium impenderit quam maxime dubito.[3]) uix enim ullo Exameri loco, cum de eisdem rebus agitur, eadem quibus Plinius usus est uerba recurrunt. plurima quae ad rerum naturas describendas pertinent ex Basilio, pauca ex ea quam uita cotidiana suppeditat cognitione hausit, cetera fere omnia ad unum auctorem referenda sunt, Suetonium, et ad unum opus, Prata Suetonii, de quibus luculente exposuit A. Reifferscheid in C. Suetonii Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiarum editione p. 426 sqq. is igitur p. 254 et 443 Giraldi Cambrensis in itinerario Cambriae I 7 usus testimonio comprobauit historiunculam Ex. VI 4, 24 narratam de cane, qui Antiochiae domini caedem ultus est, redire ad Suetonii librum, qui de animantium naturis inscri-

[1]) 4, 2; 44, 14 (Acad.); 6, 13; 119, 9 (de fin.); 79, 12 (Tusc.); 249, 14; 250, 19; 251, 2; 254, 14; 255, 4 (de nat. deor.); 92, 4; 93, 17; 94, 14 et 20 (de sen.); 45, 8 et 24; 46, 1 (de re publ.); 146, 13 (de off. I 97 = Attii Atrei fr. 14 *R.*); 182, 7 (pro Mil.).

[2]) eandem sententiam profert Kellner p. 83.

[3]) itaque si, ubi eaedem res et a Plinio et ab Ambrosio narrantur, infra Plinii locos adposui, non id uolui significare, Ambrosium a Plinio pendere, sed hunc ac nonnumquam alios quoque scriptores, ueluti Aristotelem, propterea commemoraui, ut de fontibus, ex quibus Suetonius sua haurire potuit, iudicium facere liceret. id quod iam ex siglo *cf.*, quo eis locis usus sum, colligitur.

bitur, id est ad Pratorum librum decimum. idem p. 442 sq. haud inepte suspicatus est ea quae de sole Ambrosius dixit 53, 2 'unde frequenter et solem uidemus madidum atque rorantem' et in addendis p. XVIII originationem uerbi 'caelum', quae Ex. II 4, 15 (sqq.) profertur, ex eodem Suetonii opere manauisse. non sane nego Ambrosium alios quoque auctores in rebus naturalibus illustrandis adhibuisse — nam eum Philonis libro usum esse ipse paulo ante adnotaui — sed certe non multos respexit ac magis poetas quam rerum naturae inquisitores. etenim in apibus describendis (V c. 21) eum Uergilium, quem totum memoriter comprehensum mente tenebat et cuius splendidis uerbis intextis in primis in hoc opere orationi suae nitorem impertire studuit, permultis locis imitatum esse non est quod accuratius exponam.[1]) in narratione de Phoenice aue (V 23, 79) obuersatum esse ei Lactantii carmen statuerat S. Brandt, qui de carmine illo Mus. Rhen. XXXXVII 390 sqq. disputauit. nunc autem nos edocuit G. Sanday hanc narrationem ac simul ea quae Ambrosius Expos. psalmi CXVIII s. 10 s. 13 de eadem aue rettulit ex interpretatione Latina prioris epistulae Clementis desumpta esse. confer quae de hac re disseruit A. Harnack Act. acad. Berol. a. 1894 p. 605 sqq.[2])

[1]) si apium descriptionis rationem non habemus, locis plus centum Exameri imitatio Uergiliana — de qua confer utilissimam Ihmii disputationem p. 83 sqq. — conspicitur, Ouidianae pauca sunt et tenuia uestigia. hoc loco addam locos aliquot Uergilianos a Carolo Weyman in censura uoluminis prioris huius partis (cf. Lit. Centralbl. a. 1897, p. 688) indicatos: p. 21, 25 Aen. VI 730; p. 24, 1 Aen. I 301 VI 19; p. 27, 21 Aen. V 11; p. 61, 9 Georg. I 378; p. 75, 6 Georg. II 462; p. 199, 11 Ecl. VIII 88 Georg. III 467; p. 215, 18 Aen. XI 548; p. 218, 17 Aen. III 46 XII 284; p. 244, 17 Aen. VIII 421.

[2]) Clementis locum, ut legentibus interpretationem cum Ambrosii uerbis facile comparare liceat, adponam: c. 25 'uideamus et hanc rem miram, quae fit in regione orientis in loco Arabiae. auis enim quae uocatur fenix et est unica, haec uiuit annis D. quae cum appropiauerit finis mortis eius, facit sibi thecam de ture et myrra et ceteris odoribus et (fortasse: 'et ut') impletum scit esse sibi tempus uitae, ibi intrat et moritur. et de umore carnis eius nascitur uermis, qui ibi enutritur et tempore suo fit pinnatus in auem qualis ante fuerat.' memorabile est uerbum

quin uero V 12, 39, ubi de animalium, in primis auium uocibus locutus est Ambrosius, carmen de philomela (Anth. lat. 762 R.) ante oculos habuerit, nemo puto dubitabit. unde autem ea deprompserit quae VI 4, 21 de fraude refert, qua tigris, dum furore plena catulorum suorum raptorem insequitur, callide decipitur, utrum Suetonio an poeta quodam usus sit, explorari non potest. id quidem certum est eius rei praeter hunc locum apud solum Claudianum de raptu Proserp. III 263 sqq. mentionem fieri. neque a ueri specie abhorret Claudianum haec ex Ambrosio sumpsisse. conferas quaeso quae apud hunc leguntur 217, 19 'imagine sui luditur', 23 'retardat', 218, 2 'cassam uersat imaginem' cum Claudiani uerbis u. 268 'tardatur imagine formae'. adde quod eundem in carmine de Phoenice descriptionem illam, quae Expos. psalmi CXVIII s. 19 s. 13 continetur, respexisse probabile est. haec igitur sufficiant; nam non meum esse puto exponere qualem sacrae scripturae interpretem uel uerbi diuini praeconem Ambrosius se et in Examero et in ceteris quae hoc uolumen complectitur operibus praebuerit, qua de re Foersteri et Kellneri libros inspicias. splendescit sane in his sermonibus Ambrosii ingenium oratorium, ubertas in dicendo, uerborum copia, animus humanitatis plenus, splendescit illa qua abunde instructus erat facultas poetica atque ille quo uigebat naturae pulchritudinis sensus, in quo declarando florida ei eloquentia suppetebat.[1]) mirum profecto est hoc opus ab Augustino, qui totiens Ambrosii libros maximis laudibus extulit, nullo loco commemorari. Hieronymum uno loco[2]) eius mentionem fecisse, sed ita, ut certe laudi non indulgeret, supra diximus. neque ex Ambrosii epistulis ad Horontianum et Sabinum missis

'reparatur' apud Ambrosium 197, 8 cum eo quod Ausonius XXXII 6 *S.* de phoenice dixit 'reparabilis ales' conuenire.

[1]) quamquam uel in hac re multa ad ipsum Basilium redeunt; cf. A. Humboldtii liber qui inscribitur Kosmos uol. II p. 29 ed. a. 1847.

[2]) respexit fortasse hoc opus quoque in epist. 112, 20 (XX 929 *M.*) ad Augustinum missa, qua Ambrosium in quibusdam Origenem secutum esse dixit.

(43, 1 et 45, 1) quo modo illi eo libro lecto adfecti sint compertum habemus, nisi forte ex eo quod posterior ex Ambrosio quaesiuit num Examero librum de paradiso subtexuisset concludere licet opus illud ei probatum esse. Cassiodori locum supra adtulimus. deinde Isidorus permultos Exameri locos aut indicato auctoris nomine aut tacite in libellum de natura rerum recepit [1]) et Baeda in Hexaemeri sui exordio nonnullos respexit. utriusque locos qui huc pertinent in commentario infra adposui, ex ceteris autem qui Ambrosii opus exscripserunt, [2]) ne nimia mole adnotatio obrueretur, hunc uel illum tantum nominaui; nihil enim ad rem criticam administrandam eorum testimonia conferunt. [3])

[1]) usus sum editione, quam curauit G. Becker.

[2]) de Ambrosii in Claudii Marii Uictoris Alethia imitatione Examero respecto exposuit H. Maurer in dissertatione quae inscribitur 'De exemplis quae Cl. M. U. in A. secutus sit' Marpurgi Cattorum a. MDCCCLXXXXVI in lucem emissa p. 13—53. apertae insunt imitationes locorum quorundam Exameri librorumque de Abraham et Ioseph in distichis s. Ambrosii quae olim in basilica Ambrosiana scripta erant a F. Iureto primo editis; cf. dist. 4, 2 et de Abr. I 92 (563, 1), dist. 8, 2 et de Ios. 15 (II 82, 21), dist. 10 et de Ios. 20 et 23 (86, 8 sq.; 89, 4), dist. 12 et de Abr. I 74 (550, 17), dist. 13 et de Abr. I 35 et 37 (529, 12; 530, 18), dist. 21 Ex. V 35 (168, 19). sed de his titulis accuratius in tomo VIII huius editionis disputabitur; nunc uide libellum, qui inscribitur 'Die Ambrosianischen Tituli', Romae a 1896 a Sebastiano Merkle compositum.

[3]) sed ne quis fortasse me uituperet quod locorum in decreto magistri Gratiani adlatorum nullam rationem habuerim, hoc loco utar ad indicem eorum proponendum. nam sane operae pretium esse uidetur eos enotare, ut iis qui librum illum euoluunt facilis huius editionis usus paretur. ac simul addam numeros paginarum editionis ab Aemilio Friedberg curatae cancellis inclusos, qua re non exiguum opinor legentibus adiumentum adferetur. C. 15 qu. 1 c. 6 [747 sq.]: Ex. I 8, 31 p. 32, 14 *illa* . . . 33, 10 *numerauerit* — C. 32 qu. 5 c. 17 [1137] Ex. V 7, 18 p. 153, 25 *horrendus* . . . 154, 7 *exequeris* — C. 33 qu. 5 c. 18 [1255]: Ex. V 7, 18 p. 153, 23 *Adam* . . . 25 *labatur* — D. 2 c. 35 de pen. [1200]: Ex. VI 7, 42 p. 233, 26 *illa* . . . 234, 6 *deposuit* — D. 40 c. 9 [147]: de parad. 4, 24 p. 280, 13 *illud* . . . 18 *inferior inuenitur* — C. 11 qu. 3 c. 92 [669] de parad. 6, 30 p. 286, 23 *non* . . . 24 *praecepto* (cetera de suis dedit collector) — C. 33 qu. 5 c. 20 [1256] de parad. 10, 48 p. 306, 1

nec illud . . . 8 *facultatem* — C. 3 qu. 9 c. 17 [533]: de parad. 12, 56 p. 315, 5 *pura* . . . 9 *addendum est* — D. 2 c. 39 de pen. [1200]: de parad. 13, 63 p. 322, 20 *ut cognouerunt* . . . 22 *uirtutum integumento* — D. 1 c. 38 de pen. [1167]: de parad. 14, 71 p. 329, 15 *non potest* . . . 16 *confessus* — D. 1 c. 47 de pen. [1169]: de parad. 14, 71 p. 328, 20 *serpens* . . . 329, 9 *flagellari* — C. 15, 1, 11 (749): de Cain et Abel II, 4, 15 p. 391, 18 *nec is* . . . 392, 4 *tempus* — C. 32 qu. 1 c. 9 [1117]: de Cain et Abel II 4, 15 p. 392, 4 *cum renunciatur* . . . 7 *copulatur* — D. 1 c. 51 de pen. [1170 sq.]: de Cain et Abel II 4, 15 p. 391, 5 sqq. (repetuntur Ambrosii sententiae uerbis aliquot seruatis) — C. 23 qu. 5 c. 25 [938]: de Abrah. I 3, 17 p. 514, 15 *dicat aliquis* . . . 515, 5 *ualde* — C. 32 qu. 4 c. 3 [1128]: de Abrah. I 4, 23 p. 517, 24 *dixit Sara* . . . 518, 7 *damnauerat;* s. 23 sq. p. 518, 21 *habes* . . . 519, 7 *praetexuit* — C. 32 qu. 4 c. 4 [1128]: de Abrah. I 4, 25 p. 519, 20 *nemo* . . . 24 *crimine;* c. 7, 59 p. 540, 23 *nulli* — 25 *delinquas;* p. 541, 4 *tolerabilior* 18 *consorcium* — C. 15 qu. 1 c. 7 [748; errauit Friedberg in indice] de Abrah. I 6, 57 p. 539, 19 *sane* . . . 21 *committimus,* p. 539, 24 *nesciunt* . . . 540, 3 *dampnantur auctores* — C. 32 qu. 7 c. 12 [1143]: de Abrah. I 6, 52 p. 537, 17 *offerebat* . . . 21 *inuiolabilem* — C. 28 qu. 1 c. 15 [1088]: de Abrah. I 9, 84 p. 555, 19 *caue* . . . 556, 1 *gratia castitatis est;* p. 556, 4 *si Christiana* . . . 6 *deus* — C. 30 qu. 5 c. 8 [1106]: de Abrah. I 9, 93 p. 563, 4 *nec illud* — 9 *obnuberent* — C. 32 qu. 2 c. 13 [1124]: de Abrah. I 9, 91 p. 561, 5 *honorantur parentes* . . . 562, 12 *uerecundia* (Graeca omissa sunt) — D. 2 c. 38 de pen. [1200]: de Isaac 5, 43 p. 668, 12 *sed nec* . . . 13 *uestiebat* — D. 2 c. 39 de pen. [1202]: de Isaac 3, 6 p. 646, 4 *fugerat* . . . 7 *adherebat deo* (totum enuntiatum a collectore refictum est) — C. 14 qu. 4 c. 10 [738]: de bono mortis 12, 56 p. 752, 7 sq. *si quis* . . . *uiuit.* iam si tempus quo Gratianus opus suum composuit atque fontes quibus usus est respexeris, ex his excerptis nullum ad rem criticam fructum redundare posse intelleges. adde quod exiguus eorum ambitus plerumque obstat, quominus de codicibus quos adhibuit certam sententiam feramus. id tamen constat excerpta ex Examero ad librum codicibus N similem redire, illa ex libro I de Abraham ad codicem cum Remensi (R) quadam cognatione coniunctum; cf. 517, 26 *filium*, 541, 9 *uxoris*, in primis autem titulum C. 23 qu. 5, 25 [938] praemissum: 'Ambrosius in libro I de patriarchis'. 399, 21 in excerptis legitur *ultioni*, quod B α offerunt, 392, 1 *consecratur*, quod in libris MAA' extat, 541, 11 *ei dns* (sic DXB), quod fortasse recipiendum, 541, 16 *uiolet et*, 562, 11 *quo* (sic TχB), quod tamen scripturae *quod* non praeferam. denique animaduertas quaeso ex libris de Abraham solum priorem commemoratum, opusculi autem de Noe ne uno quidem loco mentionem factam esse, quod conuenit cum eis quae mox disputabuntur.

Librum de paradiso ab Ambrosio, ut ipse ait, nondum ueterano sacerdote conscriptum esse iam supra [1]) diximus. quibus uerbis ille significauisse uidetur non solum multos annos inde ab hoc libro edito usque ad tempus, quo epistulam ad Sabinum misit, praeteriisse, sed etiam se tum nondum satis maturum et exercitatum ad eam rem adgressum esse. quam ob rem quae in epistula illa post decem circiter annos scripta de eadem materia disputantur accurate examinanda sunt eis qui Ambrosii de hoc Genesis capite sententias bene cognoscere uelint. ansam autem huius libri conficiendi ei dederunt sectarum quibus tunc ecclesia agitabatur opiniones, Manicheorum et Marcionistarum atque in primis Apellis, Marcionis discipuli, de quo uide quae exposuit A. Harnack in libro egregio de Apellis gnosi monarchica Lipsiae a. 1874 emisso. is enim cum opere amplissimo, quod inscriptum erat Συλλογισμοί, composito id ageret, ut fidem librorum qui ad Moysen referebantur acerrime impugnaret, tomo tricesimo et octauo (cf. 284, 19) Genesis caput alterum eodem modo adgressus est. in huius igitur criminibus redarguendis libri de paradiso capita VI VII VIII uersantur. qua re factum est ut septem operis Apellei fragmenta [2]) ex Ambrosii refutatione eruere atque disputationis tenorem cognoscere liceat. conferas quaeso quae de hac re exposuit Harnack in corporis quod inscribitur 'Texte und Untersuchungen' uol. III fasc. 3 p. 116 sqq. quae autem fuerint argumenta, quibus in refellendo ac demonstrando Ambrosius usus est, explicare non meum esse puto. adeas, si uelis, de hac re Kellnerum p. 89 sqq. et Harnackium. id unum hoc loco addam de Symmachi et Acylae ueteris testamenti interpretatione Ambrosium sectione 27 disputauisse. praeterea obserues quaeso eum iam tum Philonis libros bene cognitos habuisse. atque in hoc libello solo Philonis nomen adtulit uno loco (281, 21), altero (271, 8) eum aperte significauit. adhibuit autem ad hoc opusculum conficiendum

[1]) p. VIII.

[2]) cf. 286, 23; 287, 23; 289, 8; 292, 5; 294, 9; 296, 19; 298, 1.

in primis eius Quaestionum in Genesim librum primum[1]) et libros, qui legum sacrarum allegoriae inscribuntur,[2]) ex quibus permulta eorum quae hoc opusculo continentur fluxerunt. singulis locis respexit aut certe respicere potuit — nam Philonem binis aut pluribus etiam locis eandem rem tractauisse iam supra diximus — libros de opificio mundi,[3]) de posteritate Cain,[4]) de praemiis et poenis,[5]) de Abraham[6]). utrum autem 273, 25 ipsum Platonem an in uniuersum philosophos significauerit plane incertum est. ceterum memorabile est in hoc libello ne uno quidem loco colorem Uergilianum conspicuum esse. quod p. 298, 6 legitur 'immedicabilium uulnerum' non ex Ouidio sumptum est, sed iam tum uulgari consuetudine in hominum ore uersabatur. magni fecit hunc libellum Augustinus, qui eum compluribus operis contra Iulianum Pelagianum scripti locis laudauit: II 5, 13 (cf. III 21, 48); 6, 16; 7, 20.

Libellum de Cain et Abel cum opusculo de paradiso arte cohaerere et argumenta horum librorum testantur et ea quae illius initio leguntur: 'de paradiso in superioribus pro captu nostro, ut potuimus, quod dominus infudit, sensus inuenit digessimus ... nunc ... sequentem adoriamur historiam et ea quae secundum scripturas sunt adnexa diuinas nostro opere prosequamur'. quae uerba Ambrosius tum, cum hunc librum e sermonibus concinnauit, adiecisse uidetur. iam si in

[1]) cf. 266, 25; 267, 8. 10. 16; 273, 22; 274, 3; 275, 16; 276, 9 et 14; 277, 5; 281, 21; 282, 22; 300, 3; 304, 1; 306, 1; 322, 22; 327, 2; 328, 7; 331, 11.

[2]) cf. 266, 16 et 25; 267, 8. 12. 15. 16; 271, 15; 272, 4; 273, 22; 274, 3. 4. 19; 276, 2. 7. 14. 20; 277, 20; 279, 20; 281. 21; 282, 22; 300, 3; 304, 1; 308, 13; 322, 22; 324, 3; 328, 7; 331, 7 et 18; 334, 18.

[3]) cf. 267, 15; 271, 8.

[4]) cf. 266, 25; 277, 19.

[5]) cf. 277, 17.

[6]) cf. 277, 15. ceterum num Ambrosius Basilii de paradiso sermonem (Patr. Gr. XXX 62 *M.* I 347 *G.*) respexerit haud facile diiudices. nonnullis sane locis, si hos libros conferas, similitudo quaedam conspicitur, sed ea non tanta est ut certam sententiam ferre liceat.

libro de paradiso haud pauca ex Philone deprompsit, in hoc, quo illum aperte significat (367, 3),[1]) ita eius pressit uestigia, ut numquam fere ab eo discederet. ac re uera quae Tullius ad Atticum (XII 52, 3) scripsit de libris suis ad philosophiam spectantibus, quos tam breui temporis spatio confecit: 'dices: qui talia conscribis? ἀπόγραφα sunt: minore labore fiunt; uerba tantum adfero', ea de hoc aliisque libris suis iure dicere potuit Ambrosius. sententias mutuatus est a Philone, uerba de suo addidit. nonnumquam sane digressiones intexuit librorum diuinorum locis ornatas, praeceptis moralibus refertas, quibus rebus sacerdotis boni officium fideliter expleuit, cetera omnia Philoni debentur. atque in priore huius opusculi parte (I et II c. 1—6) plerumque diligenter secutus est Philonis de sacrificiis Abel et Cain libri[2]) sectiones inde a prima usque ad quadragesimam, ita tamen ut non semper eundem in disputando ordinem seruaret. praeterea adhibuit Quaestionum in Genesim libri primi capita 58—64. in altera parte respexit eiusdem libri capita 65—76 et locos aliquot opusculi quod inscribitur: περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι ἐπιτίθεσθαι.[3]) utrum autem 339, 10 Ambrosio libri Philoniani de Cherubim sect. 35 an Quaest. in Gen. l. I c. 58 ante oculos uersata sint, cum utroque loco eadem contineantur, uix diiudicari potest.[4]) Philonis locos libris eius cum libello Ambrosiano diligenter collatis adnotaui in commentario, qua in re eis usus sum quae C. Siegfried libri qui inscribitur 'Philo von

[1]) designat Philonis uerba de sacr. 18 (I 175, 18 *M.*; I 229, 2 *C.*) ὁ λόγος ἔργον ἦν αὐτοῦ.

[2]) pristinam huius libri formam ipso Ambrosio et Mangeio ducibus restituit P. Wendland (Neu entdeckte Fragmente Philos. Berolini 1891, p. 125, sqq.). sectiones enim libri, qui uulgo in editionibus fertur sic inscriptus 'de mercede meritricis non accipienda in sacrarium' II III IIII inserendae sunt sectioni V libri de sacrificiis Cain et Abel ante uerba τῆς μὲν οὖν περικαλλοῦς simulque delenda uerba δύο γὰρ ἡμῶν ... ταύτης ἐστὶν ἀρετή initio sectionis alterius, quae in sect. V libri de sacrificiis recurrunt.

[3]) 401, 10; 402, 5; 405, 5 et 7; 406, 6; 408, 3.

[4]) cf. Wendland p. 128 adn. 1.

Alexandria' Ienae a. 1875 emissi p. 372 sqq., Foerster p. 106 sqq., Wendland p. 127 sqq., denique L. Cohn in Philonis editione, in qua locos Ambrosianos infra adiecit, congesserunt. deinde reputes uelim Ambrosium ea quae 350, 14 sqq. et 355, 2 sqq. contra helluones disputauit amplificata sane, sed nonnumquam ipsis uerbis retentis in libri de Helia et ieiunio [1]) cc. 8 (ss. 22 sq. et 25) ac 13 (s. 46) repetiisse, unde suspicari licet etiam tum cum libellum de Cain et Abel composuit eius menti obuersatam esse Basilii de ieiunio homiliam priorem, [2]) quamquam locis libri de Cain et Abel supra commemoratis nulla imitationis Basilii uestigia conspiciuntur. denique neglegendum non est quinquies in hoc opusculo ex locis Uergilianis orationi colorem adscitum esse. [3])

Librum de Noe Augustinus duobus locis [4]) hac inscriptione significat: 'de arca Noe', sed in codice antiquissimo, qui recensionis fundamentum est firmissimum, simpliciter inscribitur 'de Noe' atque sine dubio rectius; nam de arca ipsa nisi in parte eius non agitur. in codicibus aetatis inferioris additum est 'et archa'. facile autem intellegitur, quomodo inscriptio apud Augustinum et additamentum illud in codicibus deterioribus orta sint; nam arca in historia Noe profecto locum primarium obtinet. ceterum praetermittendum non est in codice antiquissimo ante sectionem 13, qua exordium descriptionis arcae continetur, iterum inscriptionem legi atque talem, quali Augustinus usus est: 'de arca Noe'. unde probabile est eiusmodi inscriptionem, quae ad partem tantum pertinebat, ad totum libellum translatam esse. iam quod supra de libro de Cain et Abel diximus Ambrosium Philonis uestigiis ingressum esse, id magis etiam cadit in librum de Noe, quo ille Philonis Quaestionum in Genesim libri primi cc. 87

[1]) scriptus est hic liber post annum CCCLXXXVI; cf. Ihm p. 19.

[2]) Patr. Gr. XXXI 163 *M.* (II 1 *G.*).

[3]) 379, 9 et 16; 386, 5; 389, 13; 394, 9. de sententia 'oculus meretricis laqueus peccatoris' uel 'amatoris' (348, 25) ab Ambrosio totiens repetita uide quae eo loco exposui.

[4]) contra duas epist. Pelag. IIII 11, 29 contra Iul. Pelag. II 2, 4.

—100 et alterum totum ita expressit, ut nihil de suo nisi uerba addiderit. id quod iam I. Aucher cognouit, qui facetius quam uerius dixit quemadmodum quibusdam Philonem uisum esse alterum Platonem, ita nobis Ambrosium esse Philonem Christianum.[1]) itaque si 421, 22 legitur: 'alii habent', nemo nisi Philo significatur (cf. Quaest. in Gen. I 99 et libri qui inscribitur 'quod deus sit immutabilis' c. 30: I 293, 2 *M.*). praeterea ex libris, quibus legum sacrarum allegoriae explicantur,[2]) et ex libro de somniis[3]) Ambrosius quaedam hausisse uidetur. quodsi 426, 8 sol et luna mundi oculi dicuntur, rursus nobis in memoriam reuocatur illa Hadriani et Secundi altercatio, de qua supra (p. XV) exposuimus. Iliadis l. IIII uersus 299, cuius bis mentio inicitur 415, 2 et 453, 3, fortasse ex Philone sumptus est. utrum Ambrosius 433, 9, ubi dira lue ingruente prius canes equos boues omniaque animalia infici dixit, quae cum hominibus conuersantur, Iliadem I 50 respexerit plane incertum est. similia certe habes apud Uergilium Georg. III 496 et 499. de Xenophontis loco, quem 428, 10 sqq. ante oculos habuit, iam p. XV diximus. Uergilii locutionibus orationem quattuor locis exornauit.[4]) restat locus memorabilis sane 478, 4, quo uariae philosophorum de animae qualitate sententiae enumerantur. conspirat hic cum eis quae apud Tertullianum de anima c. 5 leguntur ac magis etiam cum eis quae Macrobius in comm. de somn. Scip. I 14, 19 rettulit. unde Ambrosium et Macrobium ac fortasse Tertullianum quoque haec ex communi fonte petiisse suspicor.[5]) laudauit hunc librum Augustinus tribus locis, contra duas epist.

[1]) praef. p. V. nam quaestionum et solutionum quae sunt in Genesi libros nobis in primis interpretationis Armeniae ope traditos esse constat, quam interpretatione Latina adiecta Aucher edidit; cf. Prolegg. ad edit. a Leopoldo Cohn curatam p. LII sqq.

[2]) cf. 413, 16 et 437, 17.

[3]) uel ex libro de ebrietate, cf. 463, 18.

[4]) cf. 423, 2; 433, 8; 445, 20; 489, 15.

[5]) cf. Diels. Doxogr. Gr. p. 212 sqq.

Pelag. IIII 11, 29, contra Iul. Pelag. II 2, 4, contra sec. Iul. resp. I 66.

Ueniamus ad duos de Abraham libros, quorum, quamquam maximo inter se uinculo coniuncti sunt, tamen longe diuersa est ratio. etenim priore Ambrosius catechumenis, ad quorum usum hos sermones composuit, Abraham tamquam perfecti sapientis omnibusque uirtutibus praediti exemplum proponit. qua de re inspicias sectionem alteram, quo loco Ciceronis (ad Quintum fratrem I 1, 8, 23) uerbis usus laudationem suam cum ea comparat, qua Xenophon in Cyri institutione huius regis historiam enarrauerat. sed illum regis iusti et sapientis imaginem secundum philosophiae praecepta informauisse dicit, se autem uerum uiri sapientis deoque probati exemplum secundum scripturae sacrae fidem exhibiturum esse. altero autem libro continetur capitum Genesis 12—18 interpretatio sublimior in usum Christianorum prouectioris disciplinae destinata. itaque sermones libri prioris, ut ita dicam, λόγον ἐξωτερικόν complectuntur, alterius uero sermones ἐσωτερικόν, uel ut ipse ait I 1, 1 et II 1, 1, ille moralem et simplicem tractatum continet, hic doctrinam altiorem et mysticam, ad quam nisi initiatis aditus non pateat. cum igitur in illo historiam Abrahae ad scripturae diuinae fidem exposuerit, facile colligitur non multa eum ex aliis fontibus petiisse. sumpsit tamen quaedam ex Philonis libris de migratione Abrahae[1]) et de mutatis quorundam nominibus,[2]) ex legum sacrarum allegoriis,[3]) praeterea quartum Quaestionum in Genesim librum eum hic illic respexisse a uero non abhorret.[4]) ex gnomologia, in qua septem sapientum dicta enarrata erant, hausit illud ἕπου θεῷ (503, 15, cf. 567, 15), quod apud Stobaeum Flor. III 80 (I 173 *H.*) in capite, quod Σωσιάδου τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὑποθῆκαι inscribitur, primum locum obtinet. uersus Andromа-

[1]) cf. 504, 19; 505, 5; 512, 13; 535, 23.

[2]) cf. 522, 7 sq.; 526, 5.

[3]) cf. 514, 1; 522, 7; 534, 2; 541, 23; 558, 20; 559, 1.

[4]) cf. 527, 12; 539, 5; 542, 4; 555, 4; ceterum num quarto libro usus sit Ambrosius mox accuratius disputabitur.

chae Euripideae (561, 14), quos ipse senariis latinis interpretatus est (cf. Buecheler Mus. Rhen. XXXXI 4)[1]), unde mutuatus sit res incerta est. ex Philone sumptos esse Buecheler suspicatus est; sed uix credibile Philonem uersum alterum ita, ut nunc in hac editione ex libro antiquissimo restitutus est, immutatum protulisse. contra in florilegio quodam eum ita deprauatum legere potuit Ambrosius neque profecto mirandum eum uitium quod inrepserat non intellexisse. ex enchiridio quodam hausit illam de anima bipertita sententiam, quae 504, 14 profertur.[2]) denique adnotabo eum 554, 19 unum Uergilii uersum integrum adtulisse ita, ut illum non ipso nomine, sed uerbis 'quidam poeta' significaret, ac tribus praeterea locis ab eo orationis colorem petiisse.[3]) haec igitur de libro primo. accedamus ad alterum, cuius in parte priore pauca deprompsit ex Philonis Quaest. in Gen. libro III,[4]) multo plura ex libro de migratione Abrahae,[5]) quaedam hic illic ex aliis eius scriptis.[6]) sed inde a sectione 49 presse sequitur Quaest. in Gen. librum III eoque absoluto simul operi suo finem imponit. qua ex re nolim colligere cum Kellnero (p. 102) Philonis Quaest. in Gen. librum quartum ei non ad manus fuisse, praesertim cum, ut supra diximus, in parte priore loci aliquot

[1]) quodsi Ambrosius in uersus prioris pede quarto spondeum admisit — *meorum* tamquam bisyllabum pronuntiandum — id explicatur eo quod uerba Graeca quam accuratissime reddere studuit; iustos enim senarios eum condere potuisse locis quibusdam edocemur (cf. Melet. Uindob. XVI 160).

[2]) cf. Diels. Doxogr. Gr. p. 398 sq.

[3]) cf. 540, 1; 548, 1 et 13.

[4]) cf. 565, 13. 14; 570, 24.

[5]) cf. 565, 10. 14. 17. 18. 20; 566, 4; 568. 10. 12; 569, 6; 570, 8. 15; 581, 23; 591, 5; 594, 14.

[6]) cf. 574, 2; 591, 5; 607, 10; 624, 9; 626, 8; 632, 18; 636, 15 (Legg. sacr. alleg.); 591, 3 (de opif. mundi); 570, 24; 619, 2 (quis rer. diuin. her.); 570, 20 (quod det. pot. ins.); 617, 6; 626, 15 et 17 (de congr. quaer. erud. gr.); 621, 25 (de gigantibus). ex eis quae 607, 10 exponuntur elucet Ambrosium Legg. sacr. allegg. III 38 et λογιστικόν et λογικόν legisse; eodem modo fluctuant Philonis libri; cf. I 138, 31 et 139, 7 *C*.

inueniantur, quibus eum hunc librum respexisse confirmetur, neque magnam ueri speciem habeat coniectura in ampla Philonis operum quae ei praesto erat copia librum illum non extitisse. immo Ambrosio id consilium fuisse suspicor, ut rem totam absolueret, casu autem quodam impeditum eum opus susceptum non ad finem perduxisse, sed in eo sermone perstitisse, quo ea quae ultimis libri tertii Philonis capitibus continentur tractauerat. ita sermonibus in unum corpus consociatis librum ultimum, etsi imperfectum, cum eius supplendi tempus non suppeteret, simul cum priore foris datum esse. quodsi p. 592, 21 et p. 593, 19 de Stoicis eorumque praeceptis, p. 607, 10 de quattuor animae motibus, p. 624, 3 de perfecta beatitudine, quae ex tribus rebus consistat, corporis atque animae et accidentibus bonis, disputat, haec ex compendiis hausisse uidetur. sed Platonis Phaedrum, quem p. 607, 2 designat, ipse legerat, id quod et ex hoc loco et ex eis quae de Isaac 8, 65 sq. exposita sunt perspicitur. utroque enim loco fabulam a Platone sermoni intextam ita respexit, ut quin eam bene nouerit dubitari non possit. sane ex biga illa, quae apud Platonem est, quadrigam fecit (cf. Augustinus contra Iul. Pelag. III 14, 28) aliosque equos substituit, sed in fabula tota singulisque rebus Platonem aperte expressit. definitionem illam, qua sapiens uir bonus, dicendi peritus a philosophis dici perhibetur (p. 629, 6), ex dicto Catonis 'orator est uir bonus, dicendi peritus' petiisse uidetur (cf. H. Iordan Catonis praeter librum de re rustica quae extant p. 80), quod fortasse ex Quintiliani inst. or. XII 1, 1 desumpsit. quae p. 593, 6 de Pythagora philosophiae nominis inuentore dixit deprompta sunt ex Cicerone (disp. Tusc. V 7 sqq.), cuius Timaeum quoque 608, 7 respexisse uidetur (conferas uelim p. XVI). quem autem 586, 18 significet, quo loco dicit uirum ex philosophiae disciplina profectum statuisse quattuor haec uiro bono inesse: ut elaboret primum ut omnes sibi amicos faciat: secundum esse ut si non possit amicos facere, certe nec inimicos: tertium ut si nec istud suppetat, hac sententia discedat: quartum ut si quis cedentem persequatur se

uindicet ut possit, me nescire ingenue fateor. nam quamquam tertium et quartum praeceptum quodam modo consentiunt cum eis quae apud Stobaeum Flor. III 79 γ (I 172 γ *H.*) leguntur, praesertim si Ambrosium ἀπαλλάσσου legisse suspiceris,[1]) tamen conformatione rhetorica, quae figuram κλίμακος uel ascensus ostendit, eum alio fonte usum esse demonstrari uidetur. Odyssiae uersum 623, 21 a Philone Quaest. in Gen. III 16 mutuatus est. Uergilii hemistichium integrum uerbis 'ait quidam' adiectis adtulit 567, 8, denique septem locis ex eo orationis ornamentum quaesiuit.[2])

Restat ut eodem modo in libros de Isaac et de bono mortis inquiramus magna inter se necessitudine coniunctos; nam liber de bono mortis tamquam altera pars est opusculi de Isaac. et primum de inscriptione huius nobis agendum est. etenim Augustinus contra Iul. Pelag. I 8, 44 et II 5, 12,[3]) quibus locis eius mentionem fecit, loco priore his uerbis usus est: 'in eo libro, quem de Isaac et anima scripsit', altero his: 'in libro de Isaac et anima'. quocum conspirant codices permulti, in quibus Parisiacus 1913 saeculi VIIII primum locum obtinet. sed Audomaropolitanus 72, qui aliquanto antiquior Parisiaco est, hanc inscriptionem testatur: 'de Isaac uel anima'[4]). quam, cum hic maioris aliquanto quam frater eius geminus Parisiacus auctoritatis sit, praeferendam esse puto. quamquam me non fugit ueri simillimum esse hunc libellum primitus simpliciter 'de Isaac' inscriptum fuisse ac deinde ad argumentum eius designandum alteram inscriptionem 'uel anima' siue 'et anima' accessisse. uides non absimilem esse rem ei quam supra, ubi libellum de Noe tracta-

[1]) nisi forte Ambrosius διαλλάσσεσθαι falso interpretatus est.

[2]) cf. 567, 8; 580, 5; 582, 7; 619, 3; 632, 20; 635, 4; 637, 5.

[3]) praeter hos locos is liber laudatur ab Augustino contra Iul. Pelag. III 14, 28 et contra sec. Iul. resp. IIII 109.

[4]) in Audomaropolitano sane haec inscriptio, cum folium primum, in quo sine dubio titulus manu prima scriptus erat, excidisset, manu altera adiecta est, sed in subscriptione, quae a manu prima profecta est, 'uel de anima' legitur.

uimus, expositam habes. deinde commemoro hoc opusculo non tam patriarchae historiam enarrari — nam ea in exordio tantum ac postea paucis locis tangitur — quam Cantici interpretationem proponi. atque eis locis, quibus secundum Genesim uita et res gestae Isaac explicantur, compluribus locis, quos infra congessi,[1]) Philonis libros in rem suam conuertit. quod autem ad Cantici interpretationem adtinet, nota ac peruulgata res est Ambrosium hoc carmen studiosissime lectitauisse, in omnibus fere quos conscripsit libris singulos ex eo locos adtulisse, denique nonnumquam ei illustrando peculiarem operam impendisse. qua de re satis erit lecturos ad expositionem psalmi CXVIII et librum de consolatione Ualentiniani delegare. neque quemnam in ea re administranda tamquam ducem secutus sit ignoramus. etenim Origenis sine dubio uestigiis ingressus est, cuius amplissimos in Canticum commentarios Hieronymus in epistula ad Damasum papam (Patr. Gr. XIII 35 *M.*) tantis laudibus celebrauit. id quod iam ex eo suspiceris quod Ambrosium in expositione psalmi CXVIII Origenis commentarios in hunc psalmum diligenter respexisse compertum habemus.[2]) quid igitur ueri similius quam in illis expositionis partibus, quae ad Canticum interpretandum pertinent, Origenis in hoc carmen commentarios eum secutum esse? adde quod etiamnunc — nam opus ipsum Origenis ad nostram memoriam non peruenit — in eis quae Rufinus latine reddidit,[3]) in excerptis Procopianis,[4]) denique in duabus Origenis in Canticum homiliis, quas Hieronymus, qui eas in sermonem Latinum transtulit, in prologo ab illo in morem cotidiani eloquii paruulis adhuc lactantibus

[1]) cf. 643, 6 (de mundi opif.), 642, 5 (Legg. sacr. alleg.), 642, 16 (de post. Caini), 656, 8 et 11 (de profug.), 641, 9 et 642, 8 (de praem. et poen.), quamquam, cum Philo easdem res saepius tractauisset, alios quoque eius libros, quos in commentario indicaui, respicere potuit.

[2]) cf. Kellner p. 153 sqq.

[3]) cf. Patr. Gr. XIII 62 *M.* et Harnack 'Die Ueberl. und der Best. der altchr. Litt.' I 358 sq.

[4]) cf. Patr. Gr. XIII 198 *M.*

compositas esse dicit,[1]) nonnulla inueniuntur quae cum Ambrosii interpretatione et in libro de Isaac[2]) et in expositione psalmi CXVIII aperte conspirant. qua in re memoratu dignum esse uidetur Ambrosium duobus locis 682, 18 et 686, 21 Acylae interpretationis mentionem facere. nam Originem quoque in Cantici enarratione eam examinauisse ex Procopii excerptis (Patr. Gr. XIII 201 C *M.*) constat. porro fabulam in Platonis Phaedro Ambrosium c. 8 s. 65 imitatum esse iam supra diximus. neque dubito quin in hoc libello ultimo Socratis orationem in Platonis Conuiuio ante oculos habuerit. nam si illa quae p. 697, 3 et 17, 698, 1 leguntur cum eis quae Plato p. 210 E et 211 Socratem dicentem facit contuleris, non te fugiet opinor quanta inter hos locos similitudo intercedat. ac nonne ille animae ad deum tamquam per gradus ascensio, quae in hoc opusculo describitur, in memoriam nobis reuocat Platonis uerba p. 211 E ὥσπερ ἀναβαθμοῖς χρώμενον? simul animaduertas quaeso in libro de bono mortis tam intime cum libello de Isaac coniuncto c. 5 s. 19 fabulam de Poro, quae Socratis oratione continetur (203 B), commemorari atque sectione 21 iterum hanc fabulam atque conuiuium hoc dialogo descriptum respici. festinanter autem Platonis librum Ambrosium legisse atque in eis quae rettulit omnia miscere et turbare non est quod multis exponam. praeterea suo more et hoc loco allegoricae interpretationi indulget. modo enim Πόρον daemonem, quem utpote potu repletum iacuisse somno obrutum dicat, intellegit, modo πόρον hoc est fluminis alueum, id quod ex uerbis 'qui nectar effunderet' colligitur, significari censet. nam de Poro, qui uino somnoque sepultus oris halitu nectar quod biberat efflet, uix cogitari potest. denique in eis quae de animae qualitate 644, 23 disputauit fortasse Ciceronem disp. Tusc. I 19 secutus est. nihil tamen obstat

[1]) cf. Patr. Gr. XIII 37 *M.*

[2]) cf. Foerster p. 91 et Kellner p. 106. locos aliquot, quibus ea res abunde confirmatur, in adnotatione proposui; omnia uero excutere ab huius editionis consilio alienum esse uidebatur.

quominus eum ex eodem fonte, quo in simili loco 478, 5 usus est (cf. p. XXV), hausisse statuamus. imitationis Uergilianae in hoc libello unum tantum ac satis tenue uestigium inest p. 654, 2 in uerbis 'exi seruitio' (cf. Uerg. Ecl. I 40), quam locutionem Ambrosius permultis· locis adhibuit [1])

Quae ratio inter libellum de Isaac et opusculum de bono mortis intercederet iam supra significauimus. ita inter se nexi et iugati sunt, ut quasi unum corpus efficiant. nam cum in ultima illius parte Ambrosius dixisset: 'ergo non timeamus mortem, quoniam requies est corporis, animae autem uel libertas uel absolutio', iam in hoc id sibi proposuit, ut eam sententiam uberius explicaret et confirmaret. quam ad rem non solum largam sacrae scripturae locorum, quibus hic liber refertus est, messem sibi comparauit, sed etiam ex philosophiae horreis quae ad rem suam pertinebant deprompsit. etenim mortis definitio, quae 731, 11 legitur, cum ea conuenit quae in Platonis Phaedone 67 D legitur. atque hunc dialogum altero quoque loco (s. 51) diserte significauit, quo more suo Platonem uerba illa pulcherrima in Socratis oratione (63 C) [2]) ex Hesdrae libro quarto, cuius locos multos in hoc opusculo adlatos habes, hausisse contendit. 741, 20 sq. ad ea adlusit quae Plato de re publ. X 620 A exposuit, quamquam alio quoque fonte in hoc loco concinnando usus esse uidetur. deinde quae 731, 11 dicit: 'mors nihil ad nos' et 13 'quod nihil sentit nihil ad nos' ita conspirant cum Epicuri sententia (p. 71, n. 2 in Useneri Epicureis): ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δ' ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ut dubitari nequeat, quin Epicuri libellum qui κύριαι δόξαι inscribitur in rem suam conuerterit. [3]) quae res comprobatur

[1]) cf. Hex. V 14, 49 de Cain et Abel II 2, 9 de bono mortis 5, 21 de Iacob II 3, 12 de Ioseph 4, 19 Enarr. psalm. XXXVII s. 28 de off. min. III 8, 53 epist. 37, 24.

[2]) respexit autem fortasse simul ea quae in Platonis Apologia 41 A leguntur. tertium locum ex Phaedone desumptum habes 739, 15.

[3]) cf. Useneri Epic. p. 395 et 422

eis quae epist. 63, 17 exposuit: 'denique Epicurei dicunt adsertores uoluptatis quia mors nihil ad nos; quod enim dissoluitur insensibile est'. denique uerba 731, 14 'quomodo iuuenes non timent fieri senes?' similitudinem quandam habent cum dicto Stob. Flor. IIII 81 (I 80 *H.*) ἀνοήμονες θάνατον δεδοικότες γηράσκειν ἐθέλουσι. in descriptione inferorum s. 33 praeter Ciceronem disp. Tusc. I 10 ante oculos habuit Uergilii Aeneidis librum sextum, unde res singulas et colores orationis petiit. [1]) praeterea 718, 7 Uergilii locum ante oculos habuit ac fortasse quoque 735, 7; nam uerbo 'depositus' satis frequenter Ambrosius usus est. duos huius libelli locos 710, 6—10 et 745, 18—746, 17 laudauit Augustinus contra duas Pelag. epist. IIII 11, 31.

IIII.

Hac disputatione absoluta ad eam rem quae in hac editione maximi momenti est adgrediamur, ut de codicibus a nobis adhibitis, de eorum fide atque auctoritate, quo uinculo singuli inter se conexi quaeque genera eorum constituenda sint exponamus. in Examero igitur recensendo non pauci libri antiqui et boni nobis ad manus fuerunt, quos iam enumerabimus et describemus. ac primum locum obtinent octo folia litteris maioribus saeculo VII scripta, quae nunc cum aliis librorum uetustorum fragmentis continentur codice illo pretiosissimo Aurelianensi 192 (169) [1]) f. 7—14. unde ea littera *A* designaui. his foliis efficitur quaternio, qui in folio octauo numero III signatus est. orditur autem primum a uerbo '[quem]admodum' p. 28, 16, ultimum concluditur uerbo Exameron

[2]) de hoc loco accuratius disputaui in Melet. Uindob. uol. XVI 336.

[1]) cf. Cat. des dép. XII 91 atque inprimis S. Brandt, qui in Actis min. acad. litt. Uindob. CX 167 sqq. hunc codicem accuratissime descripsit. foliorum longitudinem siglo *28cm.* significare possumus, latitudinem numero *20cm.*. in singulis paginis scripti sunt uersus uiceni septeni.

'fide[lium]' 42, 17. scriptura in foliis 1 et 2 maculis incendio et carie illatis ita adtrita est, ut nonnumquam uel oculis armatis aegre erui possit. praeter manum primam quattuor correctorum manus conspiciuntur, quarum una (m2) eiusdem fere atque illa aetatis atramento pallidiore insignis est, altera (m3) atramento fusco, tertia (m4) rubicundo, qùarta (m5) nigro conspicuae sunt. quas manus omnes inferiori, tertiam et quartam uel recentiori aetati adscribendas esse constat. contulit haec folia ut solet diligentissime E. Hauler. sequuntur codices quattuor artissima inter se necessitudine coniuncti, quos propter eorum signiferum, Cantabrigiensem, librum satis antiquum, littera Π tamquam παλαιοτέρους significaui. sunt autem hi: Cantabrigiensis collegii corporis Christi 193 (C), litteris Langobardicis scriptus, formae oblongae, foliorum 173, saeculi VIII. in quaternione sexto folium primum exsectum atque in eius locum alterum manu saeculi VIIII scriptum substitutum est. in singulis paginis uersus uiceni terni leguntur. correctus est hic liber duabus manibus, quarum prior (m2) eiusdem fere cuius prima aetatis est, altera (m3) ad saeculum VIIII referenda — Parisiacus 12135, olim liber s. Germani (G), [1]) scripturae Langobardicae, formae oblongae, foliorum 155, saeculi VIIII. in folio 155 alia manu scripta sunt haec: 'Rotbertus dō dignus gratia plenus'. oppletus est hic codex lituris a manu altera tempore non multo inferiore profectis. quae scripturam antiquam erasam permultis locis immutauit, interdum lacunas quoque a manu prima relictas expleuit, qua in re ea modo codice familiae N', [2]) de qua mox disputabitur, modo suo plane arbitrio usa est — Parisiacus 3984, olim Thuaneus, postea Colbertinus 1718 (P), formae oblongae, foliorum 152,

[1]) cf. Delisle Inuentaire des manuscrits de Saint-Germain-des-Prés p. 38.

[2]) cf. 6, 20 *iudicauit* G m1 *et iudicauit* G m2 N', 9, 12 *colligis ... repetis* G m1 *colliges ... repetes* G m2 N', 11, 12 *primum* G m1 *primo* G m2 N', 13, 14 *in ipso quia* G m1 *in ipso uita est quia* G m2 N' alia.

saeculi VIIII, initio mutilus: incipit enim 14, 19 a uerbis 'aut sonus'. uinculis quaternionum solutis factum est, ut nouo inuolucro addito duo quaterniones, folia 73—80, bibliopegi errore ante folium 65 transferrentur. correctus est hic illic manu altera aetate non multum a prima discrepante — Ueronensis XXVII 25 (V), formae oblongae, foliorum 138, saeculi X, binis columnis scriptus, de quo uide quae exposuit A. Reifferscheid Bibl. patr. Lat. Ital. I p. 5 sqq. longius ille distat a CGP, quippe qui a libro, cuius scriptura permultis locis ad exemplum generis alterius (N), de quo statim exponemus, immutata erat, originem traxerit. quam ob rem exigua est eius prae ceteris auctoritas. quodsi ex me quaeris num GP ex C fluxerint, respondeo mihi hanc rem non probari. quae sententia ut confirmetur, iam locos quosdam inspiciamus. 37, 3 uerba *ut alia* et 56, 14 *quasi spiritalia sed* desunt in C, extant in ceteris. 59, 10 *nobis* in C omissum est, legitur in ceteris. discrepant quoque scripturae aliquot, ueluti 19, 23 *nihilo* C *nihilum* cet., 48, 1 *poterit* C *potest* cet. quam ob rem G et P ex libris, qui ex eodem quo C archetypo deriuati erant, manauisse mihi persuasum est. ad eandem classem quin referendi sint quattuor quos modo enumerabo codices dubitari non potest, quamquam hic illic scripturae ex alterius classis libris illatae in eis deprehenduntur. ac primus est Parisiacus 11624, olim Diuionensis s. Benigni (Diu.) formae maximae, foliorum 199, saeculi XI, binis columnis scriptus. f. 1[r] in marg. inf. manus saeculi XVI haec adpinxit: 'Bibliotheca MSS. Diuio Benigniana 86 (146)'. [1]) huius libri in Examero perraro rationem habui, sed cum in aliis Ambrosii scriptionibus si non omnes eius lectiones, at selectas certe in commentario proposuerim. accuratius eum describere ab hoc loco non alienum esse duco. adde quod librorum ex pluribus codicibus conflatorum memorabile sane est exemplum. continentur igitur eo f. 1 Exameron, 40 de paradiso, 50[a] de Cain et Abel, 61[a] passio

[1]) cf. Delisle Cabinet des Manuscrits II 402:

sanctorum Martii Nazarii Celsi, 69 de officiis ministrorum, 94ᵘ de mysteriis, 97ᵘ de sacramentis, 108ᵘ de Nabuthae, 110ᵘ de conflictu uitiorum atque uirtutum, 119 de apologia Dauid, 122 de Salomone, 124 de Hierobaal, [1]) 129 de Ioseph, 132 de benedictionibus patriarcharum, 137ᵘ de excessu fratris, 193—199ᵘ passio beati Thomae. alter est Carnutensis 63 (Carn.), formae oblongae, foliorum 92, saeculi XI ineuntis, binis columnis scriptus, [2]) quem paucis locis in commentario commemoraui. duo folia ex alio codice saeculi XI deprompta excipiunt f. 3—46 Exameron, 46—48ᵘ oratio s. Ambrosii, 48ᵘ—49 Apparitio scorum iacobi apli et primi archiepiscoporum atque sacerdotum symonis et zacharię, 50—92 Commemoratio geneseos. tertius est Aurelianensis 35 saeculi XI, [3]) quem locis aliquot a Sigofredo Reiter inspectum huic familiae adscribere non dubito. quartus denique est Uindobonensis 1063 saeculi XII, de quo confer Tabb. codd. bibl. Pal. Uind. I 187. [4])

His quos modo descripsimus codicibus quinque addo uno siglo (N) conprehensos, quos tamquam νεωτέρους παλαιοτέροις (II) opponere uolui. sed quamquam his in uniuersum unum codicum genus efficitur, tamen rursus ita inter se differunt. ut libris 𝔄𝔄'M' priorem, quam littera N' designaui, MS autem alteram huius generis familiam contineri statuere liceat. atque ut de priore familia (N') exponamus, 𝔄 est Augiensis CXXV, [5]) nunc Caroliruhensis, formae oblongae, foliorum 130, saeculi VIIII. desinit in f. 130ᵘ in uerbis 'fecit

[1]) prologi operis de spiritu sancto sectiones 1—17.

[2]) f. 1ʳ manu saec. XVII haec scripta sunt 'S. Petri Carnotensis ord. s. Benedicti congregationis s. Mauri', in f. 1ᵘ manu saec. XI: 'Hic ē liber sci. P. carnotensis cenobii quē frs caritate de suis caritatibus emerunt a quodam langobardo monacho'.

[3]) cf. Cat. des dép. XII 22.

[4]) f. 123ᵘ haec scripta sunt: 'anno incarnationis dni millesimo centesimo tricesimo quarto ·IIII· k. Aprił. consummata scriptura est huius libelli per manus Liutfridi rogatu Helmhuici'.

[5]) cf. G. Becker Cat. bibl. ant. 6, 308.

terrani' (261, 10); quae sequuntur carta lintea adiecta suppleuit manus saeculi XVII. in folio 1ʳ scriptum est carmen non ita inuenustum, quo Liutharius, qui a. 926—934 abbas monasterii S. Mariae Augiae fuit, celebratur.[1]) sequitur Augiensis CCXVI, nunc Caroliruhensis (𝔄'), formae oblongae, foliorum 114, saeculi X. hic liber scatet correcturis et rasuris a manu altera profectis. tertius est Monacensis Lat. 6258, olim Frisingensis 58 (M'), formae oblongae, foliorum 140, saeculi X. hi codices quamquam sine dubio ad unam familiam referendi sunt, tamen non plane eadem omnium est condicio. nam 𝔄 et 𝔄', etsi hic illic discrepant, tamen arto cognationis uinculo inter se conectuntur, M' autem longius ab eis distat, utpote qui ex libro manauerit aliis codicibus adhibitis correcto et foedis librariorum commentis deformato. sed iam altera familia procedat, ad quam duo codices a nobis in commentario respecti referendi sunt, Monacensis 3728, olim eccles. August. 28 (M), formae oblongae, foliorum 227, saeculi X (continet f. 1—177 Exameron, 178—227 librum de paradiso; foliorum inde a 166 usque ad 177 margine dextro et supra et infra madore corrupto uersuum aliquot clausulae et initia fere extincta sunt) et Senensis F V 8 (S),[2]) formae oblongae, foliorum 175, saeculi XI ineuntis, binis scriptus columnis; insunt f. 1 Exa-

[1]) cf. Duemmler N. Archiv V 433 et H. Otte Handbuch der kirchl. Kunstarchaeologie 1⁵ p. 90.

[2]) f. 1ʳ manu saeculi XIIII haec scripta sunt: 'iste liber est monachorum congregationis scę Iustinę de Padua ordinis sci Benedictini deputatus ad usum monachorum in sco Eugenio prope Senā'. correctus est manu saec. XIIII (m3); in margine quaedam adscripsit manus saec. XI (m2). ceterum conferas Baehrensii Poet. lat. min. III 106 et ea quae in Hermae uol. XVII p. 243 exposuit I. Schmidt. cum Senensi conspirant omnino tres codices bybliothecae Laurentianae, quos inspexi: liber s. Marci 511 saec. XI, de quo mox exponendum erit. liber s. Marci 509, qui e duobus codicibus constat, uno saec. XIII, qui sermones de sacramentis et libros tres de uirginibus complectitur, et altero saec. XII, in quo Exameron et de paradiso insunt, denique Uallombrosanus 32, saec. XII, quo Exameron solum continetur.

meron, 111 de paradiso, 139 de Cain et Abel, 164 Q. Sereni Sammonici liber medicinalis, 173—175 medicamentorum formulae. eiusdem familiae sunt Bruxellensis 1782—84 (Brux.), [1]) formae oblongae, foliorum 104, saeculi XI ineuntis— complectitur f. 1 Exameron, 70 de paradiso, 87 de Cain et Abel, 104 duo carmina binis uersibus inter se consonantibus composita. in Examero paucis locis eius mentionem feci, pluribus in opusculis de paradiso atque de Cain et Abel — Uindobonensis 779 (Uind.) saeculi XII, de quo conferas Tabb. codd. bibl. Uind. I 130, eiusque fratres gemelli aut quod fere certum est filii, Uindobonensis 758 et Monacenses 2549, 13079, 14399. quem librum hoc loco breuiter tantum tango plura de eo, ubi ad tractatum de Cain et Abel peruenero, expositurus — denique liber basilicae Modoetianae, quae nunc basilica di Monza uocatur, C $\frac{1}{6}$I, formae maximae, foliorum 245, quo P. A. Ballerini in Ambrosii operum editione usus est. compositus est hic liber, ut testatur I. Klein — nam ipse eum non uidi — ex quinque codicibus uel codicum reliquiis uno tegumento consociatis. etenim prima pars, qua Exameron continetur (f. 1—123), saeculi XII est, altera, quae opuscula de paradiso et de Cain et Abel complectitur (f. 124—180) saeculi XI ineuntis, [2]) tertia, in qua insunt tractatus aliquot de diuersis uitiis et iniquitate, de uniuersis naturis animalium, de natura lapidum, de uirginibus saeculi XII (f. 181—218) et XI (f. 219—237), quarta quae inscribitur 'doctrina Isidori epi' (f. 238—245) saeculi X. hunc librum in Examero, quod in tanta subsidiorum optimorum copia per se patet, neglexi neque eius, cum praeter S mihi M quoque praesto esset, in libello de paradiso ullam rationem habui. sed cum ex scripturis quibusdam a Ballerinio adlatis suspi-

[1]) f. 1[a] manu saec. XIII adscripta leguntur haec: 'pertinet ad carth. prope dyest'.

[2]) libros de paradiso et de Cain et Abel ad eundem codicem referendos esse non solum ipsa scriptura, sed etiam quaternionum numeris in foliis aliquot subscriptis abunde comprobatur.

catus essem hunc codicem in opusculo de Cain et Abel recensendo non plane neglegendum esse, Iosephum Klein adii, ut hanc partem in usum meum conferret. sed quae sit Modoetiani in hoc tractatu condicio paulo post exponendum erit: nunc dixisse sufficiet lectionibus a Ballerinio enotatis cognationem quae in Examero et opusculo de paradiso inter hunc et MS intercedit euidenter demonstrari.[1]) Modoetiano ipso uel certe libro simillimo Masellus Uenia Beneuentanus in editione (μ), quae ab eo curata Mediolani ex officina Antonii Zaroti a. 1477 in lucem prodiisse uidetur,[2]) adornanda usus est. formae oblongae ea est, foliorum 165. Graeca omissa sunt lacunis indicatis. post praefationem Maselli, qui hanc editionem Ambrosio Corano, generali uicario ordinis eremitarum s. Augustini, dedicauit, et carmina,

[1]) hoc loco tangam duo folia inuolucro codicis Nouariensis LXV 71 adglutinata, quae ex libro saec. X deprompta sunt. continentur eis fragmenta capitum IIII et VIII libri sexti Exameri. atque in priore latere leguntur uerba *sicut . . . plurimis* (p. 243, 9—244, 22), in altero *** *vonuntur . . . dissimulamus* (219, 18—221, 4). patet autem codicem, ad quem olim haec fragmenta pertinuerunt, neglegenter et mendose scriptum fuisse. ex scripturis colligitur eum ad familiam MS referendum esse; quae res inprimis eo confirmatur, quod p. 220, 24 uerba ***neque odii*** desunt in MS omissa. p. 221, 3 non ***uescimur***, sed ***pascimur*** scriptum est. uides igitur ea quae Reifferscheid Bibl. patr. Lat. Ital. II 272 rettulit imperfecta atque interdum falsa esse. eidem familiae adnumerandi sunt Ambrosiani R 82 sup. et F 117 sup. postea accuratius describendi, a uiro humanissimo Achille Ratti, bybliothecae Ambrosianae custode, in meum usum inspecti, Bernensis 585, formae oblongae, foliorum 75, saeculi XI, in quo solum Exameron inest, et capite et calce mutilum; incipit enim a uerbis 22, 22 'uideatur adiudicate' (sic liber), desinit in uerbis 'et agrestibus' 225, 9, denique Crefimanensis 36, bybliothecae monasterii in Austria superiore, saeculi XII, qui praeter alia (cf. Act. min. acad. litt. Uindob. LXXXXVI 642 sq.) f. 1—125 Ambrosii Exameron continet. ex codice familiae MS fluxit quoque Exameri editio a. 1472 Augustae Uindelicorum per Iohannem Schussler impressa (σ) (cf. Hain I 99[b] et C. T. G. Schoenemann Bibl. patr. Lat. I 372). contra editio eiusdem operis, quae Coloniae ex officina Iohannis Guldenschaf prodiit (γ) (cf. Hain I 99[b] Ebert I 48 Schoenemann I 381), ex libro familiae N' profecta est.

[2]) cf. Schoenemann I 369 sqq.

quibus more eius aetatis hoc opus celebratur, secuntur f. 5ᵘ —17 uita Ambrosii a Paulino conscripta, deinde uno folio uacuo relicto 19—110 Exameron, 111—135ʳ de paradiso, 135ᵘ—137ᵘ sermo de ortu Adae, 137ᵘ—139ᵘ sermo de arbore interdicta, denique 139ᵘ—165 libri de Cain et Abel.

Ad hanc classem praeterea tres codices referendi sunt hic illic in Examero a me respecti. qui omnes ex archetypo libro M′ simili profecti esse uidentur. ac primus est Trecensis 550 (Trec.) formae quartanariae, foliorum 313, saeculi XI ineuntis. constat ex duobus libris truncatis, nunc uno tegumento comprehensis. parte priore f. 1—222 continetur Cassiodori commentarius in psalmos et capite et calce mutilus,[1]) altera pars complectitur f. 223—252 Ambrosii Exameron inde a IIII 8, 32 (incipit a uerbis 137, 26 'ex his dicit'), 252—257 de mysteriis, 257—269 de sacramentis, 269—273 sermonem pastoralem, 273—292 de Noe, 292—313 de Abraham (desinit truncatus initio sectionis XXXXI libri II, p. 596, 2). correctus est duabus manibus prima non multo aetate inferioribus, quarum una atramento, altera graphio usa est. Trecensem sequantur duo codices arta inter se consuetudine conexi: Parisiacus 1719, olim Tellerianus (Tell.), formae oblongae, saeculi XI, qui praeter Exameron (f. 1—53ᵘ) continet libros de officiis ministrorum, de Isaac, de bono mortis, de fuga saeculi, de Iacob, de paradiso, de consolatione Ualentiniani, librum pastoralem, passionem sanctae Serapiae, uitam sanctae Paulae ab Hieronymo conscriptam, de mysteriis et sacramentis,[2]) et Atrebatensis 346 (Atr.), formae oblongae, foliorum 42, saeculi XI, in quo solum inest Exa-

[1]) incipit a uerbis expositionis psalmi LI 'uenturus potens etiam' (LXX 373 *M.*) — exciderunt folia fere 186 —. desinit in uerbis 'cum si nonnulli sacris litteris calum[niantur]' (p. 1056 *M.*). excidit folium ultimum. in f. 222ᵘ adscriptum est: 'ex libris oratorii collegii Trecensis'.

[2]) eam partem, quae librum de Isaac ceterosque usque ad orationem de consolatione Ualentiniani complectitur, ex Parisiaco 1913 fluxisse uideri mox exponemus.

meron multis foliis deperditis turpatum. [1]) deinde duo commemorentur libri maximis propinquitatis uinculis inter se coniuncti, Parisiacus 13336, [2]) qui e duobus libris constat, uno saeculi undecimi, qui Exameron, altero decimi, qui Aratoris carmen de actibus apostolorum complectitur, et Bononiensis 34 bybliothecae quae est Bononiae, in Galliae oppido ad mare sito (nunc Boulogne sur mer uocatur), saeculi undecimi. [3]) qui libri quamquam locis tantum aliquot inspecti sunt a Sigofredo Reiter, tamen quin ad classem N adscribendi sint dubitari non potest. denique eiusdem classis sunt codices quidam Britannici, ueluti Cantabrigiensis collegii sanctae trinitatis O 3, 35 (Cant.) saeculi XI, Bodleiani 86, 206, 751, Dunelmensis B 5, 4, omnes ad saeculum XII referendi. hi libri pessimae notae sunt, utpote foedis interpolationibus inquinati. sic ut duo exempla ex operis initio deprompta proponam, p. 3, 2 post *adsumpsisse homines* legitur *praesumpserunt,* u. 10 post *aestimarent* adiectum est *aliqui.* itaque si quis eos accuratius examinare uoluerit, frustra se tempus et laborem consumpturum esse scito.

Inter codices, quorum lectiones in commentario adferendas esse decreui, praeter libros ACGPV𝔄𝔄'M'MS recepi quoque Bernensem 325 (B), formae oblongae, foliorum 177, saeculi XI, quo f. 1—102 Augustini Confessionum libri XIIII, 103—177 Ambrosii Exameron continentur. quod propter singularem plane huius libri condicionem feci. etenim in codices unius classis saepe libro alterius adhibito lectiones illatas esse iam supra docuimus, sed talis qualis in B conspicitur contaminationis praeter hunc alterum exemplum non inueni-

[1]) in f. 1[r] manus saec. XVII haec adscripsit: 'Bibliotheca monasterii s. Vedasti Atrebaten. 1828 A.' familiae N' adscribendus quoque est Darmstadiensis 747, formae quartanariae, foliorum 98, cuius locos aliquot benigne examinauit H. Nick, bybliothecae Darmstadiensis praefectus. cum familia MS consentire Coloniensem 31 (cfr. Cat. codd. eccl. metr. Col. ed. Iaffé et Wattenbach p. 10) locis aliquot ab Henrico filio inspectis edoctus sum.

[2]) cf. Delisle Inventaire des manuscrits latins de Saint-Germain-des-Prés p. 97.

[3]) cf. Cat. des dép. a. s. IV 594.

mus. nam qui hanc recensionem confecit codice generi Π simili usus scripturam eius permultis locis immutauit ita, ut modo librum familiae N' modo alterum qui familiae MS erat in corrigendo sequeretur. quam ob rem Bernensis aptissimus mihi uidetur ad demonstrandum quo modo librorum generibus familiisque inter se mixtis nouae recensiones extiterint.[1])

Postquam codices enumerauimus et descripsimus, iam oritur quaestio quae inter A ceterosque libros, in primis C, qui aetate Aurelianensi proximus est, ratio intercedat. qua in disputatione, ut simul codicem B respiciam, eodem modo quo in indice librorum (p. 2) codices ΩΩ'M'MSB uno siglo (N) conprehendam. iam si Aurelianensis fragmenta perlustraueris, talem esse eius condicionem intelleges, qualis in libris eiusmodi aetatis fere omnibus conspicitur. etenim permulta in eo sunt uitia librariorum neglegentiae tribuenda. ac primum saepissime confusae sunt litterae *e* et *i*, *a* et *ā*, *e* et *ẽ*, *o* et *u*, ueluti *mondi*, *uulto*, *philusofiae*, *ae* et *e*, ueluti *demonia*, *tenae brae*, *propriae* (proprie), *b* et *u*, ueluti *uerui*, *fobeam*, syllabae *um* et *us*, *us* et *os*, *am* (*em*) et *a* (*e*). deinde nonnumquam singulas litteras uel etiam syllabas aut omissas inuenies aut falso additas aut temere repetitas, ueluti 32, 13 *saluti* (m2 *salutari*), 34, 12 *praecipio* (m2 *praecipitio*), 37, 13 *separa* (m2 *separata*), 33, 7 *manentem* (*an* exp. m4), 33, 12 *non otiosae non uti* (*non uti* del. m2), 40, 3 *cum conclusit* (*cum* del. m2), 40, 5 *ununde* (*un* pr. del. m2). quam ob rem 30, 13, quo loco in A *et* (eras.) *e*^{t}*operiebat* (t *s. u. m3*) legitur, non de quo cogitari possit *et cooperiebat*, sed cum ceteris *et operiebat* scribendum est; nam illud *e* ante *operiebat* ex uocula antecedenti *et* ortum est. denique non solum singula uerba, sed etiam membra omissa sunt, manu altera fortasse ex ipso quem librarius descripserat codice suppleta, ueluti 36, 10 *uidit*, 38, 22 *lux*, 38, 18 *et* (ante *mali*), 37, 1 *probat uidet et quae uidet*. eiusmodi autem menda in C quoque satis frequentia

[1]) ceterum silentio transeundum non est 34, 16 in B eandem scripturam quam A praebet *merito ergo* extare.

esse uel paginis aliquot inspectis facile intelleges. iam si A et Π comparauerimus, primum CGP et plerumque V non paucis locis scripturas prauas offerre cognoscemus, quarum loco in A ac fere semper in ceteris genuinae traditae sunt. qua de re hos locos conferas: 29, 19 *eradicari cum* CGP *cum eradicari* V *eradicari* A cet., 30, 10 *crimen* Π *discrimen* A cet., 30, 17 *creauit* CGP *creauerit* AV cet., 30, 18 *aduersariis* Π *aduersis* A cet., 31, 19 *ab* Π *aut* A cet., 34, 4 *obscurum* Π *obscurius* A cet., 34, 5 *antro* Π *atro* A cet., 34, 9 *uoluptates* Π *uoluntates* A cet., 38, 11 *significaret* Π *significauit* A cet., 40, 1 *sicut* CGP *sit* AV, 41, 12 *conpactione* Π *conpassione* A cet. quae cum ita sint, locis aliquot, quibus utrum A an Π sequaris ambigere licet, cum A faciendum esse existimo; sunt autem hi: 31, 2 *deflectuntur* AVN et C m3 *deflectunt* CGP — illud praefero, quod eleganter uerbo *referuntur* respondet —, 31, 14 *aduersus* AM'B *aduersum* Π cet., 31, 18 *lapsuum* AVN *lapsum* CGP, 32, 1 *moderare* APV̈ et m3 C *moderari* C m1 cet. — nam actiuum *moderare* aliis quoque apud Ambrosium locis legitur — 32, 13 *salutari* A m2 (*saluti* ut uidetur m1) G. m2 N *saluatoris* CPV et m1 G.[1]) ceterum silentio non praetermittam Π tribus locis eandem scripturam offerre, quae in A correctura demum illata est: 29, 1 *in sermone* A (*in* s. u. m1) Π *sermone* N, quod praeferendum esse puto, praesertim cum uerba *sermone consonat* statim haec *in plerisque* excipiant; 36, 11 *inspexit* A (*in* s. u.) ΠB *aspexit* cet.; 37, 13 *atque* (*adque* A) *tenebrarum* A m1 N *a tenebris* A m2 Π. unde fortasse suspicari licet in A corrigendo librum classis Π similem adhibitum esse. deinde A meliorem codice Π eiusque cognatis

[1]) 37, 18 quod in Π extat *uidetur* sine dubio genuinum est et reiciendum, quod in AN legitur *uideatur*. sed memorabile est illud *uideatur* manu tertia in C illatum atque postea rasura pristinam scripturam restitutam esse. neque minus memorabile est eodem loco (37, 17) in archetypo codicum A et Π scripturam *cludunt* uel *claudunt* obscuratam fuisse, qua re uariae lectiones in commentario indicatae explicantur. suspectum est quod 34, 16 in AB post *merito* traditum est *ergo*; neque enim huius loci sententiae neque Ambrosii consuetudini conuenire uidetur.

esse eo demonstratur, quod in A uerba quaedam leguntur in Π uel certe CGP omissa, ueluti 31, 13 *propositum tuum* AVN *propositum* CGP, 34, 21 *et erat* AN *erat* Π, 38, 4 *factum est mane* AN *mane* Π, 38, 20 *in specie* AN *specie* Π, 39, 12 *unam* A *una* N'B om. Π cet. denique hos inspicias locos, quibus in uerborum ordine A et Π uel CGP discrepant, ita tamen ut A superiorem esse pateat: 30, 5 *hinc marciones hinc ualentini* AVN *hinc ualentini hinc martionis* CGP, 38, 7 *primo quod* AN *quod primo* Π, 38, 8 *diem lucem* AVN *lucem diem* Π, sed quamquam *lucem diem* scripturae sacrae uerbis τὸ φῶς ἡμέραν commendatur, germanam esse libri A lectionem duobus locis, 37, 14 et 39, 2, docemur. itaque 37, 6 *tantum sibi* AVN (*sibi tantum* CGP) recipere non dubitaui itemque 40, 14 *sancto spiritu* AS (*spiritu sancto* Π cet.), in qua uerborum coniunctione libros fere semper fluctuare notum est. his igitur expositis si quis quaerat num in A quaedam quae in ceteris non extent scripturae bonae inueniantur, respondeo paucas tantum lectiones tamquam proprias et peculiares huic libro uindicari posse easque sane leuiores, ueluti 32, 5 *in saeuitiam* (*in* om. cet.), de cuius scripturae integritate dubitari non potest, 35, 2 *fundamentum* (*fundamenta* cet.), 41, 5 *sancti quoque spiritus* (*spiritus quoque sancti* cet.).

Iam uidimus librum A, quamquam plerumque cum classe Π consentit, tamen ea aliquanto meliorem esse; quaedam enim quibus illa inquinata est uitia in A non deprehenduntur. deinde animaduertimus Aurelianensem saepius cum alterius generis libris facere atque etsi raro peculiares quasdam scripturas quae aut genuinae sint aut certe esse possint offerre. quodsi in octo quae nobis supersunt foliis perpauca eius rei exempla inueniuntur, reputemus oportet exiguam tantum totius operis partem foliis illis contineri. quae cum ita sint, codicem A singularem inter classes Π et N locum obtinere mihi persuasi. nam A ex contaminatione ortum esse probabile non uidetur, immo statuendum est eum ex ipso archetypo manauisse atque quasi imaginem eius ad uerum depictam exhibere. itaque maxima eius parte deperdita nobis firmissimum scrip-

turae constituendae fundamentum sublatum est. quam ob rem iam id quaeritur num apographo quodam huius libri inuento quod accepimus damnum sarciri possit. sed mihi quamquam praeter hos quos modo enumeraui codices alios non paucos, de quibus exponere longum est, euolui, ut exemplum ex eo accurate descriptum indagarem non contigit. omnes autem quibus Exameron continetur libros si inuestigare atque examinare uoluissem, labor qui uel Herculis uires uinceret suscipiendus mihi fuisset. tantus enim eorum est numerus totque dispersi sunt in bybliothecis, ut uix annis aliquot consumptis multisque terris peragratis hoc opus ad finem perducere possis. accedit quod omnino dubitari potest, num umquam libri pretiosissimi exemplum describendo confectum sit. quam multi codices saeculis illis doctrinae inimicis ante Carolinorum aetatem interierunt ita, ut ne unum quidem exemplum ex eis depromptum ad posteritatem peruenerit!

Sed iam id nobis propositum est, ut quonam modo classibus II et N in Examero recensendo utendum sit inquiratur. atque ex eis quae modo de A disputauimus patet in omnibus locis constituendis scripturarum utriusque classis rationem habendam esse. sed maior sine dubio codicum II est fides et auctoritas. etenim quamquam multis uitiis deformati sunt, tamen nullum fere interpolationis in eis uestigium extat,[1]) codices N autem et interpolatos et temere correctos esse facili negotio comprobari

[1]) paucos tantum quibus interpolatio statui possit in eis locos inueniri posse puto. ueluti 230, 5 *saltem* in *salutem* corrupto *adquiras* insertum esse adparet. magnam quoque suspicionem mouent uerba *esse non possunt* 144, 5 in IIB post *ueneno* addita, in ceteris omissa. quae si defendere uelis, nihil aliud restare uidetur nisi ut lacuna statuta scribamus: ⟨*qui in terris sine ueneno*⟩ *esse non possunt*. sed cum ne eiusmodi quidem supplemento recepto omnia bene se habeant, uerba *esse non possunt* ex adnotatione in margine adscripta eaque mutilata originem duxisse existimo. quae praeterea interpolationes deprehenduntur ex duplici scriptura profectae sunt, ueluti 250, 24 *supra modum* ex *supercilia* ortum, 83, 8 *an amplius*, 177, 22 *prospicere aliae*. atque eidem errori 80, 9 *semina* quod ante *seminare* legitur tribuendum esse uidetur, recte in libris N omissum; id quod loco de paradiso 17, 55 (335, 20) commendatur.

potest his locis inspectis. 259, 9 in Π legitur: *dum curuamur* (*curuamur* enim recte in G manu altera scriptum est pro eo quod ceteri praebent *curuamus*), in N *dum purgamus aluum*, quae scriptura aperta interpolatio est ex coniectura profecta. neque uero unde haec sumpta sint latet. nam si libri de Noe c. 8 s. 24 (428, 20) contuleris, haec ex uerbis quibus eo loco Ambrosius usus est 'in purgationibus uentris' fluxisse intelleges. 45, 7 recte praebent Π *quinque stellarum et solis et lunae globorum*, contra male N *septem stellarum...globorum*. nimirum Ambrosius, qui Ciceronem de re publ. VI 17 secutus est, septem tantum stellarum, Saturni Iouis Solis Martis Ueneris Mercurii Lunae mentionem facere potuit, is uero qui *quinque* in *septem* mutauit non stellas ipsas, sed orbes, qui re uera nouem sunt, respexit (cf. Cic. de re publ. VI 19). 61, 11 haec est classis Π lectio: *ut nemo foueam fratri suo ...paret*; in codice ex quo classis N manauit *paret* casu intercciderat. quam ob rem librarii memores locorum Prouerb. 26, 27 Eccles. 10, 8 Sir. 27, 26 (29) *fodiat* aut ante *foueam* (sic NB') aut post *fratri* (sic MVm2S) addiderunt. 16, 24 CGPB exhibent *tamen satis sufficit*, in quibus uerbis non est cur offendamus. sed aliter uisum est librario cuidam, qui *sufficit* tamquam superfluum eiecit. deest igitur in V, in N autem *est* quod requiri uidebatur adiectum habes. 49, 3 haec in Π leguntur: *sed dicit filio, id est brachio suo*, in N autem *sed dicit filio, id est dicit brachio suo*, sine dubio praue; nam illo *dicit* inserto potius turbatur oratio quam adiuuatur. 93, 19 genuina est classis Π scriptura: *ut nemo...se adtollat*, quae Uergilii Aeneidis loco IIII 49 'Punica se quantis attollat gloria rebus' confirmatur, in N id quod magis usu tritum est *extollat* substitutum esse uides.

His igitur locis, quos paulo accuratius tractaui, iam alios addam breuiter enumeratos, quibus quantum in uniuersum classis Π alteram integritate superet demonstretur: 83, 20 *tulit* Π *reddit* N' *dedit* MSB, 84, 10 *repperias* CGP *reperitur* V *repperitur* N, 96, 4 *insigne* Π *ad insigne* N, 113, 6 *mecum parturit* ΠB *et conparturit* N, 134, 8 *uenas* ΠB *uenas sucus*

N' (*sucos* 𝔄' m2) *uenas sucos* MS, quod ex glossemate *sucos* *uenas* ortum esse patet, 179, 12 *indeptas* Π *indebitas* N, quae coniectura pessima est, 248, 2 *mollis* Π *dulcis* N, 256, 17 *signamus* Π *signantur* N. adde quod nonnumquam uerba codicibus Π recte tradita in N omissa sunt, ueluti: 65, 10 *usu eius* Π *usu* N, 72, 19 *aquarum id* Π *aquarum* N, 189, 19 *commune omnibus* Π *commune* N, 190, 1 *nec inter se* Π *neque* N. quae res me loci admonet, qui mihi accuratius tractandus esse uidetur. p. 154, 25 enim uerba *deponat* (*deponas* scribendum esse patet) *animi feritatem* in ΠB extant in ceteris omissa, quae quin ab Ambrosio profecta sint dubitari non potest. sed statim in N haec leguntur: *potest et sic*, quae in ΠB desunt. manifestum autem est ea necessario requiri, ut transitus ad ea quae sequantur paretur. ac saepissime Ambrosius ea locutione ibi utitur, ubi de duplici loci alicuius uel sententiae explanatione agitur. quae cum ita sint, uerba *potest et sic* casu quodam omissa in archetypo aut supra uersum aut in margine[1]) adscripta fuisse existimo, unde iam quo modo in ΠB neglecta, in N uero in uerborum *deponas animi feritatem* locum substituta sint in aperto est. cum igitur iam certum atque exploratum sit classem Π altera multo praestantiorem esse, uel iis locis, quibus et huius et illius classis scriptura ferri potest, eam quam Π tuentur praeferre non dubito, ueluti 12, 22 *scribitur* Π *inscribitur* N — nam correctorem, cum in uerbo simplici *scribitur* offendisset, solitum *inscribitur* intulisse manifestum est —, 54, 11 *ait* Π *dicit* — nihil frequentius est quam horum uerborum in libris commutatio, quae, si scripturam Langobardicam spectas, facile explicatur —, 59, 10 *nascitur* Π *nascatur* N, 70, 6 *frequenti* Π *frementi* N — nam *frequens* respondet Graeco πολύς a poetis hoc modo usurpato —, 257, 23 *mollis* Π *mollior* N.

Sed etsi potior sine dubio est classis Π fides atque aucto-

[1]) exemplum eius rei habes p. 101, 12 (cf. 102, 6), quo loco in archetypo codicum Π uerba ***auxilio nam ipsa protectionis*** omissa in margine adscripta erant. quae postea loco inepto in orationem illata sunt.

ritas, tamen libri N in hoc opere recensendo nequaquam neglegendi sunt. quae res iam eis quae supra de eorum cum Aurelianensi consensu exposuimus confirmatur. ac primum quidem non paucis locis singula uerba uel orationis membra in Π omissa eis seruata sunt. qua de re conferas hos locos, quibus inspectis elucebit de lacunis coniectura expletis nullo pacto cogitari posse: 6, 3 *is itaque* VN *itaque* CGP (cf. Bas. 5 C οὗτος τοίνυν); supra *is* quidam adscripserat *moyses*, quod post *itaque* insertum est, 56, 19 *et ros* N om. Π, 69, 3 *tu fundasti* N om. Π — erroris causa fuit quod proxime sequitur *tu creasti* —, 81, 20 *si uero . . . resurgant* N om. Π — omissa haec sunt propter ὁμοιόπτωτον in uerbis *adferant* et *resurgant* —, 97, 5 *nemorosa et rediuiua* N *nemorosae* Π — *e* altera etiamnunc testis est *et rediuiua* excidisse —, 110, 2 *uim uini* N *uini* Π, 124, 23 *haec* N om. Π (cf. Bas. 132 B ταῦτα μὲν αὐτῶν τὰ σοφά), 131, 17 *luna*: *luna* N *luna* Π. his addo locum 78, 25, quo M *lautisumus*, S *lautissimus* praebent, quod in ceteris non legitur; sed certum est eiusmodi adiectiuum hoc loco requiri neque *lautissimus* uel quod fortasse recipiendum est *lautissumus* coniecturam redolere uidetur. incerta res est aliis locis, ueluti 84, 15 *prae nimio* N *nimio* Π, 21, 6 *neque aer* MS om. cet., quibus fortasse coniectura subest.

Idem quod modo de codicum N pretio diximus comprobatur locis aliquot, quibus his lectiones egregiae, contra Π sine dubio prauae traditae sunt. neque tamen omnes illas bonas lectiones ex ipso archetypo fluxisse exploratum est, cum nihil obstet, quominus quasdam ad correctores referendas esse statuamus. sed iam, ut legentes ipsi iudicium facere possint, eiusmodi locos enumerabo: 46, 6 sq. *conlisione . . . conuersiones* N *conuersiones . . . conlisiones* Π, 77, 24 *partus* N'B *opertus* Π — nam *operatus* quod C m3 S (*operatur* M m1) praebent uix Ambrosium scripsisse puto —, 80, 15 *castitatem* N *potestatem* Π, 81, 21 *putris* N (cf. Uerg. Georg. I 44) *nutrix* Π, 83, 8 *uis odora* N (cf. Uerg. Aen. IIII 132) *amplius odora* Π — *amplius* ex eodem quod praecedit uerbo ortum est —, 85, 10 *poris* N'MS *uaporis* (*uaporibus*) ΠB, 86, 15 *utrimque* N *utrum-*

que Π, 94, 1 *humi uilis* MS *humilis* N' *humilis diues* Π — scriptum fuit *humi ues*, quod correcturus librarius monstrum illud effinxit —, 94, 7 *nos* N *nostra* Π, 119, 14 *hora* N *os* Π, 146, 6 *uiuere* N *uidentur* Π — coniectura deterrima ex *uidere*, quocum *uiuere* frequenter commutatur, facta —, 249, 3 *regionem* N *nomen regi* Π *nomen regio* B — quod ex *onem* supra *regi* scripto ortum esse manifestum est —, 250, 3 *aut turribus aut montis* MSB *aut montis* (*montes*) *aut turris* Π *aut in montibus aut turribus* (*excelsis*) N', 250, 20 *conpugnantia uidebantur* N *propugnantia uideantur* Π. 256, 6 in ΠB *signum*, in N'MS *pignus* legitur. recepi quod ΠB praebent *signum*, cum nihil in eo quod uituperes insit; sed negandum non est *pignus* melius huius loci sententiae conuenire et eis quae Ambrosius in expos. in euang. Lucae VI 20 scripsit 'osculum pignus est caritatis' commendari. longiorem disputationem requirere uidetur locus 17, 5, quo in N haec leguntur: *elementa autem quattuor, aer ignis aqua et terra*, contra in Π haec elementa uerbis *caelum ignis aqua et terra* designantur. 29, 11 Ambrosius, dum ea enumerat, scripsit: 'caelum terram mare aerem', quibuscum consentiunt ea quae expos. in Luc. X 48 extant: 'caelum aer mare et terra'. uides utroque loco 'caelum' ita usurpari, ut igni respondeat, eodem plane modo quo apud Graecos αἰθήρ adhibetur. quam ob rem suspicor in archetypo scriptum fuisse *caelum* *ignis* *aer aqua et terra* atque glossa *ignis* in textum illata et modo uerbo *aer* modo uerbo *caelum* deleto ea quae nunc in Π et N leguntur extitisse.

Difficile sane est de iis locis quibus in Π et N uerba quaedam alio ordine collocata sunt diiudicare quid Ambrosio ipsi quidque librariis tribuendum sit. nam qui inueniuntur eiusmodi loci, ueluti 4, 9 *ueri esse* Π *esse ueri* N, 12, 26 *huius mundi* ΠN' *mundi huius* cet. (cf. 74, 20 *huius mundi* Π *mundi huius* N), 59, 15 *populus congregetur* Π *congregetur populus* N, 78, 4 *exprimam argumentum* Π *argumentum exprimam* N, 80, 6 *inquit uestrum* Π *uestrum inquit* N, 87, 1 *laboriosum putet*. CGP *putet laboriosum* VN, ita comparati sunt, ut et

hunc et illum uerborum ordinem Ambrosio tribuere possis. itaque ut in aliis rebus dubiis ita et talibus locis cum classe II potius quam cum altera faciendum esse existimaui.

Memorabile est in archetypo codicum nostrorum uerba Graeca adscripta fuisse uideri. hoc enim si statuimus, quomodo 87, 6 mira illa in libris scriptura: *spirans semen* orta sit facile explicatur. nam *spirans* nihili esse ac *seminans* scribendum non est quod fusius exponam. iam si sumimus olim scriptum fuisse *seminans semen*, ex uerbis *spiron* et *seminans* illud *spirans* conflatum esse intellegitur. uix autem credibile est Ambrosium ipsum hoc loco uerba Graeca σπεῖρον σπέρμα adiuncta interpretatione Latina *seminans semen* pronuntiauisse atque notarii uel librarii cuiusdam culpa syllabis ον σπέρμα *semin* neglectis uel omissis eam quae nunc in libris est lectionem natam esse. alterum eius rei exemplum habes 166, 2, quo loco in ΠB *aculeum*, in N'S *aculeum centrum*, in M *aculeum* et deinde lacuna septem fere litterarum extat. unde colligitur in archetypo supra *aculeum* olim ~~κέντρον~~ uel *centrum* adscriptum fuisse, quod in ΠB neglectum, in N'S in orationem receptum, in M denique erasum est. [1])

[1]) multos locos ex Ambrosii Examero adferri in Libro glossarum testatus est G. Goetz in Act. soc. sax. litt. cl. hist.-phil. XIII 261 sq., qui in Corpore gloss. lat. uol. V 159 sqq. non totum opus, sed tantum excerpta ex eo edidit. itaque cum de fonte, ex quo loci in codice Parisiaco 11529/30 adlati fluxerunt, edoceri uellem, uirum doctissimum litteris missis rogaui, ut, si quos enotatos haberet, mecum benigne communicaret. respondit ille comiter se initia tantum clausulasque eiusmodi locorum descripsisse atque simul complures hoc modo designatos adiecit. hos igitur P. Lejay, professor Parisiensis, precibus meis, quae est eius liberalitas atque humanitas, obsecutus diligenter aut exscripsit aut cum textu Ambrosiano contulit. qua re iam certum exploratumque est excerpta illa ad codicem classis N redire atque plerumque cum familia N' consentire, deinde excerptorem saepissime et omissis quibusdam et additis et licentius immutatis Ambrosii orationem deformauisse, denique librarios neglegenter satis officio suo functos incuria sua uitia illa nouis illatis auxisse. nihil igitur quod ad rem criticam tractandam usui sit ex his excerptis redundat. frequentissime opus quod in codicibus inscribitur 'Liber quae-

Maurini in editione adornanda usi sunt libris GP, Carnutensi, quem eis quae p. XXXVI adn. 2 ex illo adtulimus respectis ante annos DCCC litteris Langobardicis scriptum esse opinati sunt, Benigniano (Parisiaco 11624), denique tredecim codicibus, quorum nullus certe saeculo undecimo antiquior est,[1]) plerique Maurinis ipsis testantibus recentiores. quam ob rem non est quod accuratius in eos inquiramus. neque ut de codi-

stionum super librum Genesis ex dictis sanctorum patrum Augustini Gregorii Hieronimi Ambrosii Hilarii Hisidori Eucherii et Iunilii' medio aeuo in scholis adhibebatur. de quo hoc loco pauca adiciam, primum ne quis me in subsidiis colligendis eius plane immemorem fuisse arbitretur, tum quia quae R. Peiper in Alcimi Auiti et Cypriani editionibus p. LV sqq. et p. II sqq. de eo exposuit non omni ex parte sufficere uidentur. etenim quae Martène et Durand in Anecd. coll. ampl. VIIII 295 sqq. (LXXXXVI 1105 *M.*) ediderunt capita tantum sunt operis Baedae falso adscripti atque hac inscriptione: 'Quaestionum super Genesim ex dictis patrum dialogus' praefixa inter eius opera dubia et spuria recepti (LXXXXIII 233 *M.*). pars eius operis prohoemio omisso (inde a LXXXXIII 242 C = LXXXXVI 1114 D) in eodem Baedae tomo legitur hac inscriptione adiecta: 'Baedae de VI dierum creatione liber sententiarum ex patribus collectarum' (p. 207) atque haec inuenitur in codice Bruxellensi 8654/72 saec. X a me inspecto f. 1—147, ubi hic titulus praemissus est: 'Incipit explanatio sex dierum in quibus creauit deus caelum et terram ex dictis Ambrosii et Agustini'. ad idem opus pertinent ea quae in libri Augiensis CCLV, nunc Caroliruhensis saec. VIIII, a me examinati ff. 107ᵃ—116 leguntur, in quo haec inscriptio extat: 'Incipiunt capitula libri huius de dictis sci Augustini Hieronimi et Ambrosii', quam sequitur epigramma Taionis (LXXX 731 *M.*). sed in utroque codice tamquam alter liber quaestiones de nouo Testamento adiectae sunt, de quarum origine et auctore quicquam indagare mihi non contigit. memorabile sane est Wicbodi quae feruntur quaestiones et Baedae qui uocatur de VI dierum creatione librum eodem fere loco desinere. uix autem opus est ut dicam utrumque opus prorsus alienum esse a genuinis Baedae qui ad Genesim spectant tractatibus, Hexaemeron dico (LXXXXII 9 *M.*) et commentarium in Pentateuchum (p. 189). haec igitur sufficiant; nam cum nullum ex hac re ad Ambrosii libros recensendos fructum redundare intellexissem, accuratius in eam inquirere non meum esse ratus in his quae erui adquieui.

[1]) quodsi Maurini Benignianum ad saeculum XI referendum ante annos DCCC exaratum esse dicunt, Remigianum et Cenomanensem, quos eiusdem aetatis esse dicunt, eidem saeculo adscribendos esse patet.

cibus Mediolanensibus Nouariensibus Uercellensibus a Ballerinio adhibitis plura uerba faciamus necesse est, quorum paucos aetate superiores ipse quoque inspexi, ceteros utpote recentiores neque ullius in re critica usus neglexi. neque magis curaui codices bybliothecae uniuersitatis Lipsiensis, de quibus uide quae R. O. Gilbert in Exameri editione Lipsiae a. MDCCCXXXX in lucem emissa exposuit. ex codice familiae N' fluxit editio Amerbachiana.

de paradiso

Iam longum et arduum iter emensi ueniamus ad libellum de paradiso, de quo, cum simplex sit atque aperta rei criticae ratio, rem paucis absoluere possumus. etenim tota eius recensio a duobus codicibus saeculi VIIII pendet, Audomaropolitano 72 (A) et Parisiaco 1913, olim Colbertino (P). ac priore, qui formae oblongae est, foliorum 136, hae scriptiones continentur: f. 1—24 de Isaac, 24—43ᵘ de bono mortis, 43ᵘ—61ᵘ de fuga saeculi, 61ᵘ—89ᵘ de Iacob, 89ᵘ—108 de paradiso, 108—119ᵘ de consolatione Ualentiniani, 119ᵘ—135ᵘ epistula ad Uercellenses.[1]) in folio membranaceo, quod ante primum adiectum est numero non insignitum, post breuem librorum quos hic codex complectitur indicem manu recentiore confectum haec adscripta sunt: 'Usus sum hoc libro et repperi satis bonae notae. Ariae mense Septembri anni MDXCIV. Fr. Modius Canonicus Ariensis', qua re edocemur Franciscum Modium, uirum litterarum antiquarum peritissimum, qui natus a. 1556 decessit a. 1599, hunc librum euoluisse. neque uero minoris momenti sunt ea quae in carta lintea ante folium primum inserta leguntur: 'Collationé en 1724. pour La Nouvelle édition', unde colligitur Maurinos hunc codicem ad alteram Ambrosii operum editionem parandam contulisse. correctus est hic codex primum manu eiusdem fere aetatis, quae pallido usa atramento errores a librario in describendo commissos correxit maximam partem leuiores, sed interdum etiam grauiores, ita tamen ut radendo

[1]) in f. 135ᵘ et 136ʳ manu saeculi inferioris adscripta sunt quaedam sacrae scripturae fragmenta. Audomaropolitanus sine dubio antiquior est Parisiaco, utpote saeculo VIIII ineunte scriptus.

prorsus abstineret. multo fortius autem rem gessit manus altera saeculi XI ineuntis,[1]) quae fusco atramento adhibito totum librum retractauit. qua in re et exemplar deterioris notae secuta est et multas coniecturas saepenumero temerarias intulit. haec igitur in scripturam antiquam et radendo et oblinendo ita grassata est, ut quid olim scriptum fuerit quidque ab antiquo correctore profectum sit haud raro aegre dinoscas.[2]) quam ob rem non mireris multo demum atque impigro labore effectum esse, ut iam accurata plane huius libri egregii collatio parata sit. nam primus Ioannes Wrobel, professor Czernoviciensis eum excussit, deinde ego et S. Reiter iterum eum contulimus, denique Henricus Schenkl multis locis, qui obscuriores esse uidebantur, inspectis rem perfecit atque absoluit. in Parisiaco 1913, qui formae oblongae est, foliorum 286, post Augustini Confessiones [3]) sermonemque de decem cordis (sermo VIIII est; cf. uol. XXXVIII p. 75 *M.*) librosque quosdam Hieronymi eadem insunt quae in Audomaropolitano: f. 196—209^{a} de Isaac, 209^{u}—221^{a} de bono mortis, 221^{a}—232^{a} de fuga saeculi, 232^{u}—250 de Iacob, 250—268^{a} de paradiso, 268—277^{a} de consolatione Ualentiniani, 277^{a}—286^{a} epistula ad Uercellenses,[4]) unde patet hunc librum ex duobus codicibus inter se conglutinatis constare. A et P tamquam fratres gemini sunt ex eodem libro et ipso ut uidetur non multo antiquiore deriuati. magno opere autem dolendum est A lacuna grandi — interciderunt enim in eo folia decem, in quibus uerba 'reprehendamus' (268, 13) usque ad 'insufflatio fructus' (292, 8) scripta erant —

[1]) eadem manu duo folia quae interciderant, LXXII et LXXIIII, suppleta esse uidentur; cf. huius editionis partem alteram p. 27, 23 et 33, 1.

[2]) interdum manus altera ea quae manu antiqua correcta erant suis ductibus illeuit simulque scripturam primariam super uersum adposuit.

[3]) cf. P. Knöll in praef. ad Augustini Conf. p. XXX sq.

[4]) cum P ita conspirat Parisiacus 1719 (P″) p. XXXX descriptus, ut quin codice aliquo intercedente—nam hic illic orationis contextus aut coniecturis aut scripturis ex alio codice illatis immutatus est — ex illo originem duxerit uix dubitare liceat.

deformatum esse. hos libros propinquitate contingunt Uaticanus bybliothecae Uaticanae antiquae 296 (V), formae oblongae, foliorum 144, saec. X, descriptus ab A. Reifferscheid Bibl. patr. Lat. Ital. I 431 sqq. — leguntur in eo f. 1ᵘ de mysteriis, 11ᵘ de sacramentis, 32ᵘ epistula XXII, 37 liber pastoralis, 44ᵘ de paenitentia, 83—114ᵘ de paradiso,[1]) Cheltenhamensis 12267 (C), formae oblongae, foliorum 294, saec. XI (cf. Henricus Schenkl Bibl. patr. Lat. Brit. I 2 1891 Act. min. acad. litt. Uind. CXXVII 9),[2]) Cheltenhamensis 1678 (C′), olim Claromontanus 451, nunc Berolinensis (Meermannianus) 19, formae oblongae, foliorum 137, saec. XII (cf. catalogum Berolini a. 1892 editum p. 24), denique Duacensis 226 (D), formae oblongae, foliorum 137, saec. XII, qui has scriptiones complectitur: f. 3 de paradiso, 16 de Noe, 34ᵘ de Abraham, 73ᵘ de Isaac, 89ᵘ de bono mortis, 104ᵘ de fuga saeculi, 119 de Iacob.[3]) hunc ex A fluxisse eo comprobatur quod in D eadem quam in illo extare diximus lacuna inuenitur. librarius autem ea non animaduersa nihil in margine adnotauit, sed in describendo perrexit. his igitur libris (APVCC′DP″) prior familia efficitur, ad alteram autem referendi sunt decem quos collatos habui codices: Remensis 355 (R) saec. VIIII, Monacensis 3728 (M) saec. X, Senensis F V 8 (S), Bruxellensis 1782/4 (B), Parisiacus 11624 (P′), hi saec. XI, denique qui omnes saec. XII scripti sunt Monacenses 2549, 13079, 14399, Uindobonenses 758 et 779. cum MS consentiunt liber bybliothecae Modoetianae et editio Mediolanensis a. 1477 (μ), in qua prima opusculum de paradiso typis excusum prodiit. iam cum de ceteris paulo ante accu-

[1]) cum Uaticano congruunt duo fratres gemelli — nisi forte posteriorem ex priore ortum esse statuere licet — Uindobonenses 1010 (V′) et 1029, saec. XI ambo, de quibus satis expositum est in Tabb. codd. bibl. Pal. I 175 et 189.

[2]) huic similis est Dunelmensis B 2, 6, de quo postea dicetur.

[3]) Duacenses 226 et 227 — de hoc in praefatione partis alterius exponam — ab eodem librario scripti quasi corpus quoddam librorum Ambrosianorum efficiunt ex uariis codicibus consociatum; cf. Cat. des dép. a. s. VI 117.

ratius disputauerimus, unus qui describatur restat Remensis. formae quartanariae is est, foliorum 139, saeculi ut iam supra diximus noni. insunt in eo: f. 1 de mysteriis, 10ª de sacramentis, 32 de paradiso, 63 de uirginibus liber I et II, 81—108ʳ [1]) tractatus epi Augustini de fide simboli ad Laurentium papam (Rufini Comment. in symbol. apost. XXI 335 *M.*), f. 108 uacuum relictum est, f. 109—139ª liber sci Uictoris dedelapsis Ionensis epi historiographi (Uictor Turonensis de paenitentia, cf. Ambrosii opp. app. XVII 971). in folii 139ª margine inferiore haec scripta sunt: 'Hincmarus archieps dedit scae Mariae Remensi'.

Has igitur familias, quas isdem quae in Examero adhibuimus siglis usi litteris Π et N designauimus, ut constituere-mus, in primis lacunis quae omnibus huius aut illius generis codicibus communes sunt adducti sumus. ueluti in Π 303, 12 uerba *qui enim mortuus est iustificatus est a peccato,* contra in N 318, 14 *oculis nostris perspeximus* omissa sunt. sed non eadem librorum VCC'DP'' condicio est; nam VDP'', si a uoculis quibusdam omissis decesseris, in lacunis cum AP semper consentiunt, in CC' autem lacunae aliquot quae in ceteris huius familiae codicibus deprehenduntur libri alterius generis auxilio expletae sunt, ueluti 319, 22 uerba *ne absque . . . prohibuisse.* luculentum eiusmodi correctionis exemplum praebet locus 318, 22, ubi in N *inuestigare sententiam, inuestigare naturam* legitur, in APVDP'' *inuestigare naturam.* in C uerba *inuestigare sententiam* inserta habes post *requirendo*, in C' ea uerborum *inuestigare naturam* quae omissa sunt locum occupant. unde patet eis supra uersum adscriptis atque in textum illatis uerba *inuestigare naturam* expulsa esse. ceterum quamquam concedo codicum N lectionem defendi posse atque huiusmodi membra eiusdem uerbi repetitione formata apud Ambrosium satis frequentia esse, tamen libros AP sequi malo, cum ea quae in N leguntur ex glossemate *scntentiam* supra *naturam* adscripto oriri

[1]) folium 108ʳ dimidium uacuum est.

potuerint. libri A et P mendose scripti sunt atque in primis lacunis deformati; nam ut leuiora quaedam, ueluti uoculas *et, ut, in, esse* saepius omissas silentio transgrediar, praeter ea quae supra adnotauimus in AP desunt 299, 20 *angelorum*, 300, 15 *uita mori* (addidit in P m2, sed loco inepto), 304, 22 *quia*, in PV (in ea parte quae in A non legitur), 282, 12 *perfecti*, 285, 5 *non*, 290, 5 *medio*, denique quod maioris momenti est 288, 7 sq. *qui non ... paruulo* et mox *Adam. si non paruulus*. libri N autem etsi longe minore eiusmodi lacunarum numero adfecti tamen fide multo inferiores sunt familia altera utpote corruptelis et quod peius est temerariis correctionibus et interpolationibus inquinati. ueluti 314, 21 in Π recte legitur *et ait*, in N *ut habes*, 307, 15 in Π *inmisit*, in N *inmisit deus*. quamquam non nego interdum bonas ab eis scripturas offerri uel quod multo frequentius est coniecturas a librariis profectas. uerborum autem ordinem non paucis locis immutatum esse, in quibus certa grassantis librariorum licentiae uestigia reperiuntur, nemo puto mirabitur. neque uero horum codicum omnium eadem ratio est; nam haud raro dissentiunt et uel ii qui intimo uinculo inter se coniuncti sunt uelut MS passim inter se discedunt. animaduertimus tamen R saepius cum A facere, M propius ad P se adplicare. quae cum ita sint, iam exploratum est recensionis fundamentum in AP positum esse, ita tamen ut alterius familiae libri semper in examen uocentur. si uero quaeras uter iis locis quibus inter se discrepant praeferendus sit, in hoc libello, cuius in parte non exigua codicis A subsidio destituti sumus, non tam facile quam in ceteris quae in AP leguntur scriptionibus iudicium erit. sed cum euincatur re uera in illis maiorem libri A auctoritatem fidemque esse, de hoc quoque opusculo idem statuendum est, quod egregiis quoque quibusdam lectionibus quae in A extant conprobatur, ueluti 302, 1 *contineri* A *conteri* P, 322, 19 *uxorio* A *uxori* (*uxoris* m2) P.

Ex locis corruptis unum tangam, in quo sanando multum laborem frustra consumpsi, ea dico quae initio sectionis 29

p. 285, 7 sqq. leguntur. certum est ab Ambrosio hic eandem quae a Philone libri I sacr. legg. allegg. c. 18 (I 55 *M*, I 75 sq. *C*) proposita est quaestionem tractari, utrum in Genesis c. II u. 9 uerba ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου ad utrumque membrum an ad prius solum referenda sint. simul Philonis et Ambrosii locis inter se collatis hanc difficultatem, quomodo fieri potuit ut deus iustissimus iuxta lignum uitae lignum quod mortis causa fuit posuerit, illum subtiliter ut solet expediuisse, hunc summatim tantum de ea re egisse. etenim dum ille in ligno scientiae boni malique uim et essentiam discernit, hic satis habet dubitationem illam fortasse ab Apelle renouatam potius reicere quam refutare. ipsis enim sacrae scripturae uerbis respectis contendit lignum uitae et lignum scientiae eodem loco, in medio paradisi, fuisse. quam ob rem Erasmo, qui in uersu 8 post 'uitae' ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου inseruit, adsentior, cum haec uerba Graeca a librario facillime omitti potuerint et ea quae sequuntur 'hoc est in medio paradiso' tale supplementum flagitare uideantur. iam ubi scripturae uerbis comprobauit Ambrosius lignum uitae in medio paradiso fuisse, id ei agendum erat, ut lignum scientiae boni et mali a deo eodem loco positum esse euinceret. expectes igitur eum orationem ita continuauisse: 'ait porro καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. his enim . . .,' quibus in uerbis illud καὶ ante τὸ ξύλον premendum est. atque re uera in codicibus uerbum 'ait' excipiunt litterae aliquot, quibus uerba Graeca hoc loco posita fuisse indicatur, sed tam obscurae, ut quid olim scriptum fuerit uix diuinando eruere liceat. tamen, nisi fallor, in his litteris uerba 'ἐγέννησε πονηροῦ his' latere uidentur. atque ἐγέννησε sane respondet ei quod mox sequitur 'produxerit'. quae si uera sunt, hunc locum lacuna adfectum atque scribendum esse conicias: *ait* (fortasse *mox* uel *porro* addendum est) ἐγέννησε ⟨καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ⟩ πονηροῦ; *his enim* . . . sed cum quam incertum hoc commentum sit ipse intellegam, nihil aliud restat nisi ut sagacioribus hunc locum examinandum atque emendandum relinquam.

Maurini praeter PRP'C' octo codices examinauerunt, quorum unus (Bigotianus) saeculi XI est[1]), ceteri omnes recentiores. libri septem a Ballerinio excussi, aut saeculo XI scripti aut etiam recentiores, omnes ad familiam quam littera N significauimus referendi sunt. ex codice familiae N deriuata quoque est Amerbachii editio.

de Cain et Abel

In opusculo de Cain et Abel emendando maxime claudicamus, cum ne unus quidem liber antiquior ad memoriam nostram peruenerit. certe codices uetustiores quos indagare potui omnes saeculo demum undecimo conscripti sunt. atque de Senensi (S), libro basilicae Modoetianae (M), Bruxellensi (B), Parisiaco 11624 (P), qui ad hoc saeculum omnes referendi sunt, iam supra p. XXXVIII expositum est. accedunt duo qui eiusdem saeculi sunt, Ambrosianus R 82 sup., formae oblongae, foliorum 128, quo continentur f. 1—82 Exameron, 82—104 de paradiso, 104—128 de Cain et Abel, et Ambrosianus F 117 sup., formae oblongae, foliorum 99, in quo f. 1ᵘ—60, 60—77ᵘ, 77ᵘ—97ᵘ eaedem scriptiones eodem ordine leguntur[2]). codices saeculi XII collatos habui librum s. Marci 511, nunc Laurentianum (M'), in quo Exameron libellosque de paradiso et de Cain et Abel sequuntur libri de officiis[3],) Parisiacum 2637 (P'), olim S. Martialis Lemouicensis, in quo

[1]) Bigotianus, nunc Parisiacus 2639, et Bethuneus, nunc Parisiacus 1729, qui saec. XII scriptus est, locis aliquot a me inspecti ex Parisiaco 1913 fluxisse uidentur.

[2]) f. 98ʳ uacuo relicto in f. 98ᵘ et 99ʳ manu saec. XII adscripta sunt miracula duo s. Ioannis Gualberti — fundator ille fuit coenobii Carthusiani in Ualle umbrosa, mortuus a. 1073 — et hymnus ab eo compositus. in f. 1ʳ manus saec. XV haec adiecit: 'Liber librariae monasterii sancti Jeronymi ordinis Cartusianorum dioecesis Paduanae relictus per bonae memoriae Petrum Donato antistitem Paduanum'. Petrum Donatum a. 1428 Castello Patauium uenisse ibique die VII octobris a. 1447 mortem obiisse constat. denique in calce libri haec subscriptio legitur: 'hic codex fuit Vincentii Pinelli v. claris. a cuius haeredibus tota eiusdem bibliotheca Neapoli empta fuit anno 1609 iussu Illᵐⁱ Card. Federici Borrhom. Ambrosianae biblioth^ae fundatoris. Antonius Olgiatus scripsit anno 1609.'

[3]) in folio primo haec sunt scripta: 'hic liber ē conuentus S. Marci de flō ordinis praedicatorum. Quē habuit a Cosma Ioñis de Medicis.'

praeter Exameron, de paradiso, de Cain et Abel insunt adhortatio ad uirginitatem et de perpetua uirginitate beatae Mariae, denique Uindobonensem 779 (V), de quo uide ea quae p. XXXVIII exposuimus [1]).

Hi codices omnes ex eodem fonte fluxerunt, libro ut uidetur saeculi VIIII uel X satis neglegenter et mendose scripto multisque uitiis deturpato. conspirant igitur omnes in corruptelis grauioribus; quodsi in leuioribus unus alterue genuinas lectiones praebet, quin eae coniecturae ope restitutae sint omnino dubitari non potest. primum autem locum inter eos occupat S, qui diligentius quam ceteri scriptus maiore cum fide archetypi naturam et condicionem refert. quam ob rem sane dolendum est quinque in eo folia, quattuor 382, 22, unum 394, 21 intercidisse. sed si memineris eorum quae supra de S et Monacensi 3728 disputauimus — deteriorem enim hoc illum esse diximus, et quantum distat Monacensis a Cantabrigiensi uel Audomaropolitano! —, tum intelleges nos non habere, quod talibus subsidiis usos nos pristinam huius opusculi formam restituturos esse speremus. singularis quodam modo Modoetiani est condicio, in quo non paucae a ceteris discrepantes lectiones conspiciuntur. quarum quaedam sine dubio germanae sunt, ueluti 349, 4 *osculi,* 350, 14 *est eam*, 354, 6 *maximi,* 358, 15 *superlectili,* 401, 15 *paenitentiae*, 405, 3 *dominum* atque in quibus cum AA' congruit 341, 5 *uclut,* 391, 18 *subactus . . . ne,* 395, 11 *feruentem,*

[1]) ex V adhuc integro — desinit enim nunc folio ultimo deperdito in uerbis 'ab humana' (408, 25) — descriptus est Uindobonensis 758 saec. XII (cf. Tabb. I 127). atque ex hoc rursus in V post uerba illa 'ab humana' quae sequuntur 'mansuetudine . . . quam mortem' (428, 27) manu recentiore suppleta sunt. ceterum eodem modo quo Uindobonenses uerbis 'quam mortem' terminantur Monacenses 2549, 13079, 14399 cum his atque in primis inter se semper fere congruentes. atque idem ualet de fragmento libri II in Uindobonensi 769 saec. XII (404, 17 'uoluitur' . . . 428, 27 'mortem'); cf. Tabb. I 129. hi omnes quoque ex V adhuc integro fluxisse uidentur. mendose scriptus neque ullius in re critica usus est Canonicianus Script. eccl. 209 saec. XIII (cf. Cat. codd. bibl. Bodl. III 405), quem inspexit Henricus Schenkl.

aliae ita comparatae, ut certe defendi possint, ueluti 348, 15 *requires*, 359, 19 *habitator*, 367, 11 *est deus*, 378, 1 *partibus*, 402, 10 *necessitatis*, 406, 7 *praestat*, 408, 27 *magis uult.* tamen his locis omnibus malui cum SAA' facere quam dubiam utique Modoetiani sequi auctoritatem.

Maurini praeter B usi sunt Uaticanis duobus, quos optimae notae esse dicunt — Uat. 269 et Urb. 41 ii fuisse uidentur, saec. XV uterque —, Floriacensi, quem antiquae manus esse censent — est Aurelianensis 33 saec. XIII, cf. Cat. des dép. n. s. XII 21 —, denique Laudunensi, quem ipsi recentiorem esse testantur. ex codice Monacensi 14399 simillimo profecta est Amerbachii editio.

de Noe Codices quibus ad librum de Noe recensendum utimur ex archetypo fluxerunt duobus locis (p. 417, 15 et 478, 2) unius folii iactura mutilato. unde patet unum tantum codicem, quo hoc opusculum continebatur, ad medium aeuum peruenisse. neque uero postea is liber frequenter lectus est, id quod exiguo sane, si ceteras Ambrosii scriptiones respexeris, codicum qui supersunt numero confirmatur. folii prioris deperditi particulam seruauit Augustinus tribus locis, contra duas epist. Pelag. IIII 11, contra Iul. Pelag. II 2, 4, contra sec. Iul. resp. I 6. quae altero folio exposita fuerint colligere licet ex Philonis Quaest. in Gen. l. I c. 58 et 59. uerum non foliis tantum amissis archetypum deformatum erat, sed aliis etiam uitiis, inprimis lacunis librariorum aut socordia aut licentia ortis. ueluti in temporum computatione, quam Ambrosius Philonem secutus instituit, p. 445, 18 uerba *mense septimo* omissa sunt[1]), lacunosus et interpolatus est locus 471, 21, item lacuna adfectus locus 487, 21.

[1]) Ambrosius ut festinantius libros suos componere solebat, ita hoc loco Philonem (Quaest. in Gen. II 17) secutus sacrae scripturae auctoritate neglecta diluuium *mense septimo* coepisse statuit — nam haec uerba p. 445, 18 supplenda esse eo quod tota quae proxime sequitur computatio in hoc fundamento posita est comprobatur —, sed cum scripturae uerba τοῦ δευτέρου μηνὸς obstarent, postea hanc discrepantiam quodam modo tollere studuit. ignorans igitur Philonis, qui calendarium Hebraicum re-

Inter libros autem quibus opusculum de Noe nobis traditum est, primum locum obtinet Parisiacus 12137, olim Corbeiensis (P)[1]), formae oblongae, cuius iam descriptionem proponam. constat ex tribus codicibus saeculo VIIII scriptis, qui conglutinatoris opera in unum corpus consociati sunt. ac prima pars continet libros de Noe (f. 1—25ᵘ) et de Abraham (f. 25ᵘ—60ᵘ). in folii 60 pagina altera, quae sectionibus 89—93 libri alterius de Abraham tota expleta est, ultima haec subscriptio legitur: EXPLICIT DE $\overline{\text{SCO}}$ ABRAHAM LIBER II. INCIPIT LIBER DE $\overline{\text{SCO}}$ ISAAC. unde iam conicere licet hoc codice adhuc integro praeter libros de Noe et Abraham eos qui de Isaac, de bono mortis, de fuga saeculi, de Iacob inscribuntur comprehensos fuisse. fluxisse autem eum ex libro maioribus litteris exarato eo euincitur quod scripturae eadem fere quae in libris antiquissimis cernitur ratio est. nam quamquam librarius litteris minutis usus est, tamen singula uerba in scribendo ita coniunxit, ut nulla fere inter ea spatia reliquerit. correctus est hic codex permultis locis eadem manu spexit, rationes opinatus est non solum illud anni tempus quo sata incrementa capiunt uel mensem Martium, sed etiam id quo semina terrae mandantur uel Septembrem anni principium esse posse (456, 22 sqq.). atque eodem modo (457, 2 sqq.) id quod in Genesi 8, 4 legitur arcam mense septimo sedisse, cum Philonis, qui hanc rem non tetigit, de diluuii exordio relatione consociare conatus est. non autem mirum est duplici illo computandi modo haud exiguas legentibus difficultates adlatas esse. qui cum scripturae uerba *mense secundo* restituere studerent, interpolationes illae quae nunc in libris conspiciuntur natae sunt. sic 456, 2 coniectura olim in margine adscripta in codices omnes inlata est. eiusdem originis est adnotatio *secundum hebraicam ueritatem mense secundo* manu altera in margine libri D adiecta. neque dubium est, quin causa cur 445, 18 uerba *septimo mense* omitterentur non error librarii fuerit, sed lector quidam. cum mendum subesse putaret, consulto ea neglexerit.

[1]) folium primum praecedunt duo ad librum tegendum adiecta, quorum in priore manu saeculi XVIII scriptum est: 'S. Germani lat. 204'. in folio primo manus saeculi XVII haec adpinxit: 'S. Petri Corbeiensis', quibus postea manus saeculi XVIII haec adiecit: 'S. Germani a Pratis n. 204, olim 121'.

ac praeterea duabus aliis neque aetate nec scriptura multum a primaria atque inter se ipsas discrepantibus, nisi quod altera nigriore, altera pallidiore atramento usa est. quam ob rem haud raro difficile est ad diiudicandum cuinam manui singulae correcturae tribuendae sint. id tamen certum esse uidetur correctores non solum pro suo arbitrio rem gessisse, sed etiam codicem quendam in corrigendo adhibuisse. de altera et tertia parte Parisiaci in praefatione uoluminis alterius exponemus. proximus bonitate huic codici est Trecensis 550 saeculi XI (T) supra p. XXXX a nobis descriptus, in quo opusculum de Noe parte ultima truncata legitur; desinit enim in uerbis 480, 25 'se esse promisit'. neque uero folia in eo exciderunt, id quod eo comprobatur quod in folio 292 uerbis illis haec subscriptio adiecta est: EXPLICIT LIBER NOE. INCIPIT LIBER DE ABRAHAM et statim uerbis INCIPIT LIBER DE ABRAHAM ad opus illud transitur. unde in codice, ex quo T fluxit, si huius libri formam respexeris, septem folia excidisse statuendum est[1]). sequuntur Trecensis 284 (T'), formae maximae, foliorum 159, saeculi XII[2]), in quo insunt: f. 1—30ª de Noe, 30ª—73ʳ de Abraham, 73ʳ—83ª de benedictionibus patriarcharum, 83ª—90ª sermo contra Auxentium, 90ª—98ʳ epistula XX, 98—106 de resurrectione (hoc est libri alterius de excessu fratris sectiones inde a LIII 'Prima igitur' usque ad ultimam), 106—123ª de apologia Dauid, 123ª—140ª apologia Dauid quae uocatur altera, 140ª—159ʳ de Tobia. maxima pars paginae ultimae uacua relicta est — Nouariensis (XLVIII) 20 (N), formae maximae, foliorum 182, saeculi XIII, qui haec scripta complectitur: f. 1—10 de paradiso, 11—20 de Noe,

[1]) ex T descriptus est Tolosanus 154 saec. XIII (cf. Cat. des dép. a. s. VII 73), qui in eisdem quibus ille desinit uerbis eadem subscriptione et librorum de Abraham qui sequuntur inscriptione adiuncta. qua de re benigne me edocuit u. cl. Massip, bybliothecae Tolosanae praefectus.

[2]) in folio 159ʳ manu saec. XII atramento rubro haec adscripta sunt: 'Liber scę marię de clara ualle' ac manu saec. XIIII in eodem folio uerso: 'Liber sce marie clare uallis'.

20—57 de Abraham, 58—68 de Isaac, 68—78 de bono mortis, 78—86 de fuga saeculi, 86—100 de Iacob, 101—111 de Ioseph, 111—118 de benedictionibus patriarcharum, 118—129 de apologia Dauid, 129—137 de Nabuthae, 137—148 apologia Dauid quae uocatur altera, 148—160 de interpellatione Iob et Dauid, 160—169 de Helia, 169—178 de Tobia, 178—182 precationes duas — Brugensis 101 (B), formae maximae, foliorum 200, saeculi XIII, quo continentur: f. 3ᵃ—18 de paradiso, 18—36ᵃ de Noe, 36ᵃ—66ᵃ de Abraham, 66ᵃ—79ᵃ de Isaac, 79ᵃ—90 de bono mortis, 90—100 de fuga saeculi, 100—115 de Iacob, 115—126 de Ioseph, 126—133ᵃ de benedictionibus patriarcharum, 133ᵃ—156ᵃ de apologia Dauid libri duo, 156ᵃ—165ᵃ de Nabuthae, 165ᵃ—187ᵃ de excessu fratris, 187ᵃ—194 de obitu Ualentiniani, 194—200 de obitu Theodosii[1]). his addo tres codices, qui singularem inter ceteros locum obtinent, cum eis hic libellus non integer, sed demum inde a sectione 44 traditus sit, Duacensem 226 (D) supra p. LIIII descriptum, in quo hoc opusculum in ultima folii 16ʳ parte ita incipit ut subscriptio libri de paradiso et inscriptio 'Incipit de Noe et archa' inter se excipiant, Parisiacum 1723, olim Colbertinum (C), saeculi XIIII, ingentis ambitus librum, de quo uide Mellotii catalogum III 178, denique Parisiacum 1728, olim Mazarineum (M), formae quartanariae, foliorum saeculi XV, in quo praeter scriptiones de Noe et Abraham f. 1—61 insunt de apologia Dauid libri duo 61—97 et opusculum de Nabuthae. in utroque tractatus de Noe ei quo de Abraham agitur postpositus est hac subscriptione et inscriptione praefixis: EXPLICIT LIBER SECUNDUS DE $\overline{\text{SCO}}$ ABRAHAM. INCIPIT LIBER TERTIUS, quibus in M haec adiecta sunt: QUI LIBER EST DE NOE.

Iam supra diximus P primum locum inter codices obtinere.

[1]) in f. 1ᵃ et f. 200 legitur: 'Liber sancte marie de Thosan', in f. 200ᵃ 'Iacobus allardus'. A. Sander in bibl. Belg. manuscr. I 150. 156. 207 refert a. 1638 hunc librum monasterii Dunensis ordinis Cistertiensis in Flandria fuisse; cf. Laude Cat. des man. de la bibl. de Bruges p. 85 sqq.

neque quemquam, si uel obiter commentarium perlustrauerit, fugiet eum totius recensionis fundamentum esse. sed quamquam semper a P proficiscendum est, tamen codices TDN nequaquam contemnere licet. primum igitur quae ratio inter P et T intercedat inquiramus. ac T fide et auctoritate multo P inferiorem esse non est quod multis exemplis adlatis comprobem; pauca opinor sufficient. omissa in eo sunt non solum singula uerba, sed etiam enuntiatorum membra, ueluti 416, 21 *auertimus,* 452, 8 *diluuio non absorbebatur*, nonnulla foede deprauata, ueluti 420, 13 *pro sapientia*, alia male correcta, ueluti 443, 9 *refundatur*, 453, 7 *imitationem*, atque etiam interpolata, ueluti 444, 14 *uenustatem amiserat.* sed non desunt loci, quibus T aut solus aut quod perraro factum est cum DN scripturas genuinas seruauit. hos igitur quaeso inspicias: 420, 13 *uirtutum* (*uirum uirtutis* P, quod fortasse ex scriptura *uirtutis* ortum est; *uirtutum* certe eo commendatur, quod paulo post *uirtutes* sequitur), 425, 8 *arcem* (*arcęam* P), 449, 12 *ambacum* (*abbacuc* P), 20 *emineant* (*meant* P; *m* ex compendio ut uidetur uoculae *enim* natum), 468, 2 *et* (*uel* P), 470, 3 *quia* (*quid* P), 473, 21 *timore dirigatur* (*timorem dirigat* P), 475, 10 *dominatur* (*donatur* P), 479, 24 *cognitionis* (*cogitationis* P). sed haec omnia uel certe plurima forsitan quis ex coniectura profecta esse existimet: quam ob rem iam locos, quibus uerba in P omissa libri T ope restituta sunt, proponam: 423, 13 *intra se* (*intra* P), 441, 16 *numeri*, 451, 16 *in* (om. P m1, *ad* s. u. m2), 467, 22 *et filii eius* (om. P m1, *et filii* s. u. m3), 470, 7 *addit* (scribendum *addet*) *percutere* (*percuterem* P), 474, 7 *ad imaginem dei* (*dei* P), 480, 8 *nos prouocaret cibos* (*prouocaret* P).[2]) denique codicis T auxilio nonnumquam

[2]) fortasse *nos cibos prouocaret* scribendum est. quod ut statuam eo commoueor quod in T nonnumquam uerborum sedes immutatae sunt, ueluti 413, 8; 468, 11. contra rectum uerborum ordinem (*ut fructus latentes sub aqua possit*) tuetur *T* 462, 21, quo loco P in textu habet *quae* (*ae* ex *a*) *possit* in mg. m3 *ut possit fructus latentes sub aqua.* utrum 454, 10 cum PBC *scriptura* an cum ceteris *scriptura diuina* scri-

scripturam in P erasam indagare licet. sic 460, 17 in T extat *adcommoda*, in P *committere* temere ex eis quae praecedunt repetitum. errorem a se commissum librarius ipse correxit uerbo *committere* expuncto et supra *adcommoda* scripto, quod postea erasum iam dinosci non potest. idem cadit in locum 427, 13, quo T *nec* praebet, P *nã* (*ã* m2 in ras.). quae cum ita sint, locis aliquot, quibus P et T discrepant, non facile diiudices utrius lectio praeferenda sit, ueluti 448, 25 *modo* P *more* T, 453, 26 *manum tuam* P *manum* T (τὴν χεῖρα LXX), 474, 12 *ego* P (*eo* editio Romana) *ideo* T, quamquam ego his locis P utpote certiorem ducem sequi malui. duos autem qui accuratius examinentur locos dignos esse existimo. quorum prior legitur 438, 16 *sed quod sibi commodum uelut* (sic P, *uel se* T), *scindit a uero, secernit a iusto*. patet hoc loco cum T *uel* scribendum ac statuendum esse adiectiuum quod praecedenti *commodum* respondeat intercidisse. quodsi P sequeris, mecum puto *ut⟨ile⟩* restitues atque hanc coniecturam in textum recepi. sin cum T facies, *secundum* proponam. neque obstat libri P lectio; nam *se* ante *scindit* facile excidere potuit neque quicquam frequentius in libris est uocularum *uel* et *uelut* confusione. altero loco (424, 2) P praebet *eam arcam*, T *arcam*, quas lectiones ex hac: *eam* ortas esse censeo; nam apud LXX αὐτὴν legitur et recte *arcam* in N omissum, in T' expunctum est. dolendum igitur est ultimam libelli de Noe partem in T nobis traditam non esse.

arcam

Codices D et N[1]) plerumque cum P conspirant. ac magni in quaestione de origine eorum instituenda momenti est quod in eis omnes fere quae manu altera et tertia in P illatae sunt correctiones inueniuntur, ueluti 424, 11; 425, 8; 427, 13; 462, 21; 463, 18; 475, 10. contra uerba *auertente...turbabuntur* (454, 1), quae in margine libri P manu prima ad-

bendum sit, plane incertum est. certe *diuina* neque necessario requiritur et facile a librario addi potuit.

[1]) Nouariensis ex ipso Duacensi deriuatus atque quae in hoc deest opusculi pars ex alio non bonae notae codice in eo suppleta est.

scripta sunt, in DN non extant. unde suspicari licet fontem eorum codicem P simillimum atque fortasse eum ipsum quo librarii in hoc corrigendo usi sunt fuisse. multis uitiis foedisque librariorum commentis inquinati non tamen plane spernendi sunt, cum hic illic in eis uera lectio coniecturae ope restituta conspiciatur, ueluti 452, 7 *incorporeus* DN *corporeus* P, 485, 27 *Noe homo* DN *homo Noe* P, quae uerborum collocatio uix defendi potest, 488, 1 *domino* DN *domino utique* P (*utique* male repetitum), 490, 5 *delectationibus* DN *delectationis* P. aliis locis res incerta est, quamquam codicis P uestigiis insistere tutius esse uidetur. quam ob rem 481, 7 ‹*qua re*› *significat* scripsi, *significans* DN. 482, 26 DN *creati* praebent, sed fortasse *facti* excidit. 489, 16 in DN *nesciat* legitur, in P *non nesciat*, fortasse ex *nonsciat* ortum; quod si uerum est, *non sciat* praeferendum esse intellegitur. sed longe maior horum codicum in scriptione de Abraham auctoritas est, qua de re mox expositurus sumus.

Ceterorum codicum aut nullus aut certe perexiguus usus est. ac T′, qui cum P fere semper conspirat, quin ex hoc iam correcto, non tamen ipso, sed libro quodam intercedente fluxerit dubitari non potest. inueniuntur enim in eo scripturae aliquot cum T et DN congruentes, unde patet codicem ex quo manauit aliis libris adhibitis passim retractatum esse[1]). C et M, si reputas eandem quae in D deest opusculi partem in eis non extare, ex libro D simili manauisse opineris. sed repugnat quod quamquam multis locis cum D faciunt, tamen multis quoque cum P atque non solum cum altera et tertia. in eo manu, sed etiam cum prima consentiunt. quae cum ita sint, nihil aliud restat nisi ut statuamus archetypum horum codicum ex libro P simillimo originem duxisse, sed postea

[1]) cum T′ semper fere cum P eoque iam correcto consentiat, iis tantum locis quibus ab hoc discrepat eius mentionem feci. quam ob rem si siglum P littera T′ non addita scriptum est, scito Trecensem cum Parisiaci manu prima et, ubi manu altera uel tertia correctiones illatae sunt, cum his congruere.

lectionibus aut ex D ipso aut ex codice eius generis illatis hanc quae nunc in C et M conspicitur orationis conformationem extitisse. atque eadem fere de B dicere licet, qui, cum modo ad P, modo ad T et D accedat, ex libro uariis modis retractato profectus est.

Maurini praeter P, quo non ea qua decebat diligentia in hoc tractatu emendando usi sunt, et CM adhibuerunt Ualliclarensem, quem a T′ diuersum fuisse putandum est[1]), Uaticanos duos (Uat. bybl. Uat. ant. 269 et Urb. 41, saeculi XV utrumque)[2]), Tornacensem recentem et Duacensi simillimum, denique Longipontinum et ipsum recentem atque ex P ipso ut uidetur deriuatum, quem frustra quaesiui. ex libro Nouariensi simillimo manauit Amerbachii editio.

Librorum quibus scriptio de Abraham nobis tradita est duo genera sunt, quorum altero libri ambo, altero prior solus continetur; hic enim medio aeuo multo frequentius legebatur. neque uero miraberis eum alteri praelatum esse. etenim facillimus intellectu est ac totus in praeceptis quae ad mores formandos emendandosque pertinent uersatur, id quod Ambrosius ipse libri alterius initio his uerbis declarauit: ‘moralem quidem locum persecuti sumus qua potuimus intellectus simplicitate, ut qui legunt morum sibi possint haurire magisteria’, alter autem liber mystica qua scriptor usus est interpretatione eaque haud raro obscura homines eius aetatis repellebat potius quam adliciebat. qua re factum est ut exiguo tantum codicum numero huius libri memoria seruata sit. ac nobis generis prioris idem quos in opusculo de Noe emendando adhibuimus

de Abraham

[1]) Maurini uol. I p. 244 se quattuor in quibus tractatus de Noe inde a sectione 44 ordiebatur codicibus usos esse dicunt, Colbertino Mazarineo Tornacensi, denique Ualliclarensi, quem eiusdem atque Colbertinum saeculi fuisse referunt. ac duae quas ex Ualliclarensi enotauerunt lectiones ad sectiones 45 et 95 pertinent. sed mirum sane est eos librum *T′*, quem monasterii sanctae Mariae de clara ualle fuisse supra diximus, aut non nouisse aut neglexisse.

[2]) simillimi sunt codici T′, sed prior tantum de Abraham liber eis continetur.

codices praesto fuerunt, PTT'DNBCM supra descripti[1]). de quibus quae hoc loco addam non habeo nisi id unum, libro T non totum opus contineri, sed desinere eum octo fere foliis abscisis in uerbis 'hereditatem iustitiae' (596, 1). alterius autem generis, in quo priorem tantum librum inesse diximus, in hac editione quattuor codices respexi. in quibus primum locum obtinet Augiensis CCXIII (𝔄'), nunc Caroliruhensis, formae quartanariae, foliorum 183, saeculi X, qui haec scripta complectitur: f. 1—28 de Abraham librum I, 29—54 de Isaac, 54—76 de bono mortis, 76—96 de fuga saeculi, 96—125 de Iacob, 126—149 de Ioseph, 149—164 de benedictionibus patriarcharum, 165—183 de Nabuthae. cum 𝔄' duo libri ita conspirant, ut quin ex eo fluxerint uix dubitare liceat, Augiensis CLVI (𝔄''), nunc Caroliruhensis, formae quartanariae, foliorum 145, quo continentur: f. 1ᵘ—23ᵘ de Abraham liber I, 24—43 de Isaac, 43—59ᵘ de bono mortis, 59ᵘ—75ᵘ de fuga saeculi, 75ᵘ—99ᵘ de Iacob, 100—117ᵘ de Ioseph, 117ᵘ—130ᵘ de benedictionibus patriarcharum, 130ᵘ—144ᵘ de Nabuthae, 145 precatio binis uersibus inter se consonantibus composita, et Einsidlensis 164 (E), formae quartanariae, paginarum 252, saeculi XII, in quo pagina prima uacua relicta idem libri eodem ordine dispositi leguntur: p. 2—38 de Abraham liber I, 38—73 de Isaac, 73—101 de bono mortis, 101—128 de fuga saeculi, 128—171 de Iacob, 171—203 de Ioseph, 203—225 de benedictionibus patriarcharum, 225—251 de Nabuthae, 251 sq. sermo de conceptione sanctae Mariae calce mutilatus. quartus est codex olim sancti Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352 (R), formae oblongae, foliorum 160, saeculi XII, in quo folii primi pagina priore[2]) uacua relicta hae scriptiones insunt: f. 2—21 de

[1]) Brugensem 103 saec. XV, de quo uide quae Laude in cat. libr. manuscr. bybl. Brug. p. 88 exposuit, aliquot locis inspexit Henricus Schenkl.

[2]) in hac pagina manu saec. XII scripta sunt: 'liber aeccl̄iae s̄ci Theoderici'. eadem manu in pagina altera indicem scriptionum quas hic codex complectitur adiectum habes.

Abraham liber I, 21—39ᵘ de Isaac, 39ᵘ—55 de bono mortis, 55—69ᵘ de fuga saeculi, 69ᵘ—90 de Iacob, 90—105ᵘ de Ioseph, 105ᵘ—112ᵘ de benedictionibus patriarcharum, 112ᵘ—124ᵘ de apologia Dauid, 124ᵘ—133 de Nabuthae, 133—139 expositio sci Cypriani episcopi et martyris in dominicam orationem, 139—152 explanatio Rufini in symbolum. folii 152 pars maxima abscisa est. deinde sequuntur folia octo diuersae a ceteris formae et scripturae, quibus manu saec. XII uel XIII apologia Dauid quae uocatur altera scripta est. sed de his in praefatione partis alterius accuratius exponetur.

Praeter hos quattuor codices contuli, quos, etsi paucis tantum in commentario locis eorum mentionem inieci[1]), tamen hoc loco describere non superuacaneum esse uidetur. ac primum duos commemoro, quos fratres geminos recte dixeris, Dunelmensem B 2, 6[2]), formae oblongae, foliorum 85, saeculi XI uel XII, quo continentur: f. 1—8 de Ioseph, 8—14 de benedictionibus patriarcharum, 14—25ᵘ de paenitentia, 25ᵘ—40ᵘ de excessu fratris, 40ᵘ—47ᵘ de bono mortis, 47ᵘ—53 de consolatione Ualentiniani, 53—63 de paradiso, 63—72 de Abraham liber I, 72—79 de Nabuthae, 79—84 Augustini sermo de decem cordis (sermo VIIII est; cf. uol. XXXVIII p. 75 *M.*), denique 85ʳ fragmentum libri cuiusdam de sede animarum defunctarum, quod incipit a uerbis: 'tempus autem, quod inter hominis mortem', et Bodleianum 762, saeculi XII uel XIII, de quo exposuit Henricus Schenkl in

[1]) quodsi omnes eorum lectiones adferre uoluissem, nimia ac simul inutili mole commentarium onerauissem.

[2]) descripsit hunc codicem Th. Rud in cat. codd. eccl. cath. Dunelm. a. 1825 Dunelmiae edito p. 102. qui eum indiculo a Willelmo, quem Willelmum de s. Carilefo episcopum a. 1096 mortuum fuisse putat, coenobio s. Cuthberti donatorum respecto — continetur hic indiculus codice Dunelm. A 2, 4 — saeculo XI tribuit. neque huic sententiae, si codicis scripturam respexeris, quicquam obstare uidetur. quamquam dissentiunt alii, qui Willelmum illum non eum de quo Rud cogitauit episcopum fuisse, sed saeculo demum XII uixisse contendunt. in folio primo haec scripta sunt: 'Liber beati <Cuthberti> de Dunelmo | de coi libraꝛ Moᵃchorum Dunelm̃'.

Bibl. patr. Lat. Brit. III (Acta min. acad. litt. Uind. CXXIIII 3, p. 3). sequuntur Parisiacus 627, olim Regius, ex uariis frustulis consutus; f. 81—86 inserta habet sex folia saec. XII, quibus continentur libri prioris de Abraham sectiones 1—28 usque ad uerba 'peccatum aduertis' (523, 15) [1]), et Uindobonensis 705 saec. XII, quo nunc mutilato post libros de officiis (f. 1—31ª) corpus quoddam Ambrosii scriptionum comprehendebatur, de quo indice in f. 31ª praefixo edocemur. huius corporis etiamnunc restant f. 32—40 de Abraham liber I, 40—47ª de Isaac, 47ª libelli de bono mortis ss. 1—3 usque ad uerba 'delectatione uitae' (704, 21), 48—50ª de benedictionibus patriarcharum inde a uerbis s. 23 'ut feruorem' (II 137, 9), 50ª—58 de apologia Dauid, 58—63ª de Nabuthae, 63ª—65 sermo, cuius initium est: 'Mirum satis est, dilect. fratres' (Ambr. opp. app. p. 450), 65—75ª de mysteriis et de sacramentis. interciderunt igitur praeter libelli de bono mortis partem maximam et maiorem eius qui plerumque de benedictionibus patriarcharum inscribitur libri de fuga saeculi, de Iacob, de Ioseph.

Codicibus enumeratis iam quid de eorum fide censendum sit explicemus. qua in re post ea quae paulo ante ad librum de Noe adnotauimus breuioribus nobis esse licebit. atque P in hoc quoque opere recensionis fundamentum esse certum exploratumque est, codicis T autem eadem quae in opusculo de Noe est condicio [2]). nam etsi longe inferior est libro P atque eis quae supra exemplis illustrauimus uitiis inquinatus, tamen interdum aut solus aut quod multo frequentius cum DN, in libro primo quoque cum 𝔄′ [3]) scripturas germanas offert, ueluti 507, 19 *spretum* TD𝔄′ *promptum* P, 557, 3

[1]) reliquiae codicis sunt qui Augiensibus similis fuisse uidetur. in f. 81ʳ haec legitur inscriptio: 'Incipit liber sci Ambrosii archiepiscopi. de egressu abrahę de terra sua'.

[2]) idem ualet de libro T′, de quo ea quae supra p. LXVI disputaui repetere nolo.

[3]) ceteros enim eiusdem generis codices, de quibus mox agendum erit, hoc loco non respexi.

filia T *filio* P *mulier* D𝔄', 566, 16 *uoluptarii* T *uoluntarii* PD, 567, 3 *uitae* TD *proibitae* P, nisi forte *pio uitae* scribendum est, 570, 5 *et haec* T (ortum ex *et; haec* restituendum esse patet) *et* P m1 *esse* P m2 D, 591, 15 *inlecti* T *inflecti* PD. adde quod locis aliquot T aut solus aut cum D uel cum D𝔄' uerba quaedam in P omissa tradidit, ueluti 537, 11 *nullus innocens* TD𝔄' *innocens* P, 546, 17 *filium* TD𝔄' om. P, 576, 8 *dixisti mihi* TD *dixisti* P; cf. 577, 8. denique hic illic utrum P an T sequaris dubitare possis. ueluti 546, 20 TD𝔄' praebent *diuinae consuetudine*, P *diuinae*, quod sane, si *eo* ante *quia* intellegas, defendi potest; tamen *consuetudine* intercidisse a ueri similitudine non abhorret. praeterea hos quaeso locos conferas: 530, 21 *tuto* T𝔄'N *oto* PD, 543, 6 *clama* T𝔄''E Dunelm. Bodl. (βόησον LXX) *exclama* P cet., 574, 25 *ego sum* T (ἐγώ εἰμι LXX) *sum* PD, 577, 1 *unde huc* T *unde hic* D *unde* P.

Duacensis, qui in his libris, in primis in priore, pluribus quam in opusculo de Noe locis ad P accedit[1]), eo praeterea commendatur, quod non exiguam nobis in re critica administranda adfert utilitatem. etenim primum eius ope haud paucas quae in PT deprehenduntur lacunas explere licet, ueluti 509, 6 *Abrahae* D𝔄', 512, 18 *nepotem* D𝔄'm, 518, 11 *ucnisti ... excusationem* D𝔄', 521, 21 *deus*, 524, 19 *in corpore saluatur* D𝔄', 535, 7 *descendere cura* D𝔄', 541, 15 *qui non ... peccare eum in deum* D𝔄', 542, 4 *ut ... munitionis* D𝔄', 542, 15 *quod aeque* D𝔄', 543, 16 *agens ... laetitiam* D𝔄', 549, 3 *Christi* D𝔄', 550, 17 *patrem* D𝔄', 556, 19 *ipse* D𝔄', 559, 19 *unde ... dare* D𝔄', 563, 6 *quis esset* D𝔄', 619, 8 *canis* D, 621, 12 *factus* D[2]). deinde obserues quaeso uerba *remedium ... ultione* 520, 17 in D𝔄' iusto loco tradita esse,

[1]) Nouariensem ex D fluxisse eo quoque comprobatur, quod in utroque II 8, 54—56 (608, 5—610, 6) orationis contextus magna hiat lacuna folii ut uidetur in archetypo Duacensis iactura orta.

[2]) 556, 6 quo loco D𝔄' *nocte surgendum*, PT *surgendum* praebent, utrum *nocte* ab Ambrosio profectum an ab librario additum sit sane ambigi potest.

in PT post *moderationem* transposita. denique locis quibusdam in D𝔄' aut D solo germanae, in PT aut, ubi T deficit, in P solo prauae lectiones extant, ueluti 506, 20 *aemulum et uindicem* D𝔄' *emolumentum indicem* PT, 530, 12 *usuque* D𝔄' *usque* PT, 531, 2 *gr..cce* D𝔄 *graeca* PT, 637, 3 *nascetur* D *nascitur* P. de ceteris codicibus non est quod multis exponam. nam R fere semper cum N conspirat, 𝔄"E autem ex 𝔄' ipso manauisse uidentur[1]). unus igitur 𝔄' qui diligentius respiciatur dignus existimandus est, praesertim cum hic illic in eo lectiones cum P uel, quod rarius est, cum T congruentes inueniantur[2]).

Restat ut de duobus excerptis ex libro priore, Ambrosiano et Einsidlensi, quaedam adiciam. etenim in codice Ambrosiano I 101 sup. saec. VIII uel rectius VII, quem descripsit A. Reifferscheid Bibl. patr. Lat. Ital. II 31 sqq. f. 11 et iterum quibusdam omissis f. 11ª sectiones 15 et 16 leguntur atque postea f. 71ª et 72 uerba 'ante ostium . . . tabernacula sua' (527, 6—528, 13). fluxerunt haec sane ex libro ueneran-

dae uetustatis, sed si quis propterea ex eis ad orationem scriptoris emendandam aliquid redundaturum esse putauerit, mox se a spe destitutum esse intelleget. neglegenter enim scripta sunt multisque uitiis inquinata[3]). et quanta librarii — nam eadem manu sectiones 15 et 16 repetitae sunt — socordia in describendo fuerit ex his locis cognoscas licet: 513, 9 *adsciuit* m' praebet, *sciuit* m", 17 *referre deo* m' *deo referri* m". ceterum memorabile est haec excerpta non cum P, sed cum D𝔄' conspirare; uides enim in eis 512, 18 *nepotem* legi in P omissum et 513, 12 IH (*ihu* P) extare.

[1]) item de quattuor codicibus supra a nobis commemoratis, Dunelmensi, Bodleiano, Parisiaco 627, Uindobonensi 705, statuendum est eos ex libro 𝔄' simillimo deriuatos esse.

[2]) 510, 16 in N𝔄' ante ***simul*** additum est ***habitare***, quod etsi scripturae uerbis (ἐχώρει κατοικεῖν LXX) conuenit, tamen Ambrosio tribuendum esse nego.

[3]) frequentissime confunduntur ***o*** et ***u***, cf. ***nomerauit, popoloso, exercito, explurat, mamuna***, ***e*** et ***i***, cf. ***deneque, docit, suscepit*** (leg. ***suscipit***), ***e*** et ***ae***, cf. ***meridiae***, ***m*** omittitur, cf. ***gratia*** (leg. ***gratiam***), ***dece***.

quae autem propria habent, ueluti 513, 4 *dicit*, 6 *ergo*, 528, 4 *peruenit et ecce boni operis* aperte falsa sunt. ueniamus ad codicem Einsidlensem, formae quartanariae, paginarum 198, saec. X, qui pagina prima uacua relicta inde ab altera usque ad paginam 136 Hexameron Agustini epi continet. deinde p. 136—140 sequuntur hac inscriptione adiecta: EX LIBRO S. AMBROSII DE TRIBUS PATRIARCHIS uerba 'merito ... adsercionẽ consparge' (527, 8—531, 14). haec p. 140—147 alia excipiunt excerpta, de quibus exponere longum est. quam ob rem cum nihil eis cum libris de Abraham commune sit, nunc ea missa faciamus. denique in paginis 147—197 ultima uacua relicta libellus de bono mortis scriptus est. nihil boni inest in hoc fragmento, quod fere semper cum D𝔄' conspirat, praeter unam rem eamque leuissimam, lectionem *decernes* (528, 16) dico, quae in ceteris in *decernis* deprauata est.

Maurini praeter codices, quos eis in opusculo de Noe recensendo ad manus fuisse supra diximus, duos qui librum priorem continent adhibuerunt, R et Parisiacum 627, de quibus supra expositum est. ex libro Nouariensi simillimo fluxit Amerbachii editio.

Deuenimus iam ad seriem scriptionum Ambrosianarum, de Isaac quarum recensio eodem fundamento nititur, libros de Isaac, de bono mortis, de fuga saeculi, de Iacob. in his enim omnibus duo codices p. LII a nobis descripti, Audomaropolitanus 72 (A) et Parisiacus 1913 (P), noni uterque saeculi, principem locum obtinent, ceteri autem, si a locis quibusdam coniectura ut uidetur restitutis discesseris, nihil quod ad rei criticae usum faciat nobis offerunt. ac de Augiensibus CCXIII et CLVI (𝔄' et 𝔄''), qui saeculi decimi et undecimi sunt, de Einsidlensi 164 (E) saeculi duodecimi, denique de libro sancti Theoderici apud Remos, nunc Remensi 352 (T) et Duacensi 226 (D) — duodecimi uterque est saeculi — supra p. LXVIIII et LIIII diximus. quam ob rem iam reliquum est ut de duobus qui huc pertinent codicibus breuiter exponamus. ac priorem, Uaticanum bybliothecae Uaticanae antiquae 5759

(V), formae oblongae, foliorum 113, saecuii VIIII uel X descripsit A. Reifferscheid Bibl. patr. Lat. Ital. I 430. continentur eo f. 1 de Isaac, 20ª de bono mortis, 42 de fuga saeculi, 66 de Iacob. atque libri de Isaac in eo tantum excerpta extant nonnumquam uerbis temere insertis inter se conexa, ueluti eis quae p. 655, 21 'fodit autem' usque ad uerba 660, 17 'considera singula' omissis haec sequuntur 'in moralibus itaque dominus flos est.' item in opusculo de bono mortis hic illic in exemplari, ex quo V profectus est, librarius curtandi studio ductus quaedam omiserat, in libro de fuga saeculi desunt foliis 53—63 uacuis relictis ea quae inde a uerbis s. XXXII 'mortis contractionem' (II 189, 15) usque ad uerba s. XXXXVIIII 'quem bene[dixit]' (II 202, 18) leguntur. in libro altero de Iacob unius folii iactura hausta sunt uerba s. XXXIX 'hoc cantu' (II 57, 8) usque ad uerba s. XXXXIIII 'ille cla-[mans]', (II 60, 10). concluditur autem hic liber in folii 104 pagina altera plus quam dimidia, quod nouem folia, in quibus scripturae erasae uestigia extant, excipiunt. alter codex est Augiensis CXXX (𝔄), nunc Caroliruhensis, formae oblongae, foliorum 124, saeculi X, binis scriptus columnis [1]). folii primi pagina priore uacua relicta in altèra capitula codicis scripta sunt. deinde sequuntur f. 2 de Isaac, 18 de bono mortis, 49 de fuga saeculi, 67ª de Iacob, 97 et 98 epistulae LXXX et XXVI, 101—123ª opus de excessu fratris, quod desinit II 53 in uerbis 'dei munus est' reliqua paginae parte et f. 124 scriptura non impletis. correctus est hic liber manibus duabus, una antiquiore, quae graphio usa est (m3), altera recentiore (m2), quae longe pluribus locis corrigendi munere functa ea

[1]) in tegumenti latere antico haec scripta sunt: 'Hainricus comes de luppffen lantgrauius in Stůllingen dnsque in hewan hunc librum acomodauit ab abate friderico augiensy de willdenstain anno 1440' et in latere postico 'Cura labor meritum sumpti pro munere honores. Ite (cf. Anth. lat. 667 *R.*) 1450 hainricus comes de luppfen', porro in f. 124ª manu antiqua: 'sce marie in augia'. de Hainrico illo conferas quae exposuit C. Brandi in libro qui inscribitur 'Die Chronik des Gallus Öhem bearbeitet' pp. 131—133, 171, 179.'

quoque quae illa nouauerat atramento obduxit. codices V𝔄𝔄′[1]) magis cum A quam cum P faciunt ac memorabile est in eis omnes fere correcturas, quae manu altera in A illatae sunt, in orationem receptas inueniri. unde colligi posse uidetur correctorem libri A eiusmodi libro usum esse. ex A correcto fluxerunt D et Remensis, in quo permultis locis aut ipso P aut simili codice adhibito scripturae antiquae restitutae sunt. ex P deriuati sunt Parisiacus 1719, cuius iam supra mentio iniecta est, quamquam non ex P ipso, sed ex codice multis locis talis quales sunt 𝔄𝔄′ libri ope immutato originem duxit, et qui propius ad P accedunt Parisiaci 2639 saeculi XI (olim Bigotianus) et 1729 saeculi XII (olim Bethuneus)[2]).

His igitur expositis quae inter A et P ratio intercedat inquirendum est. atque si lectiones in commentario enotatas perlustraueris, utrumque sane habere quo commendetur intelleges. quam ob rem in scriptionibus de quibus hoc loco agitur utriusque lectiones diligenter examinandas ac ponderandas esse patet. maior tamen sine dubio libri A auctoritas et fides est, id quod his locis respectis comprobabitur: 644, 11 *alius* (m2 *aliud*) *qui odit* A *aliud quod odit* P, 648, 18 *captiua* A *capta* P, 669, 3 *odoribus* A *operibus* P, 669, 6 *orationibus* A *de orationibus* P. quae cum ita sint, iis locis, quibus utriusque scripturae ferri possunt, ueluti 660, 17 *est* A *est et* P, illi adsentiri non dubitaui. contra P nequaquam contemnendum esse his locis edocemur: 645, 16 *ad petulantiam* P *adpetentiam* A, 675, 8 *claude. claude* P *claude* A.

[1]) libros 𝔄″E ex 𝔄′ manauisse uideri iam supra p. LXXII dictum est.

[2]) codicibus 𝔄𝔄′ similis est Uindobonensis 705, foede corruptus. ex libro T simili fluxit editio Mediolanensis a. 1491 emissa, in qua prima opusculum de Isaac typis exscriptum est; conferas quae de ea Hain I 99 et Schoenemann I 375 exposuerunt. simillimus quoque libro T fuit codex, quo Guilelmus abbas s. Theoderici, postea monachus Signiacensis, quem circa a. MCXXXX uixisse Maurini statuunt, in commentario in Cantica canticorum compilando usus est. de quo opusculo a Maurinis in Ambrosii operum editionem recepto illi uol. I p. 1545 sq. disputauerunt.

Maurini praeter Parisiacum 1913 Remensem Bigotianum nouem adhibuerunt codices, quos utpote recentiores non magis curaui quam libros a Ballerinio examinatos. Augiensi CLVI in huius libelli et opusculi de bono mortis editione adornanda Amerbach usus esse uidetur.

de bono mortis

In libello de bono mortis emendando praeter codices modo commemoratos quattuor mihi ad manus fuerunt, Einsidlensis 136 (E') supra p. LXXIII a nobis descriptus, Cameracensis 204, (C), formae oblongae, foliorum 113, saeculi X, binis columnis scriptus, quo praeter alias scriptiones (cf. Cat. des dép. n. s. XVII 61 sq.) liber de bono mortis f. 5ᵘ—19ᵘ continetur,[1]) Augiensis CCXXXVI, nunc Caroliruhensis (A'''), formae quartanariae, foliorum 148, saeculi X — folio primo uacuo relicto sequitur 2—32ᵘ opusculum de bono mortis, quem excipiunt Augustini liber de immortalitate animae et Soliloquia[2]) —, denique liber s. Galli 107 (G), formae quartanariae, paginarum 320, saeculi X. constat is e duobus codicibus iam antiquitus in unum coniunctis. ac de priore parte, quae paginas 1—306 complectitur, uide quae G. Scherer Cat. libr. bybl. monast. s. Galli p. 66 exposuit; in altera parte legitur libellus de bono mortis initio truncatus; incipit enim a uerbis 727, 18 '[tur]bata est', unde intellegitur haec folia codicis cuiusdam reliquias esse. postea monachus, qui simul bibliopegi munere functus esse uidetur, in p. 306, quae uacua relicta erat, haec adscripsit 'In $\overline{\text{xpi}}$ nomine incipit sermo beati ambrosii episcopi de bono mortis et de exitu huius miserrimae atque caducis uitae'. desinit tractatus p. 319 in uerbis 'plenitudo diuinitatis' (753, 16), reliqua in p. 320 scripta fuisse uidentur, sed nunc plane

[1]) codex duabus eiusdem saeculi manibus scriptus est. ad priorem ea quae inde a initio usque ad uerba 'fabulis territi' (732, 4) leguntur referenda sunt, ad alteram cetera. atque hoc modo in eis quoque quae sequuntur manus illae uariant. ueluti inde a f. 52 sqq. totus Cypriani tractatus a manu altera exaratus est. unde patet ea quae in catalogo adnotata sunt corrigenda esse.

[2]) in f. 2 legitur: 'liƀ augie maioris'.

euanuerunt. hi codices, qui omnes ex uno eodemque fonte deriuati plerumque inter se conspirant, proxime ad libri A correcti scripturas accedunt, ita tamen ut quanta fuerit librariorum in oratione immutanda uerbisque transponendis licentia multis locis abunde demonstretur. deterior ceteris G est neglegenter scriptus et lacunis interpolationibusque foedatus. librorum autem A et P eadem fere quae in opusculo de Isaac condicio est. nam A his locis genuinas scripturas seruauit: 707, 3 *desideramus*, P *desiderem*, 728, 13 *intende*, om. P, 742, 15 *infirmiores*, P *inferiores*, 752, 2 *erit*, om. P, 10 *ipse*, P *ipsa*, 14 *audi dicentem*, om. P m1 [1]). contra P his locis ueram Ambrosii manum tutatur: 752, 16 *ipsi*, A *ipse*, 706, 18 *patriam*, om. A m1, 715, 15 *aut si hic est . . . bona*, om. A m1, 743, 16 *pro pretio*, A m1 *pretioso* aliisque locis, quibus genuina lectio in A manu altera restituta est, ueluti 743, 15; 746, 18. 22; 747, 3 [2]).

Maurinis praeter PT Bigotianumque quindecim codices ad manus fuerunt, quos utpote recentiores et deteriores iure ac merito neglexi.

Editiones ueteres breuiter recensuerunt Maurini in praefatione, diligentius de eis Schoenemann I 368 sqq. disputauit. ego iis quas mihi aut bybliotheca Palatina Uindobonensis suppeditauit aut ditior etiam Monacensis, qua in re ut semper insignis Georgii de Laubmann benignitas eluxit, ita usus sum, ut si quid bonae frugis inesset, diligenter enotarem coniecturasque ad Ambrosii orationem emendandam propositas ueris aucto- editiones

[1]) 732, 11, quo loco A *plenas* praebet, cum altera manu libri C et Amerbachio *plena sunt* scribere malui quam codicis P scripturam *plena* amplecti. 736, 12 in A *mihi* manu prima in rasura scriptum est, unde suspicari possis primitus exaratum fuisse *tibi*, quod libris GP'T traditum Graeco (εὐηργέτησά σε) respondet. 738, 6 fortasse *ne*, quod in A legitur, lectioni *neque*, quae in P extat, praeferendum est. denique id dignum obseruatione est, quod 714, 3 corrector libri A diserte se alio libro in oratione refingenda usum esse dicit.

[2]) inspexi quoque Cheltenhamensem 10234 saec. XII, cuius nullus omnino in re critica usus est. neque maioris pretii est fragmentum huius libelli in Uindobonensi 705.

ribus adscriberem. sunt autem praeter quasdam editiones supra commemoratas hae: Amerbachiana Basileae a. MCCCCLXXXXII in lucem emissa; Basileensis a. MDVI ex Amerbachiana typis descripta; Erasmiana, quae ex officina Frobenii Basileae a. MDXXVII prodiit; Basileensis a. MDXXXVIII a Sigismundo Gelenio curata, quam a. MDLI repetiit I. Costerius; Parisiaca, quam I. Gillotius parauit Parisiis a. MDLXVIIII; Romana a. MDLXXVIIII/LXXXVII in publicum data; denique tres, quae ex Romana deriuatae sunt, Coloniensis a. MDCXVI et Parisiacae a. MDCXXXXII et MDCLXI. ac de codicibus, quibus I. Amerbach usus est, iam satis me exposuisse puto. hanc editionem posteri editores, quamquam multos locos aut librorum manu scriptorum aut coniecturae ope immutauerunt, tamen in uniuersum secuti sunt, unde factum est, ut Amerbachii textus scriptura quae dicitur uulgata haberetur. pauca ad menda tollenda locosque corruptos sanandos contulerunt Erasmus et Gelenius, plura Costerius et Gillotius, qui codicibus quoque aliquot inspectis passim genuinas lectiones restituit. sed mox maximum damnum Ambrosii libris illatum est editione illa a Felice cardinali de Monte Alto, qui postea Sixti quinti nomine ornatus in sedem apostolicam ascendit, Romae annis MDLXXVIIII et insequentibus adornata. is enim, etsi in epistula uolumini primo praemissa, qua Gregorium XIII pontificem Romanum adloquitur, se Ambrosii opera in pristinam puritatem restituisse gloriatus est, non tamen dubitauit ea plane ad arbitrium suum refingere suisque commentis insertis deturpare. et cum editio illa tanti nominis auctoritate munita tamquam omnibus numeris absoluta et perfecta saepius typis repeteretur, factum est, ut fere omnes homines docti ueros Ambrosii libros se manibus tenere opinati falsa illa specie deciperentur [1]). merito igitur etsi tecte et summa cum moderatione in prohoemio notauerunt Maurini licentiam illam, qua tum, cum nouam editionem parabant, iam per totum

[1]) neque tamen silentio praetermittendum est in hac editione non paucas scripturae corruptelas egregiis emendationibus sublatas esse.

saeculum scriptoris grauissimi imago deformata atque obscurata iacebat, atque mirifice non solum de Ambrosio, sed de ueritate ipsa hac editione Parisiis annis MDCLXXXVI et MDCLXXXX emissa meruerunt. etenim reiecta editione Romana ab ea quam Gilotius curauerat profecti Ambrosii opera ad fidem librorum manu scriptorum, quos quanta eorum comparandorum eis facultas et copia data erat, in Gallia [1]) conquisitos examinauerant, in antiquum nitorem restituere studuerunt. qua in re si non eam qua nunc homines eruditi in tali munere administrando utuntur rationem adhibuerunt, si non semper codices uetustissimos tamquam certos duces secuti sunt neque ad eorum normam scripturam totam conformauerunt, sed eos in aliquot tantum locis emendandis respexerunt ceteris ita ut uulgati erant relictis, si denique interdum in corruptelis sanandis codicibus recentioribus, in quibus uulnera librariorum socordia illata coniecturis uel interpolationibus tecta sunt, obtemperare quam ex antiquiorum uestigiis lectiones germanas eruere maluerunt, haec omnia non tam eis culpae uertenda sunt quam artis quae tum plerumque erat condicione excusanda. certe non is sum qui uiris illis egregie meritis detrahere uelim *haerentem capiti multa cum laude coronam.* ac uellem sane ut mihi Maurinorum adparatu uti licuisset; nam eo inspecto de codicibus quibusdam ab illis adhibitis, quos frustra quaesiui, certi iudicii faciendi mihi facultas data esset. sed quamquam litteris missis id egi, ut certior fierem num Parisiis aut in alio Galliae oppido hic adparatus etiamnunc extaret, idem semper responsum tuli nullum eius uestigium inueniri. longe maiora autem sine dubio Maurinorum de aliis patribus Latinis atque in primis de Augustino merita sunt quam de Ambrosio. quae res fortasse eo explicanda est, quod Iacobus du Frisch et Nicolaus de Nourry, quibus Ambrosii operum edendorum cura mandata erat, primum paulo festinantius hanc prouinciam administrauerunt,

[1]) nam praeter libros Gallicos eis lectiones tantum ex codicibus quibusdam bybliothecae Uaticanae iisque recentioribus atque deterioris notae ad manus fuerunt.

deinde quod — nam ipsi totum pensum absoluere non potuerunt — ministros adiutoresque doctrina atque eruditione inferiores adsciscere coacti erant. neque ea res totius operis rectores fugisse uidetur. etenim exemplaribus fere omnibus uenditis non editionis typis repetendae, sed nouae parandae consilium ceperunt. atque ut erat in eis studium acerrimum laborque adsiduus mox ad id quod sibi proposuerant exsequendum adgressi sunt. qua de re nos edocuit R. Tassin in libro qui inscribitur Histoire littéraire de la congrégation de S. Maur p. 146 sq.[1]) cuius uerba ipsa sermone Gallico referre quam latine interpretari malo. haec igitur ille de editione altera a Maurinis parata narrat: 'Les exemplaires én etant devenus rares, on pensa à la renouveller il y a quarante ans. On commença par collationer deux ou trois manuscrits[2]) fort anciens qui avoient échapé aux derniers editeurs. Dom Nicolas de Nourri et Dom Iean Carré Professeur de Théologie, avoient commençé à mettre la main à cette nouvelle édition; mais elle passa depuis à Dom Louis Lémerault, l'un des Bibliothecaires de l'abbaye de S. Germain des Pres. Il fit imprimer le premier tome, et en demeura lá. Ce volume est gardé dans le magasin des Libraires en attendant le second. Dom Lémerault natif d'Alençon est mort en 1756 sans avoir fait part de son travail au public.' quae cum legissem, complures Galliae uiros doctos litteris missis rogaui, ut, si forte aut ipsi exemplar huius editionis uidissent aut in bybliotheca aliqua hunc librum extare comperissent, me de ea re certiorem facerent. sed responsis eorum acceptis intellexi spem huius libri nanciscendi abiciendam esse; nam ne unum quidem exemplar ad memoriam nostram propagatum esse uidetur.

In sacrae scripturae locis quorum Ambrosius mentionem fecit indicandis Maurini non eam quam in tali re adhibere decebat diligentiam praestiterunt. nam in eis fere locis signi-

[1]) prodiit is liber Parisiis a. MDCCXXVI, cf. R. Kukula in Act. min. acad. litt. Uindob. uol. CXXI 5, 7. ego altera eius editione, quae Bruxellis a. MDCCLXX in lucem emissa est, usus sum.

[2]) cf. ea quae de codice Audomaropolitano p. LII adnotauimus.

ficandis adquieuerunt, quos ille aut singulorum librorum, unde deprompserat, nominibus adiectis aut in uniuersum eiusmodi uerbis uelut 'ait scriptura diuina' uel 'ait, inquit' adpositis adtulit; ceteros, qui apud eum orationi intexti ac plerumque passim immutati leguntur, raro respexerunt. quae res eo magis mira uidetur, quo facilius aliquot eiusmodi locorum, quos ipsi neglexerant, notitiam ex indiculis marginibus editionis Gillotianae et Romanae adscriptis sibi comparare potuissent. quam ob rem his libris eisque qui a theologis concordantiae bibliorum sacrorum uocantur diligenter adhibitis ipsisque scripturis sacris iterum iterumque euolutis magnam curam operamque in talibus locis, quos Ambrosius aut ad uerbum rettulit aut tantum significauit, indicandis consumpsi. quo in negotio de locis quibusdam dubitantem consilio me adiuuit collega litterarum sacrarum peritissimus G. Loesche. sed in tanta testimoniorum copia atque ubertate haud facile contendere audebis te omnia indagauisse. ac fieri sane potest ut, dum unius loci originem te explorauisse laetaris, mox alter mentis tuae aciem effugiat. neque uero etsi adsiduam in libros sacros lectionem impendi, talem qualis in litterarum diuinarum cultoribus esse solet cognitionem me consecutum esse adfirmem[1]). denique Ambrosius saepissime non integros locos, sed pauca tantum uerba ceteris de suo additis orationi inseruit. totam enim sacram scripturam memoria, quae in eo quam maxime uigebat, complectebatur, ita tamen, ut, si quem locum adhibere uellet, caput sententiae probe teneret, quae autem minoris momenti essent non item prompta ac parata haberet. hoc igitur adsciuit, illa aut neglexit aut ut ei aptum esse uidebatur suppleuit. nisi forte statuendum est eum consulto grauiora tantum uerba respexisse, cetera omnino non curauisse. in primis autem Pauli epistulas studiose lectitauerat, quas ita infixas animo habebat, ut saepissime, etiamsi certos earum locos non respiceret, tamen inde colores ad orationem amplificandam atque

[1]) ex Weymani censura intellexi me hos locos neglexisse: p. 71, 12 Psalm. LXII 3; p. 112, 18 Rom. 11, 33; p. 117, 19 II Cor. 6, 14.

ornandam tamquam ex lautissima supellectili desumeret eodem plane modo quo eam locutionibus Uergilianis quasi luminibus satis frequenter distinxit. tales locos si omnes indicare uoluissem, ne nimia mole adnotatio obrueretur uerendum erat. sed in uerborum indice unde uocabuli uel locutionis alicuius usus originem traxerit talibus locis adiectis illustrabitur. ceterum in euangeliorum locis significandis, si scriptorum testimonia inter se consentiunt, satis esse duxi solius Matthaei locos adferre, cum ceterorum euangelistarum loci facile ex editionibus permultis, in quibus infra adiecti sunt, ueluti ex Gebhardtiana cognosci possint.

Superest ut quam rationem in eis quae ad orthographiam pertinent amplexus sim breuiter exponam. qua in re si codicum quibus singuli libri Ambrosiani traditi sunt scribendi consuetudinem in recensendo secutus essem, male sine dubio de Ambrosio consuluissem. nam cum in aliis libris antiqui, in aliis recentiores tantum codices nobis ad manus sint, quomodo quaeso his eandem quam illis fidem tribuere licuisset? immo codices antiquissimi, qui proxime ad Ambrosii aetatem accedunt, tamquam certissimi duces eligendi erant. hi autem sunt praeter Aurelianensis reliquias supra commemoratas Bononiensis 32 [1]) et Ambrosianus H 78 sup., quo expositio in euangelium Lucae continetur, ab Augusto Reifferscheid Bibl. patr. Lat. Ital. II 5 descriptus, septimi uterque saeculi, quamquam ne hi quidem in omnibus rebus inter se conspirant, unde librarios non ueram exempli propositi imaginem expressisse, sed suo quemque in describendo more usum esse patet. in primis autem Bononiensem qui diligenter respiciatur dignum esse iudico. hunc igitur secutus semper scripsi *Istrahel Solomon thensaurus umor umidus* alia. sed nonnumquam ab librorum antiquissimorum consuetudine me recessisse fateor. sic in uerbis, quibus *f* litteram, non *ph* scriptam inuenimus, ueluti *profeta*, *farisaeus*, communem ple-

[1]) uide quae de codice illo in praefatione partis alterius p. XXI exposui.

rumque morem amplexus sum. nam ne in his quidem codices illi sibi constant et, si tales scripturas quales sunt *filosophia* uel *philosofia* respexeris, admodum dubiam eorum fidem esse intelleges. neque magis *inquid* uel *reliquid* recepi, cum mihi, si id fecissem, uel *ad* (*at*) *quod* (*quot*) *adque capud uelud* probanda fuissent. eadem ratione in uerbis *labsus, scribsi, scribtum* usus sum, quamquam probe scio et has scripturas et illas quas ante commemoraui in titulis huius aetatis nonnumquam reperiri[1]). quod denique *Arius*, non *Arrius* scripsi, scito uel in antiquissimis libris passim in hoc nomine *r* litteram non duplicari. in uerbis quibusdam, in quibus ratio scribendi fluctuat, ueluti *bracchium* (*brachium*) *quidquid* (*quicquid*), semper codices optimos secutus sum itemque praepositionum adsimilationem ad eorum codicum qui in librorum singulorum contextu constituendo primum locum obtinent fidem conformaui. haec igitur nunc sufficiant; postea ut omnes eiusmodi res sub uno conspectu positae facile cognosci possint, indice orthographico adiecto curabitur.

Sed iam hoc uolumine perfecto uiris omnibus qui me consilio et opera adiuuerunt grates agendae sunt. quam ob rem praeter eos quorum iam ante mentionem feci hoc loco bybliothecarum praefectos, qui de studiis meis optime meruerunt, honorifice commemoro, A. Ceriani, R. Harmer, G. de Laubmann, S. S. Lewes, cuius uiri egregii immatura morte nobis erepti memoriam pia recordatione renouo, C. W. Moule, A. Neubauer, E. B. Nicholson, A. Ratti, E. M. Thompson. in primis autem uirorum bybliothecis Gallicis praepositorum, qui praeclara usi liberalitate tot codices Uindobonam missos mihi suppeditauerunt, atque inter hos maxime Leopoldi Delisle benificia in me collata grato animo recolo. locis quibusdam in codicibus iterum inspectis symbolas haud paruas contulerunt R. Ellis, P. Lejay, H. Omont, L. Radermacher, H. Vitelli iuue-

[1]) cf. indicem uerborum a Maximiliano Ihm Damasi Epigrammatis adiectum.

nesque optimi, qui olim discipuli mei fuerunt, A. Kauer, J. Mesk, A. Pühringer, S. Reiter, A. Swoboda, F. Weigel. Henricus filius non solum plagularum corrigendarum laborem mecum partitus est, sed etiam multas per litteras mecum obseruationes communicauit atque de philosophorum libris et gnomologiis, quibus Ambrosius aut usus est aut certe uti potuit, compluribus locis me edocuit, eoque in Anglia peregrinante E. Hauler mihi in libro ab operarum mendis liberando benigne auxiliatus est.

Uindobonae Idibus Iuliis a. 1897.

Carolus Schenkl.

TABVLA CODICVM.

Hac tabula codices, quos aut in commentario aut in praefatione sola commemoraui, compositos ac per litteras digestos exhibui siglis quibus in eis indicandis usus sum numerisque paginarum praefationis, in quibus de eis accuratius exponitur, adiectis. libros Ambrosianos qui hoc uolumine continentur, ut breuitati seruirem, his compendiis significaui: Ex. Par. Ca. No. Abr. Is. Bo. quodsi singulis codicibus sigla ueluti *A B* adscripta non sunt, scias uelim eorum in praefatione tantum mentionem factam esse.

Ambrosiani:

F 117 sup. (Ca.: *A'*; Ex.) p. XXXVIIII, LVIII

I 101 sup. (Abr.: *m*) p. LXXII

R 82 sup. (Ca.: *A*; Ex.) p. XXXVIIII, LVIII

Atrebatensis 346 (Ex.: *Atr.*) p. XXXX

Audomaropolitanus 72 (Par. Is. Bo.: *A*) p. LII, LXXIII, LXXV, LXXVII

Augienses, nunc Caroliruhenses:

130 (Is. Bo.: 𝔄) p. LXXIIII

156 (Abr. Is. Bo.: 𝔄'') p. LXVIII, LXXIII

213 (Abr. Is. Bo.: 𝔄') p. LXVIII, LXXIII

216 (Ex.: 𝔄') p. XXXVII

225 (Ex.: 𝔄) p. XXXVI

236 (Bo.: 𝔄''') p. LXXVI

255: p. LI

Aurelianenses:

33 (Ca.) p. LX

192 (Ex.: *A*) p. XXXIII

Bernenses:

325 (Ex.: *B*) p. XXXXI

585 (Ex.) p. XXXVIIII

Bononiensis (Boulogne-sur-Mer) 34 (Ex.) p. XXXXI

Brugenses:

101 (No. Abr.: *B*) p. LXIII

103 (Abr.) p. LXVIII

Bruxellenses:
1782/4 (Ex.: *Brux.*; Par. Ca.: *B*) p. XXXVIII
8654/72: p. LI
Cameracensis 204 (Bo.: *C*) p. LXXVI
Cantabrigienses:
collegii corporis Christi 193 (Ex.: *C*) p. XXXIIII
collegii sanctae trinitatis O 3, 35 (Ex.: *Cant.*) p. XXXXI
Carnutensis 63 (Ex.: *Carn.*) p. XXXVI
Cheltenhamenses:
1678 [olim Claromontanus, deinde Meermannianus, nunc Berolinensis] (Par.: *C'*) p. LIIII
10234 (Bo.) p. LXXVII
12267 (Par.: *C*) p. LIII
Coloniensis 31 (Ex.) p. XXXXI
Cremifanensis 36 (Ex.) p. XXXVIIII
Darmstadiensis 747 (Ex.) p. XXXXI
Duacensis 226 (Par. No. Abr. Is. Bo.: *D*) p. LIIII, LXIII, LXVIII, LXXIII
Dunelmenses:
B 2, 6 (Par. Abr.) p. LIIII, LXVIIII
B 5, 4 (Ex.) p. XXXXI
editiones ueteres:
Augustana a. 1472 (Ex.: σ) p. XXXVIIII
Coloniensis (Ex.: γ) p. XXXVIIII
Mediolanensis a. 1477 (Ex. Par. Ca.: μ) p. XXXVIIII, LIIII
Mediolanensis a. 1491 (Is.) p. LXXV
Einsidlenses:
136 (Abr.: ε; Bo.: *E'*) p. LXXIII, LXXVI
164 (Abr. Is. Bo.: *E*) p. LXVIII, LXXIII
Florentini (Laurentiani):
liber s. Marci 509 (Ex.) p. XXXVII
liber s. Marci 511 (Ca.: *M'*; Ex.) p. XXXVII, LVIII
Uallombrosanus 32 (Ex.) p. XXXVII
Modoetianus $\frac{1}{6^1}$ [basilica di Monza] (Ca.: *M*; Ex. Par.) p. XXXVIII, LIIII, LVIII
Monacenses:
2549 (Ex. Par. Ca.) p. XXXVIII, LIIII, LVIIII
3728 [eccles. August.] (Ex. Par.: *M*) p. XXXVII, LIIII
6258 [Frisingensis] (Ex.: *M'*) p. XXXVII
13079 (Ex. Par. Ca.) p. XXXVIII, LIIII, LVIIII
14399 (Ex. Par. Ca.) p. XXXVIII, LIIII, LVIIII

Nouarienses:
XLVIII 20 (No. Abr.: *N*) p. LXII, LXVIII, LXXI
XLV 71 (Ex.) p. XXXVIIII
Oxonienses:
Bodleiani:
86 (Ex.) p. XXXXI
206 (Ex) p. XXXXI
751 (Ex.) p. XXXXI
762 (Abr.) p. LXVIIII
Canonicianus Script. eccl. 209 (Ca.) p. LVIIII
Parisiaci:
627 (Abr.) p. LXX
1719 [Tellerianus] (Ex.: *Tell.*; Par.: *P''*; Is. Bo.: *P'*) p. XXXX, LIII, LXXV
1723 [Colbertinus] (No. Abr.: *C*) p. LXIII, LXVIII
1728 [Mazarineus] (No. Abr.: *M*) p. LXIII, LXVIII
1729 [Bethuneus] (Par. Is. Bo.) p. LVIII, LXXV
1913 [Colbertinus] (Par. Is. Bo.: *P*) p. LII, LXXIII, LXXVII
2637 [Lemouicensis] (Ca.: *P'*) p. LVIII
2639 [Bigotianus] (Par. Is. Bo.) p. LVIII, LXXV
3984 [Thuaneus, deinde Colbertinus] (Ex.: *P*) p. XXXIIII
11529/30 p. L
11624 [Diuionensis s. Benigni] (Ex.: *Diu.*; Par.: *P'*; Ca.: *P*) p. XXXV, LIIII, LVIII
12135 [s. Germani] (Ex.: *G*) p. XXXIIII
12137 [olim Corbeiensis, deinde s. Germani] (No. Abr.: *P*) p. LXI, LXVIII
13336 [s. Germani] (Ex.) p. XXXXI
Remenses:
352 [liber s. Theodori] (Abr.: *R*; Is. Bo.: *T*) p. LXVIII, LXXIII
355 (Par.: *R*) p. LV
Sangallensis 187 (Bo.: *G*) p. LXXVI
Senensis F V 8 (Ex. Par. Ca.: *S*) p. XXXVII, LIIII
Tolosanus 154 p. LXII
Trecenses:
284 (No. Abr.: *T'*) p. LXII, LXVI, LXVIII
550 (Ex.: *Trec.*; No. Abr.: *T*) p. XXXX, LXII, LXIIII, LXX
Uaticani:
bybliothecae Uaticanae antiquae:
269 (No. Abr.) p. LX, LXVII

296 (Par.: *V*) p. LIIII
5759 (Is. Bo.: *V*) p. LXXIII
Urbinas 41 (No. Abr.) p. LX, LXVII
Ueronensis XXVII 25 (Ex.: *V*) p. XXXV
Uindobonenses:
705 (Abr. Is. Bo.) p. LXX, LXXV, LXXVII
758 (Ex. Par. Ca.) p. XXXVIII, LIIII, LVIIII
769 (Ca.) p. LVIIII
779 (Ex.: *Uind.*; Par.; Ca.: *V*) p. XXXVIII, LIIII, LVIIII
1010 (Par.: *V'*) p. LIIII
1029 (Par.) p. LIIII
1063 (Ex.) p. XXXVI.

Librum de paradiso in Ambrosianis F 117 sup. et R 82 sup. et in libro s. Marci 511 excussit A. Kauer, Brugenses Henricus Schenkl, Cameracensem et Parisiacum 1723 F. Weigel, Cheltenhamensem 12267 S. Frankfurter, opusculum de Cain et Abel in Modoetiano I. Klein et A. Kauer, Nouarienses I. Klein, excerpta in Ambrosiano I 101 sup. idem et A. Swoboda, Parisiacum 2637 C. Vrba et I. Zingerle. ceteros, nisi in praefatione rem ab aliis curatam esse indicatur, ego aut examinaui aut inspexi.

EXAMERON.

A = libri Aurelianensis (192 f. 7—14 = I 29 — II 3) fragmenta saec. VII
C = Cantabrigiensis collegii corporis Christi 193 saec. VIII
G = Parisiacus 12135 (olim liber S. Germani) saec. VIIII
P = Parisiacus 3984 (olim Colbertinus 1718) saec. VIIII, initio mutilus; incipit p. 14 u. 19
V = Ueronensis XXVII 25 saec. X
Π = $CGPV$
$\mathfrak{A}$ = Augiensis CXXV, nunc Caroliruhensis saec. VIIII
$\mathfrak{A}'$ = Augiensis CCXVI, nunc Caroliruhensis saec. X
M' = Monacensis 6258 (olim Frisingensis 58) saec. X
N' = $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'M'$
M = Monacensis 3728 (Aug. eccl. 28) saec. X
S = Senensis F V 8 saec. XI ineuntis
B = Bernensis ms. theol. 325 saec. XI
N = $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'M'MSB$
$\mathfrak{z}$ = editio Augustana, quam impressit a. 1472 I. Schussler
γ = editio Coloniensis, quam impressit I. Guldenschaf
μ = editio Mediolanensis a. 1477
α = editio Amerbachiana

Librorum A et C integram proposui scripturam, ex ceteris selectam. hic illic commemoraui scripturas Atrebatensis 346 saec. XI (*Atr.*), Bruxellensis 1782/4 saec. XI ineuntis (*Brux.*), Cantabrigiensis collegii corporis Christi O 3, 35 saec. XI (*Cant.*), Carnutensis 63 saec. XI ineuntis (*Carn.*), Parisiaci 11624 saec. XI, olim Diuionensis s. Benigni (*Diu.*), Parisiaci 1719 saec. XI, olim Telleriani (*Tell.*), Trecensis 550 saec. XI ineuntis (*Trec.*), denique Uindobonensis 779 saec. XII (*Uind.*).

DIES PRIMVS.

1, 1 Sermo I) Tantumne opinionis adsumpsisse homines, ut aliqui eorum I 1 A
tria principia constituerent omnium, deum et exemplar et B
materiam, sicut Plato discipulique eius, et ea incorrupta et
increata ac sine initio esse adseuerarent deumque non tamquam
creatorem materiae, sed tamquam artificem ad exemplar, hoc
est ideam intendentem fecisse mundum de materia, quam
uocant ὕλην, quae gignendi causas rebus omnibus dedisse ad-
seratur, ipsum quoque mundum incorruptum nec creatum aut 2 A
factum aestimarent, alii quoque, ut Aristoteles cum suis dispu-
tandum putauit, duo principia ponerent, materiam et speciem,
et tertium cum his, quod operatorium dicitur, cui sub-
2 peteret competenter efficere quod adoriendum putasset. quid
igitur tam inconueniens quam ut aeternitatem operis cum
dei omnipotentis coniungerent aeternitate uel ipsum opus
deum esse dicerent, ut caelum et terram et mare diuinis B
prosequerentur honoribus? ex quo factum est ut partes mundi

4 Diels Doxographi Graeci p. 567, 7 sqq. Baeda Hex. I 39 A *M*.

IN NOMINE $\overline{\text{DI}}$ PATRIS OMNIPOTENTIS. INCIPIVNT LIBRI (INC. LI *G*) EXAMERON ID EST SEX DIERUM. $\overline{\text{SCI}}$. AMBROSII. EPS (EPISCOPI *G*) *CG* INCIPIT TRACTATUS $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII $\overline{\text{EPI}}$ EXAMERON *V* $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII PRIMUS DE SEX DIEBUS ℜ INCIPIT PROLOGUS $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII EP SUPER EXAMERON ℜ' $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII (*deinde unus et dimidius uersus eras.*) *M'* INCI$\overline{\text{P}}$ EXAMERON AMBR *M* INCIP. EXAEMERON $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII LIBER I DE PRINCIPIO RERUM *S* IN NOMINE DEI PATRIS INCIPIT MACROBII THEODOSII AMBROSII MEDIOLANENSIS LI$\overline{\text{B}}$ QUI UOCATUR EXAMERON. INCIPIT DE PRIMO DIE SECULI *B* 4 in (*eras. C, del. m2 G*) incorrupta *CG* 8 ΥΛΗΝ *S* ylem *CGVB* ylen *G m2 cet.* 12 hi*s *C* operaturium (*corr. m2*) *CN'* 13 adoriundum *G m2 N'* 15 aeternitate coniungerent *Diu.*

deos esse crederent, quamuis de ipso mundo non mediocris
3 inter eos quaestio sit. nam Pythagoras unum mundum adserit, alii innumerabiles dicunt esse mundos, ut scribit Democritus, cui plurimum de physicis auctoritatis uetustas detulit, ipsumque mundum semper fuisse et fore Aristoteles usurpat dicere: contra autem Plato non semper fuisse et semper fore praesumit adstruere, plurimi uero non fuisse semper nec 3 A
4 semper fore scriptis suis testificantur. inter has dissensiones eorum quae potest ueri esse aestimatio, cum alii mundum ipsum deum esse dicant, quod ei mens diuina ut putant inesse uideatur, alii partes eius, alii utrumque? in quo nec quae figura sit deorum nec qui numerus nec qui locus aut uita possit aut cura conprehendi, siquidem mundi aestimatione uolubilem rutundum ardentem quibusdam incitatum motibus B sine sensu deum conueniat intellegi, qui alieno, non suo motu feratur.

2, 5 Unde diuino spiritu praeuidens sanctus Moyses hos hominum C errores fore et iam forte coepisse in exordio sermonis sui sic ait: in principio fecit deus caelum et terram, initium rerum, auctorem mundi, creationem materiae conprehendens, ut deum cognosceres ante initium mundi esse uel ipsum esse initium uniuersorum, sicut in euangelio dei filius dicentibus: tu quis es? respondit: initium quod et loquor uobis, et ipsum dedisse gignendi rebus initium et ipsum esse crea- D

2 Diels Dox. 565, 9 Cic. Acad. II 55, cf. 73 4 Cic de nat. deor. I 120, de diuin. I 5 5 Philo de aetern. mundi 3 (II 489, 1 *M.*; cf. Philonis de aet. mundi ed. F. Cumont Prolegg. p. XV) Diels Dox. 570, 34 14 Cic. de nat. deor. II 46 19 Gen. 1, 1 23 Ioh 8, 25

3 scripsit *N'B* 4 phisicis *M* fisicis *B* fysicis *cet.* uetustas auctoritatis *M'* 6 sed semper *G m2* 7 non *CGV* nec *N* 9 ueri esse *CGV* esse ueri *N* 12 eorum *CG* nec que numerus nec que *C* (c *bis eras.*) *et* (*corr. m1*) *G* neque n. neque *V*. 13 aestimationem *CV* 14 rutundum *C m1* rotundum *C m2 cet.* 15 sensu* *C* 21 cognuscires *C* (*corr. m2*) 22 dicentibus sibi *MS* 23 quod] qui *C* (*m2 ex* quod) *B* quod (*s.* ł qui) *M'* 24 gignendi *G* (*s. m2* ł gignendis) gignendis *N*

torem mundi, non idea quadam duce imitatorem materiae, ex qua non ad arbitrium suum, sed ad speciem propositam sua opera conformaret. pulchre quoque ait: in principio fecit, ut inconprehensibilem celeritatem operis exprimeret, cum effectum prius operationis inpletae quam indicium coeptae explicauisset. 6 quis hoc dicat aduertere debemus. Moyses utique ille eruditus in omni sapientia Aegyptiorum, quem de flumine col- E lectum filia Pharao ut filium dilexit et subsidiis regalibus fultum omnibus saecularis prudentiae disciplinis informari atque instrui desiderauit. qui cum de aqua nomen acceperit, non putauit tamen dicendum quod ex aqua constarent omnia, ut Thales dicit, et cum esset in aula educatus regia, maluit tamen pro amore iustitiae subire exilium uoluntarium quam in tyrannidis fastigio peccati perfunctionem deliciis adquirere. denique priusquam ad populi liberandi munus uocaretur, F naturali aequitatis studio prouocatus accipientem iniuriam de popularibus suis ultus inuidiae sese dedit uoluptatique eripuit atque omnis regiae domus declinans tumultus in secretum Aethiopiae se contulit ibique a ceteris negotiis remotus totum diuinae cognitioni animum intendit, ut gloriam dei uideret 4 A faciem ad faciem. cui testificatur scriptura quia nemo surrexit amplius propheta in Istrahel sicut Moyses, qui sciuit dominum faciem ad faciem, non in uisione neque

6 Exod. 2, 5 et 10 Basilii Hex. 5 A *M*. (2 B *G*.) 10 Philo de uit. Moys. I 4 (II 83, 19) 12 Bas. 5 AB (2 BC) 13 Exod. 2, 15 16 Exod. 2, 11 sq. 21 Deut. 34, 10 23 Num. 12, 6—8 Bas. 5 BC (2 CD)

1 ducem *C* (m *eras.*) 3 conformaret *CG* confirmaret *V* formaret *cet.* 5 iudicium *V* explicauisset *C* (a *eras.*) *G m1 et* (ui *m2 in ras.*) 𝔄 explicuisset *G m2 V* 8 pharao *M'* farao *C m1 G* faraonis *V* (nis *s. u.*) *C m2* pharaonis 𝔄 *et B* (nis *s. u. m2*) 𝔄'*MS* 10 acciperit *C* (*corr. m3*) 12 dicit *C* d̄ *G* (*s. m2* dicit), *om. V* dixit *N* 13 uolumtarium *C* uolūtarium *G* 16 naturali* (s *eras.*) ęquitatis (is *ex* es *m2*) *C* 17 uoluntatique *CV et* (p *s.* n *m2*) *G* 18 omnis *C m1 N'* omnes *C m2 cet.* 21 faciē (*corr.* facie) ad *M* facie (faciae *C*) ad *cet.* 22 israhel *CGM'B* ihł *V* isrł *cet.* 23 scibit *C* (*corr. m2*) *G* (*corr. m1*) *V* faciem̀ ad *CG* facie ad *cet.*

in somnio, sed os ad os cum deo summo locutus, neque in specie neque per aenigmata, sed clara atque perspicua praesentiae diuinae dignatione donatus. is itaque [Moyses] aperuit os suum et effudit quae in eo dominus loquebatur secundum quod ei dixerat, cum eum ad Pharao regem dirigeret: uade et ego aperiam os tuum et instruam te quid debeas loqui. etenim si quod de populo dimittendo diceret a deo acceperat, quanto magis quod de caelo loqueretur. denique non in persuasione humanae sapientiae nec in philosophiae simulatoriis disputationibus, sed in ostensione spiritus et uirtutis tamquam testis diuini operis ausus est dicere: in principio fecit deus caelum et terram. non ille, ut atomorum concursione mundus coiret, serum atque otiosum expectauit negotium neque discipulum quendam materiae, quam contemplando mundum posset effingere, sed auctorem deum exprimendum putauit. aduertit enim uir plenus prudentiae quod uisibilium atque inuisibilium substantiam et causas rerum mens sola diuina contineat, non ut philosophi disputant ualidiorem atomorum conplexionem perseuerantiae iugis praestare causam: iudicauit quod telam araneae texerent qui sic minuta et insubstantiua principia caelo ac terris darent, quae ut fortuito coniungerentur ita fortuito ac temere

7 5 B C D 20

5 Exod. 4, 12 9 Bas. 5 C, 8 AB (2 D, 3 A—C) 13 Cic. de fin. I 17 20 cf. Exam. IIII 4, 18

1 somnio *CGVB* somno *cet.* 2 speciem *CG* 3 is *N* (*ex* his 𝔄𝔄′) *om. CGV*, *cf. Bas. 5 C* (*2 D*) οὗτος τοίνυν Moyses *inclusi* 5 farao *CGM et m1 S* faraonem *m2 CS* pharaonem *V* (nem *s. u.*) *N′* (*om.* regem) *B* 6 dibias (*corr. m2*) *C* 8 acciperat (*corr. m2*) *CG* 9 philosofiae *C* phylosofiae *G* 10 simulatoriis *C* (i *tert. s. u. m2*) simolatoris *G* (v *m2 s.* o *pr.*) 11 testis *C* (s *pr. in ras. m3*) textis *G* (s *s.* x *m2*) 13 atomorum *C m1 GV* athomorum *C m2 N* 14 discipulum quendam (*s. m2* disciplinam quandam) 𝔄 15 efficere *N′* 17 substantiarum *N′B* origines substantiarum *Cant.* origines substantias *Atr.* 18 filosofi *CG* 19 athomorum *libri* perseuerentiae *C* 20 et iudicauit *G* (et *s. u. m2*) *N′* telaꝫ *C* (s *eras.*?) telas *G* (s *s. u. m2*) tela *V* 21 sic *C* (c *eras.*) 22 fortuitu (*bis*) *G*

dissoluerentur, nisi in sui gubernatoris diuina uirtute constarent. nec inmerito gubernatorem nesciunt qui non nouerunt deum, per quem omnia reguntur et gubernantur. sequamur ergo eum qui et auctorem nouit et gubernatorem nec uanis abducamur opinionibus.

3, 8 In principio inquit. quam bonus ordo, ut illud primum E adsereret quod negare consuerunt et cognoscerent principium esse mundi, ne sine principio mundum esse homines arbitrentur. unde et Dauid, cum de caelo et terra et mari loqueretur, F ait: omnia in sapientia fecisti. dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturae infirmitatem, ne ἄναρχον, ne increatum et diuinae consortem substantiae crederemus. et pulchre addidit fecit, ne mora in faciendo fuisse aestimaretur, ut uel sic intellegerent homines quam incomparabilis operator esset, qui tantum opus breui exiguoque momento suae opera- 5 A tionis absolueret, ut uoluntatis effectus sensum temporis praeueniret. nemo operantem uidit, sed agnouit operatum. ubi igitur mora, cum legas: quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt? nec artis igitur usum nec uirtutis expedit qui momento suae uoluntatis maiestatem tantae operationis inpleuit, ut ea quae non erant esse faceret tam uelociter, ut neque uoluntas operationi praecurreret nec
9 operatio uoluntati. miraris opus, quaeris operatorem, quis B principium tanto operi dederit, quis tam cito fecerit: subiecit statim dicens quia deus fecit caelum et terram. audisti auctorem, dubitare non debes. hic est, in quo benedixit Melchisedech Abraham patrem multarum gentium dicens: benedictus Abraham deo summo, qui fecit caelum et terram.

3 Bas. 8 B (3 C) 6 Bas. 8 BC (3 C—E) 10 Psalm. CIII 24 18 Psalm. XXXII 9 27 Gen. 14, 19

7 consueuerunt *N'B* 8 arbitrentur *CV et m1 G* arbitrarentur *G m2 in mg. cet.* 11 creatorem *C* infirmitatem *G* (*in mg. m2* informẽ materiã) informam (info mem *M'*) materiam *A* (*s. m2 l* infirmitatem) *M'* NE ANARCHON *C* ne anarchon *G cet.* 17 nemo enim *G* (enim *extra u. m2*) *Cant.* 20 expedit *C* expeçtit *V* expendit *G* (n *add. m2*) *N* 22 neque operatio *M Carn.*

et credidit Abraham et ait: extendo manum meam ad deum summum, qui fecit caelum et terram. uides quia hoc C non homo inuenit, sed deus adnuntiauit. deus est enim Melchisedech, qui est rex pacis et iustitiae nec initium dierum nec finem habens. non mirum ergo si deus, qui est sine initio, initium omnibus dedit, ut quae non erant esse inciperent. non mirum si deus, qui omnia uirtute sua continet et inconprehensibili maiestate uniuersa conplectitur, fecit haec quae uidentur, cum etiam illa fecerit quae non uidentur. inuisibilia autem his D quae uidentur potiora esse quis neget, cum ea quae uidentur temporalia sint, aeterna autem quae non uidentur? quis dubitet quod deus haec fecerit, qui per prophetam locutus ait: quis mensus est manu aquam et caelum palmo et uniuersam terram clausa manu? quis statuit montes in libra et rupes in statera et nemora in iugo? quis cognouit sensum domini aut quis consiliarius ei fuit uel quis instruxit eum? de quo etiam alibi legimus quia tenet circuitum terrae et terram uelut nihilum E fecit. et Hieremias ait: dii qui non fecerunt caelum et terram peribunt a terra et desub caelo isto. dominus qui fecit terram in uirtute sua et correxit orbem in sapientia sua et in sua prudentia extendit caelum et multitudinem aquae in caelo. et addidit: infatuatus est homo ab scientia sua. qui enim corruptibilia mundi sequitur et ex his putat quod diuinae possit naturae conprehendere ueritatem quomodo non infatuatur uersutae disputati- F onis astutia?

1 Gen. 14, 22 4 Hebr. 7, 2 et 3 12 Esai. 40, 12 sq. 18 Esai. 40, 22 sq. 19 Hier. 10, 11—13 23 Hier. 10, 14

5 neque finem $\mathfrak{A}$ 10 potiora esse quis neget *ante* inuisibilia *u. 9 collocat CV* inuisibilia . . . neget *G m2 in ras. (m1 eadem quae in CV leguntur scripta erant);* potiora . . . ea quae uidentur *in mg. inf. m2* $\mathfrak{A}'$ 11 temporalia *C* quis igitur *G* (igitur *in mg. m2*) *Cant.* 12 profetam *C* 13 manu* *C* (m *eras.*) 14 clausam *C* clausa *G* (a *alt. ex* ã) manu* *CG* (m *eras.*) 16 ei *C* eius *G* (us *s. u. m2*) *cet.* 18 quia *G* (a *s. u. m2*) *N* qui *CV* 19 hierimias *C* 24 ab *G* a *MS*

10 Cum ergo tot oracula audias, quibus testificatur deus quod fecerit mundum, noli eum sine principio esse credere, quia quasi sphaera mundus esse dicatur, ut principium eius nullum uideatur extare. et cum intonat, quasi in circuitu omnia commouentur, ut unde incipiat, ubi desinat non facile conprehendas, quia circuitus principium sensu colligere inpossibile habetur. neque enim sphaerae potes initium repperire uel unde coeperit globus lunae uel ubi desinat menstrua lunae defectione. neque uero si ipse non conprehendas, idcirco non coepit aut nequaquam desinet. si ipse circuitum uel atramento uel 6 A graphio ducas uel centro exprimas, unde coeperis aut ibi desieris interuallo interposito non facile uel oculis colliges uel mente repetes: et tamen et coepisse et desiuisse te ipse tibi testis es. nam etsi sensum subterfugit, ueritatem non subruit. quae autem initium habent et finem habent et quibus finis datur initium datum constat. finem autem mundi futurum ipse saluator docet in euangelio suo dicens: praeterit enim figura huius mundi et caelum et terra praeteribunt et infra: ecce ego uobiscum sum usque 11 ad consummationem mundi. quomodo ergo coaeternum deo mundum adserunt et creatori omnium sociant atque aequalem esse disputant creaturam corpusque materiale mundi inuisibili illi atque inaccessibili naturae diuinae coniungendum putant, cum praesertim secundum suam sententiam non possint negare quoniam cuius partes corruptioni et mutabilitati C subiacent, huius necesse est uniuersitatem isdem passionibus quibus propriae portiones eius sunt obnoxiae subiacere?

1 Bas. 9 AB (3 E, 4 AB) 15 Bas. 9 BC (4 BC) 17 I Cor. 7, 31 18 Matth. 24, 35 19 Matth. 28, 20 20 Bas. 9 C, 12 A (4 CD)

3 sphera* *C* (m *eras.*) 4 commoueantur et unde *MS* 6 principii *C* (*ex* -ium) *V* sensum *C* possibile *C* impossibile *G* (im *s. u. m2*) *V cet.* 8 defectione *CV et* (ne *eras.*) *G* defectio *N* 11 graphio *S* grafio *cet.* 12 colligis . . . repetis *G m2 N'* 13 te *om. MS*, et *N'B* 14 subterfugit *C* (i *in ras.*) subterfugiit *G* 17 praeterit . . . mundi et *fort. interpolata; cf. p. 22 u. 12* 20 aeternum *CV* 21 creatorem *CV* 23 illi* *C* 26 hisdem *CGN'* eisdem *M*

4, 12 Principium igitur esse docet qui dicit: in principio fecit deus caelum et terram. principium aut ad tempus refertur aut ad numerum aut ad fundamentum, quomodo in aedificanda domo initium fundamentum est. principium quoque et conuersionis et deprauationis dici posse scripturarum cognoscimus auctoritate. est et principium artis ars ipsa, ex qua artificum diuersorum deinceps coepit operatio. est etiam principium bonorum operum finis optimus, ut misericordiae principium est deo placere quod facias; etenim ad conferendum hominibus subsidium maxime prouocamur. est etiam uirtus diuina, quae hac exprimitur adpellatione. ad tempus refertur, si uelis dicere in quo tempore deus fecit caelum et terram, id est in exordio mundi, quando fieri coepit, sicut ait sapientia: cum pararet caelos, cum illo eram. ad numerum autem si referamus, ita conuenit, ut accipias: inprimis fecit caelum et terram, deinde colles regiones fines inhabitabiles uel sic: ante reliquas uisibiles creaturas, diem noctem ligna fructifera animantium genera diuersa, caelum et terram fecit. si uero ad fundamentum referas, principium terrae fundamentum esse legisti dicente sapientia: quando fortia faciebat fundamenta terrae, eram penes illum disponens. est etiam bonae principium disciplinae, sicut est illud: initium sapientiae timor domini, quoniam qui timet dominum declinat errorem et ad uirtutis semitam uias suas dirigit. nisi enim quis timuerit deum, non potest renuntiare

1 Bas. 12 C, 13 C (5 B—E, 6 A) 4 Prouerb. 16, 5 Sap. 14, 12 10 Ioh. 8, 25 14 Prouerb. 8, 27 15 Philo de opif. mundi 7 (I 5, 45; 7, 17 *C*.) 19 Bas. 16 A (6 BC) 20 Prouerb. 8, 29 sq. 23 Psalm. CX 10 Prouerb. 1, 7

2 principium autem ad *M et* (*in quo* principium . . . fundamentum est *in mg. inf. m2*) *S* 7 artificium *G* (i *tert. eras.*) 8 bonorum (b *ex* h *m2*) *CG* 9 placire *C* (*corr. m2*) 10 subsidium eo (eo *s. u. m2*) *G* 14 pararet *C* (ara *in ras.*) 15 referamus *CG m1* referas *G m2 cet.* 16 fecit ds̄ *N'B* fines *G* (e *ex* i) 19 fundamentum *pr.*] fundamenta 𝔄' fundata 𝔄*M'* 21 faciebas *C et* (*corr. m2*) *G* conponens 𝔄'*M'B* cuncta (*s. u. m2*) conponens 𝔄

13 peccato. quod aeque etiam de illo possumus accipere: mensis
hic initium mensuum erit uobis, quamuis et de tempore 7 A
istud accipiatur, quia de pascha domini loquebatur, quod
ueris initio celebratur. in hoc ergo principio mensuum caelum
5 et terram fecit, quod inde mundi capi oportebat exordium.
ubi erat oportuna omnibus uerna temperies. unde et annus
mundi imaginem nascentis expressit, ut post hibernas glacies
atque hiemales caligines serenior solito uerni temporis splendor
eluceat. dedit ergo formam futuris annorum curriculis mundi B
10 primus exortus, ut ea lege annorum uices surgerent atque
initio cuiusque anni produceret terra noua seminum germina,
quo primum dominus deus dixerat: germinet terra herbam
faeni seminans semen secundum genus et secundum
similitudinem et lignum fructiferum faciens fructum.
15 et statim produxit terra herbam faeni et lignum fructiferum,
in quo nobis et moderationis perpetuae diuina prouidentia et C
celeritas terrae germinantis ad aestimationem uernae suffragatur
aetatis. nam etsi quocumque tempore et deo iubere promptum
fuit et terrenae oboedire naturae, ut inter hibernas glacies
20 et hiemales pruinas caelestis imperii fotu germinans terra
fetum produceret, non erat tamen dispositionis aeternae rigido
stricta gelu in uirides subito fructus laxare arua atque
horrentibus pruinis florulenta miscere. ergo ut ostenderet D
scriptura ueris tempora in constitutione mundi, ait: mensis
25 hic uobis initium mensuum, primus est uobis in
mensibus anni, primum mensem uernum tempus adpellans.
decebat enim principium anni principium esse generationis et

1 Exod. 12, 2 4 Uerg. Georg. II 336 sqq. 7 Uerg. Georg. II 336 12 Gen. 1, 11 21 Uerg. Georg. II 316 sq., 331, cf. Lucr. IIII 652 sq. 24 Exod. 12, 2

2 *et* 4 mensuum *CVS et* 𝔄′ (u *pr. eras.*) mensum *M′* mensium *G*𝔑*M* (*hi* i *ex* u) *B* 4 initiū *V* principium *M′ et* (*corr. m2*) *V*𝔑𝔄′ 7 expraessit *C* (s *alt. add. m2*) 8 splendore luceat *C* (ce *ex* ci *m2*) *G* (*corr. m2*) 12 primo *GN′B* 17 uernę *s. u. C* 18 promtum *C et* (*corr. m2*) *G* 22 gelum *C* 25 mensium *G* (i *ex* u) *B* mensuum *M* (i *s. u. pr.*)

ipsam generationem mollioribus auris foueri. neque enim possent tenera rerum exordia aut asperioris laborem tolerare
14 frigoris aut torrentis aestus iniuriam sustinere. simul illud aduertere licet, quia iure concurrit, ut eo tempore uideatur in hanc generationem atque in hos usus ingressus tributus, quo tempore ex hac generatione in regenerationem legitimus est transitus, siquidem uerno tempore filii Istrahel Aegyptum reliquerunt et per mare transierunt, baptizati in nube et in mari, ut apostolus dixit, et eo tempore domini quodannis Iesu Christi pascha celebratur, hoc est animarum transitus a uitiis ad uirtutem, a passionibus carnis ad gratiam sobrietatemque mentis, a malitiae nequitiaeque fermento ad ueritatem et sinceritatem. regeneratis itaque dicitur: mensis hic uobis initium mensuum, primus est uobis in mensibus anni. derelinquit enim et deserit qui abluitur intellegibilem illum Pharao, principem istius mundi, dicens: abrenuntio tibi, diabole, et operibus tuis et imperiis tuis. nec iam seruiet ei uel terrenis huius corporis passionibus uel deprauatae mentis erroribus qui demersa omni malitia uice plumbi bonis operibus dextra laeuaque munitus inoffenso saeculi huius freta studet uestigio transire. in libro quoque, qui scribitur de Numeris, ait scriptura: initium nationum Amalech et semen eius peribit. et utique non omnium nationum primus est Amalech, sed quia per interpretationem Amalech rex accipitur iniquorum, iniqui autem gentes sunt, uide ne principem huius mundi accipere

2 Uerg. Georg. II 343 sqq., cf. Ecl. VI 33 sqq. 8 I Cor. 10, 1 sq. 16 Ioh. 14, 30 22 Num. 24, 20

1 enim aliter *G* (aliter *s. u. m2*) *Cant.* 2 tollerare *C* (l *pr. eras.*) 3 istud *Diu.* 6 ac *C* generatione $\mathfrak{A}'$ (e *tert. ex* ē) in generationem $\mathfrak{A}M'B$; in regenerationem *om.* $\mathfrak{A}'$ 7 israhel *CGN'B* isrł *cet.* aegiptum *C* 14 mensuum *M* (i *s.* u *pr.*) mensium *B* 16 farao *C m1 GS* faraonem *C m2 V* 17 diabule *C* *post* diabole *add.* et angelis tuis *N'B* 20 dextera *G* 22 inscribitur *N* 23 amalec *M* (-ech *m2*) *S* 24 amalec *VS* 25 amalec *MS* 26 mundi huius *VMSB*

debeamus, qui imperat nationibus uoluntatem suam facientibus, cuius semen peribit. semen autem eius impii et infideles sunt, quibus ait dominus: uox ex patre diabolo estis..

15 Est etiam initium mysticum, ut illud est: ego sum primus B
et nouissimus, initium et finis et illud in euangelio praecipue, quod interrogatus dominus quis esset respondit: initium quod et loquor uobis. qui uere et secundum diuinitatem est initium omnium, quia nemo ante ipsum, et finis, quia nemo ultra ipsum est. secundum euangelium initium est uiarum domini in opera eius, ut per ipsum disceret hominum genus uias domini sequi et operari opera dei. in hoc ergo principio, id est in Christo fecit deus caelum et terram, C quia per ipsum omnia facta sunt et sine ipso factum est nihil quod factum est: in ipso, quia in ipso constant omnia et ipse est primogenitus totius creaturae, siue quia ante omnem creaturam, siue quia sanctus, quia primogeniti sancti sunt, ut primogenitus Istrahel, non quia ante omnes, sed quia sanctior ceteris. sanctus autem dominus super omnem creaturam et secundum corporis susceptionem, quia solus sine peccato, solus sine uanitate, omnis autem creatura subiecta uanitati est. D

16 possumus etiam intellegere: in principio fecit deus caelum et terram, id est ante tempus, sicut initium uiae nondum uia est et initium domus nondum domus. denique alii dixerunt ἐν κεφαλαίῳ quasi in capite, quo significatur in breui

2 Psalm. XXXVI 28 3 Ioh. 8, 44 4 Apoc. 1, 17; 21 6 7 Ioh. 8, 25 10 Prouerb. 8, 22, cf. Luc. 20, 21 13 Ioh. 1, 3 14 Coloss. 1, 17 15 Coloss. 1, 15 17 Exod. 4, 22 20 Rom. 8, 20 24 Bas. 17 A (7 B)

1 debeamus (de *ex* di *m3*) *C* 3 diabulo *CG* 4 mysticum 𝔄'*M* misticum *cet.* 7 quod *C* (*m2* quid) 𝔄 (od *in ras. m2*) 8 ante ... nemo *om. C, in mg. m2 G* 9 ipsum est *CV* ipsum est et (et *s. u. m2*) *G* ipsum et *N, fort. recte* 10 disceret *C* (sc *in ras.*) 14 in ipso uita est quia in ipso *G m2 N'B* 15 totius *CGV* omnis *N* qui ante *CV et* (quia *m2*) *G* 17 israhel *CGV*𝔄*M'B* isrł *cet.* (*sic fere semper libri, numquam* Istrahel) 21 possimus *C* (possemus *m3*) 23 uie est et *V* uie et *C* uię (*m2* uia) et *G* uia et *N* 24 Incefaleo *C* inceļefaleo *G* incefaleoi *V* in cefaleon 𝔄*M'B* in cephaleo *MS* ЄNCЄFALЄON 𝔄'

et in exiguo momento summa operationis inpleta. sunt ergo et qui principium non pro tempore accipiant, sed ante tempus et κεφάλαιον uel caput, ut dicamus latine, quasi summam operis, E quia rerum uisibilium summa caelum et terra est, quae non solum ad mundi huius spectare uidentur ornatum, sed etiam ad indicium rerum inuisibilium et quoddam argumentum eorum quae non uidentur, ut est illud propheticum: caeli enarrant gloriam dei et opera manuum eius adnuntiat firmamentum. quod secutus apostolus aliis uerbis in eandem conclusit sententiam dicens: quia inuisibilia eius per ea quae facta sunt intelleguntur. auctorem enim angelorum et dominationum et potestatum facile intel- F legimus eum qui momento imperii sui hanc tantam pulchritudinem mundi ex nihilo fecit esse, quae non erat, et non extantibus aut rebus aut causis donauit habere substantiam.
5, 17 est enim hic mundus diuinae specimen operationis, quia dum opus uidetur, praefertur operator. namque ut istarum 9 A artium aliae sunt actuosae, quae sunt in corporis motu aut sono uocis — cessauit motus aut sonus, nihil superfuit nec remansit spectantibus uel audientibus —, aliae theoreticae, quae uigorem mentis exerceant, aliae huiusmodi, ut cessante quoque operationis officio operis munus adpareat, ut aedificatio atque textura, quae etiam tacente artifice peritiam eius ostendant, ut operatori operis sui testimonium suffragetur: similiter etiam hic mundus diuinae maiestatis insigne est, B ut per ipsum dei sapientia manifestetur. quem uidens propheta simul et ad inuisibilia oculos mentis adtollens ait:

4 Bas. 16 C (6 E) 7 Psalm. XVIII 1 10 Rom. 1, 20 Bas. 16 C, 13 C (6 E, 6 B) 12 Coloss. 1, 16 18 Bas. 17 AB (7 B—D)

3 ΚΕΦΑΛΕΟΝ *CG*$\mathfrak{A}$*'S* ΚΕΦΑΑCΟΝ *V* ΚΕΦΑΛΕωΝ *M* (*om.* et) cefaleon *cet.* 7 non *CGVMS* nondum *N'B* 14 non de *G* (de *s. u. m2*) *N'B* 16 enim *CGV* ergo *N* 18 motum *C* (m *alt. del.*) modum *V* 19 *inde a uerbis* aut sonus *incipit P* 20 peccantibus *C* (*corr. m3*) *P* (*s. u.* spectantibus) expectantibus *V*$\mathfrak{A}$*M'* rethoricae II 21 uigore m. exerceantur *G* 26 quae II

quam magnificata sunt opera tua, domine! omnia in sapientia fecisti.

18 Nec otiose utique factum legimus quia gentiles plerique, qui coaeternum deo mundum uolunt esse quasi adumbrationem uirtutis diuinae, adserunt etiam sua sponte subsistere. et quamuis causam eius deum esse fateantur, causam tamen C factum uolunt non ex uoluntate et dispositione sua, sed ita ut causa umbrae corpus est. adhaeret enim umbra corpori et fulgur lumini naturali magis societate quam uoluntate arbitra. pulchre ergo ait Moyses quia fecit deus caelum et terram. non dixit quia subesse fecit, non dixit quia causam mundo ut esset praebuit, sed fecit quasi bonus quod foret utile, quasi sapiens quod optimum iudicabat, quasi omnipotens quod D amplissimum praeuidebat. quomodo autem quasi umbra esse poterat, ubi corpus non erat, cum incorporei dei corporea adumbratio esse non potest? quomodo etiam incorporei luminis 19 splendor possit esse corporeus? sed si quaeris splendorem dei, filius est imago dei inuisibilis. qualis ergo deus, talis et imago. inuisibilis deus, etiam imago inuisibilis; est enim splendor gloriae paternae atque eius imago substantiae. in E principio inquit fecit deus caelum et terram. et factus est ergo mundus et coepit esse qui non erat; uerbum autem dei in principio erat et erat semper. sed etiam angeli, dominationes et potestates etsi aliquando coeperunt, erant tamen iam, quando hic mundus est factus. omnia namque creata et condita sunt, uisibilia et inuisibilia, siue sedes siue dominationes siue principatus siue potestates, F

1 Psalm. CIII 24 5 Bas. 17 BC (7 DE) 22 Ioh. 1, 1 25 Coloss. 1, 16 Bas. 13 AB (5 D)

3 ubique *libri* (factum ubique *MS*); *exp. G m2 et ante* otiose *m2 s. u. add. utique;* utique otiose *Cant.* 5 etiam Π*N'B* eum *MS* 9 fulgur *C* fulgur ℜ' fulgor *cet.* societati *C* (*corr. m3*) uolumptate *C* (*passim*) 14 poterat esse *G* 15 incorporei ℜ*M'* in corpore ℜ' (*m2* incorporei) *cet.* 16 possit *N* 18 et *G* (*s. m2* est) est *N'* 19 inuisibilis inuisibilis (*pr.*) *C* 22 qui *C* (i *in ras.*)

omnia inquit per ipsum et in ipsum creata sunt. quid est in ipsum creata? quia ipse est heres patris, eo quod a patre in ipsum transierit hereditas, sicut pater dicit: posce a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. quae tamen hereditas a patre transiuit in filium et in patrem reuertit a filio. egregie itaque apostolus et hoc loco filium dixit auctorem omnium et maiestate sua continentem omnia et ad Romanos de patre ait: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipsum omnia. ex ipso principium et origo substantiae uniuersorum, id est ex uoluntate eius et po- 10 A testate — omnia enim ex eius uoluntate coeperunt, quia unus deus pater, ex quo omnia; etenim tamquam ex suo fecit, qui unde uoluit fecit, — per ipsum continuatio, finis in ipsum. ex ipso ergo materia, per ipsum operatio, quae ligauit atque constrinxit uniuersa, in ipsum, quia et quamdiu uult omnia eius uirtute manent atque consistunt et finis eorum in dei uoluntatem recurrit et eius arbitrio resoluuntur.

6, 20 In principio itaque temporis caelum et terram deus fecit. B tempus enim ab hoc mundo, non ante mundum, dies autem C temporis portio est, non principium. et quamquam lectionis serie possimus astruere quod primo diem fecerit dominus et noctem, quae sunt uices temporum, et secundo die firmamentum fecerit, quo discreuit aquam quae sub caelo est et aquam quae super caelum, tamen satis sufficit ad praesentem

3 Psalm. II 8 8 Rom. 11, 36

5 transibit *CP et (corr. m2) G* transit *V* transiit *Tell.* patre *CGP* 6 reuertit *M'S et m1 CPM* reuersa est *B* reuertetur *P m2* reuertitur *C m2 M m2 cet.* 7 maiestatem suam *CPV* 8 romanus *C et* (-os *corr.*) *G* 9 ipsum sunt *G* (sunt *s. u. m2*) *𝔄'* (sunt *s. u*) ipso sunt *M' et* (ipsum *m2 s.* ipso) *𝔄* 10 uolumtate *C* (*passim*) potestate* (m *eras.*) *CP* potestatem *V* 13 per ipsum per ipsum *C* 14 per ipsum *om.* II (*s. u. m2 G*) 15 ligabit *C et* (*corr. m2*) *GP* 17 uoluntate *CGP* 18 fecit deus *G* 21 serie* (m *eras.*) *CG* die *C* (diē *m3*) *V* die* *P* dns *C* (n *eras.*) 22 noctē (ē *ex* e *m3*) *C* 23 quod *GP𝔄𝔄'* discrebit (*corr. m2*) *CG* discribit *P* 24 sufficit *PB* suffecit *C* (*corr. m3*) *G*; *om. V*, est *cet.*

adsertionem quod in principio caelum fecerit, unde praerogatiua generationis et causa, et terram fecerit, in qua esset D generationis substantia. in his enim quattuor illa elementa creata sunt, ex quibus generantur omnia ista quae mundi sunt. elementa autem quattuor, caelum ignis aqua et terra, quae in omnibus sibi mixta sunt, siquidem et in terra ignem repperias, qui ex lapidibus et ferro frequenter excutitur, et in caelo, cum sit ignitus et micans fulgentibus stellis polus, aqua esse possit intellegi, quae uel supra caelum est uel de illo superiore loco in terram largo frequenter imbre de- E mittitur. quae pluribus colligere possemus, si quid ad aedificationem ecclesiae ista proficere uideremus. sed quia his occupari infructuosum negotium est, ad illa magis intendamus animum in quibus uitae sit profectus aeternae.

21 De qualitate igitur et substantia caeli satis est ea promere quae in Esaiae scriptis repperimus, qui mediocribus et usitatis sermonibus qualitatem naturae caelestis expressit dicens quod F firmauerit caelum sicuti fumum, subtilem eius naturam nec solidam cupiens declarare. ad speciem quoque eius abundat quod ipse de caeli firmamento locutus est quia fecit deus caelum sicut cameram, quod intra caeli ambitum uniuersa claudantur, quae uel in mari geruntur et terris. quod similiter significatur, cum legitur, quia caelum deus extendit. extenditur enim uel quasi pellis ad tabernacula, habitationes

1 Bas. 20 A (8 A) 5 Bas. 20 AB (8 BC) 11 Bas. 20 C (8 D) 18 Esai. 51, 6 Bas. 20 C (8 E) Isid. de nat. rer. 12, 2 21 Esai. 40, 22 Bas. 21 A (8 E) 24 Esai. 40, 22; 34, 4

2 causae Π (*om. alt.* et) 5 helementa *C et* (h *exp. m2*) *G* caelum Π *Carn. Diu.* aer *N*, *fort.* caelum aer aqua, *cf. p. 29 u. 11* 6 terram *C* (m *eras.*) *GP* 7 repperies *C m3 G m2 B* lapidibus *C* (a *in ras.*) 10 demittitur *GB* dimittitur *cet.* 11 colligere (li *ex* le) *m3 C m2 G* possimus *M et* 𝔄 (i *ex* e) *et m1* Π possemus 𝔄′*M′ et m3 C m2 PS* possumus *B et m2 GV* 13 negotium *C* (o *m3 ex* u) illam *C* 20 ipsi *C* (*corr. m3*) 22 uel *exp. m2 G* uel terris *Uind.* 23 $\overline{\text{ds}}$ Π*M* $\overline{\text{dns}}$ *cet.* 24 habitationis (is *ex* es *m2*) *CGP* habitationisque *M′ et m1* 𝔄𝔄′ habitationesque *MSB et m2* 𝔄𝔄′

sanctorum, uel quasi liber, ut plurimorum scribantur nomina, qui Christi gratiam fide et deuotione meruerunt, quibus 11 A
dicitur: gaudete quia nomina uestra scripta sunt in
22 caelo. de terrae quoque uel qualitate uel positione tractare nihil prosit ad speciem futuri, cum satis sit ad scientiam quod
scripturarum diuinarum series conprehendit quia suspendit terram in nihilo. quid nobis discutere utrum in aere pendeat an super aquam, ut inde nascatur controuersia, quomodo aeris natura tenuis et mollior molem possit sustentare ter- B
renam aut quomodo, si super aquas, non demergatur in
aquam grauis terrarum ruina? aut quomodo ei maris unda non cedat et in latera eius sese loco suo mota diffundat? multi etiam in medio aeris terram esse dixerunt et mole sua inmobilem manere, quod aequabili motu hinc atque inde ex omni parte protendat. de quo satis putamus dictum a
domino ad Iob seruum suum, quando locutus per nubem ait: ubi eras, cum fundarem terram? indica mihi, si habes C
scientiam. quis posuit mensuras eius, si nosti? aut quis est qui superinduxit mensuram super eam? aut super quid circuli eius confixi sunt? et infra: conclusi
mare portis et dixi: usque huc uenies et non transibis, sed in te comminuentur fluctus tui. nonne euidenter ostendit deus omnia maiestate sua consistere, non numero, pondere atque mensura? neque enim creatura legem tribuit, sed accipit aut seruat acceptam. non ergo quod in
medio sit terra, quasi aequa lance suspenditur, sed quia D
maiestas dei uoluntatis suae eam lege constringit, ut supra

3 Luc. 10, 20 4 Bas. 21 BC (9 A—D) Isid. de nat. rer. 45, 1 6 Iob 26, 7 14 Diels Dox. 559, 23 16 Iob 42, 7 sq. 38, 1 17 Iob 38, 4—6 Bas. 24 A (9 D) 20 Iob 38, 10 sq.

5 prosit (*s. m2* proderit) *G* prodest *B* speciem Π *Diu.* spem *N* 6 conpraehendit *C* (e *alt. ex* i *m3*) 15 propendeat *N* 18 mensuras *ed. Rom.* (τὰ μέτρα *LXX*) mensuram *libri* 19 mensuram μ (σπαρτίον *LXX*) mensuras *libri* 21 portis *C* (r *ex* s *m3*) 23 non] in *Uind.* 25 accipit *P m2* accepit *P m1 cet.* aut Π*S* ut *M* et *G m2 B* (*in ras.*) aut et 𝔄 (et *eras.*) 𝔄'*M*'

instabile atque inane stabilis perseueret, sicut Dauid quoque propheta testatur dicens: fundauit terram super firmitatem eius: non inclinabitur in saeculum saeculi. non utique hic quasi tantummodo artifex deus, sed quasi omnipotens praedicatur, qui non centro quodam terram, sed praecepti sui suspenderit firmamento nec eam inclinari patiatur. non ergo mensuram centri, sed iudicii diuini accipere E debemus, quia non artis mensura est, sed potestatis, mensura iustitiae, mensura cognitionis, quia omnia non tanquam immensa praetereant eius scientiam, sed cognitioni eius tanquam dimensa subiaceant. neque enim cum legimus: ego confirmaui columnas eius, uere columnis eam subnixam possumus aestimare, sed ea uirtute, quae subfulciat substantiam terrae atque sustineat. denique quam in potestate dei sit terrae constitutio etiam hinc collige, quoniam scriptum F est: qui aspicit terram et facit eam tremere et alibi: adhuc ego semel concutio terram. non ergo libramentis suis inmobilis manet, sed frequenter dei nutu et arbitrio commouetur, sicut et Iob dicit quia dominus commouet eam a fundamentis, columnae autem eius exagitantur et alibi: nuda inferna in conspectu eius, et non est morti inuolucrum. extendens boream pro nihilo, suspendens terram in nihilo, alligans aquam in nubibus suis. columnae caeli euolauerunt et expauerunt ab increpatione eius. uirtute mitigauit mare, disciplina strauit cetum, claustra autem caeli timent 12 A eum. uoluntate igitur dei inmobilis manet et stat in sae-

2 Psalm. CIII 5 11 Psalm. LXXIIII 4 Bas. 24 A (9 D) 16 Psalm. CIII 32 17 Agg. 2, 6 19 Iob 9, 6 21 Iob 26, 6—8 24 Iob 26, 11—13 27 Eccl. 1, 4

1 persiueret *C* (*corr. m2*) 2 firmamentum *N* 5 terrã *C* (ã *ex* a *m2*) 9 tanquam *C m1* tamquam *C m3 cet.* 10 tanquam *C* tamquam *cet.* 13 suffulciat *VN* 14 susteneat *C* (*corr. m2*) quam (*s. m2* quia) *M* qu** (*in mg. m2* quia) 𝔄′ qua 𝔄 23 nihilo *C* nihilum *cet.* 25 disciplinam Π (m *eras. P*) 26 strauit *G m2 in mg. N* instruit Π cetum *V*𝔄′ coetum *cet.*

culum terra secundum Ecclesiastae sententiam et in uoluntate dei mouetur et nutat. non ergo fundamentis suis innixa subsistit nec fulcris suis stabilis perseuerat, sed dominus statuit eam et firmamento uoluntatis suae continet, quia in manu eius omnes fines terrae. et haec fidei simplicitas argumentis omnibus antecellit. laudent alii quod ideo nusquam decidat terra, quia secundum naturam in medio regionem possideat B suam. eo quod necesse sit eam manere in regione nec in partem inclinari alteram, quando contra naturam non mouetur, sed secundum naturam, praedicent artificis diuini et operatoris aeterni excellentiam — quis enim artificum non ab illo accepit aut quis dedit mulieribus texturae sapientiam aut uarietatis disciplinam? — ego tamen, qui profundum maiestatis eius et artis excellentiam non queo C conprehendere, non disputatoriis me libramentis committo atque mensuris, sed omnia reposita in eius existimo uoluntate, quod uoluntas eius fundamentum sit uniuersorum et propter eum adhuc mundus hic maneat. quod apostolicae quoque liceat astruere auctoritatis exemplo. scriptum est enim quia uanitati creatura subiecta est non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe. liberabitur autem et ipsa creatura a seruitute corruptionis, cum gratia diuinae D remunerationis adfulserit.

4 Psalm. LXXXXIIII 4 6 Bas. 24 CD (10 BC) 12 Iob 38, 36 20 Rom. 8, 20 sq.

1 ecclesiastę *S* ecclesiasten *C et G m1 PV* ecclesiastis *C et G m2* ecclesiastes *C m3 cet.* in *om. N* 2 innixa *Henricus Schenkl* enixa Π (ęnixa *G*) nixa *N* 3 persiuerat *C* (*corr. m3*) 5 eius sunt omnes *Diu.* eius omnes sunt *B* finis *C* (-es *m3*) 6 laudant *N'* ideo *om. S, s. u. m2 M* 7 terra* *C* (m *eras.*) 8 regionem *C* (m *eras. PV*); sua *add. G m2 N* suă *V* 9 inclinari *C* (ari *in ras.*) *GPVS et* (ri *ex* re *m2*) *A'B* inclinare *AM'M* non *s. u. M, sed eras., om. S et* (*in quo* commouetur) *B* 10 artificis *C* (is *ex* es) 11 operatoris (is *ex* es) *CP* 15 disputatoriis Π*B* disputationis *N'* disputaturum *M* (-us *corr.*) *S* (*in mg. m2* disputatoriis) 19 liceat Π licet *N* 21 subiecit eam in *Tell.* 22 gratia *om. Diu., qui post* remunerationis *in mg. m2 add.* claritas

23 De natura autem et qualitate substantiae caeli quid enumerem ea quae disputationibus suis philosophi texuerunt? cum alii conpositum caelum ex quattuor elementis adserant, alii quintam quandam naturam noui corporis ad constitutionem eius inducant atque adfingant aetherium esse corpus, cui neque ignis admixtus sit neque aer neque aqua neque terra, quod huius mundi elementa suum quendam habeant cursum E atque usum et motum naturae, ut grauiora demergant et in pronum ferantur, uacua et leuia in superiora se subrigant — est enim proprius cuique motus —, in sphaerae autem circuitu ista confundi et uim sui cursus amittere, quoniam sphaera in orbem suum uoluitur et superiora inferioribus, superioribus quoque inferiora mutantur. quorum autem secundum naturam motus mutati sunt, horum necessario ferunt mutari solere qualitates substantiarum suarum. quid igitur defendimus F aetherium corpus esse, ne uideatur corruptioni obnoxium? quod enim conpositum ex corruptibilibus elementis est necesse est resoluatur. nam hoc ipso quod diuersae eadem sint elementa naturae simplicem et inuiolabilem motum habere non possunt, cum se diuersus elementorum motus inpugnet. unus enim motus omnibus aptus esse non potest et elementis distantibus conuenire; nam qui leuibus adcommodus est fit incommodus grauioribus elementis. itaque quando ad superiora motus caeli est necessarius, terrenis grauatur, quando ad inferiora decursus expetitur, igneus uigor ille uiolenter ad- 13 A trahitur; etenim contra naturae suae usum deorsum cogitur. omne autem quod in contrarium cogitur non naturae seruiens, sed necessitati cito soluitur et in ea scinditur ex quibus uidetur esse conpositum in suam quamque regionem singulis

1 Bas. 25 A — 28 A (10 E — 11 D).

2 filosofi *CG* 5 etaerium *CGP* etaereum *V* aethereum 𝔄′ (-ium *m2*) 𝔄*B* 6 neque acr *M* (acr *ex* aera) *S*, *om. cet.* 7 huiusmodi *G m2 N* 9 pronum *C* (n *in ras.*) 14 mutare *C* 16 aethereum *C* (re *ex* ri *m3*) 𝔄*B et* (-ium *m2*) 𝔄′ 18 quo *CGV* 22 adcommodus *C* (ad *eras.*)

recurrentibus. haec igitur alii considerantes stabilia esse non posse aetherium corpus caeli stellarumque esse arbitrati sunt quintam quandam naturam corporis introducentes, quo diutur- B
24 nam caeli putarent mansuram esse substantiam. sed non ista opinio propheticae potuit obuiare sententiae, quam diuina quoque domini Iesu Christi maiestas dei nostri in euangelio conprobauit. dixit enim Dauid: principio terram tu fundasti, domine, et opera manuum tuarum sunt caeli. ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnia sicut uestimentum ueterescent, et tanquam amictum mutabis ea et mutabuntur, tu uero ipse es, et anni tui non deficient. quod adeo probauit in euangelio dominus C ut diceret: caelum et terra praeteribunt, mea autem uerba non praeteribunt, nihil igitur agunt qui propter caeli adserendam perpetuitatem quintum corpus aetherium introducendum putarunt, cum aeque uideant dissimilem ceteris adiunctam membri unius portionem labem corpori magis adferre consuesse. simul illud aduerte, quia propheta Dauid, ‹dum› terram priori loco nominauit et postea caelum, credidit opus D esse domini declarandum. quando enim dixit et facta sunt, nihil interest quid prius exprimas, cum simul utrumque sit factum, simul ne eo saltem praerogatiua caelo diuinae uideatur adiudicata substantiae, ut primogenitae creaturae priuilegio potior extimetur. itaque illos suis relinquamus contentionibus, qui mutuis disputationibus se refellunt: nobis autem satis est ad salutem non disputationum controuersia, sed praeceptorum

7 Psalm. CI 26—28 13 Matth. 24, 35 20 Psalm. CXXXVIII 5 25 Bas. 28 AB (11 DE)

2 aethereum *C* (re *ex* ri *m3*) *B* 4 mansurā *C* (ā *ex* a *m3*) 7 terrā *C* (ā *ex* a *m2*) 9 ipsi *C* (i *alt. m3 ex* e) 10 ueterascent *B Cant.* tanquam *C* tamquam *cet.* 13 terra* *C* (m *eras.*) 15 aethereum *A'* (-ium *m2*) *AB* 17 corpori *SB* corporis *M* (s *eras.*) *cet.* 18 consueuisse *N'B* dum *addidi,* cum *α, om. libri* 19 priorem̄ *MS* 22 simul *suspectum* ne eo *PVM* neꝯ eo *S* ne ei *B* in eo *C* ne haec *in ras. uerborum* simul ne eo *m2 G* ne his *N'* sal*tem *C* saltim *VN'* 23 preuilegio *C* (*corr. m2*) 24 potiora *PN'B et* (a *eras.*) *CG* extimetur *C m1 et* (s *s.* x) *G* existimetur *C m2 P* aestimentur *N'B* aestimetur *cet.*

ueritas nec argumentationis astutia, sed fides mentis, ut E
seruiamus creatori potius quam creaturae, qui est deus
benedictus in saecula.

7, 25 (Sermo II) Terra autem erat inuisibilis et inconposita. bonus F
artifex prius fundamentum ponit, postea fundamento posito
aedificationis membra distinguit et adiungit ornatum. posito
igitur fundamento terrae et confirmata caeli substantia — duo
enim ista sunt quasi uelut cardines rerum — subtexuit: terra
autem erat inuisibilis et inconposita. quid est erat?
ne forte in infinitum et sine principio extendant opinionem
suam et dicant ecce quia materia, id est ὕλη, sicut philosophi
dicunt, etiam secundum scripturam diuinam non habuit initium.
uerum hoc dicentibus respondebis quia scriptum est: erat
autem Cain operarius terrae et de eo qui Iubal dictus 14 A
est habet scriptura: hic erat pater, qui demonstrauit
psalterium et citharam et homo erat in Ausitide
regione, cui nomen Iob. desinant ergo de uerbo quaestionem
mouere, cum praesertim praemiserit Moyses quia fecit deus
terram. erat ergo ex quo facta est. nam si sine principio
eam dicunt esse, iam non solum dominum, sed etiam ὕλην
sine principio dicentes definiant ubinam erat. si in loco, ergo
etiam locus sine principio fuisse astruitur, in quo erat materia B
rerum, quae principium non habebat. quod si absurdum uide-
tur de loco credere, uidete ne forte uolatilem terram debeamus

4 Gen. 1, 2 9 Bas. 29 AC (12 CE) 13 Gen. 4, 2 15 Gen. 4, 20 sq. 16 Iob 1, 1

5 prius *C* (p *ex* p̃ *m2*) 6 et *om. N* ornatum *C* (tum *in ras.*) ornamentum *G m2 N'B* 8 quasi uelut *scripsi* qua** (*m3* quas) uelut *C* quas uelut *GPVB* quae (*eras.* 𝔄') uelut *N'* uelut *MS* 10 ne Π*MSB* et ne *M'* nisi (*m2 in ras. ex* et) 𝔄𝔄' 11 id est re* *C* (res *m2*) id est res *G* (ylen *add. m2*) id est ΥΛΗΝ *PN'B* id est ΥΛΗ *S* id est ylen *V* id est yle *M* filosofi *CG* 16 citharam *N'MB* cytharam *cet.* ausithide *N'B* ausitidi *cet.* 17 desinantq *C* (desinam' *m3*) 18 praemiserit moyses *G* (t moyses *in ras. m2*) *P m2* praemiserimus esse *CV* praemisere muses *P m1* 19 si *om. C, m2 s. u. GP* 20 dn̄m Π dn̄ *N, recte puto* hylen *CGP* ylèn *VM* ΥΛΗΝ *cet.*

aestimare, quae non habens fundamentum alarum remigiis suspendebatur. unde ergo ei alas sumemus, nisi forte huc deriuemus prophetici sermonis interpretationem a pinnis terrae prodigia audiuimus et illud uae terrae nauium pinnae? sed ut sic accipiamus, in quo aere uolabat terra? sine aere enim uolare non poterat, sed aer esse adhuc non C
poterat, quia non erat sine rerum materia elementorum facta distinctio, cum adhuc ipsa elementa facta non essent. ubi erat ergo materia ista alarum subfulta remigiis? in aere non erat, quia aer corpus est mundi, corpus autem esse aerem docet lectio, quia emissa sagitta in locum, quem iaculator intendit, incisus aer statim in se ipsum resolutus est. ubi ergo erat ὕλη, nisi forte dicatur quadam dementi intentione quia in deo D
erat? ergo deus inuisibilis naturae atque inuiolabilis, qui lucem habitat inaccessibilem, inconprehensibilis et purissimus spiritus, locus erat materiae mundialis, et erat in deo mundi portio, cum de hoc mundo non sit mens seruolorum eius, sicut habemus scriptum: de hoc mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo.

26 Quemadmodum ergo inuisibilia uisibilibus et ei qui ordinem ac decorem donauit omnibus inconposita copulabantur? nisi E
forte, quia dixit: terra autem erat inuisibilis, inuisibilem eam per substantiam credant et non ideo, quia aquis operta

3 Esai. 24, 16 4 Esai. 18, 1 11 Sap. 5, 12 15 I Tim. 6, 16 18 Ioh. 17, 14

3 pinnis *M* (i *pr. in ras.*) pennis *V*𝔄′*SB et* (e *ex* i) *m3 C m2 G*𝔄 5 pennae *V*𝔄′*SB et* (e *ex* i) *m3 C m2 GP et* (i *m2 s.* e *pr.*) *M* pennatae *B* ut *G* (*s. m2* si) 𝔄 (*s. m2* hoc) huc 𝔄′ 6 adhuc esse *N*′ 8 adhuc ipsa *CGP* ipsa adhuc *cet.* facta *om. MS* erat ergo *CGP* ergo erat *cet.* 9 subfulta *C* suffulta *cet.* 11 missa *MS* iaculatur (*corr. m2*) *GP* iaculatur 𝔄*M*′ 12 ipso II erat *m2 P*𝔄′, *om. B*, erit *P*𝔄′ *m1 cet.* 14 deus id est *M*′*MS* deus qui est (qui est *m2 ex* id est) 𝔄𝔄′ 15 inaccessibilem *C* (s *pr. add. m2*) 17 sit nec mens *M* (nec *exp.*) *S* (nec *in ras.*) seruolorum *C* (v *m3*) *G et P* (v *m2*) seruolorum 𝔄*M*′ ɛeruulorum *cet.* 22 et inuisibilem *C* (et *add. m3*) *M*′ *et* (*eras.* et) 𝔄

uisibilis corporeis oculis esse non poterat, quemadmodum pleraque in profundo aquarum sita uisum oculorum aciemque praetereunt. non enim deo aliquid inuisibile, sed creatura mundi creaturae utique extimatione censetur. inuisibilis etiam terra, quia nondum lux quae inluminaret mundum, nondum F sol; postea enim luminaria facta sunt caeli. quod si solis radius plerumque etiam aquis operta inluminat et profundo mersa splendore luminis sui prodit, quis dubitet deo ea quae in profundo sunt inuisibilia esse non posse? nisi forte sic accipiamus inuisibilem terram, quod nondum uerbo dei et protectione uisitabatur quae hominem non habebat, propter quem dominus respiceret in terram, sicut scriptum est: dominus respexit super filios hominum, si est intellegens aut requirens deum. et alibi ait: de caelo iaculatus est iudicium: terra tremuit et quieuit. et merito inuisibilis, quia inconposita, quae figuram et speciem
27 congruentem adhuc non acceperat a proprio conditore. et 15 A fortasse dicant: cur enim deus — sicut dixit et facta sunt — non simul ornatus congruos surgentibus donauit elementis, quasi non potuit caelum insignitum stellis subito ut creatum est refulgere et floribus ac fructibus terra uestiri? potuit utique, sed ideo primo facta, postea conposita declarantur, ne uere increata et sine principio crederentur, si species rerum uelut ingeneratae ab initio, non postea additae uiderentur. in- B conposita terra legitur et isdem a philosophis, aeternitatis quibus deus priuilegiis honoratur: quid dicerent si ab initio

4 Bas. 29 BC, 33 C, 36 A (12 E, 14 DE, 15 AB) 13 Psalm. XIII 2 14 Psalm. LXXV 9 18 Psalm. XXXII 9 20 Bas. 29 B (12 D)

2 profundum *CGP* uisu *CP et* (*corr. m2*) *G* 3 praetereant *B* 4 extimatione *m1 CG* exitimatione *P m1* existimatione *C m2 V* aestimatione *GP m2 cet.* 13 *post* hominum *add.* ut uideret *S in mg. m2* 15 *malim* es (ἠκόντισας *LXX*) 17 acciperat *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) 19 rebus assurgentibus *G m2* (*s. ras., fuit* surgentibus) 𝔄𝔄'*M et* (rebus *eras.*) *S* adsurgentibus *M'B* 20 qu*asi (i *eras.*) *CGP* potuerit *Erasmus, recte puto* 21 fulgere *V* 25 hisdem *CP*𝔄' et (h *s. u.*) *G et S m2 M* iisdem *V* (i *alt. s. u.*) filosofis *CG*

eius pulchritudo uernasset? demersa aquis describitur uelut cuidam principiorum suorum addicta naufragio et adhuc a nonnullis facta non creditur: quid si decorem primogenitum uindicaret? accedit illud quod imitatores nos sui deus esse uoluit, ut primo faciamus aliqua, postea uenustemus, ne dum C simul utrumque adorimur, neutrum possimus inplere. fides autem nostra quodam gradu crescit. ideo primum fecit deus, postea uenustauit, ut eundem credamus ornasse qui fecit et fecisse qui ornauerit, ne alterum putemus ornasse, alterum creauisse, sed eundem utrumque esse operatum, ut primum faceret, postea conponeret, ut alterum altero crederetur. habes in euangelio huius rei euidens testimonium. nam suscitaturus D Lazarum dominus iussit, ut Iudaei remouerent lapidem de sepulchro, ut mortuum uidentes postea resuscitatum crederent. deinde uocauit Lazarum, et resurrexit et ligatis manibus et pedibus exiuit foras. nonne poterat remouere lapidem qui poterat mortuum resuscitare? et qui potuit defuncto uitam reddere non potuit nexus soluere uinculorum? cui uinctis pedibus gressum dedit, huic non potuit ruptis uinculis incessum reddere? sed utique aduertimus quod uoluit primum E demonstrare mortuum, ut oculis suis crederent, deinde resuscitare, tertio iubere, ut ipsi uincula funeris soluerent, ut inter ista fides infunderetur infidelibus et per gradus quosdam credulitas nasceretur.

8, 28 Fecit ergo primum deus caelum et terram, ea tamen non F quasi perpetua, sed quasi corruptibilis creaturae consummationi uoluit subiacere. unde in Esaiae libro ait: tollite in caelum oculos uestros et aspicite in terram deorsum, quia

12 Ioh. 11, 41 sqq. 27 Esai. 51, 6

6 adoremus *C et* (*corr. m2*) *P* adoremur (*corr. m2*) *G* 7 primo *MS* 8 *fort.* fecerit (*sic Cant.*) 10 primo *N* 11 ut] ne *N'*; ne alterum altero (-ri *Cant.*) deesse crederetur *G m2 Cant.* 15 uocabit *C* *post* Lazarum *ras. 7 litt. C* ligatus *PVM'S et* (us *m2 ex* is) *M* 17 resuscitare *CGVM'* suscitare *cet.* 20 primo *VN* 21 et oculis *C*𝔄' 23 grados (*corr. m2*) *CGP* 28 in *om. MS*

caelum ut fumus solidatum est, terra autem ut uestimentum ueterescet. haec terra est, quae ante erat inconposita. nondum erant enim maria suo fine distincta, et 16 A ideo uago fluctu et profundo gurgite terra inundabatur. considera quia etiam nunc palustri uligine terra inhorrere consueuit nec patiens est uomeris, ubi infusus terris umor exundat. erat ergo inconposita, utpote sollertis agricolae inarata culturis, quia adhuc deerat cultor. erat inconposita, quia nuda gignentium nec toris herbosa riparum nec opaca nemoribus nec laeta segetibus nec umbrosa superciliis montium nec odorata floribus nec grata uinetis. merito inconposita, B quae ornatibus indigebat, cui deerant uitium serta gemmantium. ostendere enim uoluit deus quia nec mundus ipse haberet gratiam, nisi eum uario cultu operator ornasset. caelum ipsum intextum nubibus horrorem oculis, maestitiam animis excitare consueuit, terra imbribus madefacta fastidio est, maria procellis turbata quos non incutiunt metus? pulcherrima est rerum species: sed quid esset sine lumine, quid sine temperie, quid C sine aquarum congregatione, quibus ante demersa poli huius habebantur exordia? tolle solem terris, tolle caelo stellarum globos: omnia tenebris inhorrescunt. sic erat, antequam lumen huic mundo dominus infunderet. et ideo scriptura ait quia tenebrae erant super abyssum. tenebrae erant, quia splendor deerat lucis, tenebrae erant, quia aer ipse tenebrosus est. aqua ipsa sub nube tenebrosa est, quia tenebrosa aqua D in nubibus aeris. erant ergo tenebrae super abyssos aquarum. non enim malas intellegendas arbitror potestates, quod dominus earum malitiam creauerit, cum utique non sub-

4 Bas. 36 A (15 B) 6 Uerg. Georg. II 223 9 Sall. bell. Iug. 79, 6 Uerg. Aen. VI 674 10 Uerg. Georg. I 1 23 Gen. 1, 2 Bas. 36 BC 37 A (15 C—E, 16 A) 27 Bas. 37 B—D (16 A—D)

2 ueterascet *B* 3 enim erant *N'B* 6 umor *N'MB* humor *cet.* 11 odorata Π odora *N* 15 animi *GV* 16 terram i. madefactam *C* 18 sed quid si *G* (si *s. u. m2*) *Cant.* 21 erant *G m2 N'S* 27 intellegendum *N*

stantialis, sed accidens sit malitia, quae a naturae bonitate
29 deflexerit. itaque in constitutione mundi opinio malitiae interim sequestretur, ne diuinae operationi et pulcherrimae creaturae ea quae decolora sunt admiscere uideamur, maxime cum sequatur: et spiritus dei superferebatur super aquas. E quem etsi aliqui pro aere accipiant, aliqui pro spiritu, quem spiramus et carpimus aurae huius uitalis spiritum, nos tamen cum sanctorum et fidelium sententia congruentes spiritum sanctum accipimus, ut in constitutione mundi operatio trinitatis eluceat. praemisso enim quia in principio fecit deus caelum et terram, id est in Christo fecit deus uel filius dei deus fecit uel per filium deus fecit, quia omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, F supererat plenitudo operationis in spiritu, sicut scriptum est: uerbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. itaque quemadmodum in psalmo docemur operationem uerbi, quod est uerbum dei, et uirtutem, quam dedit spiritus sanctus, ita hic propheticum resultauit oraculum quia deus dixit et deus fecit. spiritus quoque dei superferebatur super aquas. ornando enim polo caeli germinaturis terris pulchre spiritus superferebatur, quia per ipsum habebant nouorum partuum semina germinare secundum quod dixit propheta: emitte spiritum tuum, et creabuntur et 17 A renouabis faciem terrae. denique Syrus, qui uicinus

5 Gen. 1, 2 Bas. 41 C, 44 A (18 BC) 7 Uerg. Aen. I 387 sq. 12 Ioh. 1, 3 15 Psalm. XXXII 6 23 Psalm. CIII 30 24 Bas. 44 B (18 C)

1 accedens *M' et (corr. m2) GA* 5 superferebatur *C (s.* super *lineola erasa) G* (super *eras.*) ferebatur *SB* 8 sententiam *CAM'* 9 constitutionem *CP* trinitatis *C* (i *alt. ex* e) 10 praetermisso Π (ter *eras. G)* 16 *inde a uerbo* [quemad]modum *incipit A* 17 uerui (*corr. m2) A* 18 profeticum (h *s.* f *m3) A* 20 superferebantur (n *exp. m2) A* 22 NOBU . . UM *A* (UM *ut uidetur ex corr.*) partuum *A* (*de* u *pr. dubitare licet*) 23 profeta (h *s.* f *m3) A* s.piritum *A* 24 renouauis (*corr. m3) A* *uicinus *A*

Hebraeo est et sermone consonat in plerisque et congruit, sic habet: et spiritus dei fouebat aquas, id est uiuificabat, ut in nouas cogeret creaturas et fotu suo animaret ad uitam. nam etiam spiritum sanctum legimus creatorem dicente Iob: spiritus diuinus, qui fecit me. siue ergo sanctus spiritus superferebatur super aquas, tenebrae contrariarum uirtutum super eas esse non poterant, ubi locum sibi tanta gratia uin- B
dicabat, siue ut quidam uolunt aerem accipiant, respondeant qua ratione spiritum dei dixerit, cum satis fuerit spiritum
30 nuncupare. hi ergo uolunt a domino deo nostro quattuor primum elementa generata, caelum terram mare aerem, eo quod causae rerum ignis et aer, terra et aqua sint, ex quibus mundi species constat et forma. ubi igitur tenebrae nequitiarum C
spiritalium locum habere potuerunt, cum augustae huius decorem figurae mundus indueret? numquid malitiam simul deus creauit? sed ea ex nobis orta, non a creatore deo condita morum leuitate generatur non ullam creaturae habens praerogatiuam nec auctoritatem substantiae naturalis, sed mutabilitatis uitium et errorem prolapsionis. eradicari hanc deus uult

4 Iob 33, 4 13 Bas. 37 B—D, 40 AB (16 A—E, 17 A)

1 in sermone *A* (in *m1 s. u.*) Π (in *eras. G*) 3 cogerit (*corr. m4*) *A* ut fotu (*ut uidetur*) *A* suo] suo . . *A ut uidetur; in Diu.* animaret *scriptum est in ras. uerbi, cuius prima litt. fuit* r; *fort.* reanimaret 5 sanctus spiritus *ACPMSB Carn.* spiritus sanctus *cet.* 6 SUPERFE . . . . $\overset{ur}{\text{UR}}$ (ur *m2*) *A* 7 siui (*corr. m3*) *A* 9 qua (a *in ras.*) *A* rati.ne (*ut uidetur*) *A* 10 uolunt a *AVN* uoluntatis *C* (s *ut uidetur add. m3*) uoluntąţęş *G* (a *s.* ąţęş *m2*) uoluntąţęm *P* (ţęm *eras.*) dni dei nostri *C* (*ex* dno deo nostro) 11 terram *C* (m *eras.*) aerem *C* (em *eras.*) 12 sin*t (i *eras.*) *A* 13 species *m2 ex* speciae *A* con**stat (te *ut uidetur eras., m4*) *A* et (t *m2 in ras.*) *A* f*orma *A* (f *m2 in ras.*) 14 agustae *C* augustae (u *pr. s. u.*) *G m2 P* 15 decore *PV* figirae (*corr. m1 ut uidetur*) *A* simul malitiam *MSB* 16 creauit (c *s. u.*) *A* 17 mor$\overset{u}{*}$m (e *eras.*) *A* nonnullam *C* creatore (-ure *corr. m1*) *A* 18 autoritatem *A* mutauilitatis (*corr. m3*) *A* 19 prolabsionis *AC* eradicari cum hanc *CP et* (cum *eras.*) *G* cum eradicari hanc *V*

de animis singulorum: quomodo eam ipse generaret? clamat propheta: desinite a malitiis uestris et praecipue sanctus D Dauid: desine a malo et fac bonum: quomodo ei initium a domino damus? sed haec opinio feralis eorum qui perturbandam ecclesiam putauerunt. hinc Marciones, hinc Ualentini, hinc pestis illa Manicheorum funesta sanctorum mentibus temptauerunt inferre contagia. quid nobis ipsi in lumine uitae tenebras mortis inquirimus? scriptura diuina salutem suggerit, uitae odorem fraglat, ut suauitatem legens capias, non E praecipiti discrimen incurras. simpliciter lege, o homo, non tibi ipse foueam prauus interpres effodias. simplex sermo est quia fecit deus caelum et terram: fecit quod non erat, non quod erat, et terra erat inuisibilis: ex quo facta est, erat, et erat inuisibilis, quia exundabat aqua et operiebat eam, et erant super eam tenebrae superfusae, quia nondum erat lumen diei, nondum solis radius, qui solet et sub aquis latentia declarare. quid ergo dicunt quod deus creauerit malum, F cum ex contrariis et aduersis nequaquam sibi aduersa generentur? nec enim uita mortem generat nec lux tenebras. non enim sicut mutabilitates adfectuum ita etiam generationum progressiones sunt. illae ex contrariis in contraria propositi

2 Esai. 1, 16 3 Psalm. XXXIII 15 4 Bas. 36 CD (15 DE) 10 Bas. 37 A (15 E) 13 Bas. 37 A (15 E, 16 A) 19 Bas. 37 C (16 C)

1 cum clamet *Gm2 N'B* 2 profeta (h *s.* f. *m3*) *A* praecipuae *A* 3 *ante* desine *ras. 2 uel 3 litt. A* quomodo ergo ei *N'B* 5 hinc ualentini hinc martionis *CGP* marciones *A* (*m1, m5* -nis) *M* martiones *S* martionis *cet.* 6 pestis *ACGP* pestes *cet.* illa *A m4 G m2 P* ille *C* illae *AG m1 cet.* 8 suggeril *ut uidetur A* 9 |.uitae (*fort.* tuitae) *A* fraglat *A* (a *pr. s. u.*) flagrat *cet.* 10 praecipitii *A* (i *quart. s. u.*) *cet.* crimen Π (discrimen, dis *extra u. m2 G*) 11 fobeam (*corr. m3*) *A* interpraes *A* (a *del. m4*) *CPM'* 13 inuisiuilis *A* et (*eras.*) t eoperiebat (t *s. u. m3*) *A; uix* cooperiebat *scribendum* 16 lumen (lum *m1 ex* s.m) *A* solis (s *alt. s. u. m2*) *A* aquas *G* 17 creauit *C* (*in mg.* ad malum dš non creauerit) *G* (*m2* creauerit) *P* 18 aduersariis Π siui (*corr. m4*) *A* 19 generaentur *A* (a *eras.*, n *alt. s. u.*) *PM'* neç *A* 20 non non enim *A* mutauilitatis (*corr. m4*) *A* 21 ille *A*

deflexione uertuntur, istae non ex contrariis in aduersa deflectuntur, sed ex eiusdem generis uel auctoribus uel causis creatae in similitudinem sui referuntur auctoris.

31 Quid igitur dicemus? si enim neque sine principio est quasi increata neque a deo facta, unde habet natura malitiam? nam mala esse in hoc mundo nullus sapiens denegauit, cum sit tam frequens in hoc saeculo lapsus ad mortem. sed ex his 18 A quae iam diximus possumus colligere quia non est uiua substantia, sed mentis atque animi deprauatio a tramite uirtutis deuia, quae incuriosorum animis frequenter obrepit. non igitur ab extraneis est nobis quam a nobis ipsis maius periculum. intus est aduersarius, intus auctor erroris, intus inquam clausus in nobismet ipsis. propositum tuum speculare, habitum tuae mentis explora, excubias optende aduersus mentis B tuae cogitationes et animi cupiditates. tu ipse tibi causa es inprobitatis, tu ipse dux flagitiorum tuorum atque incentor criminum. quid alienam naturam accersis ad excusationem tuorum lapsuum? utinam te ipse non inpelleres, utinam non praecipitares, utinam non inuolueres aut studiis inmoderatioribus aut indignatione aut cupiditatibus, quae nos innexos

4 Bas. 40 AB (16 DE, 17 A) 11 Bas. 37 D, 40 A (16 DE)

1 deflectione *A* aduersa (s *s. u. m2*) *A* 2 deflectunt Π (-untur *C m3*) 4 dicimus *AGN'B, quod fort. defendi potest* 5 malitiă (ă *ex* a *m4*) *A* 6 denegauit *m1 CG* denegabit *C m3 G m2 B, recte puto* sint *A* (n *del.*) 7 labsus *A* his (h *s. u. m4*) *A* 8 colligere (i *ex* e) *CGP* 9 deprauatio (pr *in ras.*) *A* 10 *ante* frequenter *add.* quăę 𝔄' obripit *C* (ri *ex* re) obrepit (it *ex* et) *GP* 12 periculum *C* (cu *ex* co *m2*) *G* (um *ex* is *m2*) 13 tuum *om. CGP* 14 mentis *s. u. C* explora (lor *in ras. m1 ex* rol) *A* optende *A* obtende *cet.* aduersus *A* (d *ex* t *m1*) *M'B* aduersum *cet.* 15 tuae (e *s. u. m2*) *A* 16 inprobitatis *A* (b *ex* u *m4*) *C* (b *ex* u, is *ex* es *m3*) *G* (b *ex* u, is *ex* es *m2*) atque (t *ex* d *m4*) *A* incentor (t *in ras. m2*) *A* 17 accersis *A et* (c *pr. s. u.*) *B* arcersis *CPV*𝔄' arcescis 𝔄*M'* arcessis *cet.* 18 labsuum *A* lapsum *CP et* (*m2* lapsuū) *G* inpelleret (-es *m2*) *A* 19 inuolueris (-es *m3*) *A* ab (aut *C m3*) studiis Π immoderaturibus *A* (*corr. m3*) inmoderationibus *C et* (*corr. m2*) *GP* inmoderatoribus 𝔄 20 indignationem *A* (v *s.* e *m3*) *C* (-nis *m3 ac mox m3* cupiditatis) *P* (m *exp.*) indignationibus *B*

uelut quibusdam retibus tenent. et certe in nobis est moderare studia, cohibere iracundiam, cohercere cupiditates, in nobis C etiam indulgere luxuriae, adolere libidines, inflammare iracundiam uel inflammanti aurem accommodare, eleuari magis superbia, effundi in saeuitiam quam reprimi in humilitatem, diligere mansuetudinem. quid naturam accusas, o homo? habet illa uelut inpedimenta quaedam senectutem et infirmitatem. sed senectus ipsa in nobis moribus dulcior, in consiliis utilior, ad constantiam subeundae mortis paratior, ad reprimendas D libidines fortior. infirmitas quoque corporis sobrietas mentis est. unde ait apostolus: cum infirmor, tunc potens sum. itaque non in uirtutibus, sed in infirmitatibus gloriabatur. responsum quoque diuinum refulsit oraculo salutari quia uirtus in infirmitate consummatur. illa cauenda quae ex nostra uoluntate prodeunt delicta iuuentutis et inrationabiles passiones corporis, quorum igitur nos sumus domini, horum principia extrinsecus non requiramus nec diriuemus in alios, sed E agnoscamus ea quae propria nostra sunt. quod enim possumus non facere si nolimus, huius electionem mali nobis potius debemus quam aliis ascribere. ideo etiam in iudiciis istius

11 II Cor. 12, 10 12 II Cor. 12, 9 13 II Cor. 12, 9

1 moderare *APV et m3 C* moderari *C m1 cet.* 2 studia *APV𝔄'M'B* studio *C* (studium *m3*) *G* (*s. ł* studia *m2*) 𝔄 (studia *m2*) *cet.* cohercere *A* (r *pr. s. u.*) Π*N'B* coercere *MS* cupiditatem *GPV Diu.* nobis *A*Π nobis est *N* 3 luxoriae *C et* (*corr. m1*) *GP* iragundiam *C* 4 adcommodare Π*N'B* 5 superuia (*corr. m3*) *A* superbiam *P* repremi (*corr. m1*) *A* in *A*, *om. cet.* umilitatem (m *exp. m2*)*A* humilitatem *CV* et (ẽ *m2 ex* e) 𝔄' humilitate *G* (e *ex* ẽ) *cet.* 7 inpedimenta *C* (in *s. u.*) 8 nobis *A*Π nobis bonis 𝔄' bonis *cet.* 10 subrietas *M' et* (*corr. m2*) *CGP*𝔄𝔄' 12 in *alt. om.* 𝔄*M'*, *s. u. m3 C* 13 oraculum (*corr. m1*) *A* salutari *A* (*m2 ex* salus *uel* saluti) *G m2* saluatoris *CPV et m1 G* 15 inrationabiles (es *ex* is *m3*) *A* 16 quorumque (que *del. m1*) *A* 17 diriuemus *AP* deriuemus *cet.* 18 proprie *N*, *fort. recte* 19 facire *C* nolimus *A* (s *s. u.*) *MS et m1 CGPV* nolumus *C m3 GPV m2 N'B* 20 ascribere *AS* adscribere *cet.* istis (*om.* mundi) *N*

mundi uoluntarios reos, non ex necessitate conpulsos culpa astringit, poena condemnat. neque enim si per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est. quin etiam ipsius diuinae legis oraculo, si quis per inprudentiam intulerit necem, F
accipit inpunitatis spem, refugii facultatem, ut possit euadere. hoc igitur de eo quod proprie malum uidetur dictum sit; mala enim non sunt nisi quae crimine mentem inplicant et conscientiam ligant. ceterum pauperiem ignobilitatem aegritudinem mortem nemo sapiens mala dixerit nec in malorum sorte numerauerit, quia nec contraria istis in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate
32 accidere uidentur. non otiose nobis excursus iste processit, ut probaremus tenebras et abyssum simpliciter accipienda. erant enim tenebrae de obumbratione caeli, quia omne corpus umbram facit, qua obumbrat uel finitima uel inferiora et 19 A ea maxime quae operire atque includere uidetur. includit autem caeli polus, quia caelum sicuti camera extenditur, quemadmodum supra demonstrauimus. non ergo principalis erat tenebrosa substantia, sed quasi umbra secuta est mundi corpus caligo tenebrarum. itaque momento diuinae praeceptionis mundus adsurgens intra se inclusit umbram, ut si quis in campi medio, quem sol meridianus inluminat, B

3 Deut. 19, 4 12 Bas. 40 C (17 B)

1 mondi *ex* modi *A* (mundi *m3*) uoluntarius *A* conpulsus *A* (*ut uidetur*) 2 astringit Π stringit *A* stringit *N'B* constringit (con *s. u. m2*) *MS* aliuuis *A* (*ut uidetur; corr.* alibuis *et deinde* aliquis) 3 perimerit *CP et* (*corr. m2*) *G* peremeret 𝔄 (i *s.* e *alt.*) *M'* perimeret 𝔄' 4 necem** *A* (*fort.* is *eras.*) 7 sunt *m2 ex* sum *A* manentem (an *exp. m4*) *A* 9 male *G*𝔄'*B* (*hi* mala *m2*) 𝔄*M'* 10 sortem Π𝔄 habuntur (*corr. m1*) *A* 11 commoditate (te *s. u. m2*) *A* 12 *post* otiosae *add.* non uti *A* (*del. m2*) 13 prouaremus (*corr. m4*) *A* tenebras (r *s. u. m4*) *A* 14 tenaebrae *A* 16 atque *A* (t *ex* d *m4*) uidetur *B* uidentur *AN'* uideatur Π *et* (a *exp.*) *MS* 18 demonstrautmus *A* (*corr. m1*) 19 substantiam *A* umbram *C* sequuta (secuta *m2*) *P* 20 tenebraeum *A* (*corr. m1*) tenebrosarum *G* 21 mundis *A* intra *A* (r *s. u. m1*) 22 inluminat *PB et* (at *m1 ex* et) *A* inluminet *cet.*

locum aliquem repente obsaepiat et densis ramorum frondibus tegat, nonne quo splendidior foris species loci eius effulgeat, hoc horrenti desuper scaena gurgustium eius intus obscurius fit? aut unde antrum clausum undique huiusmodi locum uocarunt, nisi quod atro inhorrescat situ atque offusione tenebrarum? istae ergo tenebrae super aquarum abyssos erant. nam abyssum multitudinem et profundum aquarum dici lectio euangelii docet, ubi rogabant saluatorem daemonia, ne iuberet illis ut in abyssum irent. sed qui docebat uoluntates daemoniorum non esse faciendas praecepit illis ut irent in porcos, porci autem se in stagnum aquarum praecipitauerunt, ut quod recusabant daemonia non euaderent, sed digno praecipitio demergerentur. erat ergo haec mundi inconposita species et forma.

9, 33 Et spiritus inquit dei superferebatur super aquas. et dixit deus: fiat lux. merito ergo praemissus est spiritus dei, ubi diuina incipere habebat operatio. fiat inquit lux. unde uox dei in scriptura diuina debuit incohare, nisi a lumine, unde mundi ornatus nisi a luce exordium sumere? frustra enim esset, si non uideretur. erat quidem deus ipse in lumine, quia lucem habitat inaccessibilem, et erat lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: sed eam lucem fieri uoluit, quae oculis corporalibus conprehen-

3 Uerg. Aen. I 164 sq. 8 Luc. 8, 31 sqq. 15 Gen. 1, 2 sq. 17 Bas. 44 C (18 E) 21 I Tim. 6, 16 Ioh. 1, 9

1 locum (m *m1 ex* s) *A* repentem (m *del. m4*) *A* obsępiat *M* obsepiat *cet.* 3 schena *A*𝔄*M'* *et* (h *s. u.*) *B* schema 𝔄' scena II scenae *MS* 4 obscurum II sit *A*Π𝔄𝔄'*MS* 5 antro *CPV et* (n *s. u. m2*) 𝔄 atro (at *in ras.*) *G* 6 istae (e *s. u. m1*) 𝔄 erto (t *in ras.*, g *m4*) *A* aquam abysos (*m2* abyssus) *G* 7 abysum *A* 8 demonia *A* 9 uoluptates *CPV et* (*corr. m2*) *G* demonįorum *A* 10 non (n *alt. ex* s *m1*) *A* 11 praecipitarunt *MS* 12 praecipitio (ti *s. u. m2*) *A* 15 *et* 17 inquid (*corr. m4*) *A* 16 dn̄s (n *del. m4*) *A* ergo *AB*, *om. cet.*, *recte puto* 18 scribtura *A* incohare *C* in.choare *A* inchoare *cet.* 21 habetat (*corr. m1*) *A* et *om.* II 23 conpraehęnderetur *A*

deretur. quí aedificium aliquod dignum habitaculo patris familias struere desiderat, antequam fundamentum ponat, unde lucem ei infundat explorat. et ea prima est gratia, quae si F desit, tota domus deformi horret incultu. lux est, quae reliquos domus conmendat ornatus. fiat inquit lux. plena uox luminis non dispositionis apparatum significat, sed operationis resplendet effectu. naturae opifex lucem locutus est et creauit. sermo dei uoluntas est, opus dei natura est: lucem creauit, tenebras inluminauit. et dixit deus: fiat lux. et facta est lux. non ideo dixit ut sequeretur operatio, sed dicto absoluit negotium. unde pulchre Dauiticum illud dixit et facta sunt, quia dictum inpleuit effectus. auctor ergo lucis deus, locus 20 A autem et causa tenebrarum mundus est. sed bonus auctor ita lucem dixit, ut mundum ipsum infuso aperiret lumine atque eius speciem uenustaret. resplenduit subito igitur aer et expauerunt tenebrae noui luminis claritate, repressit eas et quasi in abyssos demersit repente per uniuersa mundi fulgor lucis infusus. pulchre itaque et proprie dixit: facta est lux. sicut enim cito lux caelum terras maria inluminat et momento B temporis sine ulla conprehensione retectis surgentis diei splendore regionibus nostro se circumfundit aspectui, ita ortus eius cito debuit explicari. quid miramur si deus locutus est

7 Bas. 45 B (19 BC) 9 Gen. 1, 3 11 Psalm. CXXXVIII 5 14 Bas. 44 C (18 E) 18 Bas. 45 A (19 AB) 22 Bas. 45 B (19 BC)

1 quia *G* (qui *add. s. u. m2*) *PN'MB* habitaculum *A et* (*corr. m2*) *S* patrisfamilias (as *ex* ae *m1*) *A* 2 fundamentum *AMS* fundamenta *cet.* 3 ea] ei (*m2* ea) *G* 4 orret *AG* 5 inquid (*corr. m4*) *A* p*ena *A m1* plena *A m2* 6 dispossitionis *A* adparatum Π 7 effectu *A m4 G m2 SB* effectum *AG m1 CPVN'M* opifex (e *m2 in ras.*) *A* 8 natura* (e *ut uidetur eras.*) *A* 9 tenebaras (a *pr. del. m2*) *A* 10 utut *A* (ut *pr. del. m2*) 11 pulcrhe *A* 14 dixit *Cant. Uind.* dilexit *cet., cf. u. 7 et 22* atque (t *ex* d *m4*) *A* 15 subito igitur *A* igitur subito *cet., fort. recte* 16 claritatem *PM' et* (m *eras.*) 𝔄 repraesit *A* represit (*m2* respersit) *G* *et *A* (s *eras.*) 17 dimersit *A* (i *pr. ex* e *m4*) 18 propriae (a *del. m4*) *A* 19 inluminat (lu *in ras. m3*) *A* 20 conpraehensione (e *pr. s. u. m2*) *A* 21 aspectui (sp *ex* ps᾽ *m1*, e *s. u. m2*) *A*

lucem et caliganti mundo lumen emicuit, quando si quis inter aquas mersus oleum ore miserit, clariora faciat ea quae profundi tegebantur occultis? dixit deus non ut per uocis organa quidam sonus sermonis exiret nec ut linguae motus caeleste formaret adloquium atque aerem istum quidam uerborum C
strepitus uerberaret, sed ut uoluntatis suae cognitionem pro-
34 deret operationis effectu. et discreuit inter lucem et tenebras et uidit deus lucem quia bona est. .dixit, et sonum uocis nullus audiuit: discreuit, et operationis molimina nemo deprehendit: uidit, et oculorum eius intentionem nullus
aspexit. et uidit inquit deus lucem quia bona. nec quod ignorabat uidit nec id quod nesciebat ante aut non uiderat conprobauit, sed bonorum operum proprium est, ut externo com- D
mendatore non egeant, sed gratiam suam, cum uidentur, ipsa testentur. plus est quod probatur aspectu quam quod sermone
laudatur. suo enim utitur testimonio, non alieno suffragio. quodsi aput nos oculis iudicium emittitur, quibus simul et gratia uenustatis et rerum natura conprehenditur, quanto magis deus omnia

1 Baeda Hex. I 17 A 3 Bas. 45 B (19 C) 7 Gen. 1, 4 Bas. 45 C, 48 B (19 C, 20 A) 16 Bas. 45 C (19 D)

1 caligante *P et* (i *s.* e *m2*) *G* lumen *m2 ex* lucem *G* 2 ori *A* miserit (t *in ras. m3 fort. ex* s) *A* emiserit *B* (e *pr. s. u.*) *S Baeda, recte puto* profundi* *C* 3 tegebantur *G* (tege *m2 in ras.*) corgana (c *del. m2*) *A* 5 atque (t *ex* d *m4*) *A* quiu.erborum *A m1* (iu. *in ras.*, dam *s.* iu. *m2*) 6 istrepitus (i *del. m4*, ep *ex* gp *m1*) *A* uerberarit (b *ex* u *m4*) *A* ·cogitationem *Cant.* cogitationes 𝔄 (*s. m2* cognitionem) 𝔄'*M'* 7 **effectu (ef *uel* ec *erasum esse uidetur*, ff *ex* cc, *fort.* ecfectu *fuit in exemplo, quod descripsit librarius*) *A* effectum *CPV et* (*corr. m2*) *G* discr*uit *A* (e *s. ras. m2*, i *eras. esse uidetur*, u *ex* b *m3*) 8 et *pr. s. u. m1 ut uidetur A* uidit (u *ex* b *m3*) *A* bona (b *ex* u *m1*) *A* 9 discreuit (c *in ras. m1*) *A* 10 depraehendit *A* uidit *add. m2 A* 11 aspexit *N'MS* inspexit *A* (in *s. u.*) Π*B* inquid (*corr. m4*) *A* bona est *B* 12 ant. (*aut* ante *aut* antea *scriptum fuit*) *A* conprobabit (*corr. m3*) *A* 13 operum (u *s. u. m2*) *A* est (t *s. u. m4*) *A* 14 cṽ *m3 ex* con *A* 15 quod (d *s. u. m1*) *A* 16 aliaeno *A* 17 aput *m1 AG* apud *A m4 G m2 cet.* 18 natura *A*Π*B* mensura *cet.* conpraehenditur *AC*

quae probat uidet et quae uidet probat secundum quod scriptum est quia oculi domini super iustos. lucis natura huiusmodi E est, ut non in numero, non in mensura, non in pondere ut alia, sed omnis eius in aspectu sit gratia. propriis itaque sermonibus naturam lucis expressit, quae uidendo conplacet, quoniam ipsa uidendi officium submínistrat. nec inmerito tantum sibi praedicatorem potuit inuenire. a quo iure prima laudatur, quoniam ipsa fecit, ut etiam cetera mundi membra digna sint laudibus. uidit ergo deus lucem et uultu suo inluminauit et uidit quia F bona est. non ex parte dei, sed generale iudicium est. itaque non in splendore tantummodo, sed in omni utilitate gratia lucis probatur. unde et discretio fit inter lucem et tenebras, ut separata lucis natura atque tenebrarum nihil uideatur intra se habere confusum. et uocauit deus diem lucem et tenebras uocauit noctem, ut et nomine ipso diem noctemque distingueret. aduertimus itaque quod lucis ortus ante quam solis diem uideatur aperire; principia enim diei noctis exitum cludunt 21 A finisque temporis et status limes nocti et diei uidetur esse

2 Psalm. XXXIII 16 4 Bas: 45 C, 48 A (19 DE, 20 A) 12 Bas. 48 B (20 AB) 15 Bas. 48 B (20 B)

1 probat uidet et quae uidet *om. m1 A, s. u. add. m2; m. ant. post* quae *add.* fecit scribtum *A* 2 iustos (o *ex* u *m4*) *A* 3 non *pr. om. CPV, s. u. m2 G* ut alia *om. C* utilia *V* 4 ominis (i *pr. eras.*) *A* aspectum (m *del. m3*) *A* gratia sit *N* gratiam (m *del. m4*) *A* 5 expraeşsit (a *del. et* e *s. u. add. m2*, s *pr. exp. m4* (?)) *A* 6 uidendi (d *alt. ex* t *m1*) *A et* (d *alt. ex corr.*) *V* uidendo *PG et* (-di *m2*) *B* sibi tantum *CGP* 8 laudibus (b *s. u. m1*) *A* 9 uultu (u *alt. ex* o *m4*) *A* 11 tantummodo (u *in ras.*, m *alt. s. u. m2*) *A* 13 separata (ta *s. u. m2*) *A* adque (dque *del. m2*) tenebrarum (-bris *m2*) *A* a tenebris II intra *Costerius* inter *libri* 14 lucem diem *Brux.; cf. p. 39 u. 2* 15 et *om.* Π distinguerit *C* (*corr. m3*) 16 sol *MS* 17 uidiatur *C* (*corr. m2*) enim *eras. CG, om. Tell. Atr.* exitus (t *ex* m, m *s.* s *m2*) *A* claudunt *A* (a *s. u. m2*, t *ex corr.*) *G* (unt *m2 in ras.*) *VN* claudt (claudunt *m2*) ut *C* claudi ut *P* 18 finisquae *C* (quae *del. m3*) statutus *G m2* 𝔄𝔄′ statutis *M′* limitis *AB* uidetur *C m1 GPV* uideatur *AN′MS et* (a *exp.*) *B* uid*tur *C m3* (e[a] *ut uidetur eras.*) esse* *A*

praescriptus. diem sol clarificat, lux facit. frequenter caelum nubibus texitur, ut sol tegatur nec ullus radius eius appareat; lux tamen diem monstrat, tenebras abscondit.

10, 36 Et factum est uespere et factum est mane, dies B unus. quaerunt aliqui, cur prius uesperum, postea mane scriptura memorauerit, ne forte noctem prius quam diem significare uideatur. nec aduertunt primo quod praemiserit diem dicendo: et uocauit deus diem lucem et tenebras uocauit noctem, deinde quod uespere finis diei sit et mane C finis noctis. ergo ut praerogatiuam et primatus natiuitatis diei daret, prius finem diei significauit, post quam secutura nox esset, deinde postea finem noctis adiunxit. eo usque autem noctem diei scriptura anteferre non potuit, ut et diei et noctis tempora diei appellatione concluserit et tamquam principalis auctoritate nominis uindicauerit. et hanc scripturae esse consuetudinem, ut potiori appellationem deputet, frequentibus D exemplis probamus, siquidem et Iacob dixit: dies uitae meae pusilli et mali et iterum: omnes dies uitae meae et Dauid posuit: dies annorum meorum, non dixit et noctes, unde aduertimus ea quae nunc in specie historiae traduntur uim statuisse legis in posterum. principium ergo diei uox dei est: fiat lux. et facta est lux. finis diei uespera est. iam

4 Bas. 48 C (20 BC) 15 Bas. 49 A (20 D) 17 Gen. 47, 9 18 Psalm. XXII 6 19 Psalm. LXXXVIIII 10

1 praescribtus *A* 2 nubibus *A* (bi *s. u. m2*) adpareat *CG* 3 demonstrat *N* 4 factus *CPV* factūs *G* uesper *CP* factum est *om.* Π dies (d *ex corr.*) *A* 5 cur *G* (ur *m2 in ras.*) *VMSB* cum *cet.* 6 *et* 13 scribtura *A* 7 quod primo Π 8 dicendo (c *s. u. m1*) *A* uocauit *A* (q *pro* o *scribere uoluit librarius*) lucem diem *CGP* 11 significaret *CPV et* (*corr. m2*) *G* 12 eousque (ou *in ras. m2*) *A* 13 potuit *s. u. A* 15 auctoritatem *CPVMB* auctoritate *G* (e *ex* ẽ) scribturae *A* 16 potiore *P* potiori *G* (i *alt. in ras.*) appellationem *C* (m *eras.*) 17 ṣiquidem *A* (ṣ *ex* s *m3*) 18 et *pr. s. u. m2 A* et ῖterum ... meae *post* meorum *u. 19 transponenda esse uidentur* 19 daaid (d *alt. ex* t *m2*) *A* posuit (s *in ras. m2*) *A* 20 in *om.* Π 21 legisse (se *del. m2*) *A* 22 lux *pr. s. u. m2 A* uespere 𝔄*B* uesper 𝔄′*M*′*MS*

sequens dies ex noctis fine succedit. sententia autem dei euidens,
quia diem primo uocauit lucem et secundo uocauit tenebras
37 noctem. praeclare etiam unum, non primum diem dixit; nam E
secuturo secundo et tertio die et deinceps reliquis primum
potuit dicere — et hoc ordinis uidebatur — sed legem statuit, ut
XXIIII horae diurnae atque nocturnae diei tantum nomine 22 A
definiantur, ut si diceret: XXIIII horarum mensura unius diei
tempus est. sicut enim uirorum generatio conputatur et intel-
legitur etiam feminarum, quia nectuntur secunda potioribus,
ita etiam dies numerantur et noctes aestimantur adiunctae.
sicut igitur circuitus unus ita unus dies. nam plerique etiam
ebdomadam unam unum diem dicunt, quod in se quasi in
unum redeat diem et quasi septies in se recurrat. est autem
haec circuitus figura a se incipere et in se reuerti. unde et B
saeculum unum interdum scriptura dicit — nam etsi aliis
locis saecula appellat, uidetur magis diuersitates statuum
publicorum uel negotiorum significare quam saeculorum suc-
cessiones aliquas definire — quia dies domini magnus et
praeclarus et alibi: ut quid uobis quaerere diem
domini? et hic tenebrae et non lux; manifestum est enim
quod male consciis et indignis dies ille tenebrosus sit, quo C
fulgebit innocentia et mens noxia cruciabitur. ceterum quod
sine interpellatione noctium et successione tenebrarum dies

3 Bas. 49 A—C (20 DE, 21 A) Philo de opif. mundi 3 (I 3, 36; 4, 12 C.) 14 Bas. 49 D (21 BC) 18 Ioel 2, 11 Bas. 52 A (21 C) 19 Amos 5, 18 21 Matth. 13, 43 23 Esai. 60, 19 sq.

1 ex (x *m2 ex* a) *A* sententiam (m *del. m4*) *A* 5 uidebatur (b *ex* u *m2*) *A* 6 atque (t *ex* d *m4*) *A* 7 definiantur (i *alt. ex* e *m4*) *A* ut *m1 AG* ac *A m2* (*s.* ut *m5*) *G m2 B* 9 **secunda (se *ut uidetur eras.*) *A* 12 ebdomada *N'* unam *A* una *N'B*, *om. cet.* unum] unam 𝔄′ diem diem (*alt. del. m2*) *A* dicunt (t *s. u. m4*) *A* 13 recurrit *G* (*corr. m2*) *P* 14 haec *AMS* et Π*N'B* figura *C* (i *ex* u, u *alt. in ras.*) 15 *et p.* 40, 1 scribtura *A* 16 diuersitates (es *ex* is) *A* statum Π (statuum *G m2*) 17 su*ccessiones (s *ult. in ras. ex* m *ut uidetur*) *A* 18 et (t *m2 in ras.*) *A* 22 fulgebit (b *ex* u *m4*) *A* 23 interpellatione *C* (l *pr. eras.*) *P et m1 AG* interpollatione *V* (l *pr. eras.*) *et G m2* interpolatione *A m4 cet.*

perpetuus ille remunerationis aeternae futurus sit scriptura
38 nos docet. pulcre autem uicem utramque unum dicturus diem
matutino eum fine conclusit, ut et a luce incohare diem doceret
et in lucem desinere. non enim est integrum diei tempus et
noctis, nisi fuerit expletum. unde et nos semper quasi in die 5 D
honeste ambulemus et abiciamus opera tenebrarum. noctem enim
ad quietem corporis datam esse cognoscimus, non ad muneris
alicuius et operis functionem, quae somno et obliuione trans-
curritur. non sit in nobis comisatio et ebrietas, cubile et
inpudicitia, non dicamus: tenebrae et parietes operiunt nos, 10
et quis scit si uidebit altissimus? sed sit in nobis amor lucis
et cura honestatis, ut tamquam in die ambulantes opera E
nostra coram deo lucere cupiamus, cui est honor laus gloria
potestas cum domino nostro Iesu Christo et sancto spiritu
a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saecu- 15
lorum amen.

5 Bas. 52 B (21 E) 6 Isid. de nat. rer. 2, 1 Rom. 13, 12
9 Rom. 13, 13 10 Sir. 23, 18 (26) 13 Matth. 5, 16

1 sit *AN et* (t *s. u. m2*) *V* sicut *CP et* (sit *m2*) *G* 2 pulcrae *A* (a *del. m4*) *C* pulchrae *P* pulchre *cet.* 3 cum (*del. m2*) conclusit *A* incohare *C et* (h *s. u.*) 𝔄′ inchoare *cet.* 4 luc. *A* luce II desineret *A* (t *del. m4*) *G* (t *eras.*) *C* desiniret *PV* desinire 𝔄′ 5 ununde (un *pr. del. m2*) *A* diem *CPV* die *G* (e *ex* ẽ) 6 nocte *A* 8 et *AN, om.* II (operisue *G m2*), uel *Atr. Tell.* obliuione (u *ex* b *m4*) *A* 9 comesatio *A* (e *ex* i *m4*) *B et m2 GM* comisatio *GM m1 et* (i *m2 ex* e) *P* comessatio *V*𝔄𝔄′ ebrietatis (*om.* et) *N′* et *alt. om. N′MS, eras. G* 11 uidebit (i *pr. ex* e *m3*, b *ex* u *m4*) *A* 12 hononestatis (no *del. m2*) *A* diem *ACPV* die *G* (e *ex* ẽ) 14 potestas . . . semper et *om. G* dno (n *infra add. m1*) *A* sancto spu *AS* spu sco *cet.* 15 saeculis . . . omnia *om. P* a saecula *C* a saeculo *VN′* 16 am **en (*in ras., fuit* XP'; *A, post* amen *add. C* emend (*i. e.* emendatum) *in A post u. 14 uersus unus erasus, alter uacuus relictus est, in tertio legitur* EXPLICIT TRACTATUS UNIUS *et post unius uersus spatium in quinto* DIEI INCIPIT SECUNDI DIES PRIMUS EXPLICIT. (EXPLICIT DIES PRIMUS *GVN′B*) INCIPIT DIES SECUNDUS II*N′B* EXPLICIT TRACTATUS DIEI PRIMI. INCIPIT (DIEI *add. S*) SECUNDI (TRACTATUS *add. S*) *MS* EXPLICIT DIES PRIMUS. INCIPIT LIBER SECUNDUS *Diu.* EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT SECUNDUS *Brux.*

DIES SECUNDUS.

1, 1 (Sermo III) **Diem primum uel potius unum — maneat enim ei pro-** F
phetici praerogatiua sermonis — ut potuimus absoluimus. in
quo conditum caelum, terram creatam, aquarum exundantiam,
circumfusum aerem, discretionem factam lucis atque tene-
brarum dei omnipotentis et domini Iesu Christi, sancti 22 F
quoque spiritus operatione cognouimus. quis ergo non miretur
dissimilibus membris disparem mundum in corpus unum ad-
surgere et insolubili concordiae caritatisque lege in socie-
tatem et coniunctionem sui tam distantia conuenire, ut quae
discreta natura sunt in unitatis et pacis uinculum uelut indi-
uidua conpassione nectantur? aut quis haec uidens possi-
bilitatem rationis infirmo ingenio rimetur? quae omnia uis
diuina inconprehensibilis humanis mentibus et ineffabilis
sermonibus nostris uoluntatis suae auctoritate contexuit.
2 fecit igitur deus caelum et terram et ea quasi auctor esse 23 A
praecepit, non tamquam figurae inuentor, sed tamquam ope-
rator naturae. nam quomodo sibi conueniunt operatoria in-
passibilis dei uirtus et passibilis materiae natura tamquam
altera ab altera quo indiguerint mutuantes? nam si increata
materia, uidetur ergo deo creandae potestas materiae defuisse
et ab ea operationi subiacentia mutuatus: si uero inconpo-
sita, mirum admodum coaeternam deo materiem decorem sibi B

1 Bas. 52 C (22 A)

2 profetici *A* prophetici* (æ *ut uidetur eras.*) *C* 3 potuimus *C* (i *ex* e *m3*) 4 qua *C et* (o *s.* a *m2*) *G* exundantia Π (-am *m2 G*) 5 atque (t *ex* d *m4*) *A* 6 dīō (ō *del. m4*) *A* omnipotentis (s *s. u. m2*) *A* omnips *C* omnipotentes (-tis *m2*) *GP* sancti quoque sps *A* sps quoque sci *cet.* 7 operatio*ne (r *eras.*) *A* 8 mundu* (s *eras.*, m *m2*) *A* 9 insolubili (i *ult. ex* e ?) *A* legem *CPV* 10 conexionem *N'MS* 11 uinculo *A m4* 12 conpactione Π 14 inconpraehensibilis *A* 15 conexuit *G m2 N* 16 auctor (c *s. u. m2*) *A* 18 sibi (b *ex* u *m2*) *A* 19 naturae (e *eras.*) *A* 20 quod *CG*, *s. u. V* 21 potestas (o *ex* u) *A* materia *G* (-ae *m2*) *P* defuisset Π (t *eras. G*) 22 mutuatusi . . . inconposita (*tres litt. euanidae*) *A* mutuata (a *alt. m2 ex* us) *G* 23 materiae *AC* materiaem *B* materiæm 𝔄' materiam *S* (-em *m2*) *GP*

non potuisse conferre, quae substantiam non a creatore acceperit, sed sine tempore ipsa possederit. plus ergo inuenit operator omnium quam contulit: inuenit materiem, in qua posset operari, contulit autem figuram, quae decorem inuentis rebus adferret. unde excipiendus a ceteris tamquam dies unus, non conferendus cum ceteris tamquam dies primus est, quo fundamenta rerum omnium posita et causae esse coeperunt, quibus mundi huius atque uniuersae uisibilis creaturae fulta C substantia est. quare ad secundi diei miranda opera sermo nobis prodeat, quorum eminentia non secundum tractatus nostri possibilitatem, sed secundum scripturam ad laudem refe-
3 renda est creatoris. uos igitur quaeso ut naturaliter aestimare quae dicimus probabiliter ac simplici mente et sedulo ingenio pensare dignemini, non secundum philosophiae traditiones et D inanem seductionem suasoriae ueri similia colligentes, sed secundum regulam ueritatis, quae oraculis diuini sermonis exprimitur et contemplatione tantae maiestatis fidelium pectoribus infunditur, quia scriptum est: confirma me in uerbis tuis: narrauerunt mihi iniusti exercitationes, sed non sicut lex tua, domine. omnia praecepta tua ueritas. non ergo secundum elementorum naturas, sed secundum Christum, qui omnia quae uoluit fecit abundans plenitudine diuinitatis suae,

5 Bas. 52 C (22 A) 14 Coloss. 2, 8 18 Psalm. CXVIII 28 et 85 sq. 22 Coloss. 2, 9

1 substantia *C* (*corr. m3*) *P* acciperit *C et* (*corr. m2*) *GṖ* 2 tempore *A* (e *alt. in ras.*) possiderit *A* (*corr. m4*) *C* (*corr. m3*) 3 operator (op *ex* ur *m1*) *C* 4 possit *A* (*corr. m4*) *PN'MS* operari (i *m2 in ras.*) *A* 6 conferendus (s *ex* m *m2* ?) *A* 8 atque (t *ex* d *m4*) *A* 9 substantiam (m *del. m2*) *A* 10 prodeat (t *in ras.*) *A* 11 secund*m (a *eras.*, u *s. ras. m2*) *A* scribtorum (ra *s.* ru *m2*, *del. et corr.* scribturam *m4*) *A* scripturārụm *B* scriptorem (*m2* scripturam) *S* scriptorum *G* (*m2* scripturam; scriptoris ueritatem *G in mg. m3 et Cant.*) 12 ut *eras. C* 13 *m*ente (m *m2*) *A* 14 non (n *pr. s. u. in ras. m2*) *A* philusofiae *A* traditionis *C* 15 suasori*e*. (*ultima littera euanida*, e *m2*) *A* suasorię *V* suasuri *CP et m1 G* suasurę *Diu.* suasoria *G m2 cet.* uirisimilia *C et* (*corr. m2*) 𝔄 17 *in uerbo* fide[lium] *desinit A* 22 plenitudinem *C* (m *eras.*)

consideremus quae facta sunt et naturae possibilitatem inter- E
rogemus. neque enim cum in euangelio leprosum curaret,
caecis uisum refunderet, populus qui aderat et spectabat illa
medicinae ordinem recognouit, sed potestatem domini miratus
dedit, ut scriptum est, deo laudem. neque secundum
numeros Aegyptiorum et concursus siderum et mensuras
elementorum extendit manum suam Moyses, ut diuideretur mare
rubrum, sed diuinae imperio potestatis obtemperans. unde et F
ipse ait: dextera manus tua, domine, glorificata est
in uirtute, dextera manus tua, domine, confregit
inimicos. illo igitur, sancta plebs, eleua mentem tuam et
totum animum tuum eo confer. non sic deus uidet quem-
admodum homo. deus in corde, homo in facie. nec sic igitur
homo uidet quemadmodum deus. audis quia deus uidit et
laudauit. noli igitur tuis oculis aestimare quae facta sunt
opinionibusque colligere, sed quae deus uidit et probauit
ea tu retractanda non putes.

2, 4 Et dixit deus: fiat firmamentum inter medium 24 A
aquae et sit discernens inter aquam. et factum est
sic. audi uerba dei: fiat dicit. iubentis est, non aestimantis,
imperat naturae, non possibilitati obtemperat, non mensuras B
colligit, non pondus examinat. uoluntas eius mensura rerum
est, sermo eius finis est operis. 'fiat' inquit 'firmamentum
inter mediam aquam'. firmum est omne quod statuit deus.
et satis pulchre praemisit 'fiat firmamentum', antequam
subiceret 'inter mediam aquam', ut tu prius crederes firma-
mentum ex praecepto dei factum quam de aquarum profiua

2 Matth. 8, 2; 9, 30 (20, 34 Marc. 8, 25; 10, 52 Luc. 18, 43 Ioh. 9, 7) 5 Luc. 18, 43 9 Exod. 15, 6 18 Gen. 1, 6 et 7 Bas. 53 C (22 E)

2 leprosos *B; cf. Luc. 17, 12* 3 et expectabat Π 6 et *alt. om. N* 7 moses *C* 12 confer *in ras. C* 17 ea tu *N* (ea tractanda 𝔄') creator Π*B* 18 inter medium aquae Π inter medium aquarum 𝔄*M'* in medio aquarum *B* inter mediam aquam 𝔄'*MS* 19 aquam et aquam *G m2 N' Cant.* 24 *et* 26 inter medium aquarum *G m2 Cant.*

qualitate dubitares. si naturam elementorum consideres, quomodo C
inter aquas solidatum est firmamentum? illae profluunt, illud
constringitur: illae currunt, hoc manet. et sit inquit discer-
nens inter aquam. sed aqua confundere, non discernere
solet. quomodo iubet quod scit secundum elementorum
rationem esse contrarium? sed cum sermo eius ortus naturae
sit, iure usurpat dare legem naturae qui originem dedit.
sed prius consideremus quid sit firmamentum, utrum ipsum D
sit quod in superioribus caelum appellauit an aliud et
si duo caeli an plures. nam sunt qui unum caelum esse
dicant nec alterius caeli faciendi, dum esset una ὕλη, ut ipsi
aiunt, potuisse subpetere substantiam, quoniam cum omnis
superiori caelo esset expensa, nihil reliqui fuit quod ad
aedificationem secundi caeli tertiiue proficeret. alii uero in-
numeros caelos et mundos esse adserunt, quos inrident sui —
non enim nobiscum illis maior quam cum suis pugna est — E
qui geometricis numeris et necessitatibus contendunt probare
quod aliud caelum esse non possit nec pati naturam, ut aut
secundum aut tertium sit, nec operatoris uirtutem idoneam,
ut multos caelos faceret. et quis non hanc eorum artificem
facundiam inrideat, qui cum ex una atque eadem causa plura
eiusdem generis ab hominibus fieri posse non abnuant, de
creatore omnium dubitent, utrum plures caelos facere potuerit,
de quo scriptum est: dominus autem caelos fecit et alibi: F
omnia quaecumque uoluit fecit. quid enim difficile ei

8 Bas. 56 CD (23 E, 24 A) Isid. de nat. rer. 13, 1 14 Bas. 57 AB (24 AB) Cic. Acad. II 55 24 Psalm. LXXXXV 5 25 Psalm. CXIII 11 (3 b)

4 et aquam *post* aquam *add. in mg. G m2* 5 quod sic *C* (scit *m3*) *G* (sict *m2*) *P* quod sit *V* 6 hortus *CP et* (h *exp.*) *G* 7 origenem *C* 8 ipsud *C* (*corr. m3*) *P* ipsūd̨ *G* (*corr. m2*) 11 dum II cum *N* esset NAΥΛΕ *CPV et* (*m2* una ilen) *G* ipti *C* (ti *in spatio uacuo m. ant.*) *P* ipsi (si *in ras. m2*) *G* 12 adiunt *C* (a *in spatio uacuo m. ant.*) *P* aiunt *G* (ai *in ras. m2*) *A'* (i *ex* g) audent *V* omni *C* omnis (s *m2*) *G* 14 tertii uero II (ro *eras. C, del. m2 G*) 18 uti *M* (i *eras.*) *S* 24 deus autem noster *G*

cui uelle fecisse est? fluitat igitur illis inpossibilitatis ratio,
cum de deo disputant, cui uere dicitur quia inpossibile
6 nihil tibi est. itaque nos non solum secundum, sed tertium
caelum esse negare non possumus, cum apostolus raptum se ad
tertium caelum scriptorum suorum testificatione confirmet.
Dauid etiam caelos caelorum in illo laudantium deum constituit
choro. quem imitantes philosophi quinque stellarum et solis
et lunae globorum consonum motum introduxerunt, quorum
orbibus uel potius globis conexa memorant omnia. quos sibi 25 A
innexos et uelut insertos uersari retro et contrario ceteris
motu ferri arbitrantur eoque inpulsu et motu ipsorum orbium
dulcem quendam et plenum suauitatis atque artis et gratissimi
modulaminis sonum reddi, quoniam scissus aer tam artifici
motu et acuta cum grauibus temperante ita uarios aequa-
biliter concentus efficiat, ut omnem supergrediatur musici
7 carminis suauitatem. huius rei fidem si requiras atque expetas B
sensu nobis et auditu probari, haesitant. nam si uera foret, quo-
modo tanto motu orbium concrepante, cum ille caelestis orbis,
cui adfixos ferunt stellarum cursus, qui sine intermissione uol-
uuntur, concitatiorem habeat conuersionem atque acutum sonum
excitet, hic autem lunaris grauissimum, non audiretur a nobis,
cum leuiora audire soleamus? fidem ergo eius disputationis
si testimonio nostro et auditus munere exigamus probari,
referunt obsurduisse aures nostras et hebetiorem nobis sensum C
audiendi factum propter illam a principio nostrae generationis

2 Marc. 14, 36 3 Bas. 57 B (24 BC) Isid. de nat. rer. 13, 1 4 II Cor. 12, 2 6 Psalm. CXXXVIII 4 7 Bas. 57 B (24 C) 8 Cic. de rep. VI 17 sq. 22 Bas. 57 C (24 D) 24 Cic. de rep. VI 19

2 uero *G* (uere *m2*) 3 tibi nihil *N* sed II sed etiam *N et m2 G* 4 apostulus *C et* (*corr. m1*) *P* 6 dm̄ II dnm̄ *N, fort. recte* 7 filosofi *CGP* filosophi *V* quinque II VII *B* septem *cet.* 16 expectas *C* (c *eras.*) *V et* (*m2* expectes) *G* expe̊tas *P* 17 haesitant *C* (h *postea add.*) aesitant *GPV* fore**nt 𝔄 (re *eras.*) forent 𝔄'*M'* 19 *fort.* quae 20 habeant *CP et* (n *exp.*) *G* actuum II (acutum *G m2 in mg.*) 24 aebetiorem *CP et* (a *eras.*) *V* hebetiorem (h *s. u. m2*) *G*

concepti sonitus consuetudinem et exemplum adferunt eo quod Nilus, fluuiorum maximus, eo uidelicet loci, ubi se ex altissimis montibus in catadupa illa praecipitat, magnitudine fragoris sui aures accolarum obstruat, ut audiendi munere carere dicantur. sed facile his ipsa respondet ueritas. nam qui tonitrua audimus nubium conlisione generata tantorum orbium conuersiones, qui maiore utique sicut motu ferri aestimantur, ita uehementiores sonitus excitarent, non audiremus? addunt praeterea ideo sonum hunc non peruenire ad terras, ne capti homines per suauitatem eius atque dulcedinem, quam celerrimus ille caelorum efficit motus, ab orientalibus partibus usque in occasum propria negotia atque opera derelinquerent et omnia hic otiosa remanerent quodam humanae ad caelestes sonos mentis excessu. sed ea quae sunt aliena ab studio nostro et a diuinae lectionis serie his qui foris sunt relinquamus: nos inhaereamus scripturarum caelestium magisterio.

3, 8 Propositum igitur nobis est quia dixit deus: fiat firmamentum in medio aquae et sit discernens inter aquam et aquam. et hinc tractatur, utrum hoc firmamentum appellet, quod ante iam fecit, de quo scriptum est: in principio fecit deus caelum et terram. nec fallit quod aliqui ante nos ita acceperint, eo quod supra creatum auctore deo et conditum caelum scriptura expresserit, hic expositionem operis

1 Cic. de rep. VI 19 14 Bas. 57 D (24 D) 18 Bas. 60 A (24 E) 20 cf. Philo de opif. mundi 10 (8, 3; 10, 22 *C.*)

2 loco *B et* (o *alt. ex* i) *G m2* 𝔄′ 3 cathadyta *CG et* (*m2* cathadupa) *P* cathadita 𝔄′ catadyta *S* catadita *M* chadyta 𝔄 (*s. m2* ł cataduppa nili) *M′B* magnitudinem *CPV* magnitudine *G* (e *ex* ẽ) 4 audiendi* *C* (*fort.* s *eras.*) 6 conuersiones *C* (s *alt. eras.*) *P m2 V* conuersionis *P m1 et* (-ne *m2, in mg. m2* collisione) *G* 7 conlisiones *CPB et* (*m2 s. u.* conuersiones) *G* conlisione *V* ferri* *C* ferrea *G* (i *m2 s.* ęą) ferri (r *pr. s. u.*) *P* 8 uehementioris *C* (-es *m3*) 10 dulcidinem (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *P* 11 effecit (*corr. m2*) *GPM* 15 ab Π*N′B* a *MS* 20 *fort.* hic 21 appellet *C* (et *ex* at, *ut uidetur*) 23 acceperit *C* (-rint *m3*) *P* acceperint *G* (n *s. u.*) 24 hinc Π (n *exp. G*) expositione *CV*

creationisque diffuderit, ut ibi quasi summa operis breuiter conprehensa sit, hic operationis qualitas per ipsas concurrentium rerum digesta sit species. sed mouet nos quia et 26 A nomen aliud significatur et species solidior et causa discernitur et persona cooperatoris adiungitur. sic enim scriptum est: et discreuit deus inter medium aquae, quae erat sub firmamento, et inter medium aquae, quae erat super firmamentum. et primo uolunt id destruere quod frequenti scripturarum lectione inolitum nostris et inpressum est mentibus, quia aquae super caelos esse non possunt, dicentes rotundum esse orbem illum caeli, cuius in medio terra sit, et in illo circuitu aquam stare non posse, quod necesse est defluat et B labatur, cum de superioribus ad inferiora decursus est. quomodo enim aqua super orbem stare ut aiunt potest, cum orbis ipse uoluatur? haec est illa uersutia dialecticae. da mihi unde tibi respondeam. quod si non detur, nullum uerbum refertur. petunt sibi concedi axem caeli torqueri motu concito, orbem autem terrae esse inmobilem, ut astruant aquas super caelos esse non posse, quod omnes eas uoluendo se axis effunderet, C quasi uero, ut concedamus illis quod postulant et secundum eorum opiniones illis respondeam, negare possint in illa altitudine et profundo uel longitudinem esse et latitudinem, quam nemo potest conprehendere nisi is qui inpletur in omnem plenitudinem dei, ut apostolus ait. quis enim facile

6 Gen. 1, 7 8 Bas. 60 B (25 AB) Isid. de nat. rer. 14, 1 22 Ephes. 3, 18 sq.

1 creationesque *C* diffunderit *C* (n *eras.*) diffunde**i**et *P* (i *m2*) diffunderit (t *s. u. m2*) et *G* 7 sub (b *ex corr.*) firmamento (to *in ras.*) *C* et inter . . . firmamentum *C in mg. m. ant.* 8 firmamento *G* (v̄ *s.* o) 10 aquas *M* (s *del.*) aqua *S* possint *G m2 et B* possit *MS* 11 rutundum 𝔄 (*corr. m2*) *M'* 19 uoluendo *C* (en *ex corr.*) 20 concedamus Π (us *exp. m2 G*) concedam *cet.* 21 respondeam *C m1* (*deinde parua ras.*) respondeamus *C m3* illam *C m3 M' et* (m *eras.*) 𝔄𝔄' 22 altitudinem *CM' et* (m *eras.*) 𝔄 altitudine *in ras. m1* 𝔄' uel Π et *G m2 N'MS, om. B* 23 his *CGV*, h *exp. PM*, h *eras.* 𝔄, h *ex* i *m2* 𝔄' 24 apostulus *C*

poterit esse diuini operis aestimator? est ergo latitudo in ipsa caeli altitudine. sunt etiam, ut de his dicamus quae scire possumus, pleraque aedificia foris rotunda, intus quadrata D et foris quadrata, intus rotunda, quibus superiora plana sunt, in quibus aqua haerere soleat. quae tamen ideo dicimus, ut aduertant opiniones suas opinionibus ueri similioribus reuinci posse et desinant tantum opus dei humanae operationis et nostrae possibilitatis contemplatione metiri. nos autem scripturarum seriem atque ordinem sequimur et opus contemplatione aestimamus auctoris, quid dictum sit et quis E dixerit et cui dixerit. fiat inquit firmamentum in medio aquae et sit discernens inter aquas. audio firmamentum fieri praecepto, quo diuideretur aqua et ab inferiore superior discerneretur. quid hoc manifestius? qui iussit discerni aquam interiecto et medio firmamento prouidit quemadmodum diuisa atque discreta manere possit. sermo dei uirtus naturae est et diuturnitas substantiae, quoad uelit eam manere F qui statuit, sicut scriptum est: statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi; praeceptum posuit, et non praeteribit. et ut scias quia de istis aquis hoc dixit, quas tu negas posse in superioribus caeli esse, audi superiora: laudate eum caeli caelorum et aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen domini. nonne quasi aduersanti tibi dixit: quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt: statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi; praeceptum posuit, et non praeteribit. an non uidetur tibi auctor idoneus, qui legem suo operi daret? deus est qui

3 Bas. 60 B (25 B) 18 Psalm. CXXXXVIII 6 21 Psalm. CXXXXVIII 4 sq. 24 Psalm. CXXXXVIII 5 sq.

1 poterit *C* potest *cet.* 4 rotundata *CP* 13 praecepto *C m3* per praeceptum *M* (per *del.*) *S* (per *eras.*) praeceptum *cet.* 17 et diuturnitatis *C* (et diuturni *in ras. minoris spatii*) diuturnitas substantiae *G m2* diuturnitatis substantia *G m1 cet.* quoad usque *N' et* (usque *s. u. m2*) *G* 18 et in saeculum *om. N* 23 aduersantibus (*om.* tibi) *V* 25 et in saeculum *om. N*

dicit, uenerabilis naturae, inaestimabilis magnitudine, inmensus
in remunerationibus, inconprehensibilis in operibus eius, cuius 27 A
altitudinem sapientiae quis inuestigare facilis? sed dicit filio
id est brachio suo, dicit uirtuti suae, dicit sapientiae suae,
dicit iustitiae. et facit filius quasi potens, facit quasi uirtus
dei, facit quasi sapientia dei, facit quasi iustitia diuina. cum
haec audis, quid miraris si supra firmamentum caeli potuit
tantae maiestatis operatione unda suspendi?

11 De aliis haec colligite, de his quae uidentur oculis homi-
num, quomodo ad Iudaeorum transitum, si rationem quaeris, B
se unda diuiserit. non solet hoc esse naturae, ut aqua se
discernat ab aqua et in profundo interfusiones aquarum terrae
medio separentur. gelauerunt inquit fluctus et firmamenti
specie cursum suum insolito fine frenarunt. nonne potuit
etiam aliter Hebraeum populum liberare? sed tibi uoluit
ostendere, ut eo spectaculo etiam illa quae non uidisti aesti-
mares esse credenda. Iordanes quoque reflexo amne in suum
fontem uertit. haerere aquam, cum labitur, inusitatum, redire C
in superiora sine ullo repagulo inpossibile habetur: sed quid
inpossibile ei qui dedit posse infirmis, ut infirmus dicat:
omnia possum in eo qui me confortat. dicant certe
quemadmodum aer cogatur in nubem, utrum pluuia nubibus
generetur an sinu nubium colligatur. uidemus plerumque

2 Eccl. 7, 24 (25) 13 Exod. 15, 8 17 Psalm. CXIII 3 21 Philipp. 4, 13 Bas. 64 BC (27 AB) 22 Uerg. Aen. V 20

1 natura *G m2 B* 2 eius *exp. G, eras. P, om. MS* 3 sed Π iste *N* 4 id est Π id est dicit *N* 8 tanta *C* 9 collegite (*corr. m1*) *CG et m1 P* collige *P m2 N* (college *M' et corr. m1* 𝔄) qui *C et* (que *s.* qui) *B* uidentur Π*B* uiderunt *cet.* oculis 𝔄 (s *eras.*) oculi 𝔄'*MS* 11 diuiserit (di *ex* de) *C* 16 aestimare *C et* (-es *m2*) *G* 17 iordanes *C et m1 GPVMS* iordanis *m2 GPVMS cet.* suo fonte *C* (fronte, r *eras.*) *P et* (*corr. m2*) *G* 18 uertit *C* reuertit *PVM'S et m1 G*𝔄 *et* (t *alt. add. m2*) *M* reuertitur 𝔄'*B* et *m2 G*𝔄 inusitatum *G m2 B* us (*eras. et s.* & 𝔄) ita 𝔄*M'* ut ita 𝔄' usitatum *cet.*, *fort.* ñ usitatum rursum (sursum, s *pr. ex* r 𝔄) redire *N'* 20 *post* posse *add.* quibus uoluit dedit posse *N* infirmis Π infirmitatibus *N* 21 deo Π confirmat *N* dicat Π 23 sinus *CGV* sinos *P* (sinu *m2*) sinu *B* (u *in ras.*)

exire nubes de montibus. quaero utrum de terris ascendat aqua an ea quae super caelos est largo imbre descendat. si ascendit, utique contra naturam est, ut ascendat in superiora D quae grauior est et portetur aere, cum aer subtilior sit. aut si conciti orbis totius motu rapitur aqua, sicut imo orbe rapitur ita summo orbe diffunditur. si fundi, ut uolunt, non desinit, utique non desinit rapi, quia si axis caeli semper mouetur, et aqua semper hauritur. si descendit, manet ergo iugiter supra caelos, quae habet unde descendat. deinde quid obstat, si confiteantur quia aqua super caelos suspensa sit? nam quo uerbo dicunt terram in medio esse suspensam et E immobilem manere, cum utique grauior sit quam aqua? ea ratione possunt dicere non praecipitari aquam orbis illius caelestis conuersione, quae super caelos est. sicut enim terra <in> inani suspenditur uel pondere librato undique immobilis perseuerat, ita et aqua aut grauioribus aut aequis cum terra ponderibus examinatur. ideoque non facile superfunditur mare
12 terris, nisi cum iubetur exire. deinde cum ipsi dicant uolui orbem F caeli stellis ardentibus refulgentem, nonne diuina prouidentia necessario prospexit, ut intra orbem caeli et supra orbem redundaret aqua, quae illa feruentis axis incendia temperaret? propterea quia exundat ignis et feruet, etiam aqua exundauit in terris, ne eas surgentis solis et stellarum micantium ardor exureret et tenera rerum exordia insolitus uapor laederet. quanti fontes fluuii lacus inrigant terras, quia eas internus quidam ignis uaporat! unde 28 A enim aut arbores germinarent aut frumenta uel sata prorumperent uel orta coquerentur, nisi ea interior quoque ignis

15 Ouid. Met. I 12 sq. 18 Bas. 64 CD (27 BC) Isid. de nat. rer. 14, 2 20 Isid. de nat. rer. 12, 4 23 Uerg. Ecl. VI 33 sq.

5 orbis totius orbis Π, *fort.* totius orbis *scribendum* 7 utique non desinit *in ras. m1 C* 8 auritur Π (*corr. m2 G*) discendit *C et* (*corr.*) *G* discendet (*corr.* descendit) *P* ergo *eras. C* 9 super *G* discindat *C* descendat (e *pr. ex* i) *G* 10 supra *N* 15 in *addidi* inani *MS* inanis *cet.* 18 ipse (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP* 24 lacos *C et* (*corr. m1*) *GP* 27 conquererentur *C* (n *et* re *pr. eras.*) *G* (n *pr. eras.*) *P* (i *s.* e *pr.*) quoquerentur *B*

animaret? qui etiam de saxis frequenter excutitur et de ipso saepe, dum caeditur, ligno exilit. ergo sicut necessaria ignis creatura, ut ordinata et disposita permaneant caelique clementia temperet aquarum rigorem, ita etiam aquarum redundantia non superflua, ne alterum altero consumeretur, quia nisi B conueniens utriusque mensura sit, sicut ignis aquam exsiccat ita et aqua restinguit ignem. ideoque pondere et mensura examinauit uniuersa; numerata enim sunt ei et stilicidia pluuiarum, sicut in libro Iob legimus. sciens uel rerum facilem defectum fore uel solutionem uniuersitatis, si alterum exsuperaretur altero, ita utriusque temperauit dispendia, ut neque plus ignis exquoqueret neque exuberaret aqua quam inminutio fieret utriusque moderata, quae et superfluum C detraheret et necessarium reseruaret. itaque cum tanta de terris erumpant maximorum fluenta amnium, Nilus effuso Aegyptum stagnans flumine, Danubius de occidentalibus partibus barbarum atque Romanorum intersecans populos, donec ponto ipse condatur, Renus de iugo Alpium usque in oceani profunda cursus suos dirigens, Romani memorandus aduersus feras gentes murus imperii, Padus maritimorum commeatuum Italicis subsidiis fidus inuector: Rodanus rapido concitus cursu Tyrreni aequoris freta scindit, D in quo non mediocre fertur nauigantum periculum, dum inter

1 Uerg. Aen. I 174 (?) 7 Bas. 65 A (27 CD) 9 Iob 36, 27
14 Bas. 65 CD, 68 A (27 E 28 AB)

3 permaneant *CGP* permaneat *cet.* 7 restinguit *C* (g *ex* q) restinquit *G* (in *in ras.*, g *s.* q *m2*) extinguit *V* estinguit *S* (x *m2 s.* s) ideoqui II 9 stilicidia *C* (ti *in ras.*) stillicidia *cet.* 11 ab altero *N'B* 12 exquoqueret ΠΩ*M'B et* (et *ex* it) *G* excoqueret *cet.* exsuperaret *G m2 et* (b *ex* p) *B* 13 fieret *C* (f *in ras.*) 16 instagnans II 17 barbarum *CGP* barbarorum *G m2 cet.* romanos *N'MS* 18 rhenus *M* (h *s. u.*) 19 memorandus *C* (du *in ras.*) 22 tyranni *C* (an *eras.*) *G* (tyrreni *m2*) tiranni *P* (tyrraeni *m2*) tyrrheni *V* (r *pr. s. u.*) terreni ΩΩ'*B* terręni *M'* tyrreṇni *M* tyrrenįi *S* (r *pr. s. u. m2*, į *eras.*) scindens *Erasmus* 23 nauigantium *VN'MB et* (i *alt. exp.*) *S*

se maris fluctus et amnis fluenta decernunt, itemque de septentrionali parte Phasis Caucaseis montibus fusus cum pluribus aliis in Euxinum se praecipitat mare — prolixum est singulorum persequi fluuiorum nomina, qui uel in nostrum mare deriuantur uel exinaniuntur oceano —, cum tanta igitur E ubertas aquarum sit, tamen plerumque terra meridianae plagae torretur ardoribus atque aestu soluta fatiscit in puluerem miserandi agricolae labore consumpto, ut frequenter ad potum siccatis puteis arido gurgite subsidium uitale deficiat. et erit quidem quando dicat abysso: deserta eris, et omnes fluuios siccabo, sicut per Esaiam futurum adnuntiauit. sed etiam antequam ille dies adueniat diuino praestitutus arbitrio, non minimum inter se ipsa elementorum natura decernit. F crebro itaque aut inundationibus mundus hic quatitur aut nimio aestu et ariditate uexatur.

13 Noli igitur incredibilem opinari aquarum multitudinem, sed respice ad uim caloris et incredulus non eris. multum est quod ignis absorbet quod uel ex illo nobis debet esse manifestum, cum medici uasa quaedam angusta ore, planiora desuper, intus concaua, leui lucernae concepto lumine adfigunt corpori, quemadmodum calor ille omnem in se rapiat umorem? 29 A quis igitur dubitet quod ignitus aether et magno feruens uapore inflammaret atque exureret omnia, nisi lege quadam sui cohiberetur auctoris, ut nec flumina nec lacus nec ipsa maria uim eius possent restinguere? et ideo desuper aqua inpetu quodam descendens in tantos plerumque imbres rum-

10 Esai. 44, 27 17 Bas. 69 A (29 A) 19 Isid. de nat. rer. 33, 1

1 decertant *N'B et m2 GS* 2 fasis Π*MB* fassis *S* eusis *N'* euxis *G m2* causas eis *C et* (*corr. m2*) *G* caucas⌣eis *P* 3 euxenum *CP et* (*corr. m2*) *G, fort. recte* praecipitans *α* 7 pu*luerem *C* (uer *s. u. m3*) puluerem (*m2 ex* pulem) *GP* 8 agriculae *C* agrigulae (*corr. m2*) *P* laborem *C* labore *G* (e *ex* ẽ) consumto *CP et* (*corr. m2*) *G* 9 subsidium *C* (i *alt. ex* u) 10 quidem *C* (e *ex* a) 14 crebro *C* (ro *in ras. unius litt.*) 19 planiora *C m3* pleniora *C m1 cet.* 20 adfingunt *C* (n *eras.*) *G et P* (n *exp.*) 23 exuriret (*corr. m3*) *C'* (*corr. m2*) *GP*

pitur, ut flumina <ac> lacus repente repleantur, ipsa maria exundent. unde frequenter et solem uidemus madidum atque rorantem. in quo euidens dat indicium, quod elementum sibi B
14 aquarum ad temperiem sui sumpserit. tantum autem inest illis inpugnandae ueritatis studium, ut solem ipsum negent calidae naturae esse, eo quod albus sit et non rubicundus aut rutilus in speciem ignis. et ideo aiunt quod nec ignitus natura sit et si quid habet caloris, ferunt ex nimio motu conuersionis accidere. quod ideo dicendum putant, ut nihil uideatur umoris consumere, quia C
10 calorem, quo umor uel minuitur uel plerumque exhauritur, non habet naturalem. sed nihil agunt, cum ista componunt, quia nihil interest utrum ex natura calorem quis habeat an ex passione aliquaue ex causa, quia ignis omnis consumptor umoris est uel huiusmodi materiae, quam flamma consueuit exurere. nam
15 siue ex lignis hautquaquam semiustulatis, sed inter se conlisis ignis excussus excipiatur foliis, etiam flamma adolet, ac si D de igne accendas facem, siue de flammae lumine lumen accendas, eadem species et natura est luminis, ac si illud non naturalis ignis adoleuerit, sed accidens causa generauerit. uel hinc
20 saltem contemplentur solis calorem, quod diuersa ei deus constituit cursus sui loca et tempora, ne, si semper in isdem moraretur locis, cottidiano ea uapore exureret. mare

2 cf. Reifferscheid Suet. rel. p. 442 sq. Isid. de nat. rer. 15, 2 4 Bas. 69 B (29 C) Isid. de nat. rer. 15, 1 15 Bas. 69 C (29 D) 16 Uerg. Aen. I 174 sq. 20 Isid. de nat. rer. 17, 3 22 Isid. de nat. rer. 42 Bas. 72 A (29 E 30 A)

1 ac *addidi* et *Brux.* lacos *C et (corr. m1) GP* 3 elementum *Uind.* elimentum *Isid.* alimentum *cet.* 4 sumserit *CG et (corr. m2) P* 6 et non *scripsi* et Π non *N Isid.*, ἀλλ' οὐχὶ *Bas. 69 B* 7 specie Π 8 eximio *(corr. m3) C (corr. m2) GP* accidere *G* (i *ex* e *m2*) 9 umoris 𝔄'*S* humoris *cet.* 10 umor 𝔄'*MS* humor *cet.* exhauritur 𝔄 exauritur *cet.* exuritur *Isid.* 11 proponunt *Isid.* 13 aliquaue *scripsi* aliqua atque *libri;* uel ex aliqua *Isid.* humoris 𝔄' (h *s. u.*) *cet.* 15 hautquaquam (h *m2 s. u.*) 𝔄*MS* haudquaquam *P m2 VB* autquaquam *C*𝔄'*M' et m1 P*𝔄 aut quadam *G* (aut quibusdam *m2*) semiustilatis *M* semiustillatis 𝔄 (*corr. m1*) *M'* semiustellatis 𝔄' 20 calorẽ (ẽ *ex* e *m3*) *C* 22 isdem *Atr. Brux.* hisdem *cet.* loca *C*

ipsum ideo ferunt ipsi salsam atque amaram aquam habere, quod ea quae fluuiis in freta influat calore absumatur, tantumque uapore diurno consumi quantum cottidie ex diuersis fluuiorum cursibus inuehatur. quod ex solis quadam diiudicatione fieri perhibetur, qui quod purum ac leue est sibi rapit, quod graue atque terrenum relinquit, ex quo remanet salsum illud atque aridum, quod sine usu et suauitate potandi sit.

4, 15 Sed reuertamur ad propositum. fiat firmamentum inter medium aquae. non moueat, sicut iam dixi, quia supra caelum ait, hic dicit firmamentum, quoniam et Dauid ait: caeli enarrant gloriam dei, et opera manuum eius adnuntiat firmamentum, hoc est: mundi opus, cum uidetur, suum laudat auctorem; inuisibilis enim maiestas eius per ea quae uidentur agnoscitur. et uidetur mihi nomen caelorum commune esse, quia plurimos caelos scriptura testificatur, nomen autem esse speciale firmamentum, siquidem et hic ita habet: et uocauit firmamentum caelum, ut uideatur supra generaliter dixisse in principio caelum factum, ut omnem caelestis creaturae fabricam conprehenderet, hic autem specialem firmamenti huius exterioris soliditatem, quod dicitur caeli firmamentum, sicut legimus in hymno prophetico: benedictus es in firmamento caeli. nam caelum, quod οὐρανός graece dicitur, latine, quia inpressa stellarum lumina uelut signa habeat, tamquam caelatum appellatur, sicut argentum, quod signis eminentibus refulget, caelatum dicimus, οὐρανός autem ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι dicitur, quod uidetur. πρὸς ἀντιδιαστολήν

E F 30 A B C

11 Psalm. XVIII 2 17 Gen. 1, 8 Bas. 72 B (30 A) 21 Dan. 3, 56 22 Isid. de nat. rer. 12, 2 23 cf. Reifferscheid Suet. rel. Add. p. XVIII 25 Bas. 72 B (30 B)

1 *fort.* isti 2 absumitur Π (absumantur *G m2*) *S* 3 consumit Π (t *eras. G*) 4 diiudicatione (di *ex* de) *CGP* dieiudicatione *V* 11 ait Π dicit *N* 17 habetur *MSB* uocauit deus *G m2 N'B* 21 ymno *CS* 22 *et* 25 OΥΡΑΝΟC *libri* 26 aΠOTOγOpaCΘaI *M* AITOTOΥPACeAI *CGP* AITOTOΥPACΘAI 𝔄; *maior corruptela in cet.* . uidetur *N'* diuiditur Π uideatur *cet.* aℓ. ΠPOTaNTIΔIACTOΛHN *M in mg. m2* ΥPOTANTA-DIACTOANEN *CGP et similia fere cet.*

igitur terrae, quae obscurior est, οὐρανός nuncupatur, quia lucidus est, tamquam uisibilis. unde puto et illud dictum uolatilia caeli semper uident faciem patris mei, qui in caelis est et uolatilia circa firmamentum caeli, eo quod potestates, quae sunt in illo uisibili loco, spectent haec
16 omnia et subiecta suis habeant conspectibus. denique clausum caelum dictum est temporibus Heliae, quando in Achab et Iezabel D perfidia regnabat, cum populus regali sacrilegio deseruiret, eo quod nemo ad caelum oculos erigebat, nemo eius auctorem uenerabatur, sed ligna et lapides adorabant. unde hoc colligimus? quia et in maledictionibus populi Istrahel dixit deus: erit tibi caelum super caput tuum aereum et terra tua ferrea, quando pretium perfidiae luens populus Iudaeorum intemperie caeli et terrae infecunditate multatur; de caelo enim causa fertilitatis. denique et Moyses id benedictionibus tribui Ioseph a finibus E caeli et rore abyssi fontium deorsum et secundum horam a solis cursu et a conuenientibus mensibus et a uertice montium et collium aeternorum dedit, eo quod moderatione caelesti terrarum fecunditas nutriatur. ferreum ergo caelum, quod nullum exundat umorem, quando nullus nubibus imber rumpitur. est etiam ferreum caelum subobscurus aer pressus atque nebulosus colore ferrugineo, quando rigore F frigoris stringitur terra. tunc ueluti super caput nostrum

3 Psalm. VIII 9 Matth. 18, 10 4 Gen. 1, 20 6 Reg. III 17, 1 11 Deut. 28, 23 15 Deut. 33, 13—15 Bas. 72 BC (30 BC) 21 Bas. 73 AB (30 C)

1 uranos *CGM* OΥPANOC *cet.* nuncupatur *C* (u *alt. in ras.*) noncupatur *G* 5 inuisibiles *G* (e *ex* i *m2*) expectent Π (spectent *m2 G*) 6 clusum *GVM'S* clausum (a *s. u. m2*) 𝔄𝔄'*M* 7 hachab *C et* (h *exp.*) *P* zezabel Π𝔄'*M'* gezabel *B* iezabel 𝔄 (i *ex* z) 9 caelum *MS* caelos *cet.* 15 id (ad *P*) benedictionibus Π in benedictionibus *P m2* benedictiones *N* tribuit Π 16 rore et abyssis *Cant.* 17 cursum *C et* (m *exp.*) *G* a *pr. s. u. m2 G, om. PV* 20 caelum est *G* (est *s. u. m2*); est ergo *Cant.* exundat Π exudat *M* exsudat *G m2 cet.* umorem *M* humorem *cet.* nullus *MS* nullis 𝔄' (is *ex* us) *cet.* 21 m *uerbi* caelum *et* subobscurus aer *in ras. C* 22 culore *C* (u *in ras.*) 23 capud *CV et m1 G* capud nostrum (ca *extra u. et cetera in ras. minoris spatii*) *C*

umor suspensus uidetur et per momenta inminere. plerumque etiam glacialibus uentorum flatibus rigentes aquae solidantur in niuem et rupto aere nix funditur. neque enim firmamentum hoc potest sine aliquo rumpi fragore. ideo et firmamentum dicitur, quod non sit inualidum nec remissum. unde et de 31 A tonitribus, quae concepto intra sinum nubium spiritu, cum se uehementer erupturus inliserit, magno concrepant sonitu, ait scriptura: firmans tonitru. a firmitate ergo firmamentum est nuncupatum uel quod diuina uirtute firmatum sit, sicut et scriptura nos docet dicens: laudate eum in 17 firmamento uirtutis eius. nec praeterit rettulisse aliquos caelos caelorum ad intellegibiles uirtutes, firmamentum ad operatorias. et ideo laudare caelos uel enarrare gloriam dei, annuntiare firmamentum, sed non quasi spiritalia, sed quasi opera mundi enarrant, quemadmodum supra diximus. alii quoque purificatorias uirtutes interpretati sunt aquas, quae super caelos sunt. accipimus haec quasi ad tractatus decorem, nobis tamen non alienum uidetur atque absurdum, si aquas ueras propter illam causam quam diximus intellegamus. nam et ros et gelus et frigus et aestus secundum hymnum propheticum benedicunt dominum, benedicit et terra, <benedicunt et stellae>: et stellas non ad intellegibiles naturas referimus, sed ad ueritatem. laudant etiam dracones dominum, quia natura eorum et species, cum uidetur, non minimum uel decoris offundit uel inesse rationis ostendit.

B C

1 Isid. de nat. rer. 29, 1 8 Amos. 4, 13 10 Psalm. CL 1 11 Bas. 73 CD, 76 A (31 BC) 19 Dan. 3, 63—68 Bas. 76 BC (31 C) 23 Psalm. CXXXXVIII 7 25 Matth. 10, 16

1 umor *M* humor $\mathfrak{A}'$ (h *s. u. m2*) *cet.* 6 quae et *C* 7 eliserit *G m2 N'B Isid.* concrepat Π sonitum *C et* (m *eras.*) *GP* *post* sonitu *ea quae apud Isidorum leguntur* et in morem exilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris eius ad aures nostras emittitur *intercidisse statuit Areualus; sed Isidori haec sunt desumpta ex Uerg. Georg. I 512, cf. Ex. V 11, 34* 8 tonitrua a firmitate *CP* (*hi m2*) *cet.* 10 et *CP om. cet.* 11 retulisse *libri* 12 caelum caelorum *CPV* 14 quasi spiritalia sed *om. C* 19 et ros *om.* Π (*add. m2 G*) gelus *G* (s *eras.*) gelu *N* 21 benedicunt et stellae *addidi* et stellas Π (et stelle sed *G m2*) et illas *N'* et illa *cet.*

5, 18 Et uidit deus quia bonum est. facit filius quod uult pater, D
laudat pater quod facit filius. nihil in illo naturae degeneris
inuenitur, cuius opus a paterna non degenerat uoluntate.
uidit utique: non oculis corporalibus intendit, sed definiuit
plenitudini gratiae conuenire, ut mihi eius iudicium cogno- E
sceretur; nos enim solemus etiam de iis quae diuina sunt
disputare. et quid mirum, si de opere retractare possint qui
de ipsius operatoris generatione faciunt quaestiones? ipsum
in iudicium uocant, ipsum inaequalem atque degenerem ad-
serere conantur. ideo legis et 'dixit deus' et 'fecit deus':
eodem pater et filius maiestatis honorantur nomine. et uidit
deus quia bonum. dixit tamquam omnia quae pater uellet F
scienti et uidit tamquam omnia quae filius faceret scientia
19 tenens et efficiens operatione consorti. uidit quia bonum. non
utique cognouit quod nesciebat, sed probauit quod placebat. non
quasi incognitum placuit opus, quia nec quasi incognitus pater,
qui conplacuit in filio, sicut scriptum est: hic est filius meus
dilectissimus, in quo conplacui. scit autem semper filius 32 A
uoluntatem patris et pater filii, et audit patrem filius semper et
pater filium per unitatem naturae, uoluntatis atque substantiae.
denique testatur hoc in euangelio suo filius dicens ad patrem:
sciebam quod semper me audis. imago est enim inuisi-
bilis dei filius. omnia patris quasi imago exprimit, omnia eius
quasi splendor gloriae inluminat nobis atque manifestat. uidet
et filius patris opus sicut et pater filii, sicut ipse dominus B
declarauit: non potest filius facere a se quidquam nisi

1 Gen. 1, 10 Bas. 76 C (32 A) 17 Matth. 3, 17 22 Ioh. 11, 42
26 Ioh. 5, 19

3 operis Π (opus *m2 GP*) 5 plenitudine Π (-ni *corr. G*) iudicio *C*
6 solemus *C* (e *ex* i *m3*) hiis *G* his *cet.* 7 retractare (re *pr. eras.*) *GS*
tractare *N'B* possent *G* (*m2* possint) *M* (*m2* possunt) *PVS* 13 scientiam Π
14 et-ficiens *m1 CG* et perficiens *m2 CG* efficiens (*om.* et) *PV* con-
sortii *G m2 N'* 18 dilectissimus Π dilectus *N* mihi complacui *Brux.*
Cant. Tell. 22 uisibilis *CP et* (*corr. m2*) *G; fort.* uisibilis ‹inuisibilis›
24 atque nobis *ed. Paris. a. 1661* 26 quidquam *C et m1 GP* quic-
quam *GP m2 cet.*

quod uiderit facientem patrem. uidet ergo facientem patrem et uidet per secretum inuisibilis naturae et audit similiter. denique ait: sicut audio et iudico, et iudicium meum uerum est, quia non sum solus, sed ego et qui me misit
20 pater. hoc mysticum est, illud morale. uidit mihi, probauit mihi. quod deus probauit tu reprehensibile ne dixeris, quoniam quod deus mundauit, tu commune ne dixeris scriptum C tibi esse meministi. ergo bonum dei nemo blasphemet. et si firmamentum bonum, quanto magis bonus eius creator, etiamsi Ariani nolint, Eunomiani reclament, radicis degeneris fructus
21 deterior. uidit inquit deus quia bonum est. solent artifices singula prius facere et postea habili commissione conectere, ut qui uultus hominum uel corpora excudunt de marmore uel aere fingunt uel ceris exprimunt, non tamen sciunt quemadmodum D sibi possint membra singula conuenire et quid gratiae adferat futura conexio. et ideo aut laudare non audent aut pro parte laudant, deus uero tamquam aestimator uniuersitatis praeuidens quae futura sunt quasi perfecta iam laudat quae adhuc in primi operis exordio sunt, finem operis cognitione praeueniens. nec mirum apud quem rerum perfectio non in consummatione operis, sed in suae praedestinatione est uoluntatis. laudat E singula quasi conuenientia futuris, laudat plenitudinem singulorum uenustate conpositam. illa est enim uera pulchritudo et in singulis membris esse quod deceat et in toto, ut in singulis gratia, in omnibus formae conuenientis plenitudo laudetur.

3 Ioh. 8, 16 7 Act. 10, 15 11 Bas. 77 A (32 BC) 13 Uerg. Aen. VI 847 sq.

3 et *pr. om. N'B, del. m2 G* 4 me misit Π*B* misit me *cet.* 5 probabit ℜ*MS et* (b *ex* u) *M'* 6 probabit *C*ℜ*M'S et* (*corr. m1*) *M* tu** *C* tu ne *G* (ne *del. m2*) quoniam . . . dixeris infra *in mg. m2 MS* 7 communem (m *ult. eras.*) *C* 8 *post* bonum *add. in mg. m2* nomen *G* bonum nomen dei ne blasphemes *N'B Cant.* et si Π*B* si *cet.* 9 bonum (um *ex* us *m3*) *C* 10 ariani *C* arriani *cet.* radices *C et* (*corr. m2*) *GP* fluctus *C* 11 est *om. N'MS* 13 excutunt *C* (d *s.* t *pr. m3*) 15 possunt Π 19 sunt *G m2 N* suum *CP et m1 G* sui *V* 23 conposita Π 24 doceat *CGP*

22 sed iam secundus nobis claudatur dies, ne dum opus astruimus firmamenti, infirmiores eos qui audiunt dicendi pro- F
lixitate faciamus, dum in noctem sermo producitur, quae adhuc carens lunae stellarumque lumine — nondum enim luminaria creata sunt caeli — obscuritatem possit adferre remeantibus: simul ut cibo potuque curentur corpora, ne animis epulantibus fragilitas carnis de nocturno quoque ieiunio conqueratur.

DIES TERTIUS.

1, 1 (Serm. IIII) Dies tertius nobis hodie in sermone nascitur, qui ortus est 33 A
in lectione, praeclarus dies, qui terram a naufragio liberauit B
dicente deo: congregetur aqua quae est sub caelo in congregationem unam. de quo praefationem adoriri placet. congregetur aqua dictum est, et congregata est: et frequenter dicitur 'populus congregetur', et non congregatur. non mediocris pudor est imperio dei insensibilia elementa parere et homines non oboedire, quibus sensus ab ipso tributus auctore est. et fortasse hic pudor fecerit, ut hodie plures conueniretis, ne quo die congregata est aqua in congregationem C
unam, et hodie populus nequaquam congregatus in ecclesiam
2 domini uideretur. nec hoc solum oboedientis aquae exemplum

1 Bas. 77 A (32 C) 12 Gen. 1, 9, Bas. 80 C (33 E)

1 iam II iam etiam *N* 2 prolixitate (pro *m3 ex* per) *C* 8 *post* conqueratur *add.* emendatum *C et* (*del. m2*) *G* EXPLICIT DIES SECUNDUS. INCIPIT DE FIRMAMENTO (FIRMA^{nto}, nto *m3 C*) CAELI DIES TERTIUS (TERCIUS *C*, III^{us} *V*) II EXPLIC̄ DIES SECVNDVS DE FIRMAM̄TO CĘLI. INCIP̄ DIES TERTIUS 𝔄𝔄'*M et* (*uerbis* de firmamenti cęli *om.*) *M'B* EXPLIC̄ TRACTATUS S̄. AMBROSII DIEI II DE FIRMAMENTO CAELI. INCIP. EIUSDEM DE DIE III. *S* EXPLICIT LIBER SECUNDUS. INCIPIT TERTIUS *Brux.* 10 nobis *om. C* nascitur II*B* nascatur *cet.* 13 congregationem unam 𝔄*MSB* congregatione una *cet.*, *cf. p. 70 u. 21* 15 congregetur populus *N* 18 conueniritis *C* (*corr. m3*) conueneritis *G* (*corr. m2*) *P* 19 congregationem unam 𝔄*MS* congregatione una *cet.* 20 et hodie *C et* (h *s. u. m2*) *P* eo die *G* (o *in ras. maioris spatii*) *cet.* 21 atque *C*

habemus; nam et alibi scriptum est: uiderunt te aquae, deus, uiderunt te aquae et timuerunt. neque enim ueri simile non uidetur de aquis dictum, quando alibi quoque item propheta ait: mare uidit et fugit, Iordanes conuersus est retrorsum. hoc enim uere factum quis ignorat, D quod ad Hebraeorum transitus mare fugerit? quando se unda diuisit, transiuit populus uestigio puluerulento perisse mare credens, fugisse fluctus. denique credidit hoc Aegyptius et ingressus est: sed illi rediit unda, quae fugerat. nouit ergo aqua et congregari et timere et fugere, quando deus praecepit. hanc imitemur aquam et unam congregationem domini, unam ecclesiam nouerimus.

3 Congregata est hic quondam aqua ex omni ualle, ex omni E palude, ex omni lacu. uallis est haeresis, uallis est gentilitas, quia deus montium est, non uallium. denique in ecclesia exultatio est, in haeresi et gentilitate fletus et maeror. unde ait: disposuit in conualle fletus. ex omni igitur ualle congregatus est populus catholicus. iam non multae congregationes sunt, sed una est congregatio, una ecclesia. dictum est et hic: congregetur aqua ex omni ualle, et facta est con- F gregatio spiritalis, factus est unus populus. ex haereticis et gentibus repleta ecclesia est. uallis est scaena, uallis est circus, ubi currit mendax equus ad salutem, ubi uilis et 34 A abiecta contentio, ubi litigium foeda deformitas. ex his igitur qui circo inhaerere consueuerant fides creuit ecclesiae, cotti-

1 Psalm. LXXVI 17 4 Psalm. CXIII 3 15 Reg. III 21 (20), 28 17 Psalm. LXXXIII 7 23 Psalm. XXXII 17

1 nă *C* (ă *in ras.*) 2 ueris (s *eras.*) *C* 3 uidetur de (tur de *in ras.*) *C* 4 item *CG et m1 P* idem *P m2 cet.* fugi*t *C et G* (i *eras.*) iordanes *CM et S m1* iordannis *G* (i *alt. ex* e *m2*) iordanis *C corr. m1 S m2 cet.* 6 ad Π *et s. u.* 𝔄, *om. cet.* transitus Π transitum *N* 7 puluerulento uestigio *N'B* perisse *N'MS* aperitse Π*B* 10 praecipit *V et m2 CGP* 16 gentilitatem *C* (-ti *m2*) *et* (m *eras.*) *GP* 21 ex gentibus (*om.* et) *GP* 22 scaena *MS* scena *cet.* 23 uilis Π*MSB* humilis *N'* 24 litigium Π litium *G m2 N*

dianus coetus augetur. palus est luxuria, palus est intemperantia, palus est incontinentia, in qua uolutabra libidinum sunt, bestiarum murmura, latibula passionum, ubi mersantur quicumque inciderint et non emergunt, ubi labuntur pedum uestigia, fluitant singulorum incessus, ubi fulicae se dum lauant polluunt, ubi flebiles desuper gemitus columbarum, ubi B pigra testudo caenoso haeret in gurgite; denique aper in palude, ceruus ad fontes. ex omni igitur palude, ubi quasi ranae ueterem canebant querellam, congregata est fides, congregata est puritas animi mentisque simplicitas.

5 Congregata est aqua ex omni lacu et ex omni fouea, ut nemo foueam fratri suo, in quam ipse incidat, paret, sed omnes se inuicem diligant, omnes se inuicem foueant et quasi unum C corpus diuersa se membra sustentent, quos non mortiferi cantus acroamatum scaenicorum, quae mentem emolliant ad amores, sed concentus ecclesiae, sed consona circa dei laudes populi uox et pia uita delectet, quibus non purpurea peripetasmata, non aulaea pretiosa spectare uoluptati sit, sed hanc pulcherrimam mundi fabricam, hanc distantium inter se elementorum copulam, caelum sicut cameram extentum, ut D inhabitantes in hoc mundo tegat, terram ad operandum datam, diffusum aerem, clausa maria, populum hunc diuinae operationis organum, in quo diuini modulamen resultet oraculi et dei spiritus intus operetur, templum istud, sacrarium trinitatis, sanctitatis domicilium, ecclesiam sanctam, in qua refulgent

7 Psalm. LXXVIIII 14, XXXXI 2 12 Prouerb. 26, 27 Eccl. 10, 8 Sir. 27, 26 (29) 20 Esai. 40, 22

1 luxoria (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP* est *alt. s. u. m3 C* 4 pedum *G m2 N om. cet.* 6 labant *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *P* (*corr. m1*) pollunt (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP* 7 cenoso Π (o *alt. ex* u *m2 G*) 12 paret Π, *om. cet., qui* fodiat *aut ante* foueam *add.* (*N'B*) *aut post* fratri (*M s. u. m2 et S*) 15 cantus *M et m1 S* cantus et *S m2 cet.* acroamatum *M* acroamaticum *S* acromatum *cet.* scaenicorum *MS* scenicorum *cet.* 16 et consona *Atr. Carn. Tell., recte puto* 17 delectent *G m2* 𝔄' 20 extensum *G m2 N'B* 22 diffusam (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP*

aulaea caelestia, de quibus dictum est: dilata locum tabernaculorum tuorum et aulaeorum tuorum, fige, ne parcas, longiores fac funiculos tuos et palos tuos confirma, adhuc in dextra et sinistra extende: et E semen tuum gentes hereditate possidebunt, et ciui- 5 tates desertas inhabitabis. habet ergo aulaea, quibus 6 adtollit bonam uitam, peccata tegit, culpam obumbrat. haec est ecclesia, quae super maria fundata est et super flumina praeparata. supra uos enim confirmata est et praeparata, qui sicut flumina puro in eam mundi fonte decurritis, de 10 quibus dictum est: eleuauerunt flumina, domine, eleua- F uerunt flumina uoces suas a uoce aquarum multarum. et addidit: mirabiles elationes maris, mirabilis in excelsis dominus. bona flumina; hausistis enim ex illo perenni et pleno fonte, quo fluitis, qui ait uobis: qui credit 15 35 A in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. hoc autem dicebat de spiritu, quem incipiebant accipere qui credituri erant in eum. sed iam quasi boni Iordanis fluenta reuertimini mecum in originem.

2, 7 Congregetur inquit aqua quae sub caelo est in con- 20 B gregationem unam, et appareat arida. et factum est sic. fortasse parum crediderit aliquis superioribus sermonibus

1 Esai. 54, 2 sq. 8 Psalm. XXIII 2 11 Psalm. LXXXXII 3 sq. 13 Psalm. LXXXXII 4. 15 Ioh. 7, 38 19 Psalm. CXIII 3 20 Gen. 1, 9

4 dextra (dextera *M'*) et sinistra Π*M'* dextram (dexteram *B*) et sinistram *cet.* 5 possidebit *G m2 Uind.* 6 habe *CG* 7 adtollitur *G m2* bona uita Π teguntur *G m2* culpa *C et* (a *ex* ã *m2*) *G* obumbratur *G m2* 10 eam *MS* ea *cet.* 11 eleuauerunt flumina domine *om. G* 12 uocem suam *N* 14 ausistis Π (*corr. m2 G*) *S* hausistis (*m2 ex* auxisti) *M* 16 dicit *S* scriptura dixit 𝔄*M'* scriptura dicit *B* 19 iordanes (e *ex* i 𝔄) *om.* fluenta *N* 20 *f. 40 libri C, quo continentur uerba* congregetur inquit *usque ad* uerba motum eius *p. 64, 13, litteris minoribus Carolinorum aetate usitatis scriptum postea, cum hoc loco folium intercidisset, insertum est. quam ob rem in hac parte librum C siglo* (*C*) *significabo* congregationem unam 𝔄*M'MSB* congregatione una *cet.* 21 sic. factum fortasse (*C*)

nostris, quibus tractauimus inuisibilem ideo fuisse terram, quod aquis operta tegeretur, ut corporeis oculis non posset uideri. ad se enim propheta rettulit, hoc est ad nostram con- C dicionem, non ad diuinae maiestatem naturae, quae utique omnia uidet. sed ut aduertatis quia non quasi nostri ingenii probandi gratia, sed uestrae causa instructionis suscepimus hunc tractandi laborem, adstipulantem nobis lectionis seriem testificamur, quae aperte probat post congregationem aquae, quae erat super terram, et post deriuationem eius in maria apparuisse aridam. desinant ergo nobis dialecticis disputationibus D mouere negotia dicentes: quomodo terra inuisibilis, cum omni corpori naturaliter species et color insit, omnis autem color sit subiectus aspectui? clamat dei uox: congregetur aqua et appareat arida. et iterum scriptura dicit: congregata est aqua in congregationem unam, et apparuit arida. quid opus fuit iterare, nisi occurrendum quaestionibus iudicasset propheta? nonne uidetur dicere: non dixi inuisibilem secundum naturam, sed secundum superfusionem aquarum? denique E addidit sublato uelamine apparuisse aridam, quae ante non 8 uidebatur. iterum quaestiones alias serunt dicentes: si in congregationibus diuersis aqua erat, quomodo si illae congregationes in superioribus erant, non defluebat aqua ad eum locum, ad quem post domini imperium deriuata est? — natura enim aquarum sponte in inferiora prolabitur — sin uero in inferioribus erant

10 Bas. 80 D, 81 A (33 E, 34 A) 14 Gen. 1, 10 20 Bas. 81 AB (34 BC)

2 opertam (*C*) (m *eras.*) 3 rettulit 𝔄 (ret *ex* re) retulit *cet.* 6 causae Π (causa *G m2*) 9 erant (*C*) *et* (n *s. u.*) *V* diriuationem (*C*)*PS* deriuationem *cet.* mare (*C*)*B* mari *GP*𝔄*'M'* 10 uobis dialeticis (e^{c}t^{c} *in ras. m. ant.*) (*C*) 12 corpore (*C*) 15 est *s. u.* (*C*) congregationem unam *MSB* congregatione una *cet.* 16 iudicas (*C*) 17 dixit (*C*)*V* 19 addidi (*C*)*V et G* (-dit *m2*) addedi (*corr. m1*) *P* addit 𝔄𝔄*'* 20 iterum quoque *MS* alias asserunt (*C*) alii asserunt 𝔄 (i *alt. s. u. m2*) 𝔄*'* (*in quo* aserunt) *S* (i *alt. exp.*) *M* 21 quomo (*C*) 22 defluebant (*om.* aqua) (*C*) id (*m2* ad) eum *P* 23 diriuata (*C*) deriuata *P* (i *s. e m2*)

illae congregationes, quomodo contra naturam suam aqua ad superiora conscendit? itaque aut naturalis cursus imperio non eguit aut contra naturam imperio proficere non potuit. cui quaestioni facile respondebo, si mihi ipsi ante respondeant ante praeceptum domini hanc aquarum fuisse naturam, ut laberetur, ut flueret. non enim ex usu hoc habet ceterorum elementorum, sed speciale et proprium, non ex quodam ordine, sed magis ex uoluntate et operatione dei summi. quid iusserit deus audiunt, uox autem dei efficiens naturae est. eam uocem effectus operationis impleuit. coepit labi aqua et in unam confluere congregationem, quae ante erat diffusa per terras et plurimis receptaculis inhaerebat. cursum eius ante non legi, motum eius ante non didici, nec oculus meus uidit nec auris audiuit. stabat aqua diuersis locis: ad uocem dei mota est. nonne uidetur quia naturam ei huiusmodi uox dei fecit? secuta est creatura praeceptum et usum fecit ex lege; primae enim constitutionis lex formam in posterum dereliquit. denique semel diem fecit et noctem: ex illo manet utriusque diurna successio et diurna reparatio. iussa est etiam aqua currere in congregationem: ex illo currit, fontes labuntur in fluuios, in freta currunt flumina, lacus deriuantur in maria, ipsa se aqua praecedit, urguet et sequitur. unus est ductus, unum corpus. et cum sit altitudo diuersa, indiscreta tamen dorsi eius aequalitas. unde et aequor adpellatum arbitror, quod superficies eius aequalis
9 sit. respondi secundum illorum propositum; illi nunc respondeant mihi, si numquam uiderunt fontes ex inferioribus scaturrire,

F 36 A B C

12 Bas. 81 C (34 D) 21 Uerg. Aen. I 607

4 antea (*C*) ante *cet.* 8 uoluntatem (m *eras.*) (*C*)*P* (m *exp.*) *G* operationem (m *eras.*) (*C*)*P* (m *exp.*) *G* 9 effigies Π (*corr. m2 G*) natura *G* (ra *ex* rae *m2*) 10 aquas (*C*) 13 dedici *C* (*corr. m3*) aures *C* (*corr. m3*) 17 derelinquid (n *del.*) *CGP* 18 diuturna *CMSB et* (tu *del.*) *G* successio diurna (*om.* et) *N'* 19 diuturna *MS, om. N'* 20 et (*s. u. m2*) ex *G* 25 responde•ant *C* (r *eras.*) 26 uiderint *liber S. Marci 511 (nunc Laurentianus)* scaturrire *C* (r *pr. eras.*) *G* (r *pr. s. u. m2*) scaturire *N'S*

de pauimento aquam surgere. quis eam cogit? unde prorumpit? quemadmodum non deficit? quomodo fit, ut ima soli ora undam uomant? haec secundum occultae secreta naturae. ceterum quis ignorat quod rapido plerumque impetu in ima descendens in superiora se subrigat atque in super- D cilium montis adtollat, plerumque etiam canalibus manu artificis deriuata, quantum descenderit, tantum rursus ascendat? itaque si uel impetu suo fertur uel artificis ingenio contra naturam suam ducitur et eleuatur, miramini si diuini operatione praecepti aliquid ad usum naturae eius accessit, quod in usu eius ante non fuerit? dicant nunc mihi quomodo tamquam in utrem congregauerit aquas maris, ut scriptum est, quomodo eduxerit de petra aquas? qui potuit de petra educere aquam quae non erat non potuit ducere aquam quae erat? percussit F petram, et fluxerunt aquae clamat Dauid et torrentes inundauerunt et alibi super montes stabunt aquae. habes in euangelio, quod cum grauis esset procella et magnus in mari motus, ita ut trepidarent apostoli naufragii periculum, excitauerint dormientem in puppe dominum Iesum, et surgens imperauerit uento et mari, sedata tempestas sit, refusa tranquillitas. qui potuit imperio mare totum sedare non potuit F aquas imperio mouere? atquin in diluuio sic accepimus, quod eruperint fontes abyssi et quod induxerit postea spiritum et

11 Psalm. XXXII 7 13 Psalm. LXXVII 16 14 Psalm. LXXVII 20 16 Psalm. CIII 6 17 Matth. 8, 24 sqq. 22 Gen. 7, 11; 8, 1

2 fit *G m2* fiat *G m1 cet.* 2 *et* 5 hima *CV et* (h *exp.*) *P* (h *eras.*) *G* solii (soli *P*) ora *CGPS* solidiora *M* (di *s. u. m2*) *cet.* 3 secretae *CP et* (-a *m2*) *G* 5 discendens *C* (*corr. m3*) 7 artifecis (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *P* discenderit *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) discenderat *P* (*corr. m2*) 8 artifecis *C* (*corr. m3*) 10 usu eius Π usu *N* 11 fuerit (u *s. u.*) *m3 C m2 GP* utre Π 13 aquas Π aquam *N* 14 non potuit . . . erat *om. V* ducere aquam *CGP* aquam educere 𝔄′ (e *pr. s. u.*) 𝔄*M′MS* aquam (*om.* ducere) *B* 19 excitauerunt *N′* excitauerint *ex* excitarent *B* puppi *m2 PS* 20 imperauit *N′B* et (*s. u.*) *m1 C m2 GP* tempestas est (tas est *in ras.*) 𝔄′ refussa (s *pr. eras.*) *CG* 22 adquin *CV* adqui *M′ et m1 GP* adque (*corr.* atque) 𝔄 atque 𝔄′ atqui *GP m2 cet.* 23 abyssi fontes *MS*

siccauerit aquam. si nolunt oboedisse naturam usumque elementi imperio dei esse conuersum, uel hoc concedant potuisse immisso uento aquas currere, quod cottidie uidemus in mari, ut inde aquae currant, unde flauerit uentus. si tempore Moysi excitato austro ualido siccatum est mare, eodem modo siccari non potuit congregatio aquarum et in 37 A mare profluere aqua, quae postea diuisa est a profundo? sed discant naturam posse conuerti, quando petra aquas fluxit et ferrum aquis supernatauit, quod utique Helisaeus orando facere meruit, non imperando. si igitur Helisaeus ferrum leuauit contra naturam, Christus aquas mouere non potuit? sed mouit qui potuit dicere: Lazare ueni foras et mortuum suscitauit; deus enim quod iubet fecit. itaque pari exemplo dictum accipe: congregetur aqua, et congregata est. dicendo B autem congregetur non solum mouit eam de loco, sed etiam statuit in loco, ut non praeterflueret, sed maneret.

Hoc itaque maioris miraculi est, quomodo omnes congregationes in unam congregationem defluxerint et una congregatio non adimpleta sit. nam et scriptura hoc inter mirabilia constituit dicendo: omnes torrentes eunt in mare, et mare non adimpletur. utrumque igitur ex praecepto dei, ut et fluat aqua et non superfluat. circumscripta igitur inposito C fine maria clauduntur, ne superfusa terris inundent omnia et destituto aruorum cultu munus terrenae fecunditatis inpediant. cognoscant igitur diuini esse praecepti operationisque caelestis. ait enim dominus per nubem ad Iob inter alia etiam de maris claustro: posui ei fines adponens claustra et portas; dixi autem ei: usque huc uenies nec transgredieris,

5 Exod. 14, 21 8 Exod. 17, 5 sq. 9 Reg. IIII 6, 6 12 Ioh. 11, 43 17 Bas. 84 AB (35 AB) 20 Eccl. 1, 7 22 Bas. 84 B (35 B) 27 Iob 38, 10 sq.

2 concedant *G m2 M* concedunt 𝔄 (a *s.* u) *cet.* 4 mare *C* 6 siccare *G* 9 aquis Π *et m2 MS* aquae *MS m1 cet.* 13 facit *G m2 S* 22 et fluat *G m2 N* effluat *G m1 cet.* 24 aruorum *G m2 MS* arborum *cet.* 25 cognuscunt *C et* (*m2* cognoscant) *G* cognoscunt *P* 28 nec *C* (c *s. u. m3*)

sed in te ipso conterentur fluctus tui. nonne ipsi uidemus mare frequenter undosum, ita ut in altum fluctus D eius tamquam mons aquae praeruptus insurgat, ubi impetum suum ad litus inliserit, in spumas resolui repagulis quibusdam harenae humilis repercussum, secundum quod scriptum est: aut non timebitis me, dicit dominus, qui posui harenam fines mari? infirmissimo itaque omnium uilis sablonis puluere uis maris intempesta cohibetur et uelut habenis quibusdam caelestis imperii praescripto sibi fine reuocatur uiolentique aequoris motus in sese frangitur atque in E 11 reductos sinus suos scinditur. ceterum nisi uis statuti caelestis inhiberet, quid obstaret quin per plana Aegypti, quae maxime humilioribus iacens uallibus campestris adseritur, mare rubrum Aegyptio pelago misceretur? denique docent hoc qui uoluerunt haec duo sibi maria conectere atque in se transfundere, Sesostris Aegyptius, qui antiquior fuit, et Darius Medus, qui maioris contuitu potentiae in effectum uoluit adducere quod ab indigena fuerat ante temptatum. quae res indicio est quod F superius est mare Indicum, in quo mare rubrum, quam aequor Aegyptium, quod inferius alluit. et fortasse ne latius se mare effunderet de superioribus ad inferiora praecipitans, ideo molimina sua rex uterque reuocauit.

3, 12 Quaero nunc cum dixerit: colligatur aqua in congre- 38 A gationem unam, quomodo diffusas per lacus paludes stagna B aquas et superfusas uallibus et campis omnibusque planioribus

1 Bas. 84 AB (35 B) 3 Uerg. Aen. I 105 5 Hier. 5, 22 10 Uerg. Aen. I 161 11 Bas. 84 C (35 C) 23 Gen. 1, 9 Bas. 84 D, 85 A (35 DE)

1 conterentur *C* (en *ex corr. m3*) conteretur *V* ipse (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *P* 3 praeruptis *C* (v *s.* i *m3*) insurgant *G m2* 𝔐*M'B* 4 repaculis *C et* (*corr. m2*) *GP* 8 sabulonis *G m2* puluerem (m *del.*) *CGP* 12 inhiberet (t *add. m2*) *CP* (t *in ras. m2*) *G* 14 misceri**r *C m1* (misceretur *m3*) uoluerint Π (-runt *P m2*) 19 aequore *C et* (e *exp.*) *P* 20 alluit *G m2* adluit *N'MS* affluit *G m1 cet.* 23 congregatione una Π (congregationem unam *G m2*) collectione una *N'* collectionem unam *MSB* 24 diffusa *CGP* 25 superfusas *C* (s *ult. eras.*)

locis currentes fontibus atque fluminibus una potuerit recipere collectio, aut quomodo una collectio, cum hodieque diuersa sint maria? nam et oceanum mare dicimus et Tyrrenum et Hadriaticum et Indicum et Aegyptium et Pontum et Propontidem et Ellespontum et Euxinum Aegaeum Ionicum Atlanticum; plerique etiam Creticum et septentrionale Caspium adpellant mare. unde consideremus scripturae uerba, quae librato sunt trutinata examine. colligatur inquit aqua in collectionem unam. una aquarum iugisque et continua congregatio est, sed diuersi sinus maris, ut quidam de scriptoribus forensibus ait. namque Pontus maris nostri sinus amplissimus meritoque in diuersis locis diuersa sunt nomina, quia uocabula aquis ex regionum uocabulis adhaeserunt, una autem congregatio aquarum, eo quod iugis unda atque continua ab Indico mari usque ad Gaditani oram litoris et inde in mare rubrum extremum circumfuso orbem terrarum includit oceano; interius quoque Tyrreno Hadrias, Hadriae cetera maria miscentur nominibus distincta, non fluctibus. unde pulchre habes quia deus congregationes aquarum uocauit maria. ita et una est generalis collectio, quae dicitur mare, et multae collectiones, quae maria pro regionibus nuncupantur. sicut enim multae terrae ut Africa Hispania Thracia Macedonia Syria Aegyptus Gallia atque Italia pro regionum appellantur uocabulis et una est terra, ita multa dicuntur pro locorum appellationibus

3 Bas. 88 AB (36 E 37 A) 10 Cic. Tim., cf. Plat. Tim. p. 24 sq. 13 Bas. 85 BC (35 E 36 AB) 19 Gen. 1, 10

4 hadriaticum *N* (h *exp.* 𝔄*MB*) adriaticum Π pontium (*s.* ł ponticum) *Brux.* 5 ellespontum Π*MS* hellespontum *cet.* atlanticum *P m2 in mg. et* (at *in ras.*) *M* athianticum *C m1 PM'* athlianticum *V* athlanticum *C m3 cet.* 13 regione *P et* (*corr. m3*) *C* (*m2*) *G* 15 mare *C* gaditani oram (horam *G m2* [*in quo* gadithani] *MS*) *G m2 N'MS* gadethanorum *C* (gadith. *m3*) *P et m1 G* gaditanorum *B* litora *m2 CP* 16 extremum circumfuso *scripsi* extremo circumfusa *Brux.* extremo circumfusum *m2 G*𝔄 extrema circumfuso *G*𝔄 *m1 cet.* orbem *VN' et m2 GP* orbe *cet.* 17 adrias adriae Π 22 hispania (hi *s. u.*) *m3 C m2 GP* tracia *CN'B* tratia *GPV* machedonia *CV*𝔄*M'B*

maria et unum est mare, sicut ait propheta dicens: tui sunt caeli et tua est terra; orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti. aquilonem et mare tu creasti. et ad Iob ipse dominus ait: conclusi autem mare portis.

14 Nunc quia de una collectione diximus, illud occurrit, utrum, F cum per omnem fere terram et super terram fuerint aquae diffusae per uallestria agrorum, concaua montium planitiemque camporum, modo aequoris fusa congregatio una potuerit omnes illas aquas recipere atque exinanire terras, quae ante fuso per uniuersum flumine stagnabantur. nam si ita operta erant omnia — non enim diceret 'uisa est terra', nisi retectam uellet 39 A locis omnibus demonstrare —, si diluuium Noe tempore abscondit et montes, quando aquarum iam et super caelos et infra firmamentum fuerat facta discretio: quanto magis dubitari non potest etiam montium uertices illa superfusione latuisse? quo igitur illa omnis aquarum redundantia deriuata est? quae receptacula eam tam continua atque conexa absorbere potue-

15 runt? de quo multus nobis potest sermo subpetere. primum B quia potuit creator omnium et ipsarum terrarum spatia diffundere, quod aliqui ante nos confirmantes propria posuerunt sententia. ego quid facere potuerit non praetermitto: quid fecerit, quod aperte scripturarum auctoritate non didici, quasi secretum praetereo, ne forte etiam hinc alias sibi quaestiones requirant. adsero tamen secundum scripturas quia potuit locorum humilia et camporum aperta diffundere, sicut ipse ait: ego ante te ambulabo et montes planos C

1 Psalm. LXXXVIII 12 sq. 4 Iob 38, 8 13 Gen. 7, 20 27 Esai. 45, 2

3 tu fundasti *om.* Π 7 aquae diffusae *C* diffusae aquae (atquę *G*) *GPVMSB* diffusa quae 𝔄*M'* diffusa eaque *M'* 9 effusa *M* congregatione Π𝔄'*B* (ne *del. GB*) congregationem 𝔄*M'* 11 erunt *C* (*corr. m3*) 13 diluuium *m3 C m2 G*𝔄 diluui (diluuii *S*) et *MS* diluuii *CG*𝔄 *m1 cet.* 15 dubitari *GPV*𝔄'*S et m2 B* dubitare *B m1 cet.* 21 diffundere *C* (e *pr. ex* i *m3*) 22 *et* p. 70, 1 facere *C* (e *pr. ex* i *m3*) 23 auctoritatem (m *del.*) *CP* dedici *C* (*corr. m3*) 24 praeterio *C* (*corr. m3*)

faciam. potuit etiam ipsa aquarum uis profundiora ea facere quae insederat tanto fluctuum motu tantoque aestu concitatioris elementi, qui cotidie ima pelagi torquere et harenas uertere soleat de profundo. quis deinde sciat in quantum se illud magnum et inausum nauigantibus atque intemptatum nautis fundat mare, quod Brittannias frequenti includit aequore atque in ulteriora et ipsis fabulis inaccessa secreta se porrigit. quis deinde non colligat quantum Lucrino et Auerno in Italia, D Tiberiadi quoque in Palaestina et ei lacui, qui inter Palaestinam et Aegyptum Arabiae deserta praetendit, portibusque diuersis Augusti atque Traiani ceterisque per uniuersum orbem
16 infusum addiderit mare? sed sunt etiam non confusi lacus et stagna, quae non miscentur fluctibus, ut Larius et Benacus, Albanus quoque aliique plures: quomodo una congregatio aquarum? sed quemadmodum dicitur quia fecit deus duo E luminaria, id est solem et lunam, cum sint utique et stellarum lumina, ita et una congregatio dicitur, cum sint plurimae; neque enim adnumerantur quae non conferuntur.

4, 17 Sed, ut uidetur, quoniam de mari loquebar, aliquantum F exundauimus: ad propositum reuertamur et consideremus quid sit quod ait dominus: congregetur aqua in unam congregationem et appareat arida et non dixit 'terra'. quod praeclare positum quis non aduertat? terra enim potest et luto esse permixta, aquis madida, cuius species superfusis

4 Bas. 85 B (36 A) 8 Bas. 85 D, 88 A (36 CD) 21 Bas. 88 C (37 A)

4 uerrere *N'MS* 5 *post* inausum *add.* ditum *C* (*ortum ut uidetur* ex ł ditum) intentatum *C* intempęstatum (es *exp. m2*) *G* 6 brittanias *GP*𝔄' britannias *V*𝔄 *et m1 M* (brittannias *m2*) frementi *G m2 N* 7 pabulis Π 8 colligat *C* (i *ex* e) 9 tyberiadi Π*B* lacuique (*om.* qui) *C* 10 portubusque *MS* partibusque *cet.* 11 augusti *m2 ex* agusti *GP* agusti *C*𝔄' 13 misceantur *N'MS* lairus *CP et* (*corr. m2*) *G* benacus *MS et m2 CG* buenagus *C m1* uenacus *G m1 cet.* 19 uideatur *N'* loquebar *C* (e *ex* i *m3*) loquebamur *N'B* aliquantulū 𝔄' (lū *ex* m *m2*) 20 consideremus *C* (e *alt. ex* i *m2*) 21 una congregatione 𝔄*M'* congregationem unam *V* 22 dixerit *N*

aquis non appareat. arida autem non solum ad genus, sed etiam ad speciem terrarum refertur, ut sit utilis sicca habilis 40 A et apta culturis. simul prospectum est, ne uideatur sole magis quam dei praecepto esse siccata, quia arida facta est, antequam sol crearetur. unde et Dauid discernens mare et terram ait de domino deo: quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam manus eius fundauerunt. arida enim expressio naturae est, terra appellatio quaedam simplex negotii, quae in se habeat proprietatem. sicut enim animal generis significatio est, cui inest proprium aliquid et excellens, B rationabile autem proprium est hominis, ita et terra potest communiter dici uel scatens aquis uel deserta et inuia et sine aqua. ergo et illi quae scatet aquis inest ut habeat ariditatem; remota enim aqua incipit esse arida, sicut habes scriptum: posuit flumina in deserto et exitus aquarum 18 in sitim, hoc est: de terra aquosa aridam fecit. habet ergo terra propriam qualitatem suam, sicut et singula elementa habent; nam et aer umidam qualitatem et aqua C frigidam et ignis calidam. et hoc est principale proprium elementis singulis, quod ratione colligimus. conprehendere autem sensibiliter et corporaliter si uelimus, uelut conexa et composita repperimus, ut sit terra arida et frigida, aqua frigida et umida, aer calidus et umidus, ignis calidus et siccus. et sic sibi per has iugales qualitates singula miscentur elementa.

6 Psalm. LXXXXIIII 5 7 Bas. 89 A (37 CD) 15 Psalm. CVI 33 17 Bas. 89 B—D, 92 A (37 E, 38 A—C)

1 arida *C* (i *in ras. m3*) 2 siccabilis *C* (h *m3*) siccabilis *G* (*m2* sicca abilis) *PVB* 3 cultoribus *C* cultoris *G* (*corr. m2*) *P* 7 aridà *C* (ã *ex* a *m3*) 9 que *C m3* quę *G m2* qui *CG m1* 14 ariditatẽ *C* (ẽ *ex* e *m3*) 15 desertum *G m2 VB* 18 umidam *G m1 CP* humidam 𝔄′ (h *exp.*) *G m2 cet.* 19 principale et *C* (et *s. u. m2*) 20 collegimus *C* (*corr. m2*) 21 conexe *om.* et Π (conexe*, t *eras. C*) 23 umida *G*𝔄′*M*′ humida 𝔄 (h *s. u. m2*) *cet.* umidus 𝔄′*M* humidus 𝔄 (h *s. u. m2*) *cet.*

nam terra cum sit aridae et frigidae qualitatis, conectitur aquae per cognationem qualitatis frigidae et per aquam aeri, D
quia umidus est aer. ergo aqua tamquam brachiis quibusdam duobus frigoris et umoris altero terram altero aerem uidetur amplecti, frigido terram, aerem umido. aer quoque medius inter duo conpugnantia per naturam, hoc est inter aquam et ignem utrumque illud elementum conciliat sibi, quia et aquis umore et igni calore coniungitur. ignis quoque cum sit calidus et siccus natura, calore aeri adnectitur, siccitate autem E
in communionem terrae ac societatem refunditur, atque ita sibi per hunc circuitum et chorum quendam concordiae societatisque conueniunt. unde et graece στοιχεῖα dicuntur quae latine elementa dicimus, quod sibi conueniant et con-
19 cinant. huc autem progressi sumus, quia scriptura ait quod deus uocauerit terram aridam, hoc est quia quod principale eius est nuncupauit proprietate naturae. naturalis enim proprietas F
siccitas est terris; haec ei praerogatiua seruata est. principalis ergo siccitas. subest etiam ut sit frigida, sed non praeferuntur secunda primis. ut autem umida sit, aquarum id adfinitate sortitur. ergo illud suum, istud alienum: suum, quod arida, alienum, quod umida. auctor itaque naturae quod primo donauit hoc tenuit, quia istud ex natura, illud ex causa. ex principalibus igitur, non ex accidentibus terrae debuit proprietas definiri, ut secundum praerogatiuam qualitatis eius informaretur nostra cognitio.

14 Gen. 1, 10 20 Bas. 92 A (38 BC)

1 aridae et frigidae *MS* arida et frigide (e *alt. m3 in ras.*) *C* aride (*om. et* frigidae) *V* arida (arida* *G*) et frigida *cet.* aequalitatis *C* (ae *eras.*) *P*𝔄*'M'B* aequalitate *G* (-te *ex* tis *m2*) *et m2* 𝔄 (-ti *m1*) 3 umidus 𝔄*'M* humidus *cet.* aquã *C* (a *pr. s. u.*, ã *ex* a *m3*) 4 rigoris *CGPMS* umoris *N'* humoris *cet.* 5 umido 𝔄*'M'M* humido *cet.* 6 natura *C* 7 elementium *C* (i *eras.*) 8 umore 𝔄*'M* humore *cet.* calore *C* (a *ex* o *m2*) 11 horum Π 12 CTOIXIA Π*MSB* CTOIXA *cet.* 16 est *om. N'B* 17 terrae *G m2 P* 19 umida 𝔄*'M* humida *cet.* id *om. N* 20 istud *G m2 N* sicud *C* sicut *G m1 PV* 21 umida 𝔄*'M'* humida *cet.* auctor itaque *MS* auctoritatequae *CM'* auctoritateque *GPV*𝔄 auctoritasque 𝔄*'* auctor ita aeque *B* 24 definire *C* (*corr. m3*)

5, 20 Et uidit deus quia bonum. non praeterimus quia aliqui 41 AB
nec in Hebraeo putant esse nec in ceteris interpretationibus
quia congregata est aqua in collectiones suas et
apparuit arida. et uocauit deus aridam terram et
collectiones aquarum uocauit maria. cum enim dixerit
deus quia factum est sic, satis esse putant uocem opera-
toris ad celebratae operationis indicium. sed quia in aliis
quoque creaturis habet et definitionem praeceptionis et repeti-
tum operationis uel indicium uel effectum, ideo nos non
putamus absurdum id quod perhibetur additum, etiamsi C
ceteris interpretibus uel ueritas doceatur subpetere uel aucto-
ritas; multa enim non otiose a septuaginta uiris Hebraicae lectioni
21 addita et adiuncta comperimus. uidit ergo deus quia bonum mare.
etsi pulchra sit species huius elementi, uel cum surgentibus
albescit cumulis ac uerticibus undarum et cautes niuea rorant
aspargine uel cum aequore crispanti clementioribus auris et blando
serenae tranquillitatis purpurescentem praefert colorem, qui D
eminus spectantibus frequenter offunditur, quando non uiolentis
fluctibus uicina tundit litora, sed uelut pacificis ambit et salutat
amplexibus — quam dulcis sonus, quam iocundus fragor, quam
grata et consona resultatio —, ego tamen non oculis extimatum
creaturae decorem arbitror, sed secundum rationem operationis
22 iudicio operatoris conuenire et congruere definitum. bonum E
igitur mare, primum quia terras necessario suffulcit umore,

1 Gen. 1, 10 Bas. 92 B (38 D) 2 Bas. 88 D, 89 A (37 C) 3 Gen. 1, 9 (LXX) 21 Bas. 92 B (38 DE) 23 Bas. 92 CD, 93 AB (38 E, 39 AB)

4 apparuit *G* (p *pr. s. u. m2*) *SB* appareat *C* aparuit (a *pr. s. u. m2*) *P*𝔄 paruit *cet.* 8 creatoris *C* (v *s.* o *m3*) 12 ad (d *eras.*) *C* 13 ergo *N* enim Π 16 aspergine *C m3 N* 17 purporescentum *G* purporescentem *B* purporascentem *N'* purpurascentem *MS* praefret *C* (*m3* praeferet) *P* (praefert *m2*) proferunt *G* (praefert *m2*) 18 expectantibus Π effunditur Π*B* 19 pacificis *C* (fi *ex* fe *m3*) 20 iocundus *C* (us *ex* os *m3*) iocundus *M* iucundus *M'* 21 exultatio Π extimatum *C m1 GPV* aestimatum *C m3 P* (*corr. m1*) *cet.* 24 umore 𝔄'*MS* humore *cet.*

quibus per uenas quasdam occulte sucum quendam haut inutilem sumministrat, bonum mare, tamquam hospitium fluuiorum, fons imbrium, diriuatio adluuionum, inuectio conmeatum, quo sibi distantes populi copulantur, quo proeliorum remouentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in uoluptatibus, salubritas ualetudinis, separatorum coniunctio, itineris conF pendium, transfugium laborantum, subsidium uectigalium, sterilitatis alimentum. ex hoc pluuia in terras transfunditur, siquidem de mari aqua radiis solis hauritur et quod subtile eius est rapitur: deinde quanto altius eleuatur tanto magis etiam nubium obumbratione frigescit et fit imber, qui non solum terrenam temperat siccitatem, sed etiam ieiuna arua fecundat.

23 Quid enumerem insulas, quas uelut monilia plerumque praetexit, in quibus ii qui se abdicant intemperantiae saecularis inlecebris fido continentiae proposito eligunt mundo 42 A latere et uitae huius declinare dubios anfractus? mare est ergo secretum temperantiae, exercitium continentiae, grauitatis secessus, portus securitatis, tranquillitas saeculi, huius mundi sobrietas, tum fidelibus uiris atque deuotis incentiuum deuotionis, ut cum undarum leniter adluentium sono certent cantus psallentium, plaudant insulae tranquillo fluctuum san-

2 et 6 Secundi sent. (Mullach Fragm. phil. gr. I 518 a, u. 15) 15 Bas. 93 B (39 CD)

1 haut $\mathfrak{A}'$ et (h *s. u. m2*) *GS* haud *V et M m2* aut *M m1 cet.* 3 diriuatio *C m1 GVS* deriuatio *C m3 PM* delibatio *N'B* conmeatum *C m1 GP* commeantum *G m2* conmeatuum *C m3 cet.* 6 uoluntatibus *C* (*corr. m3*) *GP* 7 ualetudinis *MS et m1 CP* ualitudinis *CP m2 cet.* 8 laborantium *GV*$\mathfrak{A}'$ *et* (i *s. u. m2*) $\mathfrak{A}$ (i *exp.*) *S* 10 hauritur *C* (i *in ras.*) quod *C* (d *s. u. m3*) 12 frigescit *C* (e *ex* i *m3*) 13 terrenă *C* (ă *ex* a *m3*) 14 fecundiat *C* (a *s.* ia *m3*) 16 hii *C*$\mathfrak{A}$ (i *alt. eras.*) *GPVB* hi *cet.* 18 anfranctus *C* (u *in ras.*) anfranctos *M'* anfrenatos $\mathfrak{A}$ (*corr.* anfractos) 19 exercium *corr. m3 C m2 P* exercitium *G* (i *alt. s. u. m2*) 20 mundi huius *N* 23 plaudent *C et* (*corr. m2*) *G*

ctorum choro, hymnis sanctorum persorent. unde mihi ut omnem pelagi pulchritudinem conprehendam, quam uidit B operator? et quid plura? quid aliud ille concentus undarum nisi quidam concentus est plebis? unde bene mari plerumque comparatur ecclesia, quae primo ingredientis populi agmine totis uestibulis undas uomit, deinde in oratione totius plebis tamquam undis refluentibus stridit, cum responsoriis psalmorum cantus uirorum mulierum uirginum paruulorum consonus undarum fragor resultat. nam illud quid dicam, quod C unda peccatum abluit et sancti spiritus aura salutaris aspirat? 24 det nobis illa dominus: successuum flamine propero ligno currere, tuto portu consistere, nequitiae spiritalis grauiora quam ferre possumus temptamenta nescire, fidei ignorare naufragia, habere pacem profundam et, si quando aliquid sit, quod graues nobis saeculi huius excitet fluctus, euigilantem pro nobis habere gubernatorem dominum Iesum, qui uerbo imperet, tempestatem mitiget, tranquillitatem maris refundat. D cui est honor et gloria laus perpetuitas a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum amen.

6, 25 (Sermo V) 80 Discedente aqua conueniebat ut species terrae daretur et E gratia, ut inuisibilis et inconposita desineret esse. nam plerique etiam hoc dicunt esse inúisibile quod speciem non habet et ideo accipiunt terram inuisibilem fuisse, non quia uideri non

1 Bas. 93 B (39 D) 4 Bas. 93 C (39 D) 11 Bas. 93 C (39 E) 16 Matth. 8, 26 Luc. 8, 24

1 choro *C* (ro *ex* ri) chorū *V* ymnis *CGPS* 5 ingredientis *MS et m2 GB* ingredientes *C m3* ingrediens *m1 CGB cet.* 7 stridet *MS et m2* 𝔄*M'* 11 nobis *Diu.* (n *ex* u) uobis *cet.* dominus illa *VN* successum *GV* successū. 𝔄 flamine *scripsi* flamina *MS* flumina *cet.* propero *scripsi* properā *C m1* prospero *C m3 V et* (ro *ex* ra) *B* prosperum *GP*𝔄*M'* prosperorum 𝔄'*MS* 12 totum *C m1* (tuto *m3*) toto *G* (*corr. m2*) *M'* portum (m *exp. m3*) *CP* 13 ferre non possumus .II, *fort.* nos possumus 16 gubernatorē *C* (torē *in ras. minoris spatii*) 18 et *pr. om.* 𝔄*M'SB* 19 et *om.* 𝔄'*MS* in *om.* 𝔄*M'*, per *B.* 20 discindente *C* (*corr. m3*) 21 gratiam *G* (m *eras.*) desineret *C* (de *m3 ex* dis, *ut uidetur*) 23 uideri *C* (ri *ex* re)

posset a summo deo uel angelis eius — nam adhuc homines creati non erant uel etiam pecudes —, sed quia sine sua specie erat. species autem terrae est germinatio et uiriditas F agri. unde ut uisibilem eam et compositam faceret deus, ait: germinet terra herbam faeni seminans semen secundum genus et lignum fructiferum faciens fructum secundum genus, cuius semen suum in ipso. 26 audiamus uerba ueritatis, quorum series salus est audientum. prima enim illa uox dei singulis creaturis inpertita gignendis lex naturae est, quae terris in omne aeuum remansit, futurae successionis datura praescriptum, quemadmodum uel generandi uel fructificandi in reliquum usus adolesceret. prima itaque germinatio est, quando nascentia uidentur erumpere, deinde 43 A cum eruperit et profecerit germen, fit herba; herba quoque ubi paululum processerit, fit faenum. quam utilis, quam uehemens uox: germinet terra herbam faeni, hoc est ipsa per se germinet terra, nullum alterius quaerat auxilium, non 27 cuiusquam indigeat ministerio. solent enim plerique dicere: nisi clementior solis calor tepefecerit terras et quodam modo radiis suis fouerit, non poterit germinare terra. et propterea gentes 20 B diuinum honorem deputant soli, quod uirtute caloris sui terrarum penetret sinus sparsaque foueat semina uel rigentes gelu uenas arborum relaxet. audi ergo deum uelut hanc uocem emittentem: conticiscat ineptus sermo hominum, qui futurus est, facessat uana opinio. antequam solis fiat luminare, herba nascatur,

5 Gen. 1, 11 Bas. 93 D (40 A) 8 Bas. 96 A (40 AB) 18 Bas. 96 AB (40 C)

4 ut *CPMM'MSB* et *G* (ut *m2*) *VM'* 8 audientium *N* 10 omnem *C* (m *eras.*) *GP* 12 adolisceret *corr. m3 C m2 GPM* 14 proficerit (profecerit *B*) et erumperet (erumperit, m *eras. B*) *N'B* proficerit *C* (*corr. m3*) *P* proficeret *G* (*corr. m2*) 15 paulolum *C* (v *s.* o *m3*) *P* (lo *s. u.*) *N'* paululum *cet.* processerat *C* (*corr. m3*) adoleuerit *N'B* 18 cuiusquam *C* *fort.* solent autem 19 quodãḍ *C* quodad *GP et* (*in quibus* modũ) *VMM'* 20 fouerit *C* (o *post add.*), *om. V* 24 conticescat *C m3* M *et* M' *m2*, *VMSB* conticiscant *G* (n *del. m2*) facessat uana *C* (t *s. ras. et* u *m3*)

antiquior sit eius praerogatiua quam solis. ne error hominum conualescat, germinet prius terra quam fotus solis accipiat. C sciant omnes solem auctorem non esse nascentium. dei clementia terras relaxat, dei indulgentia prorumpere facit fructus. quomodo sol uiuendi usum ministrat oriundis, quando illa prius diuinae operationis uiuificatione sunt edita quam sol in hos uiuendi usus ueniret? iunior est herbis, iunior 7, 28 faeno. et forte miretur aliqui, cur prius pecori pabulum quam D cibus homini sit creatus. in quo primum profundum dei debemus aduertere, quod etiam minima quaeque non neglegat, E sicut in euangelio sapientia dei dicit: respicite uolatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater uester caelestis pascit illa: nonne uos pluris estis illis? cum enim illa pascantur dei gratia, nemo sibi debet de sua industria et uirtute blandiri. deinde quia simplicem uictum et naturalem cibum reliquis cibis debuit anteferre. hic enim sobrietatis est cibus, reliqui deliciarum atque luxuriae, hic communis omnibus animalibus cibus, ille paucorum. exemplum itaque frugalitatis, F magisterium parsimoniae est herbae simplicis uictu holerisque uilis aut pomi contentos esse omnes oportere, quem natura optulit, quem liberalitas dei prima donauit. ille salubris, ille utilis cibus, qui morbos repellat, qui resecet cruditates, nullo hominum partus labore, sed diuino effusus munere, sine satione fruges, fructus sine semine, tam dulcis et gratus,

8 Bas. 96 B (40 D) 11 Matth. 6, 26 19 Bas. 96 C (40 D)

2 conualiscat (*corr. m2*) *CAA'* 4 terram *N'B et* (*corr.* terras) *M* 5 usuum *P et* (u *tert. eras.*) *CG* 7 est *postea add. G* 8 mirentur *CPM* (*hi m2*) *N'B* aliquis *C* (s *s. u. eras.*) *et* (s *s. u. m2*) *GS* cur Π*MSB* quod *N'* pecori *C* (o *ex* u *m3*) 14 pluris (i *ex* e) *CGA'MB* plures *PVA* pascuntur *GVA'M et m1 S* (a *m2 in mg.*) 20 olerisque Π 21 contemptos *C* (*corr. m2*) *V* contemptus *G* (*corr. m2*) *P* contentus *AM'* omnis *G* (-es *m2*) 23 utilis *G* (uti *in ras.*) cruditates *MS* crudelitatis *m1 CG* crudelitates *m3 C m2 G cet.* (el *eras.* A') 24 partus *N'* (paratus A *m2*) *B* operatus *C m3 S* operatur *M m1* opertus *C m1 M m2 cet.* 25 fruges *C* (e *ex* i *m3*) semine *C* (e *pr. ex* i *m3*) tam *s.* et *m2* A

ut etiam repletis uoluptati atque usui sit. denique ad primas datus mensas ad secundas remansit.

29 Quid autem creaturae huius adtexam miraculum et sapientiae 44 A operatricis exprimam argumentum? in hac enim germinum specie et illo uirentis herbae munere imago est uitae humanae et naturae condicionisque nostrae insigne quoddam spectatur et speculum elucet. illa herba et flos faeni figura est carnis humanae, sicut bonus diuinitatis interpres organo suae uocis expressit dicens: clama. quid clamabo? omnis caro faenum et omnis gloria hominis ut flos faeni. aruit faenum et-flos decidit, uerbum autem domini manet B in aeternum. dei sententia uox humana est. deus dicit: clama, sed in ipso Esaia loquitur. ille respondit: quid clamabo? et tamquam quid loqueretur audisset adiunxit: omnis caro faenum. et uere; uiret enim gloria hominis in carne quasi faenum et quae putatur esse sublimis exigua quasi herba est. praematura ut flos, caduca quasi faenum germinat uiriditatem in specie, non in fructu soliditatem, hilarioris uitae quasi flos praetendens iocunditatem, breuiore C spatio occasura sicut herba faeni, quod priusquam euellatur arescit. quae enim firmitudo in carne, quae salubritas potest esse 30 diuturna? hodie uideas adulescentem ualidum, pubescentis aetatis uiriditate florentem, grata specie suauique colore: crastina die tibi faciem et ora mutatus occurrit et qui pridie tibi lautissimus decorae formae uisus est gratia alio die miserandus apparet aegritudinis alicuius infirmitate resolutus. D

4 Bas. 97 C (41 D) 9 Esai. 40, 6—8 22 Bas. 97 CD (41 DE) 24 Uerg. Aen. I 658

1 uolumtate *C* (*corr. m3*) uoluntati *GP*[illegible]*M'* ad *eras. C* 2 mensis *C* 4 argumentum exprimam *N* hoc Π (hac *m3 C*) 8 uocis *C* (i *ex* e) 18 *post* germinat *add.* uita Π (uitae *C m3*) *MSB* uiriditatem (di *s. u.*) *m3 C m2 P* 19 iocunditatem *M* 22 pubescentẽ *G* pubescentes *PM* 23 uiriditate Π*B* uirtute *N'MS* suauique Π*B* suaui *N'MS* 24 faciem [illegible] *m2 Atr. Uind.* facie *cet.* ore *M m2 S* occurrit *N'S* occurret *cet.* 25 lautisumus *M* lautissimus *S, om. cet.* decorus *G m2*

plerosque aut labor frangit aut inopia macerat aut cruditas uexat aut uina corrumpunt aut senectus debilitat aut euiratos deliciae reddunt, luxuria decolorat. nonne uerum est quia aruit faenum et flos cecidit? alius auis atauisque nobilis et maiorum honestatus infulis, prosapiae ueteris clarus insignibus, amicis abundans, stipatus clientibus et utrumque latus tectus, producens maximam ac reducens familiam, repente aliqua accidentis periculi mole turbatus destituitur ab omnibus, a E sodalibus derelinquitur, inpugnatur a proximis. ecce uerum est quia sicut faenum uita hominis, priusquam euellatur, arescit. est etiam qui dudum ubertate affluens copiarum, liberalitatis fama per ora uolitans singulorum, clarus honoribus, praeminens potestatibus, tribunalibus celsus, solio sublimis, beatus populis aestimatus, dum praeconum clamore deducitur, subita rerum conuersione in eum carcerem rapitur, quo alios ipse detruserat, et inter reos suos inminentis poenae F deflet aerumnam. quantos pridie caterua plaudentium et inuidiosa frequentis populi domum pompa deduxit: et nox una gloriosae illum splendorem deductionis aboleuit ac repentinus lateris dolor effusis gaudiis luctuosam grauis successionem maeroris admiscuit. huiusmodi igitur est gloria hominis sicut flos faeni, quae etiam cum defertur nihil operibus adiungit, in qua nullus fructus adquiritur et, cum amittitur, euanescit omnem scaenam hominis et quam desuper obum-
31 brabat repente destituens et quam intus animabat. atque 45 A utinam imitaremur hanc herbam, de qua ait dominus: germinet terra herbam faeni seminans semen secun-

4 Uerg. Aen. VII 56 5 Sall. bell. Iug. 85, 10 12 Cic. Tusc. I 34 18 Bas. 100 A (42 A) 20 fortasse respexit Ennium (uel Lucilium) A. 509 *M.* 24 Uerg. Aen. I 164 sq. 27 Gen. 1, 11

1 cruditas *M* crudelitas *C* (s *in ras. 3 litt.*) *S* (elitas *in ras. min. spatii*) *cet.* 4 cecidit Π decidit *N* 8 adcidentis *P et corr. m3 C m2 G* 9 derelinquitur *C* (i *alt. in ras.*) 10 hominum *N'* 22 operis *V* opibus *Dionysianus Maurinorum* 24 euanescit *C* (e *alt. ex* i *m3*) scęnam *S* scenam *cet.* 26 ait *C* (i *in ras.*, a *extra u.*) 27 terram *C* (m *eras.*)

dum genus et secundum similitudinem. seminemus igitur semen secundum genus. quod sit genus audi dicentem oportere nos quaerere illud diuinum, si quo modo illud tractare possimus aut inuenire, quamuis non longe sit ab unoquoque nostrum. in ipso enim uiuimus et sumus et mouemur, sicut quidam inquit uestrum dixerunt: cuius et genus sumus. secundum hoc genus seminemus B semen non in carne, sed in spiritu. non enim carnalia, sed spiritalia semina seminare debemus, qui ad uitam peruenire uolumus aeternam. quae sit autem similitudo non ignoras, qui ad imaginem et similitudinem dei factus es. herba generi respondet suo: tu non respondes generi tuo. tritici granum sparsum terrae generis sui gratiam reddit: et tu degeneras. fruges non adulterant sui sinceritatem seminis: tu adulteras puri-
32 tatem animae, uigorem mentis, corporis castitatem. non C agnoscis opus esse te Christi? manibus suis ut legimus te ille formauit: et tu, Manichee, alterum tibi asciscis auctorem. pater deus dicit ad filium: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et tu, Photiniane, dicis quia in constitutione mundi adhuc non erat Christus et tu, Eunomiane dicis quia dissimilis est patri filius. nam si imago, non dissimilis utique, sed totum exprimens patrem, quem pater substantiae suae unitate signauit. pater dicit D faciamus: et tu cooperatorem negas. quod dixit pater filius fecit: et tu aequalem negas, in quo conplacuit pater.

8, 33 Germinet inquit terra herbam faeni secundum genus. in omnibus quae dicuntur nascentia terrae primum germen est. ubi se paululum sustulerit, fit herba, postea faenum,

3 Act. 17, 27 sq. 8 I Cor. 9, 11 18 Gen. 1, 26 25 Matth. 3, 17 26 Bas. 100 B (42 B)

6 uestrum inquit *N* 9 semina *om. N, fort. recte* 10 quae est *N'B* quia *MS et* (a *s. u.*) *B* 15 corporis *C* (*m3 ex* corpus) potestatem H 17 te (*m2 ex* et) *M* et *Carn. Diu.* asciscis *CGV* arciscis *P* adsciscis *cet.* 19 fotiniane *libri* 22 totum *ex* toto *N'B* 26 terram *C* (m *eras.*)

inde fit fructus. sunt nascentia quae de radice germinant ut arbores quae non sunt satae ex aliarum arborum radice nascuntur. in harundine uidemus quomodo in extremo eius uelut quidam fit nodus e latere et inde alia harundo germinat. est ergo in radice uis quaedam seminarii. insitiua quoque in F superioribus germinant. aliis ergo a radice, aliis diuerso munere series successionis adquiritur. inest enim nascentibus singulis aut semen aut uirtus aliqua seminaria et ea secundum genus, ut quod nascitur ex ea simile eorum quae sata sunt uel quorum de radice sit germinet, de tritico triticum, de milio milium; de pyro pyrus albo flore prorumpit, castanea quoque surgit de radice castaneae.

34 Germinet inquit terra herbam faeni secundum genus. 46 A et continuo parturiens terra nouos se fudit in partus et induit se amictu uiriditatis, gratiam fecunditatis adsumpsit diuersisque compta germinibus proprios suscepit ornatus. miramur quod tam cito generauerit: quanto maiora miracula sunt, si spectes singula, quemadmodum uel iacta in terram semina resoluantur ac, nisi mortua fuerint, nullum fructum adferant, si uero fuerint quadam sui morte resoluta, in uberiores fructus resurgant. suscipit igitur granum tritici putris glaeba et sparsum cohibet occatio ac uelut materno terra gremio B fouet et conprimit. inde cum se granum illud resoluerit, herbam germinat grata ipsa iam species herbescentis uiriditatis, quae statim genus satiui similitudine sui prodit, ut in ipso suae stirpis exordio cuius generis herba sit recognoscas atque in herbis fructus appareat: paulatimque adolescit ut faenum culmoque pubescens erigitur et adsurgit. ast ubi se geniculata iam spica sustulerit, uaginae quaedam futurae frugi

21 Bas. 100 BC (42 BC) Uerg. Georg. I 44

3 nascantur *PV et corr. m3 C m2 G* 10 tritico *C* (ti *s. u.*) 11 mileo mileum (*corr. m1*) *CG* 13 terra* *C* (m *eras.*) 14 fundit Π (n *eras. G*) et *om. N'* 15 amictum *N'MS* 17 germinauerit *Brux. Tell.* sunt miracula *MS* 20 si uero . . . resurgant *om.* Π 21 suscepit Π (suscipit *C m3 G m2*) 𝔄 (*corr. m2*) *M'* putris *N'B et* (*m2 ex* putres) *MS* nutrix Π, *cf. Uerg. Georg. I 44* gl̨eba *S* gleba *cet.* 23 illum Π 25 in *om.* Π

parantur, in quibus granum formatur interius, ne tenera eius C
primordia aut frigus laedat aut solis aestus exurat aut
uentorum inclementia uel imbrium uis saeua decutiat. suc-
cedunt quidam ordines spicae mirabili arte formati uel ad
speciem grati uel ad tutamen nexu quodam inter se naturalis
conligationis adstricti, quam prouidentia diuina formauit. et
ne frugis numerosioris pondere uelut quaedam cedat fultura
culmorum, uaginis quibusdam ipse culmus includitur, ut
geminatis uiribus frugem possit multiplicem sustinere, ne D
inpar oneri curuetur in terram. tum supra ipsam spicam
uallum struitur aristarum, ut quasi quadam in arce praetendat,
ne auium minorum morsibus spica laedatur aut suis exuatur
35 fructibus aut uestigiis proteratur. quid dicam quemadmodum
clementia dei humanae prospexerit utilitati? faeneratum terra
restituit quod acceperit et usurarum cumulo multiplicatum.
homines saepe decipiunt et ipsa faeneratorem suum sorte E
defraudant, terra fidelis manet et si quando non soluerit, si
forte aduersata fuerit frigoris inclementia aut nimia siccitas aut
inmensa uis imbrium, alio anno superioris anni damna conpensat.
ita et, quando prouentus spem destituit agricolae, nihil terra
delinquit et, quando arridet, ubertas fecundae matris se in
partus effundit, ut numquam ullum dispendium suo inferat
creditori.

36 Quae uero species pleni agri, qui odor, quae suauitas, quae F

1 Uerg. Georg. I 92 sq. Ecl. VI 33 sq. 6 Bas. 100 D, 101 A (42 DE) 12 Bas. 101 A (42 E)

4 formate II (formatę *C m3*) formati *S* (ę *s.* i *m2*) 5 tutamen** *C* (ta *in ras. min. spatii*) nexu* *C* 6 quem *B* 7 fruges *C* (*corr. m3*) *GP*𝔄*M'B* frugięs *V* uelut* *C* (ueluti?), uelut *s. u. m2 M*, *om. S* 8 inse II 9 sustenire *C* (*corr. m3*) 10 honeri II (h *eras. C*) 11 archae *CP* arche *GV* 12 laedatur aut *om. N* exsuatur *C* (s *in ras.*) *P* 14 faeneratū* *C* 15 restituet *CP et* (restituat *m2*) *G* acciperit *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *P* usuratum *CPV* usuram 𝔄 (m *exp.*) *M'B* usurarum 𝔄' (rum *s. u. m2*) 16 hominis *C* (*corr. m3*) fęneratorem *MB* feneratorem *cet.* 19 damna *C* (amn *in ras.*) 21 in II*B* *om. cet.*

uoluptas agricolarum! quid digne explicare possimus, si nostro utamur adloquio? sed habemus scripturae testimonia, quibus agri suauitatem benedictioni et gratiae sanctorum aduertimus comparatam dicente sancto Isaac: odor fili mei odor agri pleni. quid igitur describam purpurescentes uiolas, candida lilia, rutilantes rosas, depicta rura nunc aureis, nunc uariis, nunc luteis floribus, in quibus nescias utrum species amplius florum an uis odora delectant? pascuntur oculi grato spectaculo, longe lateque odor spargitur, cuius suauitate complemur. unde digne dominus ait: et species agri mecum est. cum ipso 47 A est enim quam ipse formauit; quis enim alius artifex posset tantam rerum singularum exprimere uenustatem? considerate lilia agri, quantus sit candor in foliis, quemadmodum stipata ipsa folia ab imo ad summum uideantur adsurgere, ut scyphi exprimant formam, ut auri quaedam species intus effulgeat, quae tamen uallo in circuitu floris obsaepta nulli pateat iniuriae. si quis hunc florem decerpat et sua soluat in folia, quae tanti est artificis manus, quae possit lilii speciem re- B formare? quis tantus imitator naturae, ut florem hunc redintegrare praesumat, cui dominus tantum testimonium tulit, ut diceret: nec Solomon in omni gloria sic uestiebatur sicut unum ex istis? rex opulentissimus et sapien-

4 Gen. 27, 27 8 Uerg. Aen. IIII 132 10 Psalm. XXXXVIIII 11 12 Matth. 6, 28 21 Matth. 6, 29

1 uoluntas Π agricularum *C* (*corr. m3*) *P* (*corr. m2*) 𝔄*M'* possimus *CPV* possumus *cet.* 4 comparatum *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *P* fili *C m1* filii *C m3 cet.* mei *m3 ex* mi *C* sicut (*s. u. m2*) odor 𝔄 5 purporescentes *P* purporascentes 𝔄 *m1 M'B* purpurascentes 𝔄 *m2* 𝔄'*MS* 6 depict^{a}*** *C* (*om.* rura; a *m1*) de pictura *G* (*om.* rura) depictu (-ta *m2*) rura *P* 8 uis odora *N'MS* amplius odora (odor* *C* odor *B*) Π*B* delectant *C m1 P* delectet *C m3 S m1 M* delectent *GV et S m2* delectat 𝔄' adlectat 𝔄*M'* allectat *B* 10 digne Π diuine *N*, *fort. recte* 11 possit *N'B et m2 MS* 12 tantă *C* (ă *ex* a *m3*) uenustatem *N* uoluntatem Π (uoluptatem *G m2*) 14 scyphi *M* sciphi *SB* scyfi Π*N'* 18 manuus *C* (*corr. m3*) quae *m2 ex* qua *M* 20 tulit Π reddit *N'* dedit *MSB* 21 solomon *M m1* salomon *M m2 cet.* gloria sua *N'B* 22 unus Π (unum *m2 G*)

tissimus inferior iudicatur quam huius floris est pulchritudo.
37 quid enumerem sucos herbarum salubres, quid uirgultorum
ac foliorum remedia? ceruus aeger ramusculos oleae mandit
et sanus fit. lucustas quoque folia oleae adrosa liberant ab C
aegritudine. rubi folia superiacta serpenti interimunt eum.
culices non tangent te, si absenti herbam cum oleo coquas
et eo te perunxeris.
9, 38 Sed forte dicant aliqui: quid quod cum utilibus etiam D
letalia et perniciosa generantur? cum tritico conium, quod
inter alimenta uitae noxium repperias et, nisi praeuisum fuerit,
consueuit saluti nocere. inter alia quoque nutrimenta uitae
elleborus deprehenditur. aconita quoque fallunt frequenter et
decipiunt colligentem. sed hoc ita est ac si reprehendas terram, E
quia non omnes homines boni. sed quod plus est accipe quia
non omnes boni angeli in caelo. sol ipse prae nimio calore
spicas torret, adurit autem gignentium prima exordia. luna
quoque uiantibus iter monstrat, latronum prodit insidias. num
igitur dignum est, ut in his quae utilia sunt posthabentes
conditoris gratiam confiteri propter aliqua alimentorum noxia
creatoris prospicientiae derogemus, quasi uero omnia gulae F
causa debuerint procreari aut exigua sint quae uentri nostro
diuina indulgentia ministrauerit? definitae nobis escae sunt
et notae omnibus, quae et uoluptatem generent et corporis
39 salubritatem. singula autem eorum quae generantur e terris

3 cf. Wernerius abbas (Migne) CLVII 1151 5 cf. Plin. N. H. XXIIII 117 6 cf. Plin. N. H. XXVII 52 8 Bas. 101 B (43 A) 12 Uerg. Georg. II 152

1 pulchritudo est *N*, est *om. Brux.* 2 enumeres II 4 lucustas *C m1* locustas *C m3 cet.* 5 rubi* *C* 6 absenti *C m1 GP*𝔄*'M'* absentii *V* absenthii 𝔄 absintii *C m3 M* (*corr.* -thii) *SB* 8 dicant aliqui *CGP* dicat aliquis 𝔄*M* (s *s. u. m2,* aliquid *M'*) *cet.* 9 pernitiosa *C* (*corr. m3*) *GN'B* 10 repperias *CP* reperitur *V* repperitur *cet.* 12 helleborus 𝔄*M'B* helleborum 𝔄' (m *ex* s) 15 ipse *om. MS* prae *om.* II 16 aduret *corr. m3 C m2 GP* 17 demonstrat *Tell.* prodet (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP* 20 uero *eras. C* gu.lae (r *ut uidetur eras.*) *CGP* 22 aescae *C* (a *pr. eras.*) *P*

specialem quandam rationem habent, quae pro uirili portione conplent uniuersae plenitudinem creaturae. alia ergo esui, alia alii nascuntur usui. nihil uacat, nihil inane germinat terra. quod tibi putas inutile aliis utile est, immo ipsi tibi frequenter 48 A
alio est usu utile. quod escam non adiuuat medicinam suggerit, et saepe eadem quae tibi noxia sunt auibus aut feris innoxium ministrant pabulum. denique sturni uescuntur conium, nec fraudi est eis, quoniam per qualitatem sui corporis uenenum suci letalis euadunt. frigida enim uis eius est suci, quam subtilibus poris in cordis sui sedem ducentibus praecoci digestione praeueniunt, priusquam uitalia ipsa pertemptet. elleborum autem periti locuntur escam esse et alimoniam B coturnicum, eo quod naturali quodam temperamento sui corporis uim pabuli nocentis euitent. etenim si ratione medicinae plerumque ad salubritatem humani quoque corporis temperatur, cui uidetur esse contrarium, quanto magis proprietate naturae ad cibos proficit quod medica manu conuertitur ad salutem. per mandragoram quoque somnus frequenter accersitur, ubi uigiliarum aegri affectantur incommodo. C
num quid de opio loquar, quod etiam nobis cotidiano prope usu innotuit, quoniam dolores eo grauissimi internorum saepe uiscerum sopiuntur? nec illud praeterit, quod conio plerumque furores libidinum marcuerunt et elleboro uetustae passiones aegri corporis sunt solutae.

7 Bas. 101 C (43 C) 12 Bas. 101 D (43 C), cf. Plin. N. H. X 197 18 Bas. 101 D (43 D), cf. Plin. N. H. XXV 150 20 Bas. 101 D (43 D). cf. Plin. N. H. XX 201 22 Bas. 101 D (43 D), cf. Plin. N. H. XXV 154 23 cf. Plin. N. H. XXV 54

5 usu *MS* usui *N'B* (i *eras.* 𝔄') usque II (usquam *C m3*) 8 nec *C* (c *s. u. m2*) fraude *CGP* per *om. N'MS* pro *B* qualitatem 𝔄 (in *eras.*) *M'* qualitate 𝔄'*MSB* 10 poris *N'MS* uaporis *m1 CG* uaporibus *C m3 G m2 PVB* 12 loquuntur *M* loquntur *S* alimoniă *C* (ă *ex* a) alimonia 𝔄'*M'* 14 nocentes *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *P* euitent *C* (t *pr. in ras. m3*) 15 quoque *del. C m3* 17 cibum *N* 19 arcessitur *N'* (accersitur 𝔄' *m2*) afflictantur *N* 20 num *CGP* nam *cet.* loquor *CGP*

40 Non solum igitur nulla in his reprehensio creatoris, sed etiam incrementum est gratiarum, siquidem quod ad periculum putabas esse generatum ad remedia tibi salutis operetur. D nam et id quod periculi est per prouidentiam declinatur et id quod salutis per industriam non amittitur. an uero oues et caprae ea quae sibi noxia sunt declinare didicerunt et <non> solo odore per quoddam naturae mysterium, cum sint rationis expertes, rationem tamen euadendi periculi uel tuendae salutis agnoscunt noxiaque pariter ac profutura distinguunt, ita ut plerumque, cum armata uenenis tela senserint, notas petere E herbas atque his remedium uulneri dicantur adhibere? cibus illis ergo medicina est, ut resilire sagittas uideas ex uulnere, fugere uenena, non serpere. denique ceruis cibus uenenum est: coluber ceruum fugit, leonem interficit: draco helefantum ligat, cuius ruina mors uictoris est. et ideo summa ui utrimque certatur, ille ut pedem alliget, in quo casus uiucti sibi nocere non possit, iste ne posteriore extremus pede aut calle capiatur angusto, ubi uel ipse se non queat retorquere et F draconem graui proterere uestigio uel sequentis elefanti
41 auxilium non habere. ergo si inrationabilia animalia norunt quibus sibi aut medicentur herbis aut subsidiis opem adferant, homo nescit, cui rationabilis sensus innascitur, aut tam alienus a uero est, ut quae cuique apta sint usui minime deprehendat, aut ita naturae ingratus bonis, ut quoniam taurini haustus sanguinis

5 Bas. 101 C (43 B) 10 cf. Plin. N. H. XXV 92 13 cf. Rabanus Maurus (Migne) CXI 204 14 cf. Plin. N. H. VIII 118 15 cf. Plin. N. H. VIII 32 24 Bas. 102 B (43 A)

3 operatur *C m3 N* 5 non (*ex* nouam) *C* nouam *GP* 6 non *addidi* 9 distingunt Π 10 senserunt *M et* (i *s.* u) *S* inserunt 𝔄 (*s. m. rec.* senserunt) *M'* petere *C* (e *alt. ex* i *m3*) 11 uulneri *C* (i *ex* e *m3*) 12 ex *scripsi* et *CPB et G* (t *in ras.*) e *cet.* uulnere Π*B* uulnere et *cet.* 14 helefantum *CG* elefantum *cet.* 15 summa *G m2 V* summe (summae 𝔄) *cet.* ui *om. N* utrumque Π 16 certantur *CGP* ille ut μ α ut ille *libri* casu* *C* (s *eras.*) uinctis *C* (i *alt. in ras.*) *V et* (s *del.*) *GM* uicti 𝔄' 19 aelefanthi *C* (h *eras.*) elefanthi *P* aelefanti *B*

letalis est homini, propterea laboriosum putet animal aut nasci non debuisse aut sine sanguine debuisse generari, cuius uirtus ad cultum agrorum utilis, ad usum plaustrorum habilis, 49 A ad alimoniam suauis diuerso munere fulcit agricolas, quibus deus, si bona sua norint, uniuersa donauit dicens: germinet terra herbam faeni seminans semen secundum genus. non solum enim spontaneam alimoniam conprehendit, quae est in herbis et radicibus atque arborum reliquisque fructibus, sed etiam eam quae industria comparatur et cultu rusticani 42 laboris adquiritur. quam decorum autem quod non statim B fundere terras semen iussit et fructus, sed primo germinare, deinde herbescere campos statuit, postea secundum proprietatem sui generis semen adolescere, ut numquam aruorum uacaret gratia, quae grato primum decore uernarent, postea fructum suggererent utilitatem.

10, 43 Sed forte quis dicat: quomodo secundum genus terra profert C semina, cum plerumque semina iacta degenerent et, cum bonum triticum fuerit seminatum, et decolor eius species et D inferior forma reddatur? sed hoc si quando accidit, non ad translationem generis, sed aegritudinem quandam et inaequalitatem seminis uidetur esse referendum. non enim desinit esse triticum, si aut frigore aduratur aut imbre madidetur, sed specie magis quam genere, colore quoque et corruptione mutatum. denique frequenter madidata frumenta in sui generis speciem reuertuntur, si aut sole aut ignibus torreantur aut

4 Uerg. Georg. II 458 sq. 5 Gen. 1, 11 10 Bas. 104 A (43 E) 16 Bas. 104 AB (43 E, 44 A) 22 Uerg. Georg. I 93

1 putet laboriosum *VN* 6 seminans *m2 s.* spirans *G* spirans *cet.* (*ortum ut uidetur ex* seminans *et supra scripto* spiron *i. e.* σπεῖρον) secundum genus non solum *in ras. min. spatii C* 7 alimonia *C* (-ă *m3*) *G* (-ă *m2*) *P* 8 arborum germinibus *B* 9 industriam *C* (m *eras.*) 11 primum *GP* 13 aruorum *MS* arborum *cet.* 14 uacaret *C* (t *s. u.*) 15 fructum *P et m1 CG* fructuum *m2 CG cet.* 16 proferet *C* (e *alt. del. m3*) 18 et decolor *CGP* decolor *cet.* 20 sed *V et m1 CM* sed et *S* sed ad *C m3 M m2 G corr. m1 cet.* 22 si autem II (em *eras. CG*)

diligentibus commissa cultoribus aeris temperie terrarumque E
feracium ubertate foueantur. itaque reparatur in subole quod degenerauerat in parente. unde non periclitamur, ne praeceptum illud dei, cuius usus naturae inoleuit, in relicum successionis uitio destitutum sit, cum hodieque in seminibus generis sui
44 sinceritas reseruetur. nam lolium et reliqua adulterina semina, quae frugibus saepe miscentur, zizania nuncupari euangelii lectione cognouimus, sed ea proprium quoddam genus habent, F
non ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione translata degenerem traxere naturam. denique hoc docet dominus dicens: simile est regnum caelorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo: cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius et superseminauit zizania inter triticum. aduertimus utique quod zizania et triticum ut nominibus ita et genere uideantur esse discreta. denique et serui dixerunt ad patrem familias: domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? 50 A
unde ergo habet zizania? et ait illis: inimicus homo hoc fecit. aliud enim semen est diaboli, aliud semen est Christi, quod seritur ad iustitiam. denique aliud filius hominis, aliud diabolus seminauit. adeo diuersa natura utriusque seminis, ut contrarius seminator sit. quod seminat Christus regnum est dei, quod seminat diabolus peccatum est. quomodo igitur potest unius generis esse regnum atque peccatum? sic est inquit regnum dei, quemadmodum si B
homo iactet semen super terram.

6 Bas. 104 BC (44 AB) 7 Matth. 13, 26 11 Matth. 13, 24 sq. 17 Matth. 13, 27 sq. 25 Marc. 4, 26

4 relicum *C m1 GPV* reliquum *C m3 cet.* 9 decoris 𝔄 *m1 M'* decoloris 𝔄 *m2* 𝔄' decolori *Tell.* mutationem *P et* (m *eras.*) *C* (m *exp. m2*) *G* 10 degenere *CPM' et* (s *m2 s.* e *ult.*) *G* 13 et *om.* Π (*s. u. m2 G*) 15 uideantur *C m3 G m2 VMB* uideatur *S* (ea *in ras.*) *et m1 CG cet.* 16 et *om.* 𝔄'*M'* 18 ergo *N* enim *CGV, om. P* 19 diabuli 𝔄' *et m1 CGP* diaboli *m3 C m2 GP* 21 diabulus *N' et m1 CP* diabolus *C m3 P m2* adeo *C* (d *in ras.*) 23—25 quod seminat ... regnum dei *om.* Π 26 iactet (ctet *extra u.*) semen (*in ras.*) *C* terram semen *C* (semen *del. m3*)

45 Est et homo, qui seminat uerbum, de quo scriptum est: qui seminat uerbum seminat. hic homo uerbum seminauit super terram, quando dixit: germinet terra herbam: et subito terrarum germina pullularunt et diuersae rerum species refulserunt. hinc pratorum uirens gratia abundantiam pabuli ministrauit, inde camporum spica flauescens imaginem pelagi fluctuantis commotione segetis uberioris expressit. sponte omnis fructus terra suggessit. etsi arata sine cultore esse non C poterat — nondum enim erat formatus agricola —, inarata tamen opimis messibus redundabat et haut dubito an maiore prouentu, siquidem nec cultoris desidia terrarum destituere poterat ubertatem. nunc enim fecunditas unicuique pro merito laboris adquiritur, ubi cultus spectatur agrorum, et neglegentia uel offensa aut diluuiis pluuiarum aut terrarum ariditatibus aut grandinis iactu aut quacumque ex causa soli uberis ste- D rilitate multatur. tunc autem prouentu spontaneo terra fructus locis omnibus inuehebat, quoniam is praeceperat qui uniuersorum est plenitudo. uerbum enim dei fructificabat in terris, nec ullo adhuc erat terra damnata maledicto. antiquiora enim mundi nascentis exordia quam nostra peccata sunt et recentior culpa, propter quam condemnati sumus in sudore uultus nostri panem manducare, sine sudore alimenta nescire. E
46 denique hodieque fecunditas terrae ueterem affluentiam spontaneae usu fertilitatis operatur. quam multa sunt enim quae adhuc sponte generantur. sed etiam in his ipsis quae manu quaeruntur magna ex parte manent nobis diuina beneficia, ut frumenta ipsa quiescentibus inferantur. quod propositae docet lectionis exemplum dicente domino quia sic est

2 Marc. 4, 14 18 Bas. 105 A (44 CD) 21 Gen. 3, 19 28 Marc. 4, 26—29 Bas. 104 C (44 BC)

1 et *om.* Π est *in ras. C* 3 terram *alt. C* (m *del. m3*) 10 optimis *CGV* 17 is *S* his (h *del.*) *CGℜM cet.* praeciperat *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) 23 afluentiam *C* (*corr. m3*) *B* (*corr. m2*) *PVℜM'* affluentiae *MS* 24 spontaneae Π *et m1 B* spontaneo *B m2 cet.* usum *N'* (m *eras.* ℜ) fertilitatem *M m2* 27 quiescentibus *C* (i *pr. in ras.*)

regnum dei, quemadmodum si qui iactet semen super terram et obdormiat inquit et surgat nocte et die, et semen F germinet et increscat, dum nescit ille. ultro terra fructificat primo herbam, deinde spicam, deinde plenum triticum in spica. et cum produxerit fructum, statim mittit falcem, quoniam adest messis. dormiente te igitur, homo, et nesciente fructus suos ultro terra producit. dormis et surgis et frumenti per noctem incrementa miraris.

11, 47 Diximus de herba faeni, nunc dicamus de ligno fructuoso 51 A faciente fructum secundum genus, cuius semen eius in ipso. dixit et facta sunt et subito ut supra floribus herba- B rumque uiriditatibus ita hic nemoribus terra uestita est. concurrerunt arbores, consurrexerunt siluae, uertices repente montium fronduerunt. hinc pinus, hinc cypressus in alta se extulerunt cacumina, caedri et piceae conuenerunt. abies quoque non contenta terrenis radicibus atque aerio uertice etiam casus marinos tuto subitura remigio nec solum uentis, sed etiam fluctibus certatura processit. nec non et laurus adsurgens odorem suum dedit numquam suo exuenda uelamine. umbrosae C quoque ilices uerticem protulerunt inhorrentem comam hibernis quoque temporibus seruaturae. hoc enim in singulis priuilegium natura tenuit in reliquum, quod sub ictu mundi sur-

10 Gen. 1, 11 Bas. 105 B (44 DE) 15 Bas. 105 B (44 E)

1 si qui iactet *M'* si quis (s *s. u.* 𝔄) iactet 𝔄𝔄' si homo iactet *MS* si iactet homo *B* iactes Π (iactet *G m2*) 2 surgat Π exsurgat *N'* exurgat *cet.* 3 increscat (e *ex* i) *C m3 G m2* ultro enim *N* 7 dormiente Π dormienti *N* te (*in ras. C*) igitur *CGV* igitur *P* igitur tibi *N* o homo *MSB* nesciente *C m3 GPV* nescienti *C m1 N* 8 ultro *C* (o *in ras.*) 9 incrimenta *C et* (*corr. m1*) *P* 10 nunc *C* (n *alt. s. u. m3*) fructuosu (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP* 11 faciente *SB et m2* 𝔄 faciens 𝔄 *m1 M'* facientem *M* (m *exp.*) *cet.* 14 consurrexere *N'MS* 15 frondiderunt *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) frondiuerunt *P* (i *eras.*) *V* cupressus *M* (u *pr. in ras.*) *B* 16 cedri *V*𝔄*'M* chedri *GP* 21 illices Π (l *pr. eras.*) inorrentem Π (*corr. m2 P*) 23 relicum *V* sub ictum *CP* subiectum *G* (sub ictu *m2*) *V*

gentis accepit. et inde manet sua ilicibus praerogatiua, manet cypressibus, ut nulli uenti eas crinis sui ueste dispolient.
48 surrexerat ante floribus inmixta terrenis sine spinis rosa et pulcerrimus flos sine ulla fraude uernabat, postea spina saepsit D gratiam floris tamquam humanae speculum praeferens uitae, quae suauitatem perfunctionis suae finitimis curarum stimulis saepe conpungat. uallata est enim elegantia uitae nostrae et quibusdam sollicitudinibus opsaepta, ut tristitia adiuncta sit gratiae. unde cum unusquisque aut suauitate rationis aut prosperioris cursus successibus gratulatur, meminisse culpae eum conuenit, per quam nobis in paradisi amoenitate florentibus spinae mentis animique sentes iure condemnationis E ascripti sunt. inrutiles igitur licet, o homo, aut splendore nobilitatis aut fastigio potestatis aut fulgore uirtutis, semper tibi spina proxima est, semper est sentis, semper inferiora tua respice. super spinam germinas, nec prolixa gratia manet. breui unusquisque decurso aetatis flore marcescit.

12, 49 Sane ut caduca tibi noueris communia esse cum floribus F ita etiam laeta cum uitibus, quibus generatur uinum, quo cor hominis laetificatur. atque utinam, o homo, huius generis imiteris exemplum, ut ipse tibi laetitiam iocunditatemque fructifices. in te ipso suauitas tuae gratiae est, ex te pullulat, in te manet, intus tibi inest, in te ipso quaerenda iocunditas 52 A tuae est conscientiae. ideo ait: bibe aquam de tuis uasis

3 Bas. 105 BC (45 A) 20 Psalm. CIII 15 Bas. 108 A (45 C) 24 Prouerb. 5, 15

1 accipit (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP* 2 cupressibus *MSB et* (*m1* conpressibus) 𝔄′, (*m1* quopressibus) 𝔄 quopraessibus *M′* ueste Π ueste honora *B* (ueste et honore *m2*) honore *N′MS* despolient *PN′B* 3 surrexerunt Π surrexerant *M* inmixtae *G m2 V* rosae *G m2* 4 pulcerimus *C m1* pulcerrimus *PV* pulcherrimus *C m3 cet.* in spina *CPV* in spinam *G* saepsit *MS* repsit Π (sepsit *m3 C*) raepsit *B* sepsit *N′* 6 suauitate Π 7 conpungat *C* (u *in ras.*) elegantia (e *alt. ex* i) *CG* 8 obsaepta *MS* opsepta *C* obsepta *cet.* 11 paradysi *CS* 12 animique *CMSB* animaeque *cet.* 15 est sentis semper *om. N′MS* 16 spina *C* (-ā *m3*) *P* spinas *cet.* 17 decursu aetatis *CVN′B* decor suauitatis (suauet. *P*) *GP* 23 inest Π id est *N* 24 tui *G et* (*corr. m2*) *P*

et de puteorum tuorum fontibus. primum omnium nihil gratius florentis odore uitis, siquidem de flore earum sucus expressus poculi genus conficit, quod et uoluptati et saluti sit. deinde quis non miretur ex acini uinacio uitem usque in arboris summum cacumen prorumpere, quam uelut quodam amplexu fouet et quibusdam brachiis ligat et circumdat lacertis, pampinis uestit, sertis coronat uuarum? quae ad imi- B
tationem uitae nostrae primum uiuam defigit radicem, deinde, quia natura flexibilis et caduca est, quasi brachiis quibusdam ita clauiculis quidquid conprehenderit stringit hisque se erigit
50 et adtollit. huius est similis plebs ecclesiae, quae uelut quadam fidei radice plantatur et reprimitur humilitatis propagine, de qua pulchre ait propheta: uineam ex Aegypto transtulisti et plantasti radices eius, et repleta C
est terra. operuit montis umbra eius et arbusta eius caedros dei. extendit palmites eius usque ad mare et usque ad flumen propagines eius. et per Esaiam ipse dominus locutus est dicens: uinea facta est dilecto in cornu in loco uberi. et maceriam circumdedi et circumfodi uineam Sorech et aedificaui turrem in medio eius. circumdedit enim uelut uallo quodam caelestium praeceptorum et angelorum custodia. inmittet enim angelus domini in circuitu timentium eum. posuit in ecclesia uelut turrem apostolorum et prophe- D
tarum atque doctorum, qui solent pro ecclesiae pace praeten-

4 Cic. de sen. 52 13 Psalm. LXXVIIII 9—12 18 Esai. 5, 1 sq. Bas. 108 BC (45 DE) 23 Psalm. XXXIII 8 Bas. 108 C (45 E) 24 Bas. 108 CD (45 E, 46 A)

3 poculi *C* (o *in ras.*) 4 acini uinatio (uinacio *M*) *VN* hac inuinatio *CGP* 14 et replesti terram *N* 15 montis *C* montes *cet.* caedros *PBS* cedros *cet.* 16 extendisti *VN'B* palmitis *C* eius usque *C* (eius us *in ras. m3*) 17 propaginis *C* 19 macerię *M* macerie *S* 21 turrim (im *ex* em) *m3 C m2 GPAM* medium *C* circumdedit *C* (t *in ras.*) enim eam *MS* 22 praeceptum *C* inmittit *N* 24 aeclesiam *C* (a *pr. eras.*) ecclesiam *B* (m *exp.*) *V, haud recte* turrim *m2 GPM*

dere. circumfodit eam, quando exonerauit terrenarum mole curarum; nihil enim magis mentem onerat quam istius mundi sollicitudo et cupiditas uel pecuniae uel potentiae. quod tibi demonstratur in euangelio, cum legis quia illa mulier, quae habebat spiritum infirmitatis, inclinata erat, ut rursum respicere non posset. curuata enim erat eius anima, quae inclinabatur E ad terrena compendia et caelestem gratiam non uidebat. respexit eam Iesus et uocauit, et statim mulier onera terrena deposuit. his cupiditatibus etiam illos oneratos fuisse demonstrat quibus ait: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. ergo illa anima mulieris quasi circumfossa respirauit et erecta est.

51 Sed et eadem uitis ubi circumfossa fuerit, religatur et erigitur, ne reflectatur in terram. reciduntur alia sarmenta, alia pro- F pagantur: reciduntur quae inani effusione luxuriant, propagantur ea quae bonus agricola iudicauerit fructuosa. quid ego adminiculorum ordines iugationisque discribam gratiam, quae uere atque manifeste aequalitatem docent in ecclesia esse seruandam, ut nemo se diues et honoratus adtollat, nemo pauper deiciat ignobilisque desperet? omnibus sit in ecclesia par atque una libertas, omnibus inpertiatur iustitia communis et gratia. ideo turris in medio est, quae exemplum de illis 53 A rusticanis, de illis circumferat piscatoribus, qui uirtutum arcem tenere meruerunt. quorum exemplis noster erigatur

4 Luc. 13, 11 sqq. 10 Matth. 11, 28 17 Cic. de sen. 53 19 Bas. 109 A (46 B)

1 exhonerauit Π (e *alt. ex* o *C*) 𝔄′ (h *eras.*) 2 modi Π (mundi *m3 V*) 3 solicitudo *C* 6 possit *C* (*corr. m3*) 𝔄′*M* erat enim *N*′*B* anima* *C* 8 honera *V et* (h *del.*) *CGP* 9 honeratos *CV et* (h *del.*) *GP* 10 laboratis *C* (la *in ras.*) 11 honerati *CPV et* (h *eras.*) *G* 12 circumfossam *CP et* (m *eras.*) *G* 12 et *pr. om. VN* erigitur (i *pr. ex* e) *C m3 G m2* 16 agricula *C*𝔄*M*′ *et* (*corr. m2*) *P* 17 admiraculorum Π (*corr. m2 G*) adminicolorum 𝔄*M*′ iuuationisque Π*B* discribam *C m1* describam *C m3 cet.* 19 seruanda *C* (-dă *m3*) *P* et Π*M*′ aut *cet.* honeratus Π (*corr. m2 G*) onoratus 𝔄′ adtollat Π extollat *N*, *cf. Uerg. Aen. IIII 49* 24 archem Π (h *eras. CG*) elegatur *C* (*m3* eligatur) *G* (*m2* religatur) *P*

adfectus neque humi uilis et despicabilis iaceat, sed uniuscuiusque mens ad superiora se subrigat, ut audeat dicere: nostra autem conuersatio in caelīs est. unde ne quibus procellis saeculi possit reflecti et tempestate deduci, clauiculis illis et circulis quasi amplexibus caritatis proximos quōsque conplectitur et in eorum coniunctione requiescit. caritas est igitur, quae nos superioribus nectit caeloque inserit. qui enim manet in caritate, deus in eo manet. unde et dominus ait: manete in me et ego in uobis. sicut palmes non potest fructum adferre ab se, nisi manserit in uite, sic et uos, si in me non manseritis. ego sum uitis, uos palmites estis. euidenter igitur exemplum uitis ad nostrae uitae institutionem arcessendum esse signauit, quae primum ueris tepefacta temperie gemmare perhibetur, deinde ex ipsis sarmentorum articulis fructum emittere, de quibus oriens uua formatur paulatimque augescens inmaturi partus retinet acerbitatem nec potest nisi matura iam et cocta dulcescere. uestitur interea uiridantibus pampinis uinea, quibus et aduersum frigus omnemque iniuriam non exiguo munitur subsidio et a solis ardore defenditur. quid autem eo uel spectaculo gratius uel fructu est dulcius, uidere serta pendentia uelut quaedam speciosi ruris monilia, carpere uuas uel aureo colore uel purporeo renitentes? hyacinthos ceterasque gemmas fulgere

3 Philipp. 3, 20 4 Bas. 107 C (46 A) 7 I Ioh. 4, 16 9 Ioh. 15, 4 sq. Bas. 107 B (45 D) 14 Cic. de sen. 53 20 Cic. de sen. 53

1 humi uilis *MS* humilis *N'* humilis diues *G* (es *exp.*) *cet.* despicabiles *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *P* 3 quibus Π*N'B* aliquibus *MS* *post* quibus *add.* est Π (*eras. G*) 4 posset *CPV* 5 proximus *C* (*corr. m1*) *G* (*corr. m2*) *P*𝔄*M'* quoque *CP*𝔄*'M' et* (*corr. m2*) *G*𝔄 6 cognitione *N'* 7 nos *N* nostra Π 8 *fort.* caritate ‹in deo manet et› deus 9 palma *G m2 P* 10 ab 𝔄' (b *eras.*) a *V* 11 non *C* (on *in ras.*) 12 palmitis (-es *m3*) *C* (-es *m2*) 𝔄 15 armentorum *C* 17 acerbitatem (b *ex* u) *CP* dulciscere *M' et* (*corr.*) *m3 C m2 G*𝔄*M* 23 purpureo *G m2 VM'MSB* renidentes 𝔄*M'M* iac*intus *C* (-os *m3*) *P* iaquinctus *G* (iacinctos *m2*) iacinctos *VM* iachinctos *S* hyachintus 𝔄 (-os *m2*) *M'* hyacinctos 𝔄' yachintos *B*

existimes, coruscare Indicos, albarum emicare gratiam, nec aduertis ex his admoneri te, homo, ne inmaturos fructus tuos dies supremus inueniat aut plenae tempus aetatis opera parua deducat. acerbus enim fructus amarior esse consueuit nec potest dulce esse nisi quod ad maturitatem perfectionis adoleuerit. huic uiro perfecto nec frigus horrendae mortis nec sol E iniquitatis nocere consueuit, quia obumbrat ei gratia spiritalis et omnia mundanae cupiditatis et corporeae libidinis restinguit incendia, defendit ardores. laudent te quicumque conspiciunt et agmina ecclesiae uelut quaedam palmitum serta mirentur, spectent singuli fidelium pulchra animarum monilia, delectentur maturitate prudentiae, splendore fidei, confessionis decore, iustitiae pulchritudine, ubertate misericordiae, ut dicatur tibi: uxor tua sicut uitis abundans in lateribus F domus tuae, eo quod redundantiam uitis fructiferae copiosae munere liberalitatis imiteris.

13, 53 Sed quid ego in sola uite immoror, cum omnia genera arborum utilia sint? alia ad fructum nata, alia ad usum data. 54 A nam et quibus non est fructus uberior tamen usus pretiosior est. caedrus suspendendis tectorum apta culminibus, eo quod huiusmodi materies et procera sit spatiis nec onerosa parietibus. lacunaribus quoque comendisque fastigiis habilis est cypressus. unde et ecclesia dicit in Canticis: trabes domo-

14 Psalm. CXXVII 3 23 Cant. 1, 17

1 emicare $\mathfrak{A}'M'MS$ et $\mathfrak{A}$ *m2* eminitare $\mathfrak{A}$ *m1* imitare *C* (i *pr. ex* e *m3*) *V* emitare *P* imitari *G* (ri *ex* re) *B* 3 ple*nę *C* parua *CGP* in parua *VB* inparata $\mathfrak{A}'MS$ inperata $\mathfrak{A}$ (*m1 corr.* inparata, *m2* inpetrata) *M'* 4 deducat Π deducant *N'* dedeceant *MS* decedat *B* 5 maturitatē *C* (ē *ex* e *m3*) 6 uero *CGP*$\mathfrak{A}'$*B* horridae *N* noctis *MS* 9 incendio *C* (-ia *m3*) *G* (-iā *m2*) *P* -te *om.* $\mathfrak{A}'$, et *CGP* 10 a*gmina *C* (u *eras.*) *eglesiae *C* (a *eras.*) 11 fidilium *C* (*corr. m3*) 12 splendorem *CVN' et* (m *eras.*) *G* 15 redundantia *C et* (a *alt. ex* ā) $\mathfrak{A}$ 20 caedrus *BS* cedro *CP et m1 G* cedrus *G m2 VM* chedrus *N'* (h *eras.* $\mathfrak{A}$) 21 honerosa Π (h *exp. m2 CP*) 22 comendisque *VB* commendisque *CMS et* (m *pr. exp.*) *P,* (committendisque *s. m2*) *G* commendandisque *N'* 23 cupressus $\mathfrak{A}M'MSB$ cipressus $\mathfrak{A}'$

rum nostrarum caedri, lacunaria nostra cypressi, in his esse declarans decora sui ornamenta fastigii, qui quasi trabes uerticem ecclesiae sua uirtute sustineant et fastigium B eius exornent. laurus et palma insigne uictoriae: lauro uictorum capita coronantur, palma manus uictricis ornatus est. unde et ecclesia ait: dixi, ascendam in palmam, tenebo altitudines eius. quae eminentiam uidens uerbi et sperans quod ad eius altitudinem possit ascendere et scientiae summitatem dicit: ascendam in palmam, ut omnia relinquat inferiora et ad superiora contendat, ad brabium Christi, ut suauis eius fructus carpat et gustet; suauis enim uirtutis est C fructus. populus quoque coronis arbor umbrosa uictricibus et salix lenta uitibus habilis uinciendis quid aliud mystice declarant nisi bona esse Christi uincula, quae nocere non soleant, uincula gratiae, uincula caritatis, ut unusquisque suis uinculis glorietur, sicut gloriabatur et Paulus dicens: Paulus uinctus Iesu Christi? his ligatus uinculis dicebat: quis nos separabit a caritate Iesu Christi?, uinculis abstinentiae, uinculis caritatis. his ligatus uinculis etiam Dauid ait: in D salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. buxus quoque elementorum apicibus utilis exprimendis leui materia usum manus puerilis informat, unde ait scriptura: scribe in buxo, simul ut admoneat te ipsa materia, quae semper uiret nec umquam foliis exuitur suis, ne umquam

6 Cant. 7, 8 13 Uerg. Ecl. III 83 16 Philem. 1 17 Rom. 8, 35 19 Psalm. CXXXVI 2 23 Esai. 30, 8

1 caedri *VSB* cedrinae *G m2* chedri *N'* (h *eras.* 𝔄) cedri *cet.* cupressi 𝔄*MSB* cipressi 𝔄' cupressa *M'* cypressina *G m2 V* 3 sustineant *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *P*𝔄' 4 insigne II ad insigne *N* uicturiae (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GP* 6 *et* 9 palma *CP et* (-ã *m2*) *G* 10 bra*bium *C m1* (bra*uium *m2*) brabium (u *s.* b) *M* brauium *G m2 PV*𝔄'*B et* (u *pr. m2 in ras.*) *S* brachium *G m1* 𝔄*M'* 11 suaues 𝔄'*MSB et m2 GP*𝔄 13 leta *C et* (lenta *m2*) *G* mystice 𝔄'*B* mistice *GPMS* misticae *C*[1] mysticae 𝔄*M'* 16 gloriabatur et *CVMSB'* et gloriabatur et 𝔄*M'* gloriabatur *GP*𝔄' 18 seperauit *CPV*𝔄*M'* $\overline{\text{xpi}}$ $\overline{\text{ihu}}$ *N'* $\overline{\text{xpi}}$ *MSB* 21 buxus *C* (x *in ras.*) helementorum *CG* 24 sexuitur *C* (s *del. m3*)

spei tuae dissimulatione nuderis, sed semper tibi per fidem
54 germinet spes salutis. quid ego enumerem quanta uarietas
arborum, quam diuersus in singulis et pulcher ornatus, quam E
patulae fagi, quam procerae abietes, quam comantes pinus,
5 quam umbrosae ilices, quam populi bicolores, quam nemorosa
et rediuiua castanea, quae simul ut excisa fuerit, tamquam
siluam ex se pullulare consueuit, quemadmodum in arboribus
ipsis aetas aut senilis aut nouella deprehenditur; iunioribus
enim exiliores rami, antiquioribus ualidiora et nodosa sunt
10 brachia, illis folia leuigata atque diffusa, istis contractiora et F
aspera. sunt etiam arbores, quae senili atque emortua radice
successionem sui, si forte caedantur, reparare non nouerint,
aliae, quibus aut iuuentas uiret aut natura fecundior est, quibus
excisio lucro potius quam ullo detrimento sit, ut per plures
15 suí rediuiua successione renouentur heredes.
55 Est etiam, quod mireris, ipsis sexsus in pomis, est discretio
sexus in arboribus. nam uideas palmam, quae dactulos generat,
plerumque inclinantem ramos suos et subicientem et concu-
piscentiae atque amplexus speciem praetendentem ei arbori, 55 A
20 quam marem palmam adpellant pueri rusticorum. illa ergo
palma feminea est et sexum suum subiectionis specie con-
fitetur. unde cultores lucorum praeiaciunt ramis eius dactulorum
uel palmitum semina masculorum, quibus illi femineae arbori
uelut quidam sensus perfunctionis infunditur et expetiti con-

4 Uerg. Ecl. I 1 5 Aen. VIII 276 16 Bas. 112 AB (47 AB)

5 helices *C et* (*corr. m2*) *G* ⁎lices *P* uiuicolores Π (bicolores *G m2*) *B* nemorosae (*om. et* rediuiua) castaneae Π 6 ut *s. u. m3 C* 7 siluam *MS* silua *cet.* 10 leuig⁎ata *C* (r *eras.*) contrariora *CGP* 11 mortua *CGP* 12 succensionem *CG et* (*corr. m2*) *P* 13 iuuentus *V m2* 𝔄′ 14 excissio *C et* (s *alt. exp. m2*) *G* (s *alt. eras.*) *P* ullo *om. N* 16 in ipsis Π*B* sexsus *C* sexus *cet.* est etiam *G* 17 dactulos *CG* dactylos *P m1* 𝔄*M′SB* dactilos *P m2 cet.* 19 arbore *C et m1 GP* arbori *m2 GP et* (ri *in ras. m2*) 𝔄′ 20 palmam *om. N′* atpellant *C* 22 lucorum 𝔄 locorum *cet.* *post* locorum *add.* eius Π*B* praeiaciant *C* dactylorum *PN* dactilorum *CGV* 23 ille *C et* (*corr. m1*) 𝔄′

cubitus gratia praesentatur. quo munere donata rursus erigitur et eleuat ramos suos et in ueterem statum comam suam rursus adtollit. de ficu quoque eadem est opinio ideoque B plerique secundum domesticam et fructiferam ficum agrestem ficulneam feruntur inserere, eo quod cito fructus fecundae illius et domesticae ficus uel aura temptati aliqua uel aestu defluere ferantur in terram. unde gnari huius remedii grossis arboris agrestis alligatis ad illam feracem arborem medentur eius infirmitati, ut possit fructus proprios reseruare iamiamque, si deforent remedia, lapsuros. quo admonemur uelut quodam aenigmate naturae non refugere eos qui a nostra C fide et consortio separati sint, eo quod et gentilis, qui fuerit adquisitus, quo grauior fuerit adsertor erroris, eo uehementior possit fidei defensor existere et si quis de haereticis conuertatur, uel confirmet eam partem, in quam se commutata opinione contulerit, maxime si habeat aliquod directum naturae, ut uiuida eius possit esse sententia, si adminiculetur ei adtentio sobrietatis, obseruantia castitatis. profunde ergo circa eum studium tuum, ut similitudine fructiferae illius ficus de D praesentia et coniunctione agrestis illius arboris tuam possis conroborare uirtutem. ita enim tua nec dissoluetur intentio
56 et diligentiae fructus et gratiae reseruabitur. quam multa sunt autem quae doceant naturalem duritiam posse diligentiae studio temperari, quibus affert cultus ruralis exemplum. nam plerumque cito florent mala granata et fructum

3 Bas. 112 B (47 BC) 10 Bas. 112 BC (47 CD)

1 repraesentatur *N'MS* 3 fico *N'* 6 temtati *CP et* (*m2* temptante) *G* 7 terra *CPV* gnari 𝔄'*SB* ignari 𝔄 (i *pr. s. u.*) *M'*Π haud ignari *M* (haud *s. u. m2*) non ignari (non *s. u. m2*) *liber bybl. can. s. Ambros. Mediol.* 9 seseruare *C et* (se *exp.*) *P* 11 refulgere *CP et* (l *eras.*) *G* fugere *M et* (re *in mg. m2*) *S* 12 sunt *VN'* 13 aquisitus *CP* adquisitus *G* (d *s. u. m2*) uehementior *C* (o *ex* u) 15 uel Π uelut *N* qua Π𝔄*B* commota *CGP* 17 possit eius esse *MSB* 19 illius *C* (u *in ras. mai. spatii*) 21 tuam *CP* dissoluetur *C* (e *in ras.*) dissoluitur 𝔄 22 gratia *MS*

adferre non possunt, nisi congruis peritorum remediis ex- E
colantur, plerumque sucus uanescit interior et foris species
eius pulchra praetenditur. quae non inmerito conparatur
ecclesiae, ut habes in Canticis ad ecclesiam dictum: ut
cortex mali Punici genae tuae et infra: si floruerit
uitis, floruerint mala granata. ecclesia enim bonum
fidei fulgorem confessionisque praetendit tot martyrum sanguine
speciosa et quod est amplius Christi cruore dotata, simul
plurimos intra se fructus usu istius pomi sub una munitione
conseruans et uirtutum multa negotia conplectens; sapiens F
enim spiritu celat negotia. amygdalis quoque hoc genere
medicari feruntur agricolae, ut ex amaris dulces fructus fiant,
ut terebrent eius radicem arboris et in medium inserant
surculum eius arboris, quam Graeci πεύκην, nos piceam dici-
mus, quo facto suci amaritudo deponitur. ergo si agricultura
conuertit stirpium qualitates, nonne studia doctrinae et disci-
plinae adtentio mitigare possunt quaslibet aegritudines passio- 56 A
num? nemo ergo positus uel in adulescentiae uel intem-
perantiae lubrico de sui conuersione desperet. ligna plerumque
in meliores uertuntur usus: non possunt hominum corda
57 mutari? docuimus non solum inter diuersi generis arbores esse
fructum diuersitates, sed plerumque in eadem specie arborum
conpugnare sibi fructus. alia enim species masculorum, alia
femineorum fructuum, sicut de dactulis supra iam diximus.

4 Cant. 4, 3 5 Cant. 7, 12 10 Prouerb. 11, 13 11 Bas. 109 CD, 112 A (46 E, 47 A)

2 uaniscit *C et (corr. m2) GP* 3 inmereto *C* 4 ut *alt. G m2 N'* et *G m1 cet.* 5 floruerit *CP𝔄' et* (er *eras.*) *G* fluerit *V (corr. m2)* floruit *𝔄M'B et* (si *om.*) *MS* 6 floruerint *scripsi* floruerunt *libri* 7 martirum *CMB* 8 donata (t *s.* n *m2*) *G* 9 usus *C* (s *alt. eras.*) 10 negotia multa *N* 11 ętenim *MS* in spiritu Π amygdalis *B* amigdalis *cet.* 12 fiant fructus *Uind.* 13 medio Π 14 quem Π (quam *G m2*) ΠЄΘΙΚЄΝ *S* (*m2 in mg.* ΠЄΟΥΚΕΝ) peucen Π*B* peuchen *N'* peticen *M* 18 aduliscentiae *CP et* (*corr. m2*) *G* 20 et non *G m2 N'* 22 fructum *CGP* fructuum *cet.* diuersitatis Π𝔄*M'* 24 dactylis *CN'S* dactilis *cet.* supra iam *scripsi* ut supra iam Π supra *N*

quis autem possit conprehendere uarietatem, speciem gratiamque pomorum, singulorum quoque utilitatem fructuum sucorumque proprietatem, quae cuique rei apta uideantur, quemadmodum aegris uisceribus hominum amariora poma medicentur et inflationem asperitatemque interiorem temperent, quemadmodum rursus umorum aspera pomorum dulcibus temperentur? denique ea medicina antiquior, quae herbis curare consueuit et sucis, nec ulla firmior sanitas quam quae salubribus reformatur alimentis. unde secundum naturam docemur quia sola nobis esca medicina est. herbis certe ulcera aperta clauduntur, herbis curantur interna ideoque medicorum est opus herbarum potestates noscere; hinc enim medendi usus inoleuit.

14, 58 Sed ut ad simplicia poma reuocemus stilum, alia sunt quae quocuntur sole, alia quae et testis et corticibus clausa conplentur. mala et pyra, uuarum quoque genera omnia nuda obiecta sunt soli, nucis autem et nucleae, nuculei quoque fructus et testa opertus et cortice alitur tamen et ipse calore solis et quantum pineae densitate nuculeus absconditur, tantum

59 solis calore nutritur. quanta deinde domini prouidentia est, ut ubi mollior fructus, ibi folii crassitudo ualidius tegimentum tuendo deferat pomo, quod uidemus in fructu ficulneae. delicatiora itaque ualidioribus munienda sunt, ut et ipse dominus per Hieremiam docet dicens: sicut ficus istas bonas recognoſam translatos Iuda, quos emisi

13 Bas. 112 CD (47 D) 19 Bas. 112 D (47 DE) .23 Hier. 24, 5

1 posset *CP et (corr. m2) G* uarietatem *C* (e *alt. in ras.*) 6 umorum *𝔄'MS* humorum *𝔄* (h *s. u.*) *cet.* aspera pomorum *om. CP* asperitates *G s. u. m2* (*in quo* sucis *m2 s. u. post* dulcibus) asperitates pomorum *V* 10 aperte *C* 14 quocuntur *CP et m1 G* cocuntur *G m2 𝔄M'* coquuntur *cet.* et testis et II testis et *N'* testis aut *MSB* 16 nuculei *CM et* (u *alt. eras.*) *S* nuchlei *P* (h *eras.*) nuclei *cet.* 17 aliter II (-tur *G m2*) 18 *post* solis *add.* atque nutritur *N*, *qui om. mox* tantum . . . nutritur (tanto . . . nutritur *in mg. m2 B*) quanta *MSB* nuculeus *CGM et* (u *alt. eras.*) *S* nuclius *P* nucleus *cet.* 19 prouidentia est *Henricus Schenkl* prouidentiae *CP* prouidentie *G* (-ia *m2*) prouidentia *cet.* 20 molior *C* mollior (l *pr. s. u.*) *GP*

de loco isto in terram Chaldaeorum in bona, et confirmabo oculos meos super illos in bona. tamquam delicatos enim uelut quodam misericordiae suae ualidiori F
saepsit tegmine, ne teneri fructus maturius interirent. denique de ipsis etiam in posterioribus dicit: delicati mei ambulauerunt uias asperas, quibus infra ait: constantes estote, filii, et proclamate ad dominum. hoc enim solum aduersum omnes procellas atque iniurias inuiolabile tegimen, inpenetrabile munimentum est. ubi ergo teneri fructus ibi crassiora tegmina et munimenta foliorum; contra autem ubi fructus ualidiores ibi teneriora folia, ut malus arbor docet. 57 A
pomum enim ualidius non multo indiget protectionis auxilio; nam ipsa protectionis crassioris umbra pomo nocere plus posset. denique doceat nos pampinus naturae gratiam et diuinae sapientiae interna mysteria. uidemus enim ita scissum atque diuisum, ut trium foliorum speciem uideatur ostendere; ita pars media distincta est, ut nisi inferioribus haereret, separata spectantibus uideretur. ea autem ratio uidetur seruata naturae, B
ut et solem facilius admittat et umbram obtexat. denique procerius media pars eius extenditur et in ipsa summitate tenuatur, ut plus pulcritudinis quam tegumenti praeferat. etenim brabii speciem uidetur effingere significans quod uua inter pendentes ceteros fructus habeat principatum, cui tacito quodam iudicio naturae, sed euidenti indicio innascitur species

5 Baruch 4, 26 6 Baruch 4, 27 14 Bas. 112 D (47 E)

1 caldeorum Π 3 ualidiore *B* 4 saepsit *MS* repsit *CP et m1 G* sepsit *G m2 cet.* tenere *CP et* (-ri *m2*) *G* 7 clamate *V Carn.* dn̄m Π dm̄ *N, fort. recte* 8 homines *CP et* (*corr.* omnes) *G* tegimen *CP* tecmen *V* tegmen *cet.* 10 grassiora *CGPMS* grossiora *V* filiorum *C et* (*corr. m2*) *G* 12 *post* multo *s. u. m2 add.* tegmine *G* auxilio . . . protectionis *om. CG, add. in mg. inf. m2 P, cf. p. 102 u. 6* 14 gratia *CP* 15 uidimus *CP et* (*corr. m2*) *G* 16 specie *CP et* (-ē *m2*) *G* 21 pulcritudinis *CGS* pulchritudinem *N'* pulchritudinis *cet.* tegimenti *MSB* tegumentum *N'* 22 brabii 𝔄' bra*** 𝔄 (brachii *m2*) brauii *C* (i *alt. eras.*) *cet.* 23 tacito *C* (to *in ras.*)

et praerogatiua uictoriae. secum igitur habet brabium suum, quo et munimen sibi praebetur aduersum iniurias uel aeris C pariter imbriumque uiolentiam et inpedimentum non adfertur ad recipiendum solis calorem, quo tepefacta alitur coloratur augetur. ficulneae quoque folium aeque prope ut pampinus quadrifida rescinditur diuisione, quod eo clarius uidetur quo maius est folium, sane non ita ut pampinus uel ora omni uel summitate crispanti. sicut enim in ficulneae folio crassitudo ualidior ita in pampino species elegantior. crassi- D tudo igitur folii proficit ad tempestatis iniuriam repellendam, interscissio ad fructus gratiam uaporandam. denique hoc genus pomi grandinem non cito, maturitatem cito sentit, quia et
61 latere uidetur aduersus iniurias et patere ad gratiam. quid ego foliorum describam diuersitates, quemadmodum alia rutunda, alia longiora, alia flexibilia, alia rigidiora sint, alia nullis facile uentis labentia, alia quae leui motu decutiantur aurarum? E

15, 62 Inexplicabile est singularum rerum exquirere proprietates et uel diuersitates earum manifesta testificatione distinguere uel latentes occultasque causas indeficientibus aperire docu- F mentis. una nempe atque eadem est aqua et diuersas plerumque sese mutat in species: aut inter harenas flaua aut inter cautes spumea aut inter nemora uiridantior aut inter florulenta discolor aut inter lilia fulgentior aut inter rosas rutilantior aut in gramine liquidior aut in palude turbidior aut in

18 Bas. 113 A (47 E) 21 Bas. 113 B—D (48 B—E)

1 brabium *CP*𝔄 *et m1 G* brauium *G m2 cet.* 3 pariterque *G* (que *eras.*) 6 quadrifidare escinditur *C* (*corr. m1*) *GP* quadrifida rescinditur *V* quadrifida interscinditur *N* *post* uidetur *add.* auxilio nam ipsa protectionis (pro *in ras. ex* per *C*) *CG et* (*his exp.*) *P* (*in quo* periectionis); *cf. p. 101 u. 12* 8 omni *MSB* omnia *G* (a *exp.*) *cet.* 10 proficit *C* repellandam *C* 11 uaporandam Π*B* uaporandi *cet.* 12 et *om. N'* 13 uidetur *C* (u *ex* b) aduersum *MSB* 14 ergo *CG et* (r *s. u.*) *B* (r *eras.*) *S* 15 rutunda *M' et m1 C*𝔄 rotunda *C m3* 𝔄 *m2 cet.* 21 in diuersas (*om. postea* in) *N'* 24 roseta *N'* (t *eras.* 𝔄) 25 aut in g. liquidior *s. u. C* palute (*corr.*) *m3 C m2 GP* turbidior *G m2 MB* turpidior *G m1 cet.*

fonte perspicacior aut in mari obscurior assumpto locorum quibus influit colore decurrit. rigorem quoque pari ratione commutat, ut inter uaporantia ferueat, inter umbrosa frigescat, 58 A sole repercussa exaestuet, niuibus inrigata glaciali umore canescat. quemadmodum autem sapor eius ipse conuertitur, ut nunc asperior, nunc amarior, nunc uehementior, nunc austerior, nunc dulcior pro specierum quibus infusa fuerit qualitate uarietur! asperatur inmaturioribus sucis, tunso cortice nucis foliisque contritis, amara fit absentio, uino uehementior, austerior aliis, grauescit ueneno, melle dulcescit. si B uero ei lentiscum, terebinti quoque fructus uel et nucis interior misceatur, in olei mollem naturam facile transfunditur. cum sit autem altrix omnium uirgultorum, diuersos singulis usus ministrat. si radices alluat uel nubibus fusa descendat, discretas dat omnibus uires, radicem inpinguat, caudicem prouehit, ramos diffundit, folia uirescere facit, fructum alit semina, pomum augere consueuit. ergo cum eadem sit omnium nutrix, alia arborum genera tristiores ferunt sucos, alia dul- C ciores, alia tardos, alia praematuros. ipsae quoque inter se discrepant suauitates. alia suauitas in uinea, alia in olea, alia in cerasis, alia in fico, discreta in malo, dispar in dactulo. 63 tactus ipse aquae alibi lenis, alibi asperior, plerumque pinguior est pondere quoque distat frequenter ut specie;

1 prespicatior *C et* (per *m2*) *G* praespicatior *P* prispicatior *M'* assumto *C* adsumpto *cet.* 2 colorum Π (locorum *G m2*) rigore *CP et* (-ẽ *m2*) *G* 3 uaborantia *C* (*corr. m3*) *P* 4 exestuat *CGP* aestuit 𝔄 *m1 M'* aestuet 𝔄 *m2* 𝔄' umore *M* humore (h *s. u. m2*) *SB cet.* 9 contritis *C* (t *pr. in ras.*) *S* (con *s. u. m2*) contristis *P* tritis *M* amarior 𝔄 *m2 B* absentio *PN' et m1 CGP* absintio *S, m2 CB et* (*corr.* absentio) *M* absinthio *G m2 V* 10 alusterior *C* (l *eras.*) 11 terebentis *C m1* terebenti *m1 GP* terebinti *VMSB et m2 CGP* terebynti 𝔄' terebynto 𝔄*M'* interior pars *α* 12 misceantur *V*𝔄*M'* 14 aluat *C* (u *eras.*) adluat *MS* alat *cet.* 16 fructuum *VMSB* 20 suauitate *Brux.* sua uirtute 𝔄' 21 cerasis *MSB* cereseis 𝔄 ceraso 𝔄' (aso *in ras.*) ceraseis *CPM' et m1 G* cerasiis *G m2 V* ficu *G m2 SB et* (*m2* fico) *M* im malo *CGP* dactilo Π𝔄*B* dactylo *cet.* 23 pinguior** *C* ut *in ras. S* et *G m2*

nam plerisque locis grauior, plerisque leuior extimatur. non mirum igitur si, cum ipsa in se discrepet, discrepent etiam inter se lacrimae arborum, quae eiusdem aquae adluuione D generantur. et cum una sit omnium causa, diuersus singularum usus, diuersa natura est. aliam uim habet cerasi arboris lacrima, aliam lentisci. disparem quoque balsami guttam odorata orientis ligna sudare produntur, diuersum quoque lacrimarum genus uirgulta ferularum in Aegypto ac Libya quadam ui naturae secretioris inlacrimant. quid autem tibi referam — clementem licet esse sermonem — quod electrum lacrima uirgulti sit et in tantae materiae soliditatem E lacrima durescat? nec leuibus id adstruitur testimoniis, quando folia aut surculorum minutissimae portiones aut exigua quaedam animantium genera in electro saepe reperiantur, quae uidetur cum adhuc gutta esset mollior, recepisse et solidata tenuisse.

64 Sed quid ego uili sermone decerno cum alta atque pretiosa ratione naturae, cum iste sermo humano alatur ingenio, naturam autem omnium prouidentia diuina formauerit? unde F uelut habenis quibusdam uerborum cohibenda diffusio est, ne quod Solomoni specialiter sapientiae munere diuinitus uidetur esse conlatum, usurpatorie uideamur exponere differentias arborum et uirtutes radicum et quaecumque sunt abscondita et inprouisa, sicut scriptum est. quae nec ab ipso

5 Bas. 113 AB (48 AB), cf. Plin. N. H. XIII 66; XXIIII 42 11 Bas. 113 B (48 AB), cf. Plin. N. H. XXXVII 43 et 46 23 Sap. 7, 20 sq.

1 extimatur Π aestimatur *G m2 cet.* 2 si cum] sicut *G* (*m2* si sicut) 𝔄′ discrepat *G m2* discrepent 𝔄*M*′ discrepant 𝔄′ 5 caerasi *G* cerasei 𝔄*M*′ 6 lacrimam *CP* alia *CPV* 7 gutta *CP* produnduntur *C* 9 libya 𝔄*M*′ libia *cet.* 10 decet esse *M*. *Haupt Opusc. III 618* 11 soliditate *CPV* 14 elechtro *C* (h *eras.*) *P* electhro *V* lectro 𝔄′ 15 uidentur *G* (n *exp.*) *cet.* 18 iste *C* (e *in ras.*) 20 uelut Π*MSB* et uelut *N*′ abenis *CGP* 21 solomoni *M* solomon *CP* salomon *G m1 V* salomoni *G m2 cet.* 22 usurpatorie *MSB* usurpatoriae *C* (a *alt. eras.*) *cet.*

tamen manifestata produntur, ut mihi uideatur potuisse eum disputare de uirgultorum generibus, non potuisse tamen plenius
16, 65 omnis creaturae explicare rationes. quodsi inriguis aquarum 59 A plerumque et segetes laetiores sunt et uirides fabae et hortorum B multiplex suscitatur et resuscitatur gratia, si uiridantibus toris fluuiorum exundantium ripa decoratur, quemadmodum ad uerbum domini, quod omni aquarum cursu est redundantius, subito creatura uirgultorum omnis effloruit! festinarunt campi non commissam sibi frugem edere, ignorata horti holerum genera, florum miracula germinare, ripae fluminum se uestire myrtetis, properauerunt arbores cito surgere, cito se in florem induere, C uictum hominibus, pecoribus pabulum ministrare. fructus communis est omnibus, usus quoque est datus omnibus. simul utrumque arbores germinarunt, aliud quo uesceremur, aliud quo refrigerante umbra defenderemur a sole. cibus in fructu, usus amoenitatis in foliis; tamen quia praescia erat prouidentia creatoris quod fructum sibi maxime hominum auiditas uindicaret, reliquis prouidit animantibus, ut specialem iis donaret alimoniam. itaque esca his non mediocris in foliis D est corticibusque siluestribus; ea quoque quae ad usum medendi proficerent, id est suci lacrimae surculi pariter ministrata sunt. itaque illa quae post experimento usu exemplo utilia cognouimus, ea a principio creator, cui usui apta donaret, praescientiae suae maiestate de sinu terrarum iussit exire. et
66 quia iussit dominus ut germinaret terra herbam faeni

1 Reg. III 4, 29 (33) 4 Uerg. Georg. I 1 5 Uerg. Aen. VI 674 11 Uerg. Geor. I 187 sq. 25 Gen. 1, 11 Bas. 105 C, 108 A (45 A—C)

2 non** *C* (ex *ut uidetur eras.*) 3 omnis *M* (*corr.* omnes) *S* omnese *CP et* (e *alt. eras.*) *G* omnes se *V* omne secretum 𝔄 (s *uerbi* rationes *eras.*) 𝔄' (*in quo* racionis) *M' et* (*in quo* creaturae *om. legitur* rationis) *B* 7 cursus *CP et* (s *eras.*) *G* (s *exp.*) *B* 9 aedere *CP et* (a *exp.*) *G* 10 mirtetis *CM* 12 pecoribus Π*B* pecori *cet.* 15 in fructu usus *MSB* infructuosus *G* (osus *exp. m2*) *cet.* 17 fructu *G m1* fructus *G m2 P* 19 hiis *C* his *cet.* alimonia *C* (*post* a *alt. ras.*) *P et* (-ā *m2*) *G* 20 aedendi *CP* edendi *G* (*corr. m2*) *VM* 25 terram *C* (m *del. m3*) faeni 𝔄*M'* foeni 𝔄'*MS* feni *cet.*

et lignum fructiferum faciens fructum secundum genus, cuius semen eius in eo, ne forte quis dicat in multis arboribus neque fructum neque semen uideri et putet diuinum in aliquo uaccillare praeceptum, ut a ueritate sit dubium, illud aduertat, quia nequaquam fieri potest, ut non aut seminibus utantur uniuersa gignentia aut habeant aliqua quae uideantur cum uirtute seminum conuenire, idque si quis diligenter intendat, manifesta testificatione poterit conprehendere. nihil uidentur seminis habere salices, habent tamen in foliis granum quoddam, quod habeat uirtutem seminis, ut eo commisso terris tamquam posito surgat arbos de surculo et tamquam de semine se exsuscitet. grano itaque illo radix prima coalescit; de radice pullulat non solum salicis, sed etiam reliquarum ad similitudinem huiusmodi generis arborum silua. habet autem et radicis generatio uirtutem seminis, unde plerique ea satione incrementum sui nemoris propagauerunt. E F 60 A

67 Magna dei uirtus in singulis. nec miretur aliquis, si in uirgultis magnam dei dixi esse uirtutem, siquidem magnam uirtutem suam in lucustis esse dixit et bruco, eo quod diuinae maiestatis offensa magna moderamine sterilitatis Iudaicae atque inopiae solueretur. magna enim uirtus patientia, magna uirtus prouidentia. indigni enim erant, qui uterentur fecundi- B

20 Psalm. CIIII 34 Ioel 1, 4

4 putet *C* (u *ex* o *ut uidetur*) uaccillare *M'* (c *pr. eras.*) uacillare *GPV𝔄'MSB* 5 dubium] deuium *ed. Rom.* 7 idque *C* (id *in ras.*) 9 seminis *C* (is *ex* um *m1*) salices *C* (es *ex* is *m3*) 11 arbus *m1 CV* arbuste *G* (-tū *m2*) arbusta *P* arbor *CV m3 cet.* 13 primo *Uallombrosanus 32 (nunc Laurent.) et liber s. Marci 509 (nunc Laurent.)* cohalescit *CPV* coalescat *G* (i *s.* a *alt. m2*) salices II (-is *m2 G*) 15 habent *B* radices *CB et (corr. m2) G* radicis *P* (-es *m2*) *𝔄'* (radix *m2*) generatio *om. N* uirtutem *G* (em *ex* um) 16 eā *C* satione *MSB* sationem *CP* ratione *VN' et in mg. m2 B* 18 dn̄i *G* 19 dn̄i *B* 20 lucustis *M'M et m1 CGP𝔄S* locustis *m3 C m2 GP𝔄S* bruco *CP𝔄M' et m1 G* brucho *G m2 cet.* 21 magna *CP𝔄M' et m1 G* magno *G m2 cet.* 23 enim II etenim *N*

tate terrena, qui terrarum laeserant creatorem. et uere magnus, qui miserabili fame nefas tantae impietatis ulciscitur. itaque si magna uirtute dei sterilem brucum terra generauit, quanto magis uirtute magna quae fecunda sunt procreat.
68 6 quis pineam uidens non stupeat tantam diuino praecepto artem inolitam inpressamque naturae, quemadmodum ab ipso centro distantibus licet mensuris pari adsurgat glutino, quo proprios fouet fructus? itaque per circuitum eadem species C et ordo seruatur et quidam in singulis plagis nuculeorum
10 partus exuberat atque in orbem redit fructus et gratia. itaque in pinea ista imaginem sui natura uidetur exprimere, quae a primo illo diuino caelestique mandato priuilegia accepta custodit et partus suos quadam annorum uice et ordine refert,
69 donec consummatio temporis impleatur. sed ut in hoc fructu
15 gratam speciem sui signat, ita etiam in myricis, id est D humilibus uirgultis figuram inprobae calliditatis expressit. sicut enim duplici corde uiri ubique praesto sunt et gratiam simplicitatemque apud bonos praetendunt et uitiosissimis glutinantur, ita etiam et in aquosis et in desertis contrario
20 quodam usu haec uirgulta nascuntur. unde et Hieremias dubia morum atque insincera myricis comparauit.
17, 70 Germinet inquit terra, et statim omnis surgenti germine E terra completa est. et homini dicitur: dilige dominum deum tuum, et non est caritas dei omnium infusa uisceribus. F
25 surdiora corda hominum sunt quam dura saxorum. terra in-

15 Bas. 116 C (49 B) 20 Hier. 17, 6 22 Bas. 116 A (48 E) 23 Deut. 6, 5 Matth. 22, 37

3 brucum *CPVN'B et G m1* bruchum *G m2 cet.* 5 quis (s *s. u. m3*) *C et* (*in quo* *pineam, s *eras.*) *G* 6 arte *CP* 9 nuculeorum (u *alt. eras.*) *AS* nucleorum *M'B* 11 *pinea *G* (s *eras.*) 13 quadam *C* (a *pr. in ras.*) referat *C* refret *A'* 14 fructum *CP* fructu *G* (tu *ex* tū) *M et* (s *in mg. m2*) *S* 15 *et* 21 myricis μ myricibus *N'SB* miricibus *cet.* 16 inprope *C* 19 acosis *C* 20 et *s. u. C, ut uidetur m1, fort.* delendum in hieremia *G* 22 *post* terra *add.* herbam uirentem *Uallombrosanus 32 et liber s. Marci 509* omnes *G* (omni *m2*) *A'MS* surgent in *MS* 24 deum *om. N'B*

debitos fructus nobis ministrat, dum obsecundat auctori: nos debitum munus negamus, dum non ueneramur auctorem.
71 uide in paruis quae prouidentia sit dei et, quia conpre- 61 A
hendere non potes, mirare quomodo alia semper florentia reseruarit, alia mutationes habere uoluerit expoliationis et amictus. inter cana niuium, pruinas frigorum uiriditatem suam arua conseruant et cum ipsa tecta sint gelu, partus sui tamen haut exiguam speciem uiriditatis obtexunt. in ipsis quoque generibus arborum, quae diuturnis frondibus uestiuntur, non mediocris distantia est. seruat indumentum suum semper olea uel pinus, sed tamen folia sua saepe commutant nec ea B
quasi diuturna, sed quasi succedanea praetendunt suae arboris pulchritudini perpetui integritate uestitus uicem muneris obumbrantes. palma autem uirens semper manet conseruatione et diuturnitate, non inmutatione foliorum. nam quae primo germinauerit folia, ea sine ulla substitutionis successione conseruat. imitare ergo eam, o homo, ut dicatur et tibi: statura tua similis facta est palmae. serua uiriditatem pueritiae tuae et illius innocentiae naturalis, quam a primordio C
recepisti, ut plantatus secus decursus aquarum fructum tuum in tempore tuo habeas praeparatum et folium tuum non defluat. hanc uiriditatem gratiae semper florentis in Christo secuta ecclesia dicit: in umbra eius concupiui et sedi. hanc praerogatiuam doni uirentis acceperunt apostoli, quorum nec folium umquam potuit elabi, ut eorum etiam umbra curaret aegrotos; obumbrabant enim infirmitates corporis fides mentis et florentia merita uirtutum. mane ergo plantatus in D

6 Uerg. Georg. II 376 10 Bas. 109 A (46 B) 115 B (49 B) 18 Cant. 7, 7 20 Psalm. I 3 23 Cant. 2, 3 25 Act. 5, 15

5 reseruauit *N'B* seruauerit *V* 7 sunt Π (sint *G m2*) *B*, *fort. recte* 8 haud *G m2* aut *G m1 cet.* 9 diurnis Π 12 diurna Π succidanea *B Tell.* 13 uice *G* (e *ex* ẽ) *B* 17 ea *CPV* 23 umbra *C* 24 acceperunt Π (e *alt. m2 ex* i *G*) acceperant et *N* 26 obumbrabant *scripsi* obumbrabat *M et* (ba *exp.*) *S* obumbrant Π*B* obumbrat *N'* infirmitatis *C* infirmitati *N'MS*, *fort. recte*

domo domini, ut in atriis eius sicut palma floreas et ascendat in te gratia ecclesiae et sit odor narium tuarum sicut mala et fauces tuae sicut uinum optimum, ut inebrieris
72 in Christo. bene admonuit iste uersiculus repetere paene intermissum quia diximus praecepto domini uitem etiam pullulasse, 62 A quam postea post diluuium a Noe plantatam esse cognouimus. sic enim habes, quia Noe agricola erat terrae et plantauit uitem et bibit de uino eius et obdormiuit. non ergo Noe auctor est uitis, sed plantationis. neque enim nisi eam repperisset ante generatam, plantare potuisset. cultor ergo, non auctor est uitium. deus autem, qui sciret quod uinum sobrie potatum sanitatem daret, augeret prudentiam, inmodice sumptum ad uitia causas daret, creaturam dedit, abundantiam B humano arbitrio reseruauit, ut parsimonia naturae esset magisterium sobrietatis, abundantiae noxiam lapsumque temulentiae sibi ascriberet humana condicio. denique et ipse inebriatus est Noe et obdormiuit consopitus a uino. itaque per uinum patuit deformitati, qui per diluuium excreuit ad gloriam. sed dominus et in eo creaturae suae gratiam reseruauit, ut eius fructum nobis conuerteret ad salutem ac per eum nobis C peccatorum remissio proueniret. unde pie Isaac dixit: odor Iacob odor agri pleni, id est naturalis odor. quid enim pleno rure suauius, quid uitis odore iucundius, quid fabae flore gratius? unde quamuis ingeniose quis ante nos dixerit: 'non uitem aut ficum patriarcha olebat aut frugem, sed uirtutum spirabat gratiam', ego tamen et odorem ipsum terrae simplicem atque sincerum pro gratia benedictionis accipio, quem fraus nulla conposuit, sed ueritas indulgentiae caelestis D

2 Cant. 7, 8 sq. 3 Cant. 5, 1 7 Gen. 9, 20 sq. 11 Sir. 34, 28 sq. (31, 37 sq.) 17 Gen. 9, 21 21 Gen. 27, 27 25 cf. Philo Quaest. in Gen. IIII 214, de Iacob II 1, 4

1 ut in *in ras. min. spatii C* 4 repetere pene *C* (ere p *in ras.*) repeti paene *P* 5 praeceptum *C* 9 uitis*** sed *C* (sed *eras.*) 13 sumptus *C* (s *alt. s. u. m3*) ad*uitia (i *eras.*) *CG* uitia tua *N'* 18 deformitate *C* 19 gratiae *C* 21 remissio peccatorum *N'* .23 iocundius *GPV et m2 CAS* 27 accipio *CGP* accipiam *cet.*

infudit. denique inter benedictiones sacratissimas computatur, ut tribuat nobis dominus a rore caeli uim uini, olei atque frumenti, cui est honor laus gloria perpetuitas a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum amen.

DIES QVARTVS.

1, 1 (Serm. VI) Qui uindemiam colligit uasa prius quibus uinum infunditur mundare consueuit, ne sors aliqua uini gratiam decoloret. quid enim prodest ponere uitem ordine, fodere quodannis aut aratris sulcos ducere, putare, subrigere, adiungere ulmis et quodam conubio copulare, si tanto labore uina quaesita in uase coacescant? matutinos quoque solis ortus si quis spectare desiderat, emundat oculos suos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorum oculis eius insidat, quo tuentis hebetetur optutus, neue aliqua caligo nebulosa corporeos uisus spectantis obducat. nobis in lectione exoriundus est sol, qui ante non fuerit. primum iam diem sine sole transiuimus, secundum sine sole transegimus, tertium sine sole confecimus: quarto die iubet deus fieri luminaria, solem et lunam et stellas. sol incipit. emunda oculos mentis, o homo, animaeque interiores optutus, ne qua festuca peccati aciem tui 61 E F 62 E

1 Gen. 27, 28 6 cf. Usener Epic. fr. 396 7 cf. Baeda de orth. Gramm. lat. VII 289, 12, Albin. Orthograph. ibid. 309, 34 *K.* 8 Uerg. Ecl. I 73 9 Uerg. Georg. I 2

2 uim *om.* Π*B* (abundantiam *s. u. m2 G*); habundantiam *post* frumenti *add. B* et olei *N'* 3 est est *C* laus *om. M, in mg. m2 S* gloria *s. u. m1 C* potestas *M* (*exp. m2 et s. scr.* perpetuitas) *S* 4 *post* amen *add.* CONTULI *M* EXPLICIT DIES TERTIUS (*haec om. GP*). INCIPIT DIES QUARTUS Π*MB et* 𝔄*M'* (*add.* DE LUMINARIIS) 𝔄' (*add.* DE LUMINARIBUS) EXPLIC̄ DE DIE III. SCI̅ AMBROSII. INCIPIT EIUSDEM DE DIE IIII. *S* EXPLICIT LIBER TERTIUS. INCIPIT QUARTUS *Brux.* 6 in qūibus *C* (in *del. m3*) 8 prodeest *C* (e *pr. eras.*) *P* quodannis *P et m1 CG* quotannis *C m3 G m2 cet.* 11 uasae *C* (e *in ras.*) 13 insideat 𝔄'*MS* insidiat 𝔄*M'* intuentis *V* intuentes *N'* (-is *m2* 𝔄') aebetetur *CGP* euitetur *V* 14 corporeus *C* 15 spectantes *C*𝔄*M' et* (-is *m2*) *G* espectantis *P* exoriundus Π*B* exoriendus *G m2 cet.* 19 oculus *C* (-os *corr.*) *P* animique *MS* 20 interiores *G*𝔄 *m2 S* interioris *G*𝔄 *m1 cet.*

praestringat ingenii et puri cordis turbet aspectum. emunda aurem, ut uase sincero scripturae diuinae nitida fluenta F
suscipias, ne qua ingrediatur contagio. procedit sol magno iubare diem, magno mundum conplens lumine, uaporans
5 calore. caue, o homo, solam eius perpendere magnitudinem, ne nimius fulgor eius uisus tuae mentis obcaecet, ut qui e regione in radium eius intendit repercusso lumine omnem subito amittit aspectum ac, nisi in ceteras partes uultum suum oculosque conuertat, aestimat se nihil uidere et tuendi
10 munere esse fraudatum, si uero deflectat optutum, integrum 63 A
sibi officium perseuerat. caue igitur ne et tuum radius eius exoriens confundat aspectum. et ideo prius firmamentum caeli aspice, quod ante solem factum est, terram aspice, quae antequam sol procederet, coepit esse uisibilis atque composita,
15 germina eius aspice anteriora solis lumine. anterior brucus quam sol, antiquior herba quam luna. noli ergo deum credere, cui uides dei munera esse praelata. tres dies transacti sunt: et solem nemo quaesiuit et luminis claritas abundauit. B
habet enim et dies suam lucem, quae praecessor est solis.
2 20 non igitur te tanto splendori solis temere committas — oculus est enim mundi, iocunditas diei, caeli pulchritudo, naturae gratia, praestantia creaturae — sed quando hunc uides, auctorem eius considera, quando hunc miraris, lauda ipsius creatorem. si tam gratus est sol consors et particeps crea-
25 turae, quam bonus est sol ille iustitiae! si tam uelox iste, C
ut rapidis cursibus in die ac nocte lustret omnia, quantus ille, qui ubique semper est et maiestate sua complet omnia!

21 Secundi sent., cf. Mullach Frægm. phil. graec. I 518 u. 25 sqq., 513 u. 12 22 Bas. 12 AB (50 DE) 25 Malach. 4, 2 27 Psalm. LXXI 19

1 aspectu *CP* 2 scriptura *C* 8 ac *C* (*in ras.*) 12 aspectu *C* 14 proderet 𝔄*M'* prodiret 𝔄'*MSB* 15 brucus *CP et m1 G* bruchus *G m2 VMSB* rubus 𝔄*M'* rebus 𝔄'; brucus *corruptum, fort. ex* arbos (arbus) *ortum* 20 splendore *CG* 21 iucunditas *M'M et* (ioc. *corr.*) 𝔄' *m1 S m2* 22 praestantia *C* (tan *m1 in ras. min spatii*) 23 lauda prius ipsius *N'*

si admirabilis qui iubetur exire, quam supra admirationem qui dicit soli et non exoritur, ut legimus! si magnus est qui per horarum uices locis aut accedit aut decedit cotidie, qualis ille qui etiam, cum se exinaniret, ut nos eum possemus uidere, erat lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum! si praestantissimus qui obiectu D terrae patitur saepe defectus, quantae maiestatis qui ait: adhuc ego semel et mouebo terram! illum terra abscondit, istius motum non potest sustinere, nisi uoluntatis eius substantia fulciatur. si caeco damnum est huius solis gratiam non uidere, quantum peccatori damnum ueri luminis munere defraudatum perpetuae noctis tenebras sustinere!

3 Ergo cum uides solem, adtende terram, quae ante fundata est, adtende herbam faeni, quae praestat ordinis priuilegio, E adtende ligna, quae plaudunt, quod priora luminibus caeli esse coeperunt. numquid merita faeni maiora quam solis aut numquid potior ligni praerogatiua? absit ut insensibilia tanti muneris praeferamus ministro. quid igitur praeuidit altitudo sapientiae et scientiae dei, ut prius inciperent ligna esse quam illa duo mundi lumina et quidam caelestis oculi firmamenti, nisi ut cognoscerent omnes diuinae testimonio lectionis terram sine sole posse esse fecundam? nam quae F potuit sine sole prima rerum semina germinare potest utique semina accepta nutrire et proprio fotu sine calore solis partus
4 edere. hac igitur uoce quadam suorum munerum clamat natura: bonus quidem sol, sed ministerio, non inperio, bonus meae fecunditatis adiutor, sed non creator, bonus meorum altor

1 Iob 9, 7 4 Philipp. 2, 7 5 Ioh. 1, 9 8 Agg. 2, 60 20 cf. p. 111 u. 21

3 orarum Π (hor. *m2 G*) 𝔄 (*corr. m2*) *M'* 6 obiectus Π (s *eras. G*) *B* 7 quiantę *C* 8 ego semel et *CGP* semel et ego *V* et ego semel *N'* ego semel *MSB* 9 motu *C* non potest sustenere *C* (test suste *in ras. minoris spatii*) 11 quanto magis *N'* damnum est *G* (est *s. u. m2*) 15 plaudunt *C* (a *s. u.*, au *in ras.*, *fort.* plodunt *scriptum fuit*) 16 numquid potior *C* (potior *exp. m1*) 20 luminaria *GN'S et* (ria *eras.*) *P*, *cf. p. 110 u. 18* 21 firmamento *C* 25 aedere *CP* 27 alator (a *alt. eras.*) *CG* al*tor *P* alitor *N'*

fructuum, sed non auctor. interdum partus meos et ipse adurit, frequenter mihi et ipse damno est, plerisque me locis indotatam relinquit. non sum ingrata conseruo, mihi est in usum datus, mecum labori est mancipatus, mecum subiectus 64 A est uanitati, mecum corruptionis subditus seruituti. mecum congemescit, mecum parturit, ut ueniat adoptio filiorum et humani generis redemptio, quo possimus et nos a seruitio liberari. mecum adsistens laudat auctorem, mecum hymnum dicit domino deo nostro. ubi maior eius est gratia, ibi mecum est ei commune consortium. ubi sol benedicit, ibi terra benedicit, benedicunt ligna fructifera, benedicunt pecora, benedicunt uolucres mecum. in mari positus illum nauta accusat, me B desiderat; in montibus illum pastor declinat, ad mea germina, ad meas festinat arbores, quibus exaestuans obumbretur, ad meos fontes sitiens et lassus adcurrit.

2, 5 Sed ne oculorum tibi exiguum uideatur esse testimonium, C emunda aurem, admoue eam caelestibus oraculis; duobus enim et tribus testibus stat omne uerbum. audi dicentem: fiant luminaria in firmamento caeli ad inluminationem terrae. quis hoc dicit? deus dicit. et cui dicit nisi filio? deus ergo pater dicit: 'fiat sol', et filius fecit solem; dignum D enim erat, ut solem mundi faceret sol iustitiae. ipse ergo eum in lumen adduxit, ipse eum inluminauit, ipse ei donauit fundendi luminis potestatem. factus est ergo sol; ideo et ipse seruit, quoniam dictum est: fundasti terram, et permanet; dispositione tua permanet dies, quoniam uniuersa seruiunt tibi. etenim cum dies seruiat, quomodo non seruit sol, qui factus est in potestatem diei? quomodo non seruit

6 Rom. 8, 15 8 Psalm. CXXXXVIII 3 Dan. 3, 62 sqq. 11 Psalm. CXXXXVIII 9 sq. 18 Gen. 1, 14 Bas. 120 BC (50 E, 51 A) 22 Malach. 4, 2 25 Psalm. CXVIII 90 sq. 28 Psalm. CXXXV 8 sq.

6 congemiscit *C m3 GPB et m2* $\mathfrak{A}S$ mecum parturit II*B* et conparturit *cet.* 7 redemtio *C* 8 adsistens . . . mecum *om. G* ymnum *C* 17 etmunda *C* (t *exp. m3*) *G* (t *eras.*) *PM* 22 erat enim *N* ergo *s. u. m1 C* 26 dispositione *C* (si *s. u. m3*) 28 potestatem *G m2 SB* potestate *G m1 cet.*

luna et stellae, quae factae sunt in potestatem noctis? etenim E
quanto maiorem his gratiam creator donauit, ut aer solito amplius solis claritate resplendeat, dies serenius luceat, noctis inluminentur tenebrae per lunae stellarumque fulgorem, caelum uelut quibusdam floribus coronatum ita ignitis luminaribus micet, ut paradiso putes uernante depictum spirantium rosarum uiuis monilibus renitere, quanto igitur amplius his decoris uidetur esse conlatum, tanto amplius debent; cui enim plus committitur plus debet. et ideo bene a plerisque ornamentum F
caeli est nuncupatum, eo quod sit stellarum monile pretiosum.
6 atque ut sciamus quia fertilitas terrarum non calori solis ascribitur, sed diuinae indulgentiae deputatur, ait propheta: omnia a te expectant, ut des illis cibum in tempore; dante te eis colligent sibi, aperiente te manum tuam uniuersa implebuntur bonitate et infra: emitte spiritum tuum, et creabuntur et renouabis faciem terrae et in euangelio: considerate uolatilia caeli, quia neque serunt neque metunt, et pater uester caelestis pascit illa. non ergo sol aut luna fecunditatis 65 A
auctores sunt, sed deus pater per dominum Iesum omnibus liberalitatem fertilitatis inpertit.

7 Pulchre autem exposuit nobis propheta quid sit quod ipse ait quia fecit deus solem in potestatem diei et lunam in potestatem noctis. nam in ipso psalmo centesimo tertio, de quo supra diximus, scripsit: fecit lunam in tempora, sol agnouit occasum suum. cum enim

4 Bas. 117 C (50 B) 8 Luc. 12, 48 13 Psalm. CIII 27 sq. 15 Psalm. CIII 30 17 Matth. 6, 26 23 Psalm. CXXXV 8 sq. 25 Psalm. CIII 19

2 subito *G* 3 serenius *C* serenus *VN'* 5 coronatum floribus *MS* 6 pudes *CP* uenerante *M* (*corr. m2*) uenerande *S* (*corr. m2*) 7 renidere *MS* 10 nuncopatum (*corr. m2*) *CG* nunccopatum *P* (nunccup. *m2*) 14 eis *CP*𝔄'*M*·*MS et* (*ex* illis) 𝔄 illis *G* (illi *del. m2 et s. scr.* ei, *sed eras.*) *V* (*m2* eis) illis eis *B* 15 ubertate *N'* 18 nec metunt *M* 22 ipse *C* (e *ex* i *m3*) 24 nam] nam et *N'* 25 luna *C* (-ã *m3*) *VM'* 26 tempora *C m1* tempore *C m3 GPV* temp̃ 𝔄' cognouit *N'*

dies horas suas complere coeperit, sol debitum sibi agnoscit occasum. est ergo in potestate diei sol et luna in potestate B noctis, quae temporum uicibus oboedire conpellitur et nunc impletur lumine atque uacuatur. licet plerique hunc locum mystice de Christo et ecclesia uideantur accipere, quod agnouit Christus proprii corporis passionem, qui ait: pater, uenit hora; clarifica filium tuum, ut illo occasu suo omnibus donaret uitam aeternam, qui perpetuae mortis urguebantur occasu, et ecclesia tempora sua habeat, persecutionis uidelicet C et pacis. nam uidetur sicut luna deficere, sed non deficit. obumbrari potest, deficere non potest, quae aliquorum quidem in persecutionibus discessione minuitur, ut martyrum confessionibus impleatur et effusi pro Christo sanguinis clarificata uictoriis maius deuotionis et fidei suae toto orbe lumen effundat. namque luna luminis inminutionem habet, non corporis, quando per uices menstruas deponere uidetur suum lumen, ut mutuetur a sole, quod facile puro aere atque perspicuo, quando D nulla eam obducta nebula caligantem facit, colligi potest. orbis enim integer manet lunae, etsi non similiter totus ut pars eius effulgeat, et qualis uideri solet, cum plenus est luminis, talis est magnitudine, sed per umbram quandam lumine suo uiduatus adparet. et inde cornua eius refulgent, quia corpus eius in orbem diffunditur et uelut deficiente portionis luce insinuatur.

3, 8 Mouere autem potest quod ait: fiant luminaria ad in- EF luminationem super terram, quae discernant inter

6 Ioh. 17, 1 15 Bas. 124 A (52 BC) 25 Gen. 1, 14 Bas. 124 B (52 D)

2 diei potestate *N* potestatem . . . potestatem *G* (*fort. m2*) *PB* 3 obedire *C et* (*corr. m2*) *G* 4 *fort.* atque ⟨nunc⟩ 5 agnouerit *M*, *fort. recte* 7 ocasu *C* 8 uitam donaret *N'MS* 9 et *om.* Π 11 quia *A'S* 12 in *om. N'* 15 non *in ras. minoris spatii C* 17 perspicuo *C* (i *ex* e *m3*) quando *C* (o *in ras.*) 18 eam *VM* eum *cet.* 22 uiduatus *C* (u *alt. in ras.*) 25 fiant *M* ut fiant *cet.* 26 discernent *C*

diem ac noctem, quia et supra iam, ubi lumen fecit, dixerat: separauit deus inter lucem et tenebras. et factus est uesper et factum est mane, dies unus. sed consideremus quia aliud est lumen diei, aliud lumen solis et lunae et lumen stellarum, eo quod sol ipse radiis suis fulgorem diurno lumini uideatur adiungere, quod uel ortus diei potest prodere uel occasus. nam ante solem lucet quidem, sed non refulget dies, quia amplius quoque meridiano sole resplendet. quod ostendit propheta dicens: et educet sicut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum sicut meridiem. non solum enim lumini, sed etiam meridiano lumini sancti iustitiam comparauit. deinde non solum unum signum, sed etiam duo uoluit esse diurnae discretionis atque nocturnae, ut et lux discretionem faciat et solis exortus et iterum lucis defectus et stellarum ortus inter occasum diei distinguat et noctis exordium. nam ubi occiderit sol, manet tamen adhuc aliquid reliquiarum diei, donec tenebrae terram operiant, et tunc luna oritur et stellae. et de nocte quidem aperte liquet, quia lunae et stellarum inluminatio noctis spatia testantur, siquidem per diem fulgorem illum lunarem stellarumque omnium sol exortus abscondit. de die autem uel ipsa solis flagrantia docere nos potest diuersam diurni luminis et solis esse naturam et ipsam esse speciem discolorem. simplex enim lucis est species, ut lumen praebeat: at uero sol non solum uirtutem inluminandi habet, sed etiam uaporandi; igneus est enim, ignis autem et inluminat et exurit. unde deus uolens Moysi

66 A B C

2 Gen. 1, 4 sq. 9 Psalm. XXXVI 6 24 Isid. de nat. rer. 15, 2 26 Exod. 3, 2 sq.

1 * noctem (ac *m2*) *P* et noctem *V* et noctem *MSB* 2 factus est uesper Π factum est uespere *N'B* factus est uespere *MS* 5 radiis (s *eras.*) suis (s *alt. eras.*) *G* 6 diurna *C* hortus *CM et* (h *eras.*) *G* 8 *fort.* qui amplius 9 ostendet *C* (-it *m3*) educit *G* (-et *m2*) *N'* lucem *A'* 10 meridie *C* meridiae *PAM'* 11 luminis *CPMS* luminis *C* 12 signū *C* (ū *ex* u *m3*) 15 ortus *N'MS* ortus et Π *et* (*exp.* et) *B* iter *CV et* (inter *m2*) *G* iterat *P* 26 dns *B Diu.*, *recte puto*

ostendere suae operationis miraculum, quo Moysen ad oboediendi studium prouocaret atque ad fidem inflammaret eius adfectum, in igne uisus est in rubo, et rubus non exurebatur, sed tantum splendere ignis specie uidebatur. alterum igitur munus ignis uacabat, alterum operabatur. uacabat exustionis uis, operabatur inluminationis. ideo stupebat Moyses, quia contra naturam suam ignis non exurebat rubum, qui etiam D uehementiorem materiem consueuit exurere. sed domini ignis inluminare solet, exurere non solet. ac forte dicas: quomodo 10 scriptum est: ego sum ignis consumens? bene admonuisti: non solet consumere nisi sola peccata. in retributionibus quoque meritorum colligimus diuini ignis naturam, ut alios inluminet, alios exurat, inluminet iustos, exurat inpios. non eosdem quos inluminat exurit et quos exurit inluminat, sed inluminatio eius E inextinguibilis est ad perfunctionem bonorum, exustio uehemens ad supplicium peccatorum.

11 Sed reuertamur ad discretionem diei ac noctis. oriente diei lumine nox fugatur, decedente die nox funditur. non est enim luci societas ulla cum tenebris, siquidem naturali lege hoc dominus in prima operatione constituit. etenim quando lumen fecit, et discretionem fecit inter lucem et tenebras. denique F in ipso die iam sole infuso terris uidemus umbram uel hominis uel uirgulti alicuius a lumine separari, ut mane ad occasum derigatur, uesperi retorqueatur in orientem, meridianis horis in septentrionem inclinet, lumini tamen non confunditur atque miscetur, sed cedit et refugit. similiter et nox cedere uidetur diei et se ab eius lumine declinare; est enim,

10 Deut. 4, 24 17 Bas. 124 B (52 DE) 22 Uerg. Aen. VIIII 461 Isid. de nat. rer. 28, 2 26 Bas. 124 CD (52 E) Isid. de nat. rer. 28, 1 et 2

1 moyse *CP et* (*corr. m2*) *G* 8 exurire *C* (*corr. m3*) 9 dicis *G* (dicas *m2*) 11 retributionis *Carn. et* (-ib; *corr.*) *Atr.* 12 diuidi *MS Brux. et* (*s. l* diuini) *Atr.* 15 perfectionem *GP Uind.* 17 reuertamus *C* 18 nox *pr. C* (x *in ras.*) funditur Π infunditur *N* 20 operatione sua *N'* 21 lumen et *M* 22 uidimus *C et* (*corr. m2*) *G* umbra *CPV* 25 in Π*MSB* ad *N'* declinet 𝔄*M'* 27 reclinare *MS*

ut peritiores probauerunt, qui nobis uel aetate uel munere praecurrerunt, umbra terrae. naturaliter enim umbra corpori adhaeret atque adiungitur, adeo ut etiam pictores umbras corporum quae pincxerint nitantur exprimere idque artis esse adserant non praetermittere uim naturae, et quasi naturalis 67 A iuris praeuaricator habeatur cuius pictura non etiam umbram suam exprimat. ergo sicut in die cum e regione solis aliquod corpus occurrit, ex ea parte, qua lumen repercutitur, umbra subsistit, sic cum decedente die e regione luminis eius aut solis terrae obiectus occurrit, obumbratur aer. unde liquet
4, 12 quod noctem faciat umbra terrarum. fecit ergo solem et BC lunam et stellas et praestituit illis mensuras temporum, soli diurnas, lunae et stellis nocturnas, ut iste augeat diei gratiam, illae umbram tenebrasque inluminent et sint in signa et in tempora et in dies et in annos. diuisa tempora habent paresque mensuras pro mensuum uicibus sol et luna cum stellis et sunt in signa. non possumus negare quod ex sole et luna signa aliqua conligantur; nam et dominus dixit: et erunt signa in sole et luna et stellis et quaeren- D tibus apostolis signum aduentus eius respondit: sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de caelo. haec dixit fore signa futurae consummationis, sed conueniens debet curae nostrae mensura seruari.
13 Denique nonnulli natiuitatum temptauerunt exprimere qualitates, qualis futurus sit unusquisque qui natus sit, cum hoc non solum uanum, sed etiam inutile sit quaerentibus, inpos-

14 Gen. 1, 14 17 Bas. 125 A (53 B), cf. Procop. Gaz. LXXXVII 92 A *M*. 19 Luc. 21, 25 20 Matth. 24, 29 24 Bas. 128 AB (54 AB)

1 probarunt *N* 2 praecurrerent *C* 4 picxerint *C* pincxerint *GP* pinxerint *cet.* 5 praetermittere Π*B* intermittere *cet. Isid.* 9 sit *C* die *om.* Π (umbra *s. u. m2 G*); *fort.* <die> decedente 11 umbram *CP* 12 solis *N'* 13 et stellis 𝔄' (et *eras.*, stellarumque *m2*) stellisque (e *pr. ex* i) 𝔄 et stillasque *M'* 16 mensuum *CPV*𝔄*M'* et (u *pr. eras.*) 𝔄', mensium *in mg. m2 S*, mensium (i *ex* u *m2*) *GM* (*m2 ex* mensū) *B* 24 nonnulli *C* (u *in ras.*) natiuitatum *C* (u *alt. in ras.*) natiuitatem (-um *m2*) *V* temtauerunt *C* qualitatis *C*

sibile pollicentibus. quid enim tam inutile quam ut unus- E
quisque persuadeat sibi hoc esse quod natus est? nemo ergo debet uitam suam statum moresque mutare et niti quo melior fiat, sed in ea persuasione manere, neque probum potes laudare nec condemnare inprobum, qui necessitati natiuitatis suae respondere uideatur. et quomodo dominus aut bonis praemia proposuit aut inprobis poenas, si facit necessitas disciplinam et conuersationem stellarum cursus informat? et F
quid est aliud quam hominem de homine exuere, si nihil moribus, nihil institutioni, nihil studiis derelinquitur? quam multos uidemus ereptos criminibus atque peccatis in meliorem statum esse conuersos! redempti sunt apostoli et congregati ex peccatoribus non utique natiuitatis suae hora, sed Christi eos sanctificauit aduentus et hora dominicae passionis redemit a morte. latro damnatus ille, qui est cum domino crucifixus, non beneficio natiuitatis suae, sed fidei confessione ad paradisi aeterna transiuit, Ionam in mare non uis natiuitatis, sed 68 A
dissimulatae diuinae praedictionis praecipitauit offensa eundemque cetus excipiens ad indicium futuri mysterii post triduum reuomuit et propheticae merito gratiae reseruauit. Petrum de carcere imminenti morte perimendum angelus Christi, non stellarum series liberauit. Paulum caecitas con-

9 Cic. de fin. V 35; cf. Philo de prouid. I 88 *A*. 15 Luc. 23, 42 sq. 17 Ion. 1, 2 sq., 15; 2, 1 et 11 21 Act. 12, 7 sqq. 22 Act. 9, 8; 28, 3 sqq.

3 eniti (*om.* et) *N* et eniti *Carn. Tell. Atr.* 4 manere Π*B*, *om. cet.* 5 qui ... suae *C in ras. minoris spatii* 8 informet Π (-at *m2 G*) 9 de homine *om. G* 10 studiis *N* studii Π (-io *m2 G*) 11 uidimus *C* ereptus *C* (-is *m2*) 𝔄 (-os *m2*) *M'* 12 redemti *C* 13 horae *C* 14 hora *N* os *CGP* hos (h *s. u.*) *V* 15 latro damnatus ille qui est Π latro ille dampnatus (ille dampnatus *in ras. m2*) ille qui est *B* latro ille damnatus capitis 𝔄𝔄' latro ille damnatus capitis ille *M'* latro damnatus capitis ille *MS* 16 paradysi *CGN'* 18 praedictionis *CP et m1 G* praedicationis *G m2 V* praeceptionis *N* 19 cetus 𝔄*M'MS* cętus *G* (ę *ex* e *m2*) coetus *cet.* escipiens *C* (es *eras.*, *s.* ex *m3*) *G* (ex *s.* es *m2*) triduo Π (-um *m2 GV*) 21 inminente *GP* inminenti (-te *m2*) 𝔄

uertit ad gratiam et percussum a uipera turbatumque naufragio non remedia natiuitatis, sed deuotionis merita seruarunt. quid de illis dicimus qui eorum precibus, cum fuissent mortui, B resurrexerunt? utrum illos sua natiuitas an apostolica gratia reuocauit? quid opus fuit, ut ieiuniis se periculisque committerent, si quo uolebant natiuitatis beneficio poterant peruenire? quod si credidissent, dum expectant fatorum necessitatem, numquam ad tantam gratiam peruenissent. inutilis igitur
14 ista persuasio. quid quod etiam inpossibilis? nam ut de eorum C aliquid disputatione sumamus redarguendi gratia, non probandi, magnam uim dicunt esse natiuitatis eamque minutis quibusdam et certis colligi oportere momentis ac, nisi uerius colligatur, summam esse distantiam; breui enim atomo exiguoque momento distare natiuitatem inopis et potentis, egentis et diuitis, innocentis et noxii et plerumque eadem hora generari longaeuitati debitum et prima pueritiae aetate moriturum, si reliqua disparia sint et puncto aliquo discreta. hoc quemadmodum D possint colligere respondeant. constitue partum feminae; obstetrix utique eum primo cognoscit, explorat uagitum, quo nati uita colligitur, adtendit utrum mas sit an femina. quot uis inter has moras praeterire momenta? pone mathematicum praeparatum. numquid uir potest interesse puerperio? dum mandat obstetrix, audit Chaldaeus, ponit oroscopum, in

3 Act. 9, 40 9 Bas. 128 BC (54 CD), cf. Procop. Gaz. 92 D 17 Bas. 128 D 129 A (54 DE, 55 A)

2 merita *C* (i *ex* e *m3*) seruauerunt *N'* 3 dicemus *Carn. ed. Paris. a. 1661* precibus *GV𝔄'* praecibus *cet.* cum *ex* con *m3 C* 5 reuocauit Π recuscitauit *N'MS* suscitauit *B* fuit *om. C* ut *om. N'* 7 *post* si *add.* non Π *et s. u. m2 B* 8 peruenissent gratiam *N* 9 ista *in ras. m2 S* tua *M* 11 magna *CP* 18 constituae *CPV* obsetrix *V et corr. m3 C m2 G𝔄' m1 P* 19 quo nati uita *ed. Rom.* quo natiuitas Π*N'B et m2 S* quanti uita *M et m1 S* 20 mas *G m2 MSB* maris Π masculus *N'* faemina *CN'* 21 praeterisse *M et* (r *s.* ss *m2*) *S* 23 damnat *G* obsetrix *P𝔄' et corr. m3 C m2 G m1 V* caldeus *CGP* chaldeus (h *s. u.*) *V𝔄'* oroscopum Π oroscopium 𝔄' oroscupium 𝔄 (hor. *m2*) *M'* horoscopium *S et* (i *s. u. m2*) *B* thoroscopium *M*

alterius sortem iam nati fata migrarunt, de altero quaeritur et alterius genitura proponitur. pone ueram eorum esse opini- E
onem de natiuitatum necessitatibus, non potest uera esse collectio. puncta transeunt, fugit tempus inreparabile. non esse
5 dubium quod tempus in atomo et in momento oculi sit adducor ut credam, quando omnes in atomo, in momento oculi resuscitamur, ut apostolus protestatur dicens: ecce mysterium dico. omnes quidem resurgemus, non omnes autem inmutabimur in atomo, in momento oculi, in
10 nouissima tuba, et mortui resurgent incorrupti et F
nos inmutabimur. inter effusionem et susceptionem depositionemque pignoris, fletum eius et nuntium quot atomi transierunt! et hoc, ut simpliciter ista texuerim. nam et ipsi uitalem illum signorum duodecim circuitum in duodecim
15 partes diuidunt et, quia triginta diebus sol duodecimam partem sphaerae eius quae inenarrabilis habetur egreditur, quo gyrus solis anni circuitu conpleatur, in triginta portiunculas, quas μοίρας Graeci uocant, unumquodque duodecim illarum distri- 69 A
buunt portionum, ipsam quoque portiunculam in sexaginta
20 uices conferunt. rursus unumquodque de illis sexaginta sexa-

4 Uerg. Georg. III 284 5 Bas. 128 BC (54 C) 7 I Cor. 15, 51 sq. 13 Bas. 128 CD (54 D), cf. Procop. Gaz. 92 D

1 facta *CP𝔄M' et* (c *eras.*) *G* 2 opinionem *C* (ni *s. u. m3*) 3 esse uera *𝔄M'MSB* uera *om. 𝔄', in quo* collectionem 4 est (*ex* e͞e) *B* 5 athomo *libri* in *s. u. S, om. M* adducas (*i. e.* adducar) *N'* 6 *et* 9 atomo *MS* athomo *cet.* 8 uobis dico *Brux. Uind.* resurgimus *𝔄'M' et* (*corr. m2*) *CGP𝔄* 10 *post* tuba *add.* σα canet enim tuba (*cf.* σαλπίσει γάρ), *ac sane haec facile intercidere potuerunt* 12 quot *m2 GM* quod *GM m1 cet.* atomi *MS* athomi *cet.* 13 ut *s. u. m1 C* et *N'* ut *B* (*corr.* et) *cet.* 14 signorum XII *C* 15 XXX *CVB* 16 quae (e *in ras.*) inerabilis *C* regreditur *N'* girus *CG* 18 MOΥΡΑC *in mg. inf. m1 S* myras *𝔄M'* mitras *𝔄'* maeras *G* meras *CPVB* ruinas *M et* (*in textu*) *S* graece *N' et* (graeci *m2*) *MS* unum quoque *CP et* (*m2 corr.*) *G* unam quoque *V* XII *CVB* 19 LX *CGVB* 20 rursum *VN'* unum quoque *CPV et* (*corr. m2*) *GS* LX *CVB*

gies secant. quam inconprehensibile est quod sexagensimo sexagensimae portiunculae natiuitatis momenta constituant et qui singulorum signorum sit aut motus aut species in natiuitate nascentis. unde cum inpossibile sit tam subtiles minutias temporis conprehendere, exigua autem inmutatio inuehat uniuersitatis errorem, totum negotium plenum est uanitatis. B disputatores eorum quae sua sunt nesciunt: et quomodo aliena nouerunt? quid sibi inmineat ignorant: possunt aliis quae futura sunt denuntiare? ridiculum est credere, quia, si possent, sibi potius prouiderent.

Iam illud quam ineptum ut si quis signo arietis ortum esse se dicat, ex usu pecudis aestimetur praestantissimus consilio, quod in grege huiusmodi emineat pecus, aut locupletior, eo quod uestitum habeat aries naturalem et quodannis lucrum C capiat indumenti eoque uiro illi familiaria uideantur quaestuum esse conpendia. similiter et de tauri et de piscium signis argumentantur, ut ex natura uilium animantium caeli motus et signorum interpretandas extiment potestates. cibus ergo noster uiuendi nobis decreta constituit et alimenta nostra nobis, id est aries, taurus et piscis, morum inprimunt disciplinam. quomodo igitur de caelo nobis causas rerum et sub- D stantiam uitae huius arcessunt, cum ipsis caelestibus signis causas motus sui ex qualitatibus escae uilis inpertiant? liberalem aiunt signo natum arietis, eò quod lanam suam aries non

4 Bas. 129 B (55 AB) 11 Bas. 129 CD, 132 A (55 C—E), cf. Procop. Gaz. 93 A

1 quod Π quod in *B* in quo tot *N'M* in quo toţ *S* (ţ *eras.*) ɛexagesimo *VM'MSB* sexagisimo 𝔄 2 sexagensime portiuncole (v *m3*) *in ras. minoris spatii C* sexagesimae *VMSB* sexagisimae 𝔄 sexaginsimae *M'* momento Π momenta *B* 3 motus (tus *s. u. m1*) *C* 7 et Π, *om. N* 8 *ante* possunt *add.* quomodo *N' et s. u. m2 B*, et *s. u. m2 G* 11 illut *C* se esse 𝔄*M'B*, se *om. M*, se *in mg. m2 S* 14 quotannis 𝔄'*B et m3 C m2 G* 15 uero *CP et* (uiro *m2*) *G* 17 argumentantur *C* (an *in ras. unius litt.*) 18 extiment *m1 CP* estiment *C m3 P m2 GV* existiment *cet.* cybus *C*𝔄' 24 natum Π ortum *N*

inuitus deponat, et eiusmodi uirtutem malunt uilis animantis naturae deputare quam caelo, unde nobis et serenitas fulget et pluuia saepe descendit, laboriosos et patientis seruitii quos nascentes taurus aspexerit, quia animal laboriosum ad sumendum iugum spontanea seruituti colla subdat, percussorem quoque E cuius natiuitatem scorpius sua parte conplexus sit et malitiae uenena reuomentem, eo quod animal uenenatum sit. quid igitur auctoritatem uiuendi daturum te signorum caelestium dignitate praetendis et de nugis quibusdam argumentum adsertionis adsumis? nam si de animalibus adsumptae huiusmodi morum proprietates caeli motibus inprimuntur, et ipsum uidetur bestialis naturae potestati esse subiectum, ex qua causas uitalis F substantiae, quas hominibus inpertiret, accepit. quod si hoc abhorret a uero, multo magis illud ridiculum, ueri eos subsidio destitutos hinc fidem suae disputationis arcessere. 16 deinde illud consideremus, quod planetas ea signa adpellant, quorum motibus formari adserunt uitae nostrae necessitates. siue igitur, ut nomen sonat, semper uagentur, siue, ut ipsi dicunt, quod cito motu ferantur, et decies milies in diem aut, si hoc incredibile uidetur, multiplicem speciem innumera sui conuersione commutent, fide caret quod tam uago sui errore et tam celeri motu fixam nobis atque inmobilem uiuendi sub- 70 A stantiam sortemque decernant. ferunt tamen non esse aequales omnium motus, sed aliorum celeriores, aliorum tardiores esse circuitus, ut in eadem hora et uideant se frequenter et frequenter abscondant, dum aliud ab alio praeteritur.

16 Bas. 132 B—D (56 A—C)

1 eiusmodi Π huiusmodi *N* 2 fulgit 𝔄 (-et *m2*) *M'* 3 descindit *C* (*corr. m3*) discendit *G* (*corr. m2*) laboriosius *C* laboriosus *P* patientis Π patientes *G m2 cet.* 4 ad sumendum iugum Π et adsuetum iugo *N* 5 seruitute Π subdat *scripsi* subdentem Π𝔄*'M'MS et* 𝔄 (*m2* subdens) sumittit *B* 6 scorpios *MS* sua Π in sua *N* 10 adsumte *C* adsumtae *P et* (*corr. m2*) *G* 14 aborret *CV et* (*corr. m2*) *G* aborta *P* eos *N* eo Π 19 cito *CGP* concito *VN* decies *N' et m2*, *B* decem *B m1 cet.* diem Π *et* (m *exp.*) *M* die *cet.* 20 credibile Π 25 ora *CP*

17 Aiunt autem plurimum referre utrum ortum generationis benefica signa uideant an malefica et noxia et in eo natiuitatis esse distantiam, quod benefici signi aspectus plurimum conferat, malefici et noxii plurimum noceat. sic enim eadem B signa, quae uenerantur, adpellare consuerunt; necesse enim habeo eorum uti nominibus quorum utor adsertionibus, ne ignorata magis quam uacuefacta atque destructa sua argumenta commemorent. itaque cum illum uagum celeremque motum non queant conprehendere, saepe fit, ut per illam puncti et momenti incomprehensibilis subtilitatem ponant benefici signi aspectum, ubi grauis atque nocituri incurrat C offensio. et quid mirum si homines luduntur, ubi signa innoxia blasphemantur? quae si sui natura noxia esse creduntur, deus ergo summus arguitur, si fecit quod malum est et fuit inprobitatis operator: si uero ex sua uoluntate putantur adsumpsisse quod noceat insontibus et nullius adhuc facinoris pessimi sibi consciis, quibus poena ascribitur antequam culpa, quid tam inrationabile, quod etiam inrationabilium bestiarum excedat inmanitatem, ut usus fraudis aut gratiae non meritis hominum D deputetur, sed signorum motibus deferatur? nihil, inquit, ille deliquit, sed noxia eum stella conspexit. Saturni ei sidus occurrit: auertit se paululum et aerumnam abstulit, crimen absoluit.
18 sed haec eorum sapientia telae araneae comparatur, in quam

13 cf. Procop. Gaz. 93 B 23 Bas. 132 B (55 E, 56 A); cf. Stob. Flor. LXXXII 15

1 ortum *om. M, in mg. m2 S* generationis *CVB et G m2* generationes *G m1 P* generati *N'MS* 5 consueuerunt *V Carn.* 6 uti nominibus *G m2 MS* ut in homini 𝔄' (h *s. u.*) *B* ut in omnibus *G m1 cet.* 7 uacuefacta *P* (e *s. u. m2*) uoce facta *G* (*corr. m2*) 11 incurrat *C* (t *in ras.*) 12 *post* si *add.* ibi *N' et s. u. m2 B, post* homines *S, sed eras.* homines *C* (es *ex* is *m3*) iluduntur *M* 13 si sui *scripsi* sibi *C* (b *ex* u *m3*) sui *PVB* sua *G* si *N'MS* 15 inprouitatis *CP* adsumsisse *CGP* 21 delinquit *CP et* (n *exp. m2*) *G* 22 abstullit (l *pr. del.*) *CG* ab se (a se 𝔄) abstulit *N' et B* (*in quo* erumpnam ab se *m2 in ras. min spatii*) et crimen *N'* aboleuit *N'MS* 23 haec *om.* Π (ταῦτα μὲν αὐτῶν τὰ σοφὰ *Bas.*) thelae *CP et* (h *exp.*) *G* qua Π

si culex aut musca incidit, exuere se non potest, si uero ualidiorum animantium ullum genus incurrisse uisum est, pertransiuit et casses rupit infirmos atque inanes laqueos E dissipauit. talia sunt retia Chaldaeorum, ut in his infirmi haereant, ualidiores sensu offensionem habere non possint. itaque uos, qui ualidiores estis, cum uidetis mathematicos, dicite: telam araneae texunt, quae nec usum aliquem potest habere nec uincula, si tu non quasi culex aut musca lapsu tuae infirmitatis incurras, sed quasi passer aut columba casses inualidos praepetis uolatus celeritate dissoluas. etenim F quis prudentium credat quod signorum motus, qui ad diem saepe mutantur et multipliciter in se recurrunt, insignia deferant potestatum? nam si ita esset, quantae ad diem regalium natiuitatum exprimerentur figurae! cottidie ergo reges nascerentur nec regalis in filios transmitteretur successio, sed semper ex diuerso statu qui ius imperialis adquirerent potestatis orerentur. quis igitur regum genituram filii sui colligit, si ei debeatur imperium, et non proprio successionem regni in suos transcribit arbitrio? legimus certe quod Abia genuit Asaph, Asaph genuit Iosaphat, Iosaphat genuit

9 Psalm. CXXIII 7 LIIII 7 11 Bas. 133 AB (56 DE) 13 cf. Procop. Gaz. 93 C 19 Matth. 1, 7 sq.

1 culix *C* (-ex *m3*) *G* (-ex *m2*) *V* cadit *V* inciderit 𝔄*M'S* 3 ut (*s.* et) *M* rumpit II (m *exp. G*) *N'* infirmus *C* (-os *m3*) 4 caldeorum *CGP* chaldeorum (h *s. u.*) *V* 6 uos (*s. u.*) qui (ui *in ras.*) *C* uideritis *N' et* (ri *in mg. m2*) *S* 7 dicite *C* (i *alt. ex* e *m3*) thelam *CP et* (h *exp.*) *G* texunt *N* texerunt *P et m1 CG* texuerunt *C m3 G m2 V* nec usum ... mercator (*p. 126 u. 19*) *om. G* (*in mg.* ⁜) 8 nec in uincula *CPV* culix *CV et* (-ex *m2*) *P* muscam *CP* 9 labsum *CP* lapsum *VM et m2* 𝔄 10 praepetitis (ti *pr. eras.*) *CP* praepeti *V* 12 recurrunt *C* (re *s. u.*) deferunt *CPV* 14 exprimerentur *N'* exprimuntur *cet.* 16 quibus (*om.* ius) *CPVB* imperiales .. potestates *CPVB* adquirerent *C* (re *pr. s. u.*) 17 orerentur *V*𝔄*M' et m1 CP* orirentur *C m3 P m2 cet.* 19 suos σα suorum *V* suo *cet.* 20 asaph. et asaph *N* iosapath *pr. loco C* iosaphat· et iosaphat *N*

Ioram, Ioram genuit Oziam, et reliqua omnis usque ad 71 A
captiuitatem per reges generis pariter et honoris ducta successio
est. numquid quia reges fuerunt, signis caelestibus formandos
motus suos imperare potuerunt? quis enim hominum potest in
19 his habere dominatum? deinde si ad necessitatem genitalem, 5
non ad instituta morum actus nostri factaque referantur, cur
leges propositae sunt, iura etiam promulgata, quibus aut poena
inprobis decernitur aut securitas defertur innoxiis? cur non uenia B
datur reis. cum utique, ut ipsi aiunt, non sua uoluntate, sed
ex necessitate deliquerint? cur laborat agricola et non magis 10
expectat, ut inelaboratos fructus priuilegio suae natiuitatis
inuehat receptaculis horreorum? si ita natus est, ut ei diuitiae
absque opera affluant, utique operiatur, ut sibi spontaneos
reditus sine ullo semine terra parturiat, non uomerem aruis
imprimat, non curuae manus falci admoueat, non legendae 15 C
uindemiae subeat expensam, sed ultro ei in omnes serias
fluentia uina fundantur, sponte ei oleum nullis inserta caudi-
cibus siluestris oleae baca desudet. nec diffusi aequoris trans-
fretator periculum propriae salutis sollicitus mercator horrescat,
cui otioso potest quadam, ut aiunt, sorte genitali diuitiarum 20
thensaurus inlabi. sed non haec est uniuersorum sententia.

5 Bas. 133 BC (56 E, 57 AB), cf. Philo de prouid. I 80 sq. 15 Uerg. Georg. I 508

1 ioram. et ioram *N* odiam *C* (oziam *m3*) *P* ochodiam *V* 2 regis *CPV* 4 motos *C* hominum *om. N'* 5 genitale *CPV* 7 poenam probis *C* (*et corr. m2*) *P* 9 adiunt *C* (d *eras.*) *P* 10 delinquerint *C* (n *exp.*) *P* delinquerunt *M et* (*corr. m2*) *S* 11 expecta*t *C* inelaboratus *CPV* priuilegio *C* (p *ex* b *m3*) 12 inueniat *CPV* 13 absque *V* aque *CP* adque 𝔄 atque *cet.* opera *CP et m1 B* opere *V* opes *B m2* 𝔄*M'MS*, *om.* 𝔄' fluant *CPV et m1 B* operiatur *MB* opperiantur *S* (p *alt. s. u. m2*, n *eras.*) operatur *CPV*𝔄*M'* opera 𝔄' spontaneas *C et* (o *s.* a *alt.*) *B* 14 reditos *C* (v *m3*) terram *C* uomerem *C* (uom *in ras.*) 15 impremat *C* (*corr. m3*) manum 𝔄' *in ras. m2* falci *B* falcis 𝔄' (s *eras.*) *cet.* 16 ei *ex* ea *B*, *s. u. m2 MS* series *C et* (a *s.* e *alt.*) *P* seriens *V* 17 uino *C* 18 transfretatur *VN' et* (-or *m2*) *B* 19 orrescat Π (horr. *m2 G*) 21 thensaurus *C* thesaurus *cet.* inlabi** *G* (de *ut uidetur eras.*) sententiam *C*

denique inpiger depresso aratro terram scindit agricola, nudus arat, nudus serit, nudus sole feruenti tostas aestu in area D terit fruges, et negotiator inpatiens flantibus euris intuto plerumque nauigio sulcat mare. unde inportunitatem eorum temeritatemque condemnans propheta ait: erubesce, Sidon, dixit mare, hoc est: si pericula uos non mouent, uel pudor conprimat, uerecundia confundat. erubesce, Sidon, in qua nullus uirtuti locus, nulla salutis cura, nulla iuuentus pro excubiis patriae bello dedita armisque exercita, sed omnis sollicitudo de quaestu, omne studium mercaturae. semen E inquit mercatorum sicut messis. quae autem merces homini Christiano, si non ex uoluntate, sed ex necessitate curas suas et opera componit? ubi enim decreta necessitas, ibi 5,20 inhonorata industria. multa diximus, plura nolumus, ne quis F ea quae a nobis de illorum adsertionibus usurpantur ad refellendum, ad cognoscendum adsumpta arbitretur. nam quae pueri risimus ea senes commemorare qui possumus? nunc ad ea quae secundum lectionem supersunt dirigamus stilum.

21 Sint inquit luminaria in signa et in tempora et in 72 A dies et in annos. de signis diximus, tempora autem quae sunt nisi mutationum uices, hiems, uer, aestas atque autumnus? in istis igitur temporibus aut uelocior est transitus solis aut tardior; alia enim praestringit radiis suis, alia inflammat caloribus. itaque cum sol meridianis partibus inmoratur, hiemps nobis est. nam cum sol longius abest, terra rigescit gelu, stringitur frigore et plurima noctis umbra terras operit, ut

1 Uerg. Georg. I 45 et 299 2 Uerg. Georg. I 298 5 Esai. 23, 4 10 Esai. 23, 3 17 Bas. 133 D, 136 A (57 B—D) 19 Gen. 1, 14 Isid. de nat. rer. 7, 1 sq.

1 agricula *CA'* 2 arat *C* (a *pr. in ras.*) serit *C* (s *s. u.*) feruente *VN'B* areă *C* (a *et* ă *in ras.*) *P* aream (m *del. m2*) *G* 3 intuto *AA'M* in toto *VSB* in toto *G* (in *exp. m2*) *cet.* 5 ait *in mg. m1 C* **erubesce *C* 9 excita Π exercitata *S* (ta *m2 in mg.*) 12 xpiano *C* (a *s. u. m3*) 13 decreta Π*B* directa *cet.* 16 recognoscendum *N'* 17 pueri risimus *N* pueris simus *C et m1 G* pueri simus *V* pueri sciuimus *G m2*

multo prolixiora sint noctis spatia quam diei. hinc causa oritur, B
ut hibernis flatibus nimia uis niuium pluuiarumque fundatur.
cum uero ex meridianis decedens partibus super terram redit,
noctis ac diei exaequat tempora et quo magis moras suis
adiungit cursibus, eo paulatim temperiem aeris huius reducit
et reuocat aurarum clementiam, quae fouens omnia repetendos
cogit in partus, ut terra germinet ac resoluta sulcis semina
reuiuescant, uirescant arbores, ad perpetuitatem quoque con- C
seruandi generis eorum quae uel in terris sunt uel aquis
gaudent annuis fetibus successio propagetur. ast ubi ad
aestiuas conuersiones in septentrionem se subrigit, spatia
diurna producit, noctes uero artat ac stringit. itaque quo
magis usu assiduo aeri huic copulatur atque miscetur, eo
amplius aerem ipsum uaporat et terrarum exsiccat umorem et
adolescere facit semina et tamquam in sucos uiriles matu-
rescere poma siluarum. tunc quia flagrantior est, minores umbras D
facit in meridiano, quoniam ex alto hunc inluminat locum.

22 unde et synagoga dicit in Canticis canticorum: adnuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi manes in meridiano, ne forte fiam circumamicta super greges sodalium tuorum, hoc est: adnuntia mihi, Christe, quem dilexit anima mea. cur non potius 'quem diligit'? sed synagoga dilexit, ecclesia diligit nec umquam

11 Isid. de nat. rer. 7, 3 18 Cant. 1, 7

1 noctis spatia quam diei *N'* diei spatia quam noctis *cet. in G m2* in *mg. sup. post* sint *haec add.* ·) noctis spatia quam di-i. rursus cum sol propius ad breuior umbra terras operit. ut longiora sint 2 et hibernis (*om.* ut) *C* 3 decidens *C* (*corr. m3*) *GP* 4 et quo *N et m2 GV* **quo *C* aequo *P* dequo *G m1* equo *V m1* 8 reuiuiscant *C* (i *alt. ex* e) *G m2 VMB* reuirescant *N'* (*om.* uirescant) 9 aquis *N'* in aquis *S* (in *exp.*) *cet.* 10 fletibus *C* (l *eras.*) ast *eras. C* 11 conuersionis *C* septentrionem *C* (o *in ras.*) 12 procedit *C* et adstringit *N'* 14 aerem II et aerem *N* umorem *A'M* humorem *cet.* et adolescere *Isid.*, et *om. libri* 16 tunc II*B et m2 S* tum *S m1 cet.* 18 synagoga *GA* sinagoga *cet.* 19 pasces *C et* (*corr. m2*) *GP* 20 meridie *C m3* fiant II fiar *N'* 21 gregis *C*

circa Christum suum mutat adfectum. ubi inquit pascis, ubi manes in meridiano. sequi te cupio quasi alumna, E quae quasi copulata ante retinebam, et greges tuos quaerere, quia amisi meos. in meridiano pascis, in ecclesiae loco, ubi iustitia resplendet, ubi fulget iudicium sicut meridies, ubi umbra non cernitur, ubi maiores dies sunt, quod eis sol iustitiae tamquam aestiuis mensibus diutius immoretur. denique dies domini non est breuis, sed magnus, quia scriptum est: donec ueniat dies domini magnus. unde et Iacob ait: omnes dies uitae meae quos ago, breues F et maligni; est enim maligna lux dubia. ergo dies breues dubiae lucis sunt et umbrosi, dies magni sine umbra sunt, ut plurimi in aliquibus locis feruentioribus usu exemploque cognorunt. synagoga itaque in diebus breuibus et malignis, cuius typum plerumque Iacob in persona sua exprimit uel populi huius, umbram habebat plurimam, quae solem iustitiae non uidebat et uidebat illum non ex alto supra caput suum, sed ex meridiano inluminantem, quando hiems illi erat. ecclesiae autem dicitur: hiems abiit, discessit sibi: flores uisi sunt in terra, tempus messis aduenit. 73 A ante aduentum Christi hiems erat, post aduentum Christi flores sunt ueris et messis aestatis. ex meridiano ergo et ex gentium conuersione illum inluminantem uidens obumbratur. populus autem gentium, qui erat confusionis, gentiles, qui sedebant in tenebris, lucem uiderunt magnam; qui sedebant in regione umbrae mortis, lux orta est illis, magna lux diuinitatis,

5 Psalm. XXXVI 6 6 et 16 Malach. 4, 2 9 Ioel 2, 31 10 Gen. 47, 9 19 Cant. 2, 11 sq. 25 Matth. 4, 16 Esai. 9, 2

1 pasces *C et* (*corr. m2*) *P* pascis *G* (-es *m2*) 4 pasces *G* (-is *m2*) *P* pascis hoc est in *N* 6 sunt dies *N'B* 8 quia . . . magnus *om. G* 10 quo *C* 12 magni *VN* maligni *CGP* 14 cognorunt *CMS* cognouerunt *cet.* 15 tipum *CP*𝔄 16 huius II eius *cet.* plurimam *N* primam *CG et* (-um *m2*) *P*, plurimam . . . non uidebat *om. V* 17 super *GN'* 18 illi *om. N'* 22 uiris *C* (uisę *m3*) 24 in confusione (e *ex* is *m2*) *MS* gentiles *GPV et m2 SB* gentilis *SB m1 cet.* 25 sedebant *pr.* II (n *eras. C*) *B* sedebat *cet.* 26 regionem *C* (m *eras.*) *GP*

quam nulla umbra mortis interpolat. ideo ex alto inluminat, quia et hoc scriptum est dicente Zacharia: in quibus uisitauit nos oriens ex alto inluminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. est sane et aliqua salutis umbra, non mortis, ut est illa: sub umbra alarum tuarum proteges me, umbra quidem, quia corporis est, umbra, quia crucis, sed umbra salutis, quia in ea erat peccatorum remissio et rescuscitatio mortuorum. B

23 Exemplum ergo possumus capere, quia hiemales dies breues, sed umbras maiores habent, aestiui dies maiores, sed umbras minores habent. medio quoque die minor umbra quam uel in principio est diei uel fine, et hoc apud nos in parte occidentis. ceterum sunt qui per duos totius anni dies sine umbra fuerint in partibus meridianis, eo quod solem habentes super uerticem suum undique per circuitum inluminentur, unde et ascii graece dicuntur. plerique etiam ferunt sic e regione ex alto fieri solem, ut per angusta puteorum aquam quae in profundo est uiderint refulgere. esse autem C D

dicuntur in meridiano qui amphiscii uocantur, eo quod umbram ex utroque latere transmittant. umbra enim e regione solis ambulantibus pos tergum est, ut puta si contra orientem pergas, matutinis horis, si contra meridianam plagam contendas, medio die, si contra occidentem, in occasu diei. ex tribus igitur partibus fit tibi sol obuius, ex oriente, ex meridiano, ex occidente. mane et sero pos tergum est, meridie quoque

2 Luc. 1, 78 sq. 5 Psalm. XVI 8 7 Luc. 1, 77 9 Bas. 136 BC (57 E, 58 A)

1 ideoque *MSB* 2 in quibus . . . alto *in mg. inf. m1 C* 4 salus II 6 proteges *C et G* (s *eras.*) *P* protege *cet.* quidem *N'MS et s. u. m2 B* uidimus *C* uidemus *cet.* est *N' et s. u. m2 B* et II, *om. MS* 7 in ea erat *MSB* inter erat II*N'* 10 sed *pr.* II et *N* 14 habentis *C* 16 dicuntur graece *N* 19 amfiscii *N' et m2 B* (*in quo* quia amfiscii, am *s. u. m2*) anfiscii *cet.* umbra *CPV* 20 utraque *C* 21 pos *GM'M* post *C* (t *in ras.*) *cet.* 23 occasum II 25 pos tergum *M'MS* potest ergum *V* post tergum *C* (t *alt. s. u. m1*) *cet.*

a latere, at uero a septentrione numquam est sol et ideo E
umbra, si contra septentrionem dirigas siue mane siue sero
siue meridie, non potest esse pos tergum. soli sunt enim in
hoc quem nos incolimus orbe terrarum circa meridiem positi
qui in australem plagam uideantur umbram transmittere. hoc
autem fieri dicitur summo aestu, cum ad aquilonem sol
dirigit. postea nos autumnus excipiens infringit quidem
aestuum magnitudinem, sed paulisper relaxato ac deposito
calore per temperiem medii moderaminis sine fraude nos F
24 atque ulla noxia flatibus tradit hiemalibus. sint inquit
etiam in dies, ut non faciant dies, sed ut in eis habeant
principatum, ut ortum diei uberiore sol inluminet gratia,
ut per totum diem designandi eius habeant potestatem cursus
sui munere. sic accipiunt nonnulli quod ait propheta:
solem in potestatem diei, lunam et stellas in
potestatem noctis, <cum> circumferant lumen. in annos
quoque ordinati sunt sol et luna: luna per tricenos dies 74 A
duodenis uicibus suum cursum conficiens consummat annum
secundum Hebraeos aliquibus diebus adiectis, secundum
Romanos bissexto semel intra quadriennium unius diei adiec-
tione celebrato. solstitialis quoque annus est, cum sol expleto
per omnia signa circuitu in id, unde principium cursus sui
sumpsit, recurrit; annua enim fertur ei totius spatii esse per-
functio.

10 Bas. 137 AB (58 BC) 15 Psalm. CXXXV 8 sq. 17 Isid. de nat. rer. 19, 2

1 ad uero *CGP*𝔄′ aduerso 𝔄*M*′ at uero (*in mg. m2* aduerso) *B* septentrinione *C* septentrionē *G* (ē *ex* e *m2*) *N*′ 2 septentrinionem *C* 3 post tergum 𝔄*B* soli *V* (i *eras.*) *MS* sol *cet.* 10 noxa *B* noxia *G* (i *exp. m2*) 𝔄 (i *m2 in ras.*) 12 hortum *CP* 16 cum *addidi* circumferant (n *s. u. m2*) *GP*, (ant *s. u. m2*) *M* circumferunt *N*′*S* *post* circumferunt *add.* enim *N* (*eras. B*) 17 luna *alt. om.* Π trecentos *V* tricentos (t *alt. eras.*) *S* 18 conficiens *N* sufficiens Π perficiens *Isid.* 19 aiectis *C* adiectis (d *s. u.*) *GPV* 20 quadriennium *scripsi* quinquennium *C* (n *alt. s. u. m2*) *cet.* in quadriennio *Isid.* 21 solistitialis *CGP* (*hi* i *pr. eras.*) *N*′*M* 23 sumsit *C* annuae *C*

6, 25 Fecit ergo deus haec duo luminaria magna — possumus B
accipere non tam aliorum comparatione magna quam suo C
munere, ut est caelum magnum et mare magnum; nam et
magnus sol, qui conplet orbem terrarum suo calore uel luna
suo lumine nec solum terras, sed etiam aerem hunc et mare
caelique faciem —, quae in quacumque parte fuerint caeli
inluminant omnia et aeque spectantur a cunctis, ut ea tam-
quam suis tantum regionibus inmorari et sibi tantum adesse
atque lucere singuli populi credant, cum similiter luceant
uniuersis, ut nemo his propiorem alium quam ipse est D
arbitretur. exemplum magnitudinis eorum euidens, quod
omnibus hominibus orbis lunae idem uidetur. nam etsi inter-
dum augeatur lumen eius atque minuatur, tamen eadem
nocte qualis mihi adparet talis et omnibus. nam si longe
positis minor uideretur, propius constitutis maior refulgeret,
proderet angustiarum et exiguitatis indicium. etenim reliqua
alia longe positi minora arbitramur, propius contuentes
maiora credimus. quo magis finitimus fueris, eo tibi eius rei E
quam cernis magnitudo cumulatur. solis radius nulli propior,
nulli longinquior est; similiter et lunae globus aequalis est
omnibus. similis sol et Indis et Brittanis eodem momento ui-
detur, cum oritur, nec cum mergitur in occasum, minor adparet
orientalibus quam occidentalibus nec occidentalibus, cum oritur,
inferior quam orientalibus aestimatur. quantum distat inquit
oriens ab occidente! haec inuicem sibi distant, sed sol F

1 Bas. 137 CD (58 DE, 59 A) 19 Bas. 140 A (59 B) Isid. de nat. rer. 16. 1 24 Psalm. CII 12

1 ergo deus duo haec *N* ergo haec deus duo *CGP* deus ergo duo (*om.* haec) *V* 3 et mare magnum *om. G* 4 sol* *C* 7 aeque *N'* haec quae *MS* eaque Π*B* 9 luceri *C* luceant *N* luceat Π 10 propiorem *VMSB* propriorem 𝔄' (r *alt. eras.*) *cet.* 15 refulgeret et α 17 positi *C* (i *pr. ex* t) 21 sol* *C* brittanis *G*𝔄'*M' Isid.* brittanus *C m1* britannus *V* brittannis *C m2 PB et* (t *pr. s. u.*) *M* britannis 𝔄*S* 22 mergitur Π mergit *B m1* uergit *B m2 cet.* 23 orientalibus *B in mg. m2 Diu. Uind., om. cet.* 25 ab occasu *Isid.*

26 a nullo distat. nulli praesentior, nulli remotior est. neque te moueat quod tamquam cubitalis tibi orbis uidetur solis, cum oritur, sed considera quantum intersit spatii inter solem et terras, quod aspectus nostri infirmitas sine magno sui non potest transire dispendio. caligat aspectus noster: numquid sol caligat aut luna? angustus noster obtutus: numquid ideo angustiora efficit quae uidentur? species minuitur, non magnitudo detrahitur. neque enim infirmitatem 75 A nostrae passionis passioni luminarium debemus ascribere. mentitur noster aspectus; noli ergo fidele eius aestimare iudicium, sed caelestium minor spectaculi figura, non sui forma. de summo uertice montium si subiectum oculis tuis campum spectare desideres atque illic armenta pascentia, nonne formicarum similia corpora iudicabis? si mare spectes e specula aliqua litorali, nonne tibi nauium maximae inter caeruleos fluctus uela candentia refulgentes uelut columbarum uolantium B speciem eminus ponto uidentur obtexere? quid ipsae insulae, quae mare diuidunt, terrarum arua diffundunt, quam angusto aestimantur fine concludi, quemadmodum rotunda apparent de asperis, spissa de raris! has ergo infirmitates uisus tui pende, et eorum quae astruimus fidem ex te ipso arbiter iustus
27 arcesses. sed uis magnitudinem solis non solum oculo mentis, C sed etiam corporis aestimare? considera quanti stellarum globi axem caeli uideantur intexere et innumeris insignire luminibus, non queunt tamen tenebras noctis et caeli nubila detergere. simul ut sol ortus sui signa praemiserit, omnes stellarum ignes sub unius luminaris fulgore uanescunt, aperitur aer

2 Bas. 140 B—D (59 B—E) Isid. de nat. rer. 16, 2; cf. Cic. Acad. II 82 de fin. I 20 22 Bas. 141 AB (60 AB)

8 infirmitatem *GB* infirmitate *C* (-ti *m3*) *PV* infirmitatis *cet.* 9 passionis Π*B* passiones *cet.* 10 eius *VN* eos *CGP* 11 sed *C* si (*s. m2* fit) *Brux.* sit *cet.* 13 desideras *S* 14 expectes Π e *M Brux. Carn., om. cet.* 16 uolitantium *N* 17 ponto Π posito *N* 18 diffundunt] diffidunt 𝔄′ diffindunt *ed. Rom.* 20 perpende 𝔄*M′B* 22 arcesses *MS* arcessis Π accersi *N′* accersis *B* si uis *α* 24 insignise *C* 25 non* *C* 26 praemiserat *C* 27 uaniscunt (*corr. m2*) *CGP*

caelique facies purpurascenti rubore perfunditur. adhuc spirans exordium et iam momentaria celeritate pleni luminis micat splendor et surgentis solis praeuia aura dulcis aspirat. dic D
mihi quaeso, nisi magnus esset orbis, quomodo magnum
28 posset orbem inluminare terrarum? quid autem de tanto
loquar temperamento et moderamine conditoris, qui eam
mensuram muneri solis adtribuit, ut neque uapor eius
igneus, ut uidetur, terrarum uenas rerumque species infusus
exureret neque iterum per tanta mundi spatia refrigeratus
nullum terris semen caloris inoleret, sed ieiunam atque
inopem fructum derelinquens ad nullam fertilitatis gratiam E
uaporaret?

7, 29 Similia de lunae ratione conueniunt, quae de consorte eius
ac fratre memorauimus, siquidem in id se induit ministerium, F
in quod et frater, ut inluminet tenebras, foueat semina,
augeat fructus. habet etiam pleraque a fratre distincta, ut
quem toto die calor umorem terrae siccauerit eundem exiguo
noctis tempore ros reponat; nam et ipsa luna larga roris
adseritur. denique cum serenior nox est et luna pernox, tunc
largior ros fertur arua perfundere. et plerique sub aere quie-
scentes, quo magis sub lumine fuissent lunae, eo plus umoris
se capite collegisse senserunt. unde et in Canticis dicit
Christus ad ecclesiam: quoniam caput meum repletum 76 A
est rore et crines mei guttis noctis. tum deinde
minuitur et augetur, ut minor sit, cum resurgit noua, cum
sit inminuta, cumuletur. in quo grande mysterium est. nam

5 Bas. 141 B (60 B) 13 Bas. 141 B—D (60 B—E) 18 Isid. de nat. rer. 18, 6 20 Bas. 144 A (60 E) 23 Cant. 5, 2 26 Isid. de nat. rer. 19, 2

1 rubore *C* (e *ex* ẽ) sperans Π 3 praebia *C et* (*corr. m2*) *GP* 6 ea *CP* 7 muneris Π (s *exp. G*) 8 *post* uenas *add.* sucus *N'* (sucos 𝔄' *m2*) sucos *MS* 11 fructum *C* fructuum *cet.* 13 consorti Π (-te *G m2*) 17 umorem *C* (u *in ras.*) humorem *PSB* exigui Π exigue *B* 20 sub aere *om.* Π sub (*om.* aere) 𝔄*M'* quiescentis *C* requiescentes 𝔄*M'* 21 umoris *M'M* humoris 𝔄 *et* 𝔄' (h *s. u. m2*) *cet.* 22 colligisse *C* colligissent *V* 25 et cum *PVB* res cum *N'* 26 est Π*B*, *om. cet.*

et defectui eius conpatiuntur elementa et processu eius quae sunt exinanita cumulantur, ut animantium cerebrum, maritimorum umida, siquidem pleniores ostreae repperiri ferantur multaque alia, cum globus lunaris adolescit. de arborum quoque internis idem allegant qui hoc usu proprio con- B pererunt. uidemus ergo ortum eius et defectum rationis esse, non infirmitatis. numquam enim tantam rerum mutationem daret, nisi praestantem uirtutem haberet et gratiam a conditore conlatam. aerem quoque nonnulli etiam docti et christiani uiri allegauerunt lunae exortu solere mutari, sed si id mutationis lunaris quadam fieret uiolentia, ad omnes eius ortus intexeretur nubibus caelum, pluuiae funderentur. denique cum C ante dies esset sermo de pluuia, quae fore utilis diceretur, ait quidam: ecce neomenia dabit eam. et quamuis cupidi essemus imbrium, tamen huiusmodi adsertiones ueras esse nolebam. denique delectatus sum quod nullus imber effusus est, donec precibus ecclesiae datus manifestaret non de initiis lunae eum sperandum esse, sed de prouidentia et misericordia creatoris. sane euripi cum exundent undique secundum reliquas species lunae et acceptos fluctus refundant uel etiam D ipsi magno ferantur impetu, in ortu tamen eius stant placidi, quoad luna sine lumine est; at uero ubi eam dierum accessus retexerit, tunc in suos cursus refluos reuertuntur. ampotis quoque, quae in oceano esse perhibetur, cum reliquis diebus ordinem suum seruare dicatur, lunari exortu euidens mutationis

1 Bas. 144 A (61 A) 9 Bas. 144 BC (61 A—C) 21 Uerg. Ecl. II 26 23 Isid. de nat. rer. 40, 1

1 defectu (-ui *m2*) *G* 2 sunt *C* sint *GPV* fuerint *N* animantium (an *in ras. unius litt.*) *C* cerebrum (r *bis in ras.*) *C* et maritimorum *Brux.* 3 humida *SB* feruntur *G m2 SB* 4 et de *M et* (*eras.* et) *S* 6 uidimus *CGP* hortum *CP et* (h *eras.*) *G* 7 rebus *MS* 8 a *om. C* ad *G* (d *exp. m2*), *fort.* ab 10 si in id *C* 15 eiusmodi *N* adsertionis II (-nes *m2 G*) uerus II (-as *m2 G*) 19 euripi *C* (u *ex* p) 22 quo*ad *C* (d *eras.*) quoadusque *N'* 23 ampotis *MS* anpotis Π an potes 𝔄*M'B* an potest 𝔄' 24 quae *om.* II 25 seruari *C et* (*corr. m2*) *GP* dicantur *C*

suae fertur indicium dare, ut mare ipsum occidentale, in quo spectatur ampotis, solito amplius accedat ac recedat et E
maiore aestu feratur, tamquam lunae quibusdam aspirationibus retrorsum trahatur et iterum isdem inpulsum ac retractum in mensuram propriam refundatur.

8,31 Unde si miraris quomodo defectum luna patiatur, cum F
tantam uim mutationis habeat suae, considera et in eo magnum esse mysterium, quod eius exemplo cognoscis, o homo, nihil rerum humanarum esse posse et mundanae totius creaturae, quod non aliquando resoluatur. nam si etiam luna, cui tantum dominus commisit ministerium, ut inluminet orbem terrarum, et crescit et deficit — deficiunt enim omnia, 77 A
quae ex nihilo orta usque ad perfectionem uenerunt et iterum perfecta minuuntur; caelum enim et terra praeteribunt — cur non id moderationis adsumimus, ut neque in aduersis abiciamus animum — qui enim omnia fecit ex nihilo facile quoque te potens est ad summa et perfecta prouehere — et rursus non extollamur in prosperis neque in potestate aliqua nos diuitiisque iactemus neque in uiribus corporis aut pulchritudine gloriemur, in quo est facilis corruptio, crebra B
mutatio, sed manentem in futurum animi gratiam persequamur. nam si te lunae contristat occasus, quae se semper reparat ac reformat, multo magis contristare te debet, si anima, profectu uirtutis impleta cum fuerit, postea per inconstantiam mentis atque incuriam a suo deflexa proposito studia sua saepe commutet, quod est insipientiae atque inscientiae. unde et scriptura ait: stultus ut luna

6 Bas. 141 CD, 144 A (60 DE, 61 A) 14 Matth. 24, 35 27 Sir. 27, 12

1 ipsud Π (d *exp. G*, -um *corr. m2*) *V* occidentalem *C et P* (m *exp.*) *V* 2 speratur Π ampotis Π*MS* an potes 𝔄*M'B* an potes* 𝔄' (t *eras.*) 4 isdem 𝔄 (*m1* iisdem) 𝔄'*M'* hisdem *MS* idem Π, *om. B*, *in quo* ipsum *ante* iterum *add.* 5 refundatur (re *s. u. m2*) *MS* 12 defecit Π (*corr. m3 C*) deficiunt enim *om. N'MS*, *in mg. m2 B* 17 te quoque *N* 23 reformat *C* (re *s. u.*) 26 atque Π*MS* et *N'B* 27 inscientiae *C* (i *alt. in ras.*) et *om. GP*

mutatur. et ideo sapiens non cum luna mutatur, sed permanebit cum sole. unde non luna est particeps stultitiae, C
quia non luna mutatur ut stultus, sed stultus ut luna, denique semen iusti sicut luna perfecta in aeternum manet et testis in caelo fidelis; aliud est enim fungi ministerio, aliud circumferri ingenio et sensus infirmitate fixam non habere sententiam. luna pro te laborat et propter uoluntatem dei subdita est; uanitati enim creatura subiecta est non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe. illa ergo non sponte mutatur, tu sponte mutaris. illa congemiscit et conparturit in sua muta- D
tione, tu non intellegis et gratularis frequenter. illa tuam redemptionem frequenter expectat, ut a communi totius creaturae seruitio liberetur, tu et tuae redemptioni et illius libertati adfers inpedimentum. tuae ergo, non suae stultitiae est, quod dum tu expectaris et nec sero conuerteris, adhuc et illa mutatur.

32 Noli ergo lunam oculo tui corporis aestimare, sed mentis uiuacitate. minuitur luna, ut elementa repleat. hoc est ergo E
grande mysterium. donauit hoc ei qui omnibus donauit gratiam. exinaniuit eam, ut repleat, qui etiam se exinaniuit, ut omnis repleret; exinaniuit enim se, ut descenderet nobis, descendit nobis, ut ascenderet omnibus; ascendit enim inquit super caelos, ut impleret omnia. itaque qui exinanitus aduenerat a plenitudine sua apostolos impleuit. unde unus ex his dicit: nam de plenitudine eius nos omnes accepimus. ergo annuntiauit luna F

1 Psalm. LXXI 5 4 Psalm. LXXXVIII 37 sq. 8 Rom. 8, 20 11 Rom. 8, 22 18 Bas. 145 A (61 D) 22 Philipp. 2, 7 23 Ephes. 4, 10 26 Ioh. 1, 16

5 est *om.* $\mathfrak{A}'$ 6 circumferre *C* 15 adfere*s *C* adferęs *P* sua* *C* (e *eras.*) 19 est* *C* ergo *C* uero *GPV* uere *N* ergo uere *Uind.* 23 discendit *CGVN'* 24 omnes caelos *MS* 25 uenerat $\mathfrak{A}M'$ a II de *N* adimpleuit *N* 27 luna ... suum non mediocris quae *C* *in ras. min. spatii*

mysterium Christi. non mediocris in qua signum posuit suum, non mediocris quae typum habet dilectae ecclesiae, quod significat propheta dicens: orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis, donec tollatur luna. et in Canticis dominus de sua sponsa ait: quaenam est haec prospiciens tamquam diluculum, speciosa sicut luna, electa ut sol? et merito sicut luna ecclesia, quae toto mundo refulsit et tenebras saeculi huius inluminans dicit: nox praecessit. dies adpropinquauit. pulchre ait prospiciens. quasi suos de superiori prospectans, sicut habes: dominus de caelo prospexit 78 A super filios hominum. prospiciens ergo ecclesia sicut luna defectus habet et ortus frequentes, sed defectibus suis creuit et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur et confessorum martyriis coronatur. haec est uera luna, quae de fraterni sui luce perpetua sibi lumen inmortalitatis et gratiae mutuatur. fulget enim ecclesia non suo, sed Christi lumine et splendorem sibi arcessit de sole iustitiae, ut dicat: uiuo autem iam non ego, uiuit autem in me B Christus. beata plane, quae tantum insigne meruisti! unde te non tuis numeniis, sed typo ecclesiae beatam dixerim; in 33 illis enim seruis, in hoc diligeris. quam ridiculum autem quod te plerumque credunt homines magicis carminibus posse deduci. aniles istae fabulae ac uulgi opiniones. quis enim opus dei tanto ministerio deputatum arbitretur Chaldaeicis superstitionibus posse temptari? lapsus sit ille qui se transfigurat in angelum C

3 Psalm. LXXI 7 5 Cant. 6, 9 9 Rom. 13, 12 11 Psalm. XIII 2 12 Isid. de nat. rer. 18, 6 19 Galat. 2, 20 22 Bas. 145 A (61 DE) 26 II Cor. 11, 14

4 extollatur *N* 7 merito ⟨speciosa⟩ *α* 9 dies autem *MSB* 10 superiore *N* 15 martyriis *P m2 VN* martyrii *C et m1 GP* martyrio *G m2* 16 fraterne *C* fratris *N'* lu▪ce *C* lumen sibi *N* 17 non *C* (n *alt. in ras. mai.*) 21 neomeniis (neo *ex* nu *m2*) *MA'S* neominiis *m2 ex* nominis *B* 25 caldeicis Π (caldaicis *m2 CG*) chaldeis *uel* chaldęis *N* 26 temtari *C*

lucis et deductus uoluntate propria, non carminum potestate. sane et in hoc [quasi], ecclesia, putaris posse quasi de loco tuo et statione deduci. multi temptant ecclesiam, sed sagae artis ei carmina nocere non possunt. nihil incantatores ualent ubi Christi canticum cotidie decantatur. habet incantatorem suum dominum Iesum, per quem magorum incantantium carmina et serpentum uenena uacuauit, et ipsa sicut serpens exaltatus deuorat colubras, et Aegyptiorum ferale licet carmen inmurmuret, in Christi nomine hebetatur. sic et Elymam magum Paulus non solum sagae artis infirmitate, sed etiam oculorum amissione caecauit. sic Petrus Simonem alta caeli magico uolatu petentem dissoluta carminum potestate deiecit et strauit.

9, 34 Pulchre, ut arbitror, cessit dies quartus. quomodo igitur quartum plerique consueuerunt cauere et inutile putant hoc numero aliquid ordiri, quo totus noua luce mundus emicuit? an sinistris sol coepit auspiciis? et quomodo alii potest bona signare qui sibi eligere diem sui nesciuit exortus? aut quomodo signa eius probant, cuius ortum non probant? quid etiam de luna dicimus, quae et quarto die coepit et quarta decima diem signat salutis? an displicet numerus, quo celebratur mysterium redemptionis? ideo daemones declinandum esse persuadent numerum eum, quo eorum destructa nequitia est. ideo gentiles nihil adoriendum adserunt, quia sciunt tunc

6 Psalm. LVII 6 7 Exod. 7, 12 Num. 21, 8 Ioh. 3, 14 9 Act. 13, 11 11 Const. apost. VI 9 de bell. Iud. III 2

2 quasi *pr. inclusi* quasi *alt. om. N* 3 temtant *C* 6 incantantium *C* (tantium *in ras. 3 uel 4 litt.*) 7 euacuauit $\mathfrak{A}'$ 8 colubras II *et* (o *s.* a) *B* colubros *N'* et II *om. cet.* 9 euetatur *CP* hebetatur *G* (h *s. u. m2*) hebetatur (euatatur *V* habitator $\mathfrak{A}$, -ur *m2*, *M'*) in $\overline{\text{xpi}}$ nomine *VN* elimam *Brux. Uind.* illum *B* ymnum *CP et* (ł illū *s. u.*) *G* hymum *S* hymnum *cet.* magum *MSB* magnum *G* (*s.* ł magum) *cet.* 10 sagae II*MS* magicae *cet.* 13 ut *VN* et ut *cet.* 14 consueuerunt *C* consuerunt *cet.* 15 quo *C* (o *in ras.*) 16 a sinistris *C* 17 signare II signa dare *N* elegire *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) suū *CGP* 19 quarta *VN* quinta *CGP* 20 diem *om. C* die *GPV* quod *CV* 21 redemtionis *C*

primum artes suas uacare coepisse et populos gentiles ad ecclesiam demigrasse. lunam certe quartam, si pura fuerit neque obtunsis cornibus, dare reliquis diebus usque ad exactum mensem indicium serenitatis existimant. nolunt ergo 79 A isdem exordiis incohare, quibus serenitas incohatur. sed iam cauendum, ne nobis in sermone dies quartus occidat; cadunt enim umbrae maiores de montibus, lumen minuitur, umbra cumulatur.

DIES QUINTVS.

1, 1 (Serm. VII) **Uestita** diuersis terra germinibus uirebat omnis, caelum 10 B quoque sole et luna geminis uultus sui luminibus stellarumque insignitum decore fulgebat. supererat elementum C tertium, mare scilicet, ut et ipsi gratia uiuificationis diuino munere proueniret. aetherio etenim spiritu omnes terrarum fetus aluntur, terra quoque semina resoluens uniuersa uiuificat 15 et maxime tunc primum uerbo dei iussa uiridescere uiuificationis suae munere pullulabat: uacabat aqua et a diuinae operationis feriata beneficio uidebatur. habet adhuc creator quod illi conferat, quo munia terrarum possit aequare; seruabat ei, ut et ipsa proprium sibi et speciale aliquid 20 D praerogatiuae conlati sibi muneris uindicaret. uiuificauit prius

2 Uerg. Georg. I 432—435 7 Uerg. Ecl. I 83 10 Bas. 148 A—C (62 DE) 14 Uerg. Aen. VI 726

3 obtensis *C* obtunsis *G* (n *eras.*) obtusis *MSB* 5 hisdem *M et S* (h *s. u. m2*) *cet.* incoare *C* inquoare *G m1* inchoare *G m2 cet.* incoatur *C* incoare *G m1* (incoatur *m2*) inchoatur *cet.* 7 lumen emendatum minuitur (emendatum minuitur *in ras. min. spatii*) *C* 8 *post* cumulatur *add.* emendatum *C, in quo eras., GP* EXPŁ DIES QUARTUS. INCIPIT DIES QUINTUS *CGN et* (*in quo post* QUARTUS *add. atr. rubro* XXXVIII) *P* EXPL̄. DIES QUARTUS EX LIBRO BEATI ĀBROSII EXAMER̄ QUINTO DE EODEM DIE *V* EXPLICIT LIBER QUARTUS *Brux.* 12 superat *C* 14 proueniret munere *N* aethereo *B* etenim Π enim *N* omnis *CPV et* (*corr. m2*) *G* 16 uiridiscere *P et* (i *tert. corr. in* e) *CG* 17 ad Π (d *del. CG*) 20 reseruabat *N'* sibi *s. u. m2 B, om. N'*

terra, sed ea quae spirantem animam non habebant: aqua iubetur ea producere quae uiuentis animae uigorem dignitatemque praeferrent et sensum tuendae salutis et fugiendae
2 mortis acciperent. dixit itaque deus: producant aquae reptilia animarum uiuentium secundum genus et uolatilia uolantia secundum firmamentum caeli. E uenit mandatum et subito aqua iussos fundebatur in partus; generare fluuii, uiuificare lacus, mare ipsum coepit diuersa reptilium genera parturire et secundum genus effundere quodcumque formauerat. non exigui gurgites, non caenosae paludes uacabant, quin omnia datam sibi creandi adsumerent potestatem. pisces exilibant de flumine, delphines praeludebant in fluctibus, concae saxis, ostreae adhaerebant profundis, adolescebant echini. uae mihi! ante hominem coepit inlece- F bra, nostrae mater luxuriae, ante hominem deliciae. prior ergo hominum temptatio quam creatura. sed nihil natura deliquit: alimenta dedit, non uitia praescripsit. haec communia dedit, ne tibi aliqua uelut propria uindicares. tibi suos fructus terra producit, tibi scaros et acipenseres et omnes fetus suos generant aquae: et his non contentus interdicta tibi alimenta gustasti. ad inuidiam tuam omnia congeruntur, ut praeuaricatio tuae auiditatis oneretur. 80 A

4 Gen. 1, 20

1 terras Π (s *eras. G*) 2 uiuentes *M et* (*corr. m2*) *G*𝔄𝔄′ uiuentis *C* 3 praeferent *C* praeferunt *P* praefert *V* 10 cenosae *CG* 12 delfini *G* delfines *cet.* 13 conchae *m2 C*𝔄 conca (*s.* chae *m2*) *S* concauę *M* profundi 𝔄 (-is *m2*) *M′* 14 aduliscebant 𝔄 (-escebant *m2*) *M′* ecini *CGV* (*hi corr. m2*) etchini 𝔄 (*corr. m2*) *M′* aechini *B* (aec *s. u. m2*) aechinis *S* *post* inlecebra *add.* abundantia copiarum *MS Diu.*, i. e. abundantia copiarum *Brux.* 16 temtatio *C et* (*corr. m2*) *G* creatura *scripsi* natura *libri* natura *M′* creatura *cet.* 17 perscripsit Π (*corr. m2 CG*) 19 escaros 𝔄*M′* ascaros *Trec.* acipenseres *S* acipensheres *B* accipenseres *C m3 P m2 M* accipiens heres *CP m1 GV* accipiens eris 𝔄*M′* accipiens*es 𝔄′ (r *eras.*) 20 suos *om.* Π contemtus *C* contemptus *G* (*corr. m2*) *P* contentos *V* (v *s.* o *alt.*) 22 honoretur Π (*corr. m2 G*) honeretur *B* (h *exp.*) 𝔄′

3 Sed neque quam multae species et nomina sint possumus B
enarrare, quae omnia in momento diuinae praeceptionis animata
sunt. simul coibat forma corporis et operabatur anima, uitalis
etiam uigor aliquid uirtutis. repleta erat terra germinibus,
mare inpletum animantibus. ibi insensibilia pullulant, hic sen- 5
sibilia uersantur. in terris quoque aquae suas sibi uindicant
portiones. lambunt terram pisces aquarum et ex ea sibi prae-
dam requirunt, culices quoque et ranunculae circa genitales
strepunt paludes; et ipsae audierunt domini mandatum dicentis: C
producant aquae reptilia animarum uiuentium. 10
4 scimus reptilia dici genera serpentium eo quod super
terram repant, sed multo magis omne quod natat reptandi
habet uel speciem uel naturam. nam etsi in profundum quae-
que demerserint aquam uideantur incidere, tamen cum supra
innatant, repunt toto corpore, quod trahunt super quaedam 15
dorsa aquarum. unde et Dauid dixit: hoc mare magnum
et spatiosum; illic reptilia, quorum non est nume- D
rus. quin etiam cum pleraque pedes habeant et ambulandi
usum eo quod sint amphibia, quae uel in aquis uel in terris
uiuant, ut sunt phocae, crocodilli, equi fluuiales, quos hippo- 20
potamos uocant eo quod ii generentur Nilo in flumine, tamen
cum in alto aquarum sunt, non ambulant, sed natant nec

16 Psalm. CIII 25 18 Bas. 148 D (63 B)

1 multa *G* (*corr. m2*) *V* sunt *GV*𝔄*M'B* sint 𝔄' (int *s. u. m2*) 2 in Π*B*, *om. cet.* 4 aliquid *C m3 Brux. Carn.* aliquis (s *s. u. m2*) *GB* aliqui *CGB m1 cet.* aliquae *Uind.* reliquae σα erat Π*MS* et *s. u.* 𝔄' est 𝔄*M'B* 5 pullulant *CGP* pullulabant *S* (ba *eras.*) *cet.* 6 uersabantur *B* aqua . . . uindicat *N* 8 ranunculae Π*B* ranunculi *G m2 cet.* genitalis *G* (-es *m2*) 9 ipsa *G m1 P* ipsi *G m2 et* (i *alt. ex* e) *M* 11 serpentum 𝔄'*MS* 13 in *om.* Π quaeque Π*B* qui se 𝔄' quae se *cet.* 14 aqua *C* (*corr. m3*) *GV* incidere Π*N'B* findere *M* fundere *S* 15 quo trahuntur *B* 16 dixit Π ait *N* 19 amfibia *N* anfibia *CGP* anfibilia *V* quae 𝔄*M'MS* et quae Π*B*, *om.* 𝔄' 20 uiuent *C* focae *libri* crocodilli *C m1 P*𝔄'*MS* crocodili *G* corcodrilli *C m3 G corr. m1* 𝔄*M'B et* 𝔄' *m2 in mg. et* (r *alt. s. u.*) *V* ippopotamos *libri* 21 hi *GM'MS* hii 𝔄' (hi *in ras.*) *cet.*

uestigio utuntur pedis ad incedendum, sed tamquam remo ad reptandum, siquidem et nauis acta remis labitur et aquas sulcat carina.

2, 5 Producant aquae reptilia dixit dominus. breuis sermo, E sed uehemens et late patens communem minimis et maximis naturam infundit. eodem momento producitur ballena, quo F rana eiusdem ui operationis innascitur. non laborat in maximis deus, non fastidit in minimis. nec dolet natura parturiens delphinas, sicut non doluit, cum exiguos murices cocleasque produceret. aduerte, o homo, quanto plura in mari quam in terris sint. numera, si potes, omnium piscium genera uel minutorum uel etiam maximorum, sepias polypos liostraca carabos cancros et in his innumerabilia sui generis. quid 81 A dicam genera serpentium, dracones muraenas anguillas? nec praetermittam scorpios ranas testudines, mustelas quoque et canes maritimos, uitulos marinos, cete inmania, delphinas, phocas, leones. quid adtexam etiam merulas, turdos, pauos quoque, quorum etiam colores in auibus uidemus expressos, ut nigrae merulae, paui uerso colore dorsa et colla depicti sint, turdi aluo uarii, et cetera, quorum sibi terrae et species et nomina uindicarunt? nam prius in mari ista coeperunt B

3 Uerg. Aen. V 158 X 197 4 Bas. 149 A (63 C) 16 Uerg. Aen. V 822

1 pedis (i *ex* e) *CG* 2 lauitur *C* (b *s.* u *m3*) 3 carinis Π (-na *m2 G*) 6 infundit *CGN'* infudit *cet.* ballena 𝔄 (l *pr. eras.*) 7 nascitur 𝔄' 8 dolet Π*M et m1 S* doluit *S m2 N'B* 9 delfinas *libri* 11 omnia *N* 12 polypos *M* polipost *CP et* (t *exp.*) *G* polipos *cet.* liostraca *scripsi* (*cf.* μαλακόστρακα *Bas. 149 C (64 A)*) lith. ostriota *CP* lithosariota *G* (*m2* litostructas) clitos triata *V* litostructa 𝔄 (-as *m2*) *M'* litositrocta 𝔄' (*m2* lithossitrotos) lithostrata *MS* litos ostriotas tructas *B* 15 scurpios *C* (*corr. m3*) *P* 16 cete *MS* coeti Π (coetę *m2 G*) coetae *B* caete *N'* (a *eras.* 𝔄) delphinas *C* delfinas *cet.* 17 foncas Π (n *eras. C, exp. GV*) focas *N* merulos *S* (a *s.* o *m2*) *Brux.* 19 nigrae *Diu. Uind.* nigri *cet.* meruli *B* uerso Π diuerso *G m2 N* depicti *MS* depicta Π picti *N'B* 20 sunt 𝔄*M'B* aluo *MS* albo *cet.* terrae et Π terrae *N*

diuersisque fluminibus, siquidem aqua prior animarum uiuen-
6 tium reptilia diuino nutu imperata produxit. adde hanc
gratiam, quod ea quae timemus in terris amamus in aquis.
etenim noxia in terris in aqua innoxia sunt atque ipsi
angues sine ueneno. leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. 5
muraena, quam ferunt aliquid habere noxium, esca pretiosior
est. rana horrens in paludibus, decora in aquis omnibus C
fere praestat alimentis. plura si qui uult cognoscere, a
diuersis locorum piscatoribus quaerat; nemo enim potest
omnia conprehendere. canes sane et in mari caue, quos 10
et in ecclesia molestos esse et cauendos apostolus docet
dicens: cauete canes, cauete malos operarios.
mustelae grauis in terris odor, in aquis suauis. terrena se
nouit uindicta faetoris ulcisci, haec non minorem habet
gratiam capta quam libera. neque te inhonoratum nostra 15 D
prosecutione, thymalle, dimittam, cui a flore nomen inoleuit.
seu Ticini unda te fluminis seu amoeni Athesis unda nutri-
erit, flos es. denique sermo testatior quod de eo qui gratam
redoluit suauitatem dictum facete sit: aut piscem olet aut
florem; ita idem pronuntiatus est piscis odor esse qui floris. 20
quid specie tua gratius, quid suauitate iocundius, quid

12 Philipp. 3, 2 16 cf. Ael. H. A. XIIII 22 et Auson. Mosella 97 et 115

5 *post* ueneno *add.* II*B* esse non possunt; *uix credibile Ambrosium scripsisse* ‹qui in terris sine ueneno› esse non possunt 6 aliquid (d *s. u.*) *m3 C m2 GP* 8 qui *N* quid II quis *m3 C m2 GP*𝔄*S* 11 ecclesiam *CPV* 14 faetoris 𝔄*M'B* foetoris 𝔄'*S* fetoris *cet.* 16 thymalle *C* (l *pr. exp. m3*) *P* thimale *G* thimallem *V* tymalle *N'* tymelle *B* thimalle *MS* demittam *C* (*corr. m3*) a. *C*, a *s. u. P*, *om. G*, *fort.* ab 17 undat et *CV* unda te (e *add. m2*) et *P* unda te et *G* (n *ex* m, e *pr. m2 ex* i) athesis *G m2* tate.sis *S* tesis *B* (*in quo* amoena) atesis *G m1 cet.* nutriuerit *M* 18 es *MS* est *cet.* 19 redolebit 𝔄*M'* redoleuit 𝔄' dictu *CP* facete sit *MS* facite sit 𝔄*M'* facetisit 𝔄' facessit *CGPB* fecisset *V* 20 odoris sequi II 21 iocundius *CM* iucundius 𝔄'

odore fraglantius? quod mella fraglant, hoc tu corpore tuo spiras. quid loquar coruorum, quid etiam luporum teneri- E
tudines? nescit hos lupos agnus timere. tanta est aquarum gratia, quarum uitulos fugiunt et leones, ut his propheticum illud dictum de ecclesiae sanctitate iure conueniat: tunc lupi et agni simul pascentur, leo et bos simul paleas manducabunt. nec mirum, quandoquidem etiam in ecclesia aquae illud operantur, ut praedonum abluta nequitia cum innocentibus comparetur. quid etiam purpuras memorem, quae ornant regum conuiuia, amictus inbuunt? F
aquarum est igitur quod in regibus adoratur, aquarum est species illa quae fulget. adde porcos maris etiam Iudaeis gratos, quia nihil est commune, quod non aqua abluat, et ideo communes eos sicut in terra editos aestimare non possunt.

3, 7 Innumeri itaque usus, innumera genera piscium. alii oua 82 A
generant, ut uarii maiores, quos uocant troctas, et aquis fouenda conmittunt. aqua igitur animat et creat et adhuc B
mandati illius primi tamquam legis perpetuae munus exsequitur, blanda quaedam mater animantium. alii uiuos fetus edunt de suo corpore, ut mustelae et caniculae et cete ingentia, delphines et phocae aliaque cete huiusmodi. quae cum ediderint partus, si quid forte insidiarum terrorisque praesenserint circa catulos suos quemquam moliri, quo tueantur eos uel tenerae aetatis pauorem materno affectu conprimant, aperire ora et innoxio partus suos dente suspendere, interno C

1 Uerg. Georg. IIII 169 5 Esai. 65, 25 15 Bas. 149 A, D 152 A (63 CD, 64 B)

1 fraglantius *C m3* 𝔄′*B* fragrantius *V* flagrantius *C m1 cet.* fraglant *C m3* 𝔄′*B* fragrant *V* flagrant *C m1 cet.* 4 fugiant *G*𝔄*M*′*B* 5 ecclesiae *C* (ae *m3 ex* a) conueniet *C* (a *m3 s.* e *alt.*) 8 aquae *G m2 VN* quae *CP et m1 G* 9 comparentur Π (o *m3 ex* u *C*) 16 tructas (troctas 𝔄′) uocant *N*′*B* 20 canicula Π*M* caete *C*𝔄*M*′*B* cetera *V* 21 delfines *libri* foncae (n *del.*) *CGV* fongę *P* focae *cet.* cete *M*′*MS* caetae 𝔄 (a *alt. eras.*) caete 𝔄′ ceteri *C* cetere *P et m1 GB* cetera *V et m2 GB* 22 ederint *CP et* (*corr. m2*) *G* 23 quaequam *CP* 25 hora *CV et* (h *eras.*) *G* innoxia *C* (a *in ras.*)

quoque recipere corpore et genitali feruntur aluo abscondere. qui humanus adfectus hanc piscium pietatem possit imitari? oscula nobis satietati sunt, illis non satis est aperire uiscera natosque recipere ac reuocare integros atque iterum fotu quodam eos sui caloris animare et spiritu adolere suo duosque in corpore uno uiuere, donec aut securitatem deferant aut corpore suo obiecto natos suos defendant a periculis. quis haec uidens, etsi possit obtinere, non tantae piscium pietati cedat? quis non miratus stupeat, ut seruet natura in piscibus quod non seruat in hominibus? plerique ex suspicione nouercalibus odiis adpetitos suos occiderunt filios, aliae in fame, ut legimus, partus proprios comederunt. humanis pignoribus mater sepulchrum facta est, piscium proli parentis uterus sicut murus uallo quodam intimorum uiscerum pignera in-
8 offensa conseruat. diuersa igitur piscium genera diuersos usus habent; alii oua generant, alii uiuos pariunt atque formatos. et qui oua generant non nidos texunt ut aues, non diuturni fotus laborem induunt, non cum molestia sui nutriunt. cecidit ouum, quod aqua gremio quodam naturae suae quasi nutrix blanda suscepit et animal celeri fotu reddidit. continuo enim
9 tactu parentis animatum ouum cecidit et piscis exiuit. tum deinde quam pura et inuiolata successio! ut nullus alteri,

12 Reg. IIII 6, 28 sqq., cf. de bell. Iud. V 40 13 Cic. de off. I 97 15 Bas. 149 D, 152 B (64 BD) 21 Bas. 152 B (64 E)

2 quis *MB et* (s *eras.*) *S* 5 adolere Π (adolêre *m3 ex* a dolore *C*) alę *M* alere *S et* (suo *om.*) 𝔄*M'B* lare (*om.* suo) 𝔄' sui *P* 6 uiuere *N* uidentur Π (uideri *G m2*) 7 suos defendat (-ant *G m2;* e *alt. in ras. C*) a periculis Π suis defendant (defendat *MB*) periculis *N* 8 obtinere *C* (i *ex* e *m3*) 9 miratus *CPV* miratur *G m1* miretur et *G m2 N* seruat *C* 10 pleraeque *Erasmus* 12 pignoribus *C* (e *s.* o *m3*) 13 sepulchrum *C* (h *del.*) 𝔄' (h *s. u.*) sepulcrum *V* est uterus *SB* 14 muros Π (*corr. m3 C*) internorum 𝔄 *m2* (intemorum *m1*) *M'B* intimore 𝔄' pignera *CPV*𝔄*M'* pignorum *G* pignora *cet.* 15 usus *C* (*in ras. m1*) *V* (s *alt. s. u.*) suos *P* 16 atque *G* (t *s. u. m2*) aquae *CP* 18 labore *CP et* (ẽ *ex* e *m2*) *G* 21 exi*uit *C* exibit *V* tunc Π 22 ut nullus Π nullus *cet.*

sed generi suo miscetur, thymallus thymallo, lupus lupo! scorpaena quoque castitatem inmaculati conubii generis sui seruat. itaque habet pudicitiam generis ‹sui›, sed uenenum generis sui non habet; non enim percutit scorpaena, sed reficit. nesciunt igitur alieni generis socium adulterina coniugia, sicut sunt ea quae coeunte asinorum equarumque inter se genere magna cura hominum perpetrantur, uel rursus cum equis asinae miscentur, quae sunt uere adulterinae naturae; nam utique maius est quod in naturae conluuionem committitur quam quod in personae iniuriam. et, homo, ista 83 A procuras interpres adulterii iumentalis et illud animal pretiosius putas, quod adulterinum quam quod uerum est. ipse genera aliena confundis diuersaque misces semina atque ad uetitos coitus plerumque cogis inuitos et hoc industriam uocas. hoc quia de hominibus facere non potes, ut diuersi generis commixtio fetus possit excludere, tollis homini quod natus est et uirum de uiro exsuis abscisaque corporis parte B sexum negas, spadonem efficis, ut quod negauit natura in hominibus inpleret audacia.

4, 10 Quam bona autem mater sit aqua etiam hinc considera. C tu, o homo, docuisti abdicationes patrum in filios, separationes odia offensas: disce quae sit parentis et filiorum necessitudo. uiuere pisces sine aqua non queunt nec a suae parentis consortio separari neque a suae altricis discerni munere, et fit hoc natura quadam, ut separati moriantur ilico. neque enim

20 Bas. 149 B (63 DE)

1 misceatur *m3 C m2 G* thimalus *G* thimallus *V* thymallos 𝔄 (-us *m2*) tymallus 𝔄′*M*′ thymallo *C* (y *in ras.*) thimallo *G* (l *pr. exp.*) *V* tymallo 𝔄′ 2 generi suo *N* 3 sui *add.* σ α 5 alienigenarum (alienorum 𝔄 o *ex* a, alienarum *M*′, alieni generā 𝔄′) piscium adulterina contagia *N* coniu*gia *C* (n *eras.*) 6 coeunte *MS* coeunt *cet.* equarumque *C* (e *pr. m3 ex* a) 7 genera *GN*′*B* 8 equis Π equus *N* asini *CGP* miscentur *scripsi* misceantur Π miscetur *N* uere Π uera *N* adulteria *N* 9 colluuionem *MS* conluuione *cet.* 11 pretiosius *C* (us *in ras.*) 15 uacas *C* (a *pr. in ras.*) 16 fetum *N* 17 exsuis Π exuis *cet.* 21 tu o *C in ras. min. spatii*

ut omnia huius aeris uiuunt spiramine, quia hauriendi spiritus et respirandi natura his non suppetit; alioquin sub aquis D semper non possent uiuere non capientes spiritus infusionem. quod est nobis spiritus illis est aqua. sicut nobis spiritus ita illis aqua uiuendi ministrat substantiam. nos intercluso commeatu spiritus, quia ne breui quidem spatio possumus expertes esse uitalis spiritus, statim extinguimur; pisces quoque sublati de aqua sine substantia sui esse non possunt. 11 et causa manifesta est, quoniam in nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit spiritum et, cum ipse sit E <poris> plerisque penetrabilis, spiritus infusione interiorem calorem refrigerat. thorax enim ut suscipit alimenta, ita superflua ciborum et sucos salubres sanguinemque discernit: fit pulmo peruius, unde facilius ad eum potest aspiratio spiritus peruenire. pisces uero branchias habent, quas nunc plicant et colligunt, nunc explicant atque aperiunt. in hac ergo collectione et apertione dum suscipitur aqua et transF mittitur ac penetrat, respirationis munus uidetur impleri. propria igitur natura est piscium nec communis cum ceteris, specialis usus et a ceteris uiuendi quaedam separata ac secreta substantia. propterea non nutriuntur neque ut terrena animalia manus humanae tactu et delenimento aliquo delectantur, etiamsi seruati in uiuariis suis uiuunt.

5, 12 Quid autem de densitate dicam dentium? non enim ut oues 84 A

24 Bas. 152 C (64 E)

1 spiramini *C* (-na *m3*) qui Π (quia *m3 C m2 G*) auriendi *C* auri *V* hauriendi (h *m2*) *GℜA'* 2 his qui *C* (qui *del.*) 5 interclusio Π (i *alt. eras. G*) 6 commeatus Π (-tu *m2 G*) quia *C s. u.* 7 expertes Π exsortes *M* exortes *cet.* 8 sui esse Π esse sui *M* esse sui *S* sui uiui esse *N'B* 9 in *om. N* 10 recepit *PVM' et* (*corr. m2*) *GℜA* sit ipse *N* 11 poris *add. ed. Rom.* penetrabilis *MS* penetralis *cet.* 12 thorax *MS* torax *cet.* 15 branchias *S* (h *s. u.*) *Diu. Tell.* brancias *GVℜAM* branthias *B* (h *s. u.*) brantias *cet.* 18 implere *MS* 20 ac Π*MS* et *N'B* 23 uiuunt *C* (u *alt. s. u. m3*) uiuant *S Trec.* 24 bos aut ouis (oues ℜ) *N*

aut boues ex una parte dentes habent, sed pars utraque armata est dentibus, quia in aqua sunt et, si diutius cibum B uersarent et non cito transmitterent, aquarum alluuione de dentibus eorum esca posset auferri ac dilui. ideo densos et acutos habent, ut cito incidant, cito conficiant cibum, facile et sine aliqua mora et dilatione transmittant. denique non ruminant, solus tamen scarus in his ruminare perhibetur, ut ferunt quibus aut euentus aut usus fuit aut studium talia con-
13 prehendere. sane nec ipsi a suis potentiae euasere uiolentiam C et auaritiae potiorum subiecti ubique inferiores sunt. quo quisque infirmior, eo <plus> praedae patet. et plerique quidem herbis pascuntur ac minutis uermibus; sunt tamen qui inuicem se deuorent et sua carne pascantur. minor apud illos est esca maioris, et rursus ipse maior a ualidiore inuaditur et fit esca alterius praedator alieni. itaque usu uenit, ut, cum ipse alium deuorauerit, ab alio deuoretur et in unum uentrem uterque conueniant cum deuoratore proprio deuoratus D sitque simul in uno uiscere praedae uindictaeque consortium. et ipsis sponte forte haec adcreuit iniuria, sicut in nobis non ex natura coepit, sed ex auaritia, aut quia ad usum hominum dati sunt, in signum quoque facti sunt, ut in his nostrorum morum uitia uideremus et caueremus exempla, ne quis potior inferiorem inuaderet daturus in se potentiori exemplum iniuriae. itaque qui alterum laedit sibi laqueum parat, in quem ipse incidat.

11 Bas. 152 C (65 A)

1 par (pars *Pm2 et G*) utraque Π utraque pars *N* 2 qui in *C* 3 de *in mg. m2 S, om. 𝔄M'B* 4 possit Π (-et *m2 G*) densos (o *ex* u) *m3 C m2 G* 8 alia *C et G m1 P* talia *C m3 G m2* 11 plus *addidi*, magis *post* praedae *ed. Paris. a. 1661* maiori (*s. u. m2*) praedae 𝔄 13 deuorant *V* pascuntur Π 14 esca maioris (maiori *B*) est (*om.* et) *N* a *G m2 om. CV, in P unius litt. ras. est* 17 conueniunt *MS* conueniat *Atr. Carn. Diu. Uind.* uoratore *N* 18 sitque *MS* sit fitque Π fitque *N'B* 19 ipsi Π (-is *m2 G*) 20 aut *C* (u *ex* ũ) 23 daturos *C* (-us *m3*) 24 laedit *C* (l *ex* d)

14 Et tu piscis es, qui uiscera inuadis aliena, qui demergis E
infirmum, qui cedentem persequeris usque in profundum.
caue ne dum illum persequeris, incidas ipse ualidiorem et
deducat te in alienas insidias qui tuas uitat priusque tuam
spectet aerumnam qui te persequente propriam reformidabat.
quid interest inter diuitem inprobae cupiditatis ingluuie ab-
sorbentem infirmorum patrimonia et silurum minorum piscium
uisceribus aluum repletum? defunctus est diues et nihil ei F
sua spolia profuerunt, immo magis eum rapinarum suarum
detestabiliorem fecit infamia. captus est silurus et inutilis
praeda detecta est. quanti in eo repperiuntur, qui alios de-
uorauerant! et tu diues habes in sinu tuo alterius praeda-
torem. ille habebat facultates pauperis, quas inuaserat: tu
eum opprimens duo patrimonia tuis facultatibus addidisti et
adhuc tanto non satiaris augmento et dicis quod alios uin-
dicaueris, cum eadem committas quae ulcisceris, iniusto
iniustior et iniquo iniquior et auaro auarior. uide ne idem
te qui piscem illum finis inueniat; amum caue et retia. sed
praesumis de potentia quod nemo tibi possit resistere: prae- 85 A
sumebat et silurus quod amum nemo sibi iaceret, nemo
tenderet retia, et, si incidisset, uniuersa disrumperet: et
tamen fuscinam non euasit aut nexus uinculi ualidioris incurrit,
quibus se non posset exuere. sine dubio et hominum iniquitas
quo grauiora commiserit, eo magis scelere suo tuta esse non
poterit, quin aliquando dissoluat quod pro scelerum pretio
6, 15 constat difficile posse uitari. piscis ergo es, o homo. audi quia B

1 Bas. 152 D, 153 A (65 AB)

3 ipse in *Atr.* (in *s. u.*) *Carn. Diu. Uind.* 4 tuas *C* (a *in ras.*) 5 spectet *G m2 MS* expectat *G m1* expectet *cet.* persequente *GV* persequentem *cet.* 7 de minorum *N'* 10 detestabiliorem *C* (e *alt. in ras.*) 11 eo *C in ras. unius litt.* 14 addisti Π (*corr. m2 G*) 18 hamum *G m2* 𝔄 *m2 MS* caue et Π caue caue *N* 20 hamum *S et m2 G*𝔄*M* sibi nemo *V Brux.* 21 disrumperet *V* dirumperet *MS* 25 quin *C* 26 possit *C et* (posse *m2*) *G* posset *PV* quia si *CP et* (si *del. m2*) *G*

piscis es: simile est regnum caelorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium congregauit. cum autem esset inpletum, duxerunt id ad litus et sedentes elegerunt optimos in uasis suis, malos autem foras miserunt. sic erit in consummatione saeculi. exibunt angeli et separabunt malos de C medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. sunt ergo et boni et mali pisces; boni seruantur ad pretium, mali statim ardent. bonum piscem nec retia inuoluunt, sed eleuant, nec amus internecat atque interficit, sed pretiosi uulneris perfundit sanguine, in cuius oris confessione bonum pretium repperitur, quo tribut̃um apostolicum et census Christi possit exsolui. sic enim scriptum est dicente domino: reges terrae a quibus accipiunt tributum uel censum? a D filiis suis aut ab alienis? et respondente Petro 'ab alienis' ait dominus: uade ad mare et mitte amum et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore eius inuenies ibi staterem; illum sumens dabis pro me et te. noli igitur, o bone piscis, Petri amum timere; non occidit, sed consecrat. noli quasi uilem te contemnere, quia uides corpus infirmum. habes in ore tuo quod et pro Petro et pro Christo offeras. noli timere Petri retia, cui dicit Iesus: duc in altum et E laxato retia; non enim in sinistram partem mittit, sed in dextram, sicut iussus a Christo est. noli timere sinus eius, quia dictum est ei: ex hoc eris homines uiuificans.

1 Matth. 13, 47—50 11 Matth. 17, 27 13 Matth. 17, 25—27 23 Luc. 5, 4 26 Luc. 5, 10

3 duxerunt *C* (u *pr. in ras.*) 5 foris *P* (*corr. m3*) *V* (*corr. m2*) *N'* consummationem Π 7 caminum *m2 CG*𝔄 camino *m1 CG*𝔄 *et PVM' et* (o *ex* um *m2*) 𝔄' 8 sunt . . . pisces *om. V*𝔄' et *pr. om. MS* 10 etleuant *CPV* hamus *m2 G*𝔄 *et MS* 15 an ab *B* 16 ua*de *C* 17 hamum *m2 G*𝔄𝔄' *et MS* 19 dabis Π𝔄'*MS* da eis 𝔄*M'B* 20 hamum *m2 G*𝔄𝔄' *et MS* 24 laxato* *C* (p *ut uidetur eras.*) 25 dexteram *GP*𝔄'*MS* sinum 𝔄'

ideo misit retia et conplexus est Stephanum, qui de euangelio primus ascendit habens in ore suo statera iustitiae. unde confessione constanti clamauit dicens: ecce uideo caelos apertos et filium hominis stantem ad dexteram dei. pro hoc pisce stabat dominus Iesus; sciebat enim esse in ore eius pretium sui census. denique glorioso martyrio et Petri iudicium atque doctrinam et Christi gratiam locuples adsertor inpleuit. F

7,17 Nec te moueat, quod pro mari euangelium posui. euangelium est, in quo Christus ambulauit: euangelium est, in quo, licet titubauerit Petrus, quando negauit, tamen per dexteram Christi fidei munimentum, stationis inuenit gratiam: euangelium est, de quo martyr ascendit: euangelium est mare, in quo piscantur apostoli, in quod mittitur rete, quod simile est regno caelorum: euangelium est mare, in quo Christi figurantur mysteria: euangelium est mare, in quo Hebraeus euasit, Aegyptius interemptus est: euangelium est mare, quia sponsa Christi ecclesia et diuinae gratiae pleni- B

tudo, quae super maria fundata est, sicut dixit propheta: ipse super maria fundauit eam. exili super undas, o homo, quia piscis es. non te opprimant saeculi istius fluctus. si tempestas est, pete altum et profundum: si serenitas, lude in fluctibus: si procella, caue scopuloso litore, ne te in rupem furens aestus inlidat; scriptum est enim:
18 estote astuti sicut serpentes. et quia de serpentibus astutis propositum exemplum est, simus astuti circa quaerenda C

3 Act. 7, 56 10 Matth. 14, 25 et 30 11 Matth. 14, 30; 26, 70 sqq. 14 Matth. 13, 47 20 Psalm. XXIII 2 25 Matth. 10, 16

1 retiam *C* sthefanum *C* stefanum *P* **stephanum 𝔄 2 statera *scripsi* stateram Π*MS* staterem *N'B* 4 apertos (o *ex* u) *CG* 12 stationẽ (ẽ *ex* is *m2*) *G* gratiam *M*, *eras. S*, *om. cet.* 14 quod *pr. CGPM* quo *B* (*s. u.*) *cet.* 17 aegyptius *C* (ti *in ras.*) interemtus *CPV* 19 supra *N* 20 super *pr.*] supra 𝔄*M'B* ea *CPV et* (eă *m2*) *G* eum *M* 23 caue ab *N'MB* caue a *S* scopuloso *C* (o *pr. ex* u *m3*, o *alt. postea add.*) 26 astuti *C* (i *ex* e *m3*)

et seruanda coniugia, diligamus tributa nobis consortia. et si ii qui longinquis fuerant ortus sui tempore regionibus separati inter se conuenerint et si uir ad peregrina contenderit, nulla longinquitas, nulla abstinentia conplacitam minuat caritatem. eadem lex praesentes absentesque conectit, idem naturae uinculum inter distantes et consistentes coniugalis caritatis iura constrinxit, eodem iugo benedictionis utriusque colla D sociantur, etiamsi alter obeat separatarum regionum longa diuortia, quia non corporis ceruice, sed mentis iugum gratiae receperunt. uipera, nequissimum genus bestiae et super omnia quae serpentini sunt generis astutior, ubi coeundi cupiditatem adsumpserit, muraenae maritimae notam sibi requirit copulam uel nouam praeparat progressaque ad litus sibilo testificata praesentiam sui ad coniugalem amplexum illam euocat, muraena autem inuitata non deest et uenenatae serpenti expetitos usus E suae coniunctionis inpertit. quid sibi uult sermo huiusmodi nisi ferendos esse mores coniugum et, si absens est, eius operiendam praesentiam? sit licet asper fallax inconditus lubricus temulentus: quid peius ueneno, quod in coniuge muraena non refugit? uocata non deest et serpentis lubricum sedula caritate conplectitur. ille tua mala portat et leuitatis femineae facilitatem, tu uirum tuum non potes, mulier, sustinere? Adam per Euam deceptus est, non Eua per Adam. quem F uocauit ad culpam mulier, iustum est ut eum gubernatorem assumat, ne iterum feminea facilitate labatur. sed horridus et

10 Bas. 160 BC (68 B), cf. Plin. N. H. VIIII 76, XXXII 14 23 I Tim. 2, 14

2 hi *M'* hii *G* (i *alt. eras.*) *cet.* longinqui Π 4 abstinentia Π absentia *N* 5 connectit *C et* (n *pr. exp. m2*) *G* (n *pr. eras.*) *P* 6 consistentes *C* (e *pr. in ras.*) 11 coeundi *C* (coe *in ras.*) 12 adsumserit *CPV* 14 illum Π (illam *m2 GP*) 15 expepititos *C* (pi *del. m3*) expe**titus *P* (pi *eras*) expetitos (o *ex* u *m2*) *G* 16 inpertit coniunctionis *N* inpertit *C* (r *s. u. m3*) inpetit *P* inpedit *G* (impendit *m3*) 17 ferendos *C* (o *ex* u *m3*) mores *N* sermones Π opperiendam *G* (p *pr. s. u. m2*) *B et* (m *eras.*) *P* operienda *S* opperienda *MB* 18 praesentiam *P* (m *eras.*) praesentia *MSB* temolentus *C*

inçultus est: semel placuit. numquid uir frequenter est eligendus? comparem suum et bos requirit et equus diligit et, si mutetur alius, tamen trahere iugum nescit compar alterius et se non totum putat: tu iugalem repudias tuum et putas saepe mutandum et, si uno defuerit die, superducis riualem et statim incognita causa quasi cognita iniuriam pudoris exsequeris. uipera absentem requirit. absentem 87 A uocat et blando proclamat sibilo atque, ubi aduentare comparem senserit, uenenum euomit reuerentiam marito deferens, uerecundata nuptialem gratiam: tu, mulier, aduenientem de longinquo maritum contumeliis repellis. uipera mare prospectat, explorat iter coniugis: tu iniuriis uiam uiro obstruis, tu litium moues uenena, non reicis, tu coniugalis amplexus tempore dirum uirus exaestuas nec erubescis nuptias nec reuereris maritum.

19 Sed etiam tu, uir — possumus etiam sic accipere — B depone tumorem cordis, asperitatem morum, cum tibi sedula uxor occurrit, propelle indignationem, cum blanda coniunx ad caritatem prouocat. non es dominus, sed maritus, non ancillam sortitus es, sed uxorem. gubernatorem te uoluit deus esse sexus inferioris, non praepotentem. redde studio uicem, redde amori gratiam. uipera uenenum suum fundit: tu non potes duritiam mentis deponere? sed habes naturalem C rigorem: debes temperare eum contemplatione coniugii et reuerentia coniunctionis deponas animi feritatem. potest et sic: nolite quaerere, uiri, alienum torum, nolite insidiari

16 Bas. 160 CD (68 C)

4 tutum *m2 PS* 5 superducis riualem II*B* suspecta riualem es *M* (es *ex* est) *S* suspicaris (icaris *m2 in ras. 4 litt.*) riualem (ri *s. u. m2*) 𝔄′ disceptari uolumus 𝔄*M*′ 6 pudoris exsequeris iniuriam *N* 13 uenenum 𝔄′*M*′ 16 etiam II enim etiam *N* 18 coniunx *Brux. Tell. et* (n *s. u.*) *Diu.* coniux *cet.* 20 uoluit deus *CGP* deus uoluit *cet.* 22 amoris *G* 24 et *om. N* 25 deponas *scripsi* deponat II*B* deponet *Carn.* deponere *Cenomanus Maurinorum;* deponas animi feritatem *om. N*′*MS* potest et sic *om.* II

alienae copulae. graue est adulterium, naturae iniuria est. duos primum deus fecit, Adam et Euam, hoc est uirum et uxorem, et uxorem de uiro, hoc est de costa Adam et iussit ambos esse in uno corpore et in uno spiritu uiuere. quid unum separas corpus, quid unum diuidis spiritum? naturae D adulterium est. hoc docet muraenae et uiperae non iure generis, sed ardore libidinis expetitus amplexus. discite, uiri, qui alienam permolere quaerit uxorem cuius serpentis sibi asciscere cupiat contubernium, cui etiam comparandus ipse serpenti sit. festinat ad uiperam, quae se in gremium uiri non directo tramite ueritatis, sed lubrico deuii amoris infundit. festinat ad eam quae uenenum suum resumit ut uipera, quae fertur peracto coniunctionis munere uenenum quod euomuerat rursus haurire; adultera enim uipera est. E unde et Solomon ait quod is qui fuerit temulentus, cum per uinum libido feruere consueuerit, tamquam a colubrae ictu extenditur et tamquam a cornuta diffunditur illi uenenum. et ut scias quia de adultera dixit adiecit: oculi tui cum uiderint alienam, os tuum loquetur peruersa. nec quisquam uelut contraria posuisse nos credat, ut et ad bonum et ad malum uiperae huius exemplo uteremur, cum F ad institutionem utrumque proficiat, si erubescamus aut fidem non exhibere dilecto, cui exhibet serpens, aut relin-

2 Gen. 2, 19 sqq. 15 Prouerb. 23, 32 18 Prouerb. 23, 33

1 ad adulterium *C* (ad *eras.*) *P* (ad *exp.*) iniuriae (*om.* est) *C* est *om. N'B* 2 e*uam *C* (u *eras.*) 4 uno *alt. C m3* unum *C m1 P* uiuere *om. N* 5 quid Π (i *in ras. C*) *et s. u. m2 B*, *om. cet.* 6 *murenae *C* 7 o uiri *N* 8 alienum *C et* (-am *m2*) *GP* 9 assciscere *V* (s *pr. s. u.*) adscire 𝔄*M'* adsciscere 𝔄'*MSB* contubernum *C* 11 amoris *C* (a *in ras.*) 14 aurire Π*S* haurire (h *s. u. m2*) *G*𝔄𝔄'*M* 15 solomon *C* salamon 𝔄𝔄' salomon *cet.* quo *CPV et* (quod *m2*) *G* his *G* (h *exp.*) 𝔄*MS* (*hi* h *eras.*) *cet.* fuerit *C* (i *in ras.*) 16 a *om. N* colubre Π𝔄'*MSB* colore *M'* colobri 𝔄 (*m2* colubri) colubri *G m2* colubro *Uind.* iactu Π (ictu *m2 G*) ictus *Uind.* 19 loquetur *G m2 MSB* loquitur *G m1 cet.* 20 ne Π (nec *G m2*) 23 cui exhiberet *CP* exiberet (-bet *m2*) *G* relinquentis *C*

quentes sancta coniugia lubrica et nocitura salutaribus praeferamus, quod facit qui cum serpenti miscetur.

8,21 Et quia de astutia coepimus sermonem subtexere, qua 88 A
unusquisque fratrem suum circumuenire et decipere nititur
et in nouas se fraudes componere, ut quem ui optinere non
potest circumscribat dolo et fucc quodam artis obducat, frau- B
dulentum illud polypi ingenium non praeteribo, qui uadoso
in litore petram nanctus adfigitur ei atque eius nebuloso
ingenio colorem subit et simili specie terga obductus plurimos piscium sine ulla suspicione fraudis adlapsos, dum nota
non praecauent et saxum opinantur, cassibus furtiuae artis
includit et sinu quodam suae carnis intercipit. sic spontanea
uenit praeda et talibus capitur argumentis, qualia sunt eorum C
qui ingenium suum saepe commutant et diuersas nocendi
artes mouent, ut singulorum mentes sensusque pertemptent,
cum continentibus positi continentiam praedicantes, in coetu
intemperantium tamquam deuii ab studio castitatis et demersi
intemperantiae uolutabris, ut qui eos audiunt aut uident
incauta facilitate se credant eoque citius labantur, dum
declinare non norunt nec cauere quod noceat, cum grauior
sit et magis noxia inprobitas benignitatis obumbrata uelamine. D
et ideo cauendi sunt qui crines suae fraudis et brachia longe
lateque dispergunt uel speciem induunt multiformem. isti
enim polypi sunt nexus plurimos habentes et callidorum ingeniorum uestigia, quibus inretire possint quidquid in scopulos
22 suae fraudis inciderit. cancer quoque quas cibi gratia praestigias

7 Bas. 153 C (65 DE), cf. Arist. H. A. VIIII 37 (622 a, 8)
26 Bas. 153 AB (65 BC)

1 salutaribus *C* (t *in ras.*) 2 serpenti Π (-te *m2 G*) serpente *N* 3 sermone *C* sermones *GP* qua *CGA'B* quia *cet.* 5 quẽ *GN* quae *CV* qui (*om.* ui) *P* optinere *CA'MS* obtinere *cet.* 8 nanctus (n *exp.*) *CGVB*, (n *eras.*) *PN'M* 9 colore *C* 10 adlapsus *CVAM'* *et* (*corr. m2*) *PA'* 11 fortiuae *C* (v *s.* o *m3*) furtiuae *S* (u *in ras.*) 15 pertemtent *CG* 17 ad Π (d *exp. G, eras. P*) a *MS* 18 ut *C m3 N* et *C m1 GPV* 19 labantur *C m3* labuntur *C m1 G* (u *pr. ex* a) *cet.* 23 isti *scripsi* istius Π et isti *N*

instruit! namque et ipse ostreo delectatur et carnis eius epulum sibi quaerit. sed quia ut adpetens cibi ita prospiciens est periculi, E quoniam cum difficilis est uenatio tum periculosa — difficilis, quia testis ualidioribus esca interior includitur; nam uelut muris quibusdam mollitiem carnis praecepti imperialis interpres natura muniuit, quam medio testarum quodam sinu concauo nutrit ac fouet et quasi in quadam ualle diffundit; et ideo cassa omnia temptamenta sunt cancri, quia aperire clausum ostreum nulla ui potest, et periculosum est, si chelam eius includat —, ad argumenta confugit et insidias noua fraude F molitur. itaque quia omnia genera delectatione mulcentur, explorat si quando ostreum in remotis locis ab omni uento contra solis radios diptycum illud suum aperiat et reseret claustra testarum, ut libero aere uisceris sui uoluptatem quandam capiat, et tunc clanculo calculum inmittens inpedit conclusionem ostrei ac sic aperta claustra repperiens tuto
23 inserit chelas uisceraque interna depascitur. sunt igitur 89 A homines, qui cancri usu in alienae usum circumscriptionis inrepant et infirmitatem propriae uirtutis astu quodam subfulciant, fratri dolum nectant et alterius pascantur aerumna: tu autem proprio esto contentus et aliena te damna non pascant. bonus cibus est simplicitas innocentiae. sua bona habens insidiari nescit alienis nec auaritiae facibus

17 Bas. 153 B (65 D)

1 carnes Π (carnis *C m3*) 𝔄′ *epulum *C* (a *eras.*) 2 sequia| ut (*corr. in* sequi*| Aut, *sed* A *eras.*) *C* sequi aut *GV et* (a *eras.*) *P* cibi* *C* 3 tum *MS* tunc *cet.* pericula *CV et G m1* periculo *G m2 P* 5 quidam *CPV* quibusdam (bus *s. u.*) *G* 7 ac *N* aut Π 8 temtamenta *CP et* (*corr. m2*) *G* quia *S* (a *s. u. m2*) qui *VM* 9 helam *C* chelam *G* (h *s. u. m2*) chlemam 𝔄′ (h *s. u. m2*) 12 ostr. remotis in *N′B* locis *post* uento transponunt *MS* 13 diptycum *M* dictycum *B* dipticum *cet.* 14 testa**rum *C* testaturum *G* (*corr. m2*) *V* uisceri *CGV* sui (o *s.* i *m2*) *G* 17 celas *CV* chelas *G* (h *s. u. m2*) chaelas *P* (h *s. u. m2*) 18 usu] usū *CPV et* (usu *corr.*) *G* usum] usu *CPV* ausum (a *add. m2*) *G* circumscriptiones *C* (-is *m3*) 19 infirmitate *CPV* 21 propriis *N* contemtus *C et* (*corr. m2*) *P* contentus *G* (n *s. u. m2*)

inardescit, cui lucrum omne ad uirtutem dispendium est, ad cupiditatem incendium. et ideo beata est, si bona sua nouerit, B cum ueritate paupertas et omnibus praeferenda thensauris, quia melius est exiguum datum cum dei timore quam thensauri magni sine timore. quantum est enim quod hominem alat? aut si quaeris quod etiam aliis abundet ad gratiam, id quoque non multum est; melior est enim hospitalitas in holeribus cum gratia quam uitulorum pinguium praeparatio cum discordia. utamur ergo ingenio ad quaerendam gratiam et salutem tuendam, non ad alienam circumscribendam innocentiam. C licet nobis uti exemplis maritimis ad profectum nostrae salutis, non ad alienae periculum.

9, 24 Echinus, animal exiguum, uile ac despectabile, maritimum D loquor, plerumque index futurae tempestatis aut tranquillitatis adnuntius solet esse nauigantibus. denique cum procellam uentorum praesenserit, calculum ualidum arripit eumque uelut saburram uehit et tamquam ancoram trahit, ne excutiatur fluctibus. itaque non suis se librat uiribus, sed alieno stabilit et regit pondere. quo indicio nautae uelut signum futurae perturbationis capessunt et sibi praecauent, ne eos inparatos turbo inprouisus inueniat. qui mathematicus, E qui astrologus quiue Chaldaeus potest sic siderum cursus, sic caeli motus et signa conprehendere? quo ingenio ista

2 Uerg. Georg. II 458 4 Prouerb. 15, 16 7 Prouerb. 15, 17 13 Bas. 160 A (67 E, 68 A), cf. Plin. N. H. VIIII 100 XVIII 361

3 ueritate *C* 6 aut *C* (u *in ras.*) 7 enim est *GP* hospitalitas in *C* (s in *in ras.*) 8 oleribus Π*S* holeribus (h *s. u.*) 𝔄′ 13 ac *C* *in ras.* despectabile *CP* distabile *G* despicabilem *V* indispicabilem 𝔄 (m *eras.*) indispicabile *M′* dispicabile *B* despicabile *cet.* 15 procella *C* 16 cauculum Π (*corr. m2 GP*) calcalum *M* 17 saburra *C* (rr *in ras.*) 18 se suis 𝔄*M′B* librat *MSB et* (*ex* liberat) 𝔄′ liberat *cet.* 19 alienae *G m2* stabilit et 𝔄 *m1* 𝔄′*M′MS* stabilitate Π (-tis *m2 CG*) stabilitum *B* stabilitur 𝔄 *m2* regit 𝔄 *m1* 𝔄′*M′MS* regitur 𝔄 *m2* Π*B* uelud *C* 22 astrolocus *C* chaldeus *M* chaldaeus *S* (h *s. u.*) caldeus *cet.* sic *S* (*in mg. m2*) *Brux. Carn. Diu., om. cet.* 23 sic *N′MS* hos *CGP* hoc *V* uel *B*

collegit, quo doctore percepit? quis ei fuit tanti interpres augurii? homines confusionem aeris uident et saepe falluntur, quod plerumque eam sine tempestate discutiat: echinus F
non fallitur, echinum sua nequaquam signa praetereunt.
25 5 unde exiguo animali tantam scientiam, ut futura praenuntiet? quo magis in eo nihil est, quo tantam possit habere prudentiam, crede quod per indulgentiam domini rerum omnium hic quoque praescientiae huius munus acceperit. etenim si faenum• deus sic uestit, ut miremur, si pascit uolatilia, si
10 parauit coruo escam — pulli enim eius ad dominum clamant —, si mulieribus dedit texturae sapientiam, si araneam, quae tam subtiliter ac docte laxos casses suspendit in foribus, sapientiae non reliquit inmunem, si ipse uirtutem equo dedit et soluit de ceruice eius formidinem, ut exultet in campo et
15 occurrens regibus inrideat, odoretur bellum eminus, excitetur 90 A sono tubae, si haec inrationabilia pleraque et alia insensibilia ut faenum, ut lilia repleuit suae dispositione sapientiae, quid dubitamus quod etiam in echinum contulerit huius gratiam praescientiae? nihil enim inexploratum, nihil dissimulatum
20 reliquit. omnia uidet qui pascit omnia, omnia replet sapientia qui omnia in sapientia fecit, ut scriptum est. et ideo si echinum uisitationis suae exortem non praetermisit, si eum considerat et futurorum informat indiciis, tua non considerat? B

9 Matth. 6, 30 Luc. 12, 28; Matth. 6, 26 Luc. 12, 24 10 Iob 38, 41 11 Iob 38, 36 13 Iob 39, 19 sqq. 17 Matth. 6, 28 Luc. 12, 27 21 Psalm. CIII 24

1 collegit *N* (colligit 𝔄 *m2*) *G m2* colligere *G m1 et* (ig *in ras.*) *C* (*ex* colligis *uel* colliges) *V* collegere *P* percipit 𝔄*M'B et m3 C m2 P* 2 homines Π saepe homines *cet.* 3 *puto*: ea . . . discutiatur *uel* tempestate ‹uentus› discutiat 5 tantam scientiam *PVM'M et* (m *bis eras.*) *C*𝔄𝔄' tanta scientia *G* (-tia *ex* -tiă) *SB* praenuntiet *VMSB* pronuntiet (pronunciet *C*) *cet.* 6 quo *pr. N* quod Π quo *alt. N* quod Π 7 quod per indulgentiam *N* quod prudentiam Π (-ia *corr. G*); per prouidentiam *uel* prouidentia *Henricus Schenkl* 8 hic Π*MSB* id *N'* 11 et si mulieribus Π 13 relinquit *CPM et* (n *exp.*) *GS* 15 eminis *C* 17 et lilia *ed. Paris. a. 1642* 20 relinquid *CGP* quia *CP et* (a *exp.*) *G* 21 sic Π, si *om. B*

immo uero considerat, sicut testatur eius diuina sapientia dicens: si respicit uolatilia, si pascit illa, nonne uos pluris estis illis? si enim faenum agri, quod hodie est et cras in ignem mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos minimae fidei?

10, 26 An uero sine quadam dote naturae manere piscibus etiam C illam putamus gratiam, quod unumquodque genus piscium praescripta sibi domicilia habet, quae sui generis nullus excedat, non incurset alienus? quis geometra his diuisit habi- D tacula nullis rumpenda temporibus? sed geometram audiuimus, thalassometram numquam audiuimus: et tamen pisces mensuram suam norunt, non muris urbium portisque praescriptam, non aedificiis domorum, non agrorum finibus limitatam, sed mensuram eius quod oporteat, ut tantum satis sit unicuique quantum ad usum abundet, non quantum auiditas quaedam inmoderata sibi uindicet. lex quaedam naturae est tantum quaerere quantum sufficiat ad uictum et alimen- E torum modo sortem censere patrimonii. hoc genus piscium in illo sinu maris alitur et gignitur, illud in alio. denique non repperies confusa genera piscium, sed quod hic abundat alibi deest iterum. ille sinus maris cephalos alit, lupos ille, ille saxatiles, lucustas alius. non est libera uagandi potestas, nec tamen aut interclusa montibus copia aut fluuiis interlabentibus

2 Matth. 6, 26 Luc. 12, 24 3 Matth. 6, 30 Luc. 12, 28 6 Bas. 156 AB (66 B)

3 pluris *GPVϒAM m2 SB* plures *GPVϒAM m1 cet.* enim *om. N* 4 mittetur *MB et* (i *s.* e) *S* 5 minimae Π*MS* modicae *N'B* 7 unumquodque *V* (d *exp.*) *MSB* unumquoque *CϒA'M' et* (*corr. m2*) *GPϒA* 8 nullus *om.* Π 9 geometra his *N* geometrias *C* (geometricus *m3*) *G et P* (*m2* geometra) *V* 10 rumpendam Π (m *del. GP*) 11 talassometram Π 12 non muris *G m2 N* numeris *C* (non numeris, non *s. u.*, *m3*) *PV et m1 G* 15 sit] est *CN'* quanto *C* 17 sufficiat *B et m2 GϒA* efficiat *GϒA m1 cet.* 18 modo *C* (ṽ *s.* o *alt.*) 21 et iterum *N'B* cefalos *libri* lupus (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *GPV* 22 locustas *G* (o *m2 ex* u) *M* (u *s.* o) *M'SB* uacandi Π (c *ex* g *G*) *M*

transitus inpeditur, sed usus natura inpressus tamquam patriae finibus unumquemque sese tenere et ultra incolas prodire su- F
27 spectum. at nobis longe alia sententia, mutare exilio domus, incolarum fastidio teneri, aduenarum captare gratiam, transferre terminos perpetuos, quos posuerunt patres nostri, agrum ad agrum iungere, domum ad domum. defecit terra hominibus, sternuntur et maria, rursus pro singulorum libidine inciditur terra, mare infunditur, ut insulas faciant, possideant freta. spatia maris sibi uindicant iure mancipii pisciumque iura sicut uernaculorum condicione seruitii sibi subiecta 91 A commemorant. iste, inquit, sinus maris meus, ille alterius: diuidunt elementa sibi potentes. his ostreae in fluctibus nutriuntur, his in uiuario piscis includitur. luxuriae nec mare sufficit, nisi apothecas habeant ostrearum. itaque aetates earum numerant et piscium receptacula instruunt, ne conuiuium diuitis mari non possit inpleri. nam uicini nomen quibus audiunt auribus, quibus oculis intuentur possessiones eorum! quemadmodum dies noctisque excogitant, ut aliquid B proximis auferant! numquid soli habitabitis super terram? clamat propheta. cognoscit haec dominus et uindictae reseruat.

28 Quanto aliena a piscibus auiditatis rapina! illi naturalia

3 Bas. 156 B (66 C) 5 et 16 Esai. 5, 8 19 Esai. 5, 8 22 Bas. 156 BC (66 CD)

1 naturae *C* (ae *ex* a) *SB* 3 domos *MSB* 4 gratia *C et* (-iă *m2*) *G* 6 deficit *C m3 B Brux. Tell. Trec.* 7 rursus****** *C* libidinem *C et G* (m *eras.*) *P* (m *exp.*) 8 faciant *C* (n *eras.*) faciat *B* ut possideant *N'* possedeant *M' et corr. m3 C m2 GP* 9 freta* *C* 10 sibi seruitii *N'* 12 ostriae *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *PV* in fluctibus ostreae *M* ostreae in fluctibus *S* 14 sufficit *B Carn. Tell. Trec.* effecit 𝔄 (*s. u. m2* suffecit) *M'* efficit *Diu.* (*in mg. m1* ł sufficit) *cet.* 15 numerat *C* struunt *MS* neę *G* (c *exp. m2*) 16 mare *N'B Tell. Trec.* marine (*om.* non) *P* non *exp. m2 G* implere *B Tell. Trec.* 18 noctisque *C m1* noctesque *C m3 GPVMS* excogitant (*om.* 𝔄') dies noctesque *N'* excogitant die noctuque *B* (*in mg.* hic deest multum) 19 proximis II proximi *N*

captant secreta et ultra orbis terrarum terminos mare norunt, quod nullae interpolant insulae, nec terra aliqua interiacet uel ulterius ulla sit posita. illic igitur ubi diffusum late mare omnem spectandi usum, utilitatis gratia nauigandi intercludat C audaciam, condere se feruntur cete, illa inmensa genera piscium, aequalia montibus corpora, ut tradiderunt nobis qui uidere potuerunt. illic quietum aeuum exigunt discreta ab insulis et ab omnibus maritimarum urbium contagiis separata habent suas regiones et habitacula distributa. manent in his inoffenso uicinorum limite nec uago transitu mutationes quaerunt locorum, sed tamquam patrium solum diligunt et in his inmorari dulce arbitrantur. quae ideo elegerunt, ut D solitariam uitam remota possint arbitrorum interpellatione trans-
29 igere. sunt tamen aliqua piscium genera, qui non ingenii facilitate loca mutent, sed fouendi partus necessitate, quem oportuno atque legitimo procurantes tempore ex plurimis locis ac diuerso maris sinu uelut communi consilio conuenientes con-
iuncto agmine aquilonis flatus petunt et ad illud septentrionalium mare partium quadam naturae lege contendunt. E dicas, si ascendentes uideas, reuma quoddam esse; ita proruunt fluctusque intersecant per Propontidem in Euxinum uiolento impetu profluentes. quis piscibus haec adnuntiat loca,

14 Bas. 156 CD (66 DE)

1 terminos orbis terrarum *N'B* orbis *C* (o *ex* u) 3 nulla *C* (n *del.*) 4 expectandi Π (spectandi *G m2*) 5 feruntur *MS* ferunt 𝔄' (*om.* cete . . . corpora) ferunt ut *cet.* certa Π 6 et qualia *CP et* (et ęqualia *m2*) *G* 7 uidire *C* 8 omnibus *SB Brux. Carn. Diu.* omniũ *Tell. Trec.* omni *cet.* 9 hiis *C et* (i *pr. exp.*) *P* (i *alt. exp.*) *G* 10 inoffensi *CGP* 11 patrium *C* (u *in ras.*) patriam *G* (*corr. m2*) 14 genera piscium *N* quae 𝔄*M'B et m2 G* 17 mari *CP et* (maris *m2*) *G* diuerso (diuersos 𝔄 *m2 ex* diuersus, 𝔄', diuersus *M'*) sinu (sinus *N'*) maris innumeri *N'B* uel Π (uelut *G m2*) 18 augmine *V et* (u *eras.*) *CP* (u *exp. m2*) *G* illum Π 20 decassic *CG et* (denique *m2*) *P* dacassi *V* rheuma *M* (h *eras.*) quodam *C et* (*corr. m2*) *GP* 21 praepontidem *CV et* (*corr. m1*) *P* propontidẽ *G* (o *pr. ex* e) euxinum portum *MS* euxinum pontum *Uind.* 22 uiolentu *C* (-to *m3*) *V*

praecipit tempora? quis tribuit dispositionem uiandi, comitandi ordinem, metas et tempora reuertendi? homines scilicet imperatorem habent, cuius expectatur imperium, procedit tessera, proponuntur edicta prouincialibus ut conueniant, tribunis F militum litterae diriguntur, dies statuitur: et plerique ad dies statutos occurrere nequeunt. quis imperator piscibus praeceptum dedit, quis doctor hanc tribuit disciplinam, qui metatores itinera disponunt, qui duces iter dirigunt, ut nullius desit occursus? sed agnosco quis ille sit imperator, qui ordinatione diuina sensibus uniuersorum suum infundat imperium, qui tacitus mutis animantibus naturalis disciplinae ordinem tribuat, non solum magna penetret, sed etiam per minima quaeque se fundat. diuinae legi piscis obsequitur, et homines contradicunt. piscis sollemniter obaudit mandata caelestia, et homines inrita faciunt dei praecepta. an contemptibilis tibi 92 A uidetur, quia mutus est rationisque expers? sed uide ne tu tibi magis incipias esse contemptui, si inrationabili inrationabilior deprehendaris. quid autem rationabilius hoc piscium transitu, cuius rationem quidem uerbis non explicant, sed factis locuntur? pergunt enim aestatis tempore ad fretum Ponti, eo quod reliquo maris sinu hic sinus dulcior sit. non enim tamdiu sol ei fluctu quamdiu ceteris inmoratur, eaque B fit causa ut non omnem aquam exhauriat, quae dulcis ac

6 Bas. 156 CD 157 A (66 E, 67 A) 20 Bas. 157 B (67 B), cf. Plin. N. H. VIIII 49 sq.

1 praecipi *V et* (-pit *m2*) *CGP* praecepti 𝔄 (praecipit *m2*) praecepta 𝔄′*M′MS* 2 scilicet *scripsi* s 𝔄′ sunt *cet.* suum *Gelenius* 4 edicta* *C* 6 nequeunt Π nor. queunt *N* 7 doctor *C* (do *et* or *in ras.*) 8 nullus desit occursui *G* 11 tacitis Π (-us *m2 G*) *B* 12 non Π*N′* nec *MS* et non *B Tell. Trec.* 14 obit *M* oboedit *S Uind.* mandatis caelestibus *Uind.* et homines . . . praecepta *om. N′MS* 15 inritam *C* (m *exp. m3*) *P* contemtibilis *CGP* contemplabilis *V* 17 contemtui *C* contemptui (p *m2*) *GP* contentui *V* inrationabili *om.* Π 19 ratione *C* 20 loquuntur *M′MSB* 22 fluctu *C* flata *GPV* freta° *M* freto *cet.* 23 exauriat *V et* (*corr. m2*) *CG* ac Π atque *N*

potabilis sit. quis autem ignoret quod etiam ea quae maritima sunt aquis plerumque dulcibus delectentur? denique dum flumina secuntur et ad superiora ascendunt, frequenter alieni pisces generis capiuntur in fluuiis. cum haec igitur causa Pontum illis faciat gratiorem uel quod aestus temperet sollemnis illic flatus aquilonis, tum oportuniorem ceteris iudicant, in quo generare et partus possint proprios enutrire, C quod teneri fetus laborem alienae regionis ferre uix possint, quos illic fouet aeris blanda clementia. itaque peracto munere omnes simul eo quo uenerant agmine reuertuntur.

Quaenam ista sit ratio consideremus. obiectus est Ponti sinus boreae ceterorumque uentorum uiolentissimis flatibus, unde si grauis illic procella furit, tempestates mouentur, ita ut de profundo harena uertatur, cuius rei fluctus harenosus D indicio est, qui uentorum motu insurgens altius, tum pondere grauior haud dubie non solum nauigantibus, sed etiam maritimis ipsis animantibus intolerabilis habetur. accedit illud, quod cum plurima et maxima Ponto flumina misceantur, tum hiberno tempore sinus ipse frigidior et torrentum rigescat adlapsu. propterea pisces tamquam arbitri fluentorum aestate illic asperantis aurae clementiam captare consuerunt, cuius amoenitate perfuncti rursus hiemis aspera declinare contendunt E et septentrionalis plagae saeua fugientes in reliquos se sinus conferunt, in quibus aut uentorum mollior sit placiditas aut solis soleat uernare temperies. nouit igitur piscis pariendi tempus, quod pro magno mysterio dixit Solomonis sapientia, nouit tempus eundi atque redeundi, nouit tempus perfunctionis

11 Bas. 157 BC (67 BC) 26 Eccl. 3, 2

1 sit *CGP*𝔄*M'MB* est *VS*, *om.* 𝔄' 3 sequuntur 𝔄*M'MSB* 4 igitur* *C* 6 solem. nisi Π 10 a*gmine *C* augmine *P* (u *exp.*) *V* reuertuntur *C* (u *alt. in ras.*) 13 si *om. N'MS* furit *Trec.* fuerit *B* fuerit et Π furit et *G* (et *eras.*) *cet.* 14 uersatur 𝔄𝔄'*M et m1 S* uerratur *S m2 in mg. M'* 16 hau dubie *C m1, ac fort. sic scripsit Ambrosius* 17 intollerabilis *C et* (l *pr. exp.*) *G* 18 cum *om.* Π 19 torrentium *VM* 20 arbitrii Π (-tres *G m2*) 21 consueuerunt *Brux.* 23 seuas *C* 26 solomonis *M* salomon in *S* salomonis *cet.*

et iactationis et nouit ut non queat falli, quia non rationis aestimatione et disputationis argumento utitur, sed inspiratione naturae, quae uera est magistra pietatis. denique omnes F animantes praescripta habent pariendi tempora, homo solus indiscreta atque confusa. reliqua genera clementiam temporis quaerunt, mulieres solae partus suos inclementer effundunt; uaga enim et intemperans libido generandi uagam pariendi aetatem exhibet. piscis tanta maria transmittit, ut utilitatem aliquam generi suo quaerat, nos quoque diffusa aequora transfretamus; sed quanto honestius quod successionis amore quam quod pecuniae auiditate suscipitur? denique illis ad pietatem, nobis ad quaestum transmissio deputatur. illi subolem referunt omnibus mercibus cariorem, nos mercem 93 A longe inparem ad periculi uicem misera lucri cupidine reportamus. itaque illi patriam repetunt, nos derelinquimus: illis nando incrementum generis adquiritur, nobis minuitur nauigando. quis igitur neget diuinitus illis infusum ingenium esse
31 huiusmodi atque uirtutem, cum uideat istos in aquilonem tam sollemnem obeundae fecunditatis peregrinationem uiuaci ingenio conponere, alios in exiguo corpore tantum ualiditatis adsumere, ut maximas nauium plenis currentes uelis in B mediis fluctibus sistant, sicut breuis pisciculus echeneis tanta facilitate memoratur nauem ingentem statuere, ut quasi radicatam mari haerere uideas nec moueri; aliquamdiu enim inmobilem seruat. an et huic putas sine creatoris munere tantum potuisse subpetere uirtutis? quid gladios loquar aut

3 cf. Xen. Comm. I 4, 12 8 Bas. 157 D (67 D) 18 cf. Plin. N. H. VIIII 51 20 Bas. 161 BC (69 A), cf. Plin. N. H. VIIII 79 XXXII 2 sqq. 26 Bas. 161 C (69 B)

5 temporis *N* generis Π 8 *sq.* pisces . . . transmittunt . . . quaerant *N'B* 10 suessionis (suasionis *m3*) *C*, (success. *m2*) *GP* 14 longe (n *s. u.*) *m1 C m2 GP* 16 dando Π 22 echeneis *B* etheneis 𝔄*M'* *et m1* 𝔄' ethineis *S* echineis *M et m2* 𝔄' ecineis *CPV* hecineis *G* (echinus *m2*) 23 facilitate* *C* facilitatem *P* radicata *C* 26 suppetere *MS*

serras aut canes maritimos aut balaenas aut zygaenas, quid etiam turturis aculeum et hoc mortuae? sicut enim uiperae C os si quis calcauerit recens dumtaxat grauius quam uenenum nocere fertur et inmedicabile uulnus serpere, ita etiam turtur aculeo suo mortua amplius quam uiua periculi adferre memoratur. lepusculus quoque, timidum animal in terris, in mari formidabile, citam et quae non facile possit auferri corruptelam inuehit. uoluit enim te creator tuus nec in mari satis ab insidiantibus esse securum, ut propter pauca quae noceant quasi in excubiis positus armis fidei semper et scuto D deuotionis accinctus a domino tuo debeas salutis sperare
11, 32 praesidium. ueniamus ad Atlanticum mare. quam ingentia illic E et infinitae magnitudinis cete, quae si quando supernatant fluctibus, ambulare insulas putes, montes altissimos summis ad caelum uerticibus eminere! quae non in acta nec in litoribus, sed in Atlantici maris profundo feruntur uideri, ut eorum conspectu nautae a nauigandi in illis locis praesumptione reuocentur nec secreta elementorum adire sine supremo terrore mortis usurpent.

33 Sed iam adsurgamus ipsi de profundo maris et aliquantum F

4 Ouid Met. I 190 X 189 6 cf. Plin. N. H. XXXII 8 sq. 12 Bas. 161 B (69 A) 13 Bas. 156 C (66 D) Uerg. Acn. VIII 691 sq. 20 Bas. 161 C (69 B)

1 ballenas *N'B* falenas *cet.* zygenas *C* (z *in ras.*) *MS* tygenas *B* zigenas *cet.* 2 aculeum II*B* aculeum centrum *N'S* aculeum *ac deinde spatium septem fere litt. M* uipera eã *G* (a eã *in ras.*) 3 *os *C* (h *eras.*) 4 fertur II perhibetur *N* 8 tuus II (us *in ras. C*), *om. N* 10 armis *CB et m2 G* arma *G m1 cet.* scuto *G m2 N* scutum *G m1 CPV* 12 atlanticum *V* allanticum *C et* (adl. *m2*) *P* allanticum *G* (ti *s. u. et* t *m2 s.* l. *pr.*) athalanticum *S* (a *alt. eras.*) athlanticum *cet.* 13 cete *N'MS* coetae *C* coetu *V* coete *GPB* 14 ambulare II*B* adnatare *M et m2 S* admare *S m1* adnare *Brux.* ad naturae 𝔄*M'* adnatare 𝔄' (a *tert. in ras. m2*) 15 littoribus *C* (t *pr. eras.*) 16 atlantici *GV* allantici *CP* athalantici *S* (a *alt. eras.*) athlantici *cet.* 18 subpremę *C* (o *m2*) supremo *Carn.* suppremo *Atr.* subpraeme *P* subp̃mę *N'* subpremę *B* supremae *cet.* 20 ipse *P et corr. m3 C m2 G* aliquanto *V* aliquantulum *N*

sermo noster emergat atque ad superiora se subrigat. spectemus ea quae usitata multis et plena sint gratiae, quomodo aqua in salis uertatur soliditatem, ut ferro saepe caedatur, quod de Brittanicis salibus nihil mirum, qui ⟨in⟩ speciem marmoris ualidi eiusdem metalli niueo candore resplendent, salubres corporis cibo et potui nimis grati: quomodo etiam non indecorus lapis coralium in mari herba sit, si in aerem transferatur, lapidis firmitate solidetur: unde etiam ostreis pretiosissimam margaritam natura infixerit, quomodo eam maris aqua in tam molli carne solidauerit. quae difficile apud 94 A reges inueniuntur, ea litoribus quasi uilia iacent uulgo et in saxis asperis et cautibus colliguntur. aureum etiam uellus aqua nutrit et lanam in memorati speciem metalli gignunt litora, cuius colorem nullus adhuc eorum qui fucis diuersis obducunt uellera potuit imitari. adeo naturae maritimae gratiam humana implere nescit industria. scimus qua sollicitudine uellera ouium etiam minus pretiosa curentur; sint licet optima, nequaquam tamen his fucus innascitur. hic B naturalis color est, quem nullus adhuc fucus aequauit. hoc quoque piscis est uellus. sed et ipsi murices, qui insigne
34 dant regium, sunt maritimi. et quae pratorum gratia uel hortorum amoenitas potest caeruli maris aequiperare picturam? aurum licet in pratis flores refulgent, auri quoque fulgorem in mari lana resplendet, et illi cito marcescunt, ista diu dura-

1 Bas. 161 AB (68 D)

1 expectemus Π (spectemus *G m2*) 4 brittanicis *G𝔄𝔄'* britannicis *S* brittannicis *cet.* in *add. Erasmus* specie *N'B* 6 corpori *MS* nimis *C* (i *pr. in ras.*) 7 indecorus (o *ex* u) *CG* corallium *N* aere *CPV* aerĕ *G* (a *s. u.*) 8 in l. firmitatem *ed. Rom.* 9 naturam *CP* 11 in litoribus *N, fort. recte* 13 lana *CPV* memorati (i *in ras.*) *C* specie *CPV et* (*corr. m2*) *G* 14 nullis *P et* (-us *m2*) *CG* fucus *CP et* (-is *m2*) *G* 15 imitari potuit *N* 21 gratiam *CPV* 22 caeruli *CPVM et m1 GS* caerulei *S m3 𝔄 m2 𝔄'B* cerule *G m2 𝔄 m1 M'* aequiparare *B Carn. Tell.* picturiam *C* 23 refulgeant *N* fulgore Π fulgorem (m *eras.*) *𝔄* 24 illi cito *G m2 MS* illic (c *del.* *𝔄'b*) *N'B* inlicito *G m1 cet.*

tura seruatur. lilia in hortis eminus nitent, uela in nauibus; hic odor, illic uentus aspirat. quae utilitas in folio? in nauibus C quanta commercia! lilia suauitatem narium, uela hominum salutem inuehunt. adde pisces salientes et delphinas ludentes, adde rauco sonantes fluctus murmure, adice currentes naues ad litora uel de litoribus exeuntes. et cum e carceribus emittuntur quadrigae, quanto studio spectantum et amore certatur! equus tamen in uanum currit, non in uanum nauigia: ille in uanum, quia uacuus, ista ad utilitatem quasi plena D frumenti. quid his gratius quae non uerbere aguntur, sed uentorum spiramine, ubi nemo refragator, sed omnes fautores sunt, ubi nemo uincitur quicumque peruenerit, sed omnes puppes, quae peruectae fuerint, coronantur, ubi palma merces salutis, uictoria pretium regressionis est. quantum enim distat inter directos cursus ac reflexos! isti perpetuantur, hi resoluuntur. adiunge remigiis contexta litora, quibus uexillum exeundi aura de caelo est. itaque aurigae plausum inanem E referunt, hi soluunt uota seruati. quid de Iona dignum loquar, quem cetus excepit ad uitam, reddidit ad prophetandi gratiam? emendauit aqua quem terrena deflexerant. psallebat in utero ceti qui maerebat in terris et, ut utriusque redemptio non praetereatur elementi, terrarum salus in mari ante praecessit, quia signum filii hominis signum Ionae. sicut iste in utero ceti, sic Iesus in corde terrae. in utroque remedium, maius tamen in F mari pietatis exemplum, quoniam exceperunt pisces quem

6 Uerg. Georg. I 512 8 Psalm. XXXII 17 20 Ion. 2, 2 sq. 23 Matth. 12, 40

4 salute *CP* delfinas *libri* 5 murmore *CP* 6 et Π ut *N* mittuntur *MS* 7 expectatum *C* (m *del. m2*) *G* (spectantum *m2*) *PV* spectantium 𝔄*M'B* 10 hiis *P* 11 refragator *CPMS* refragatur *cet.* 13 coronatum *C* merce *C* merci *G m1 P* mercis *G m2 V* 14 enim Π etiam *N* 15 reflexus *CP et* (-os *m2*) *G* refluxus *V* 16 exeundi *N* extendi Π 18 his Π (s *exp..m2 G*) hii 𝔄𝔄'*B et* (*m2 ex* hi) *S* 19 coetus Π ad *alt. N, om.* Π 20 coeti Π 21 ut *om.* Π*B, eras. S* redemtio *C et* (*corr. m2*) *G* 22 helementi *CPV et* (h *exp.*) *G* elimenti 𝔄 (*corr. m2*) *M'* 23 coeti Π

homines refutarunt et quem homines crucifixerunt pisces seruauerunt. Petrus quoque in mari titubat, sed non labitur et confessus in fluctibus tamen negauit in terris. itaque illic quasi deuotus manu adprehenditur, hic quasi oblitus aspectu censorio conuenitur. sed iam rogemus dominum, ut sermo noster quasi Ionas eiciatur in terram, ne diutius in salo fluctuet. et bene etiam exiuit cucurbita, quae obumbret nos a malis nostris. sed et ipsa procedente sole arefacta admonet requiescendum, ne in terra aestuare incipiamus ingenio et nobis etiam uerba 95 A deficiant. certe plus nobis quam Nineuitis data est in aquis remissio peccatorum.

12, 36 (Sermo VIII) *Et cum paulolum conticuisset, iterum sermonem adorsus ait:* B Fugerat nos, fratres dilectissimi, necessaria de natura auium disputatio, et sermo huiusmodi nobis cum ipsis auibus euolauerat. fit enim natura quadam, ut ii qui aliquid intuentur uel dicendo exprimere uolunt eorum qualitatem quae uel intuentur uel loquuntur adsumant, ut et cum pigrioribus inmoremur et cum uelocibus celeri rapiamur aspectu, stilo quoque aut tardiore utamur aut rapido. itaque cum caueo, C ne mari demersa praetereant et aquis operta me lateant, effugit omne uolatile, quia dum inclinatus imos aquarum gurgites scrutor, aerios non respexi uolatus, nec umbra saltem pinnae me praepetis declinauit, quae in aquis potuit relucere. uerum ubi omne negotium expeditum putaui et absolutum esse me credidi et diem quintum consummatum

2 Matth. 14, 30; 26, 70 sqq. 4 Luc. 22, 61 7 Ion. 4, 6
13 Bas. 168 C (72 A)

1 refutauerunt *G* (*in quo deinde uerba* et quem homines refutauerunt *repetuntur*) seruauerunt *B* (ue *s. u. m2*) 2 titubabat *N* labebatur *N'B* confessus est *B Trec.* 7 etiam II iam *N* obumbret *C* (o *ex* u) 10 nobis *om. N* niniuitis 𝔄 (i *alt. ex* e *m2*) *S* (i *alt. ex* e *m3*) *B* 12 paulolum *CP𝔄M' et m1 G* paululum *G m2 cet.* 15 hi *G𝔄M'B* hii *cet.* 17 locuntur *GP𝔄'* et *om. V* 23 saltim *P𝔄M'* pennae *m2 GP𝔄𝔄' et m1 S* praepetitis *CP et* (*corr. m2*) *G* reclinauit *N* relucere potuit *Brux.* 24 negotium *C* (o *ex* u *m2*) 25 me esse *N'*, esse *om. B Brux.*

arbitratus sum, uenit in mentem auium, quae cum eunt cubitum, quasi peracto laetae munere aethera cantu mulcere consuerunt. quod uelut sollemniter surgente et occidente die instaurare consuerunt, ut decursi uel adoriendi nocturni iuxta diurnique temporis laudes suo referant creatori. magnum igitur incentiuum excitandae nobis deuotionis amiseram. qui enim sensum hominis gerens non erubescat sine psalmorum celebritate diem claudere, cum etiam minutissimae aues sollemni deuotione et dulci carmine ortus dierum ac noctium prose-
37 quantur? redeat igitur nobis uolaticus sermo, qui paene fuerat lapsus ex oculis et aquilae modo alta petens uolatus suos obduxerat nubibus, nisi quia oculos abluti aqua dum de gurgite leuamus ad caelum, speculati uacuum aeris uolatibus ferri ad necessitatem stili putauimus esse reuocandum. eritis uos iudices, qui estis aucupes uerbi, utrum consultius euolet an utiliter in uestra sit retia relapsus. nec uereor ne fastidium nobis obrepat in uolatibus requirendis, quod non obrepsit in gurgitibus perscrutandis, aut aliqui ex nobis in disputatione obdormiat, cum possit auium cantibus excitari. sed profecto qui inter mutos pisces uigilauerit non dubito quod inter canoras aues somnum sentire non possit, cum tali ad uigi-

2 Uerg. Aen. VII 34

1 auium ∴ (*in mg. m2* ∴ cantus) *G* recordatio auium *γ* auium natura *α* qui *C* 2 mulcere *C* (m *add. m2*) 4 iusta Π iustas *C m3 B* 5 diurnique Π ac diurni *S* ac diuturni *N' et* (tu *exp.*) *M* ac diurturnas *B* 6 qui *CGP* quis *cet.* 7 homines *C* erubescat *C* (t *in ras.*) 8 solemni *C et* (*corr. m1*) *G* 9 hortus Π (h *exp. G*) 10 quippęne *C* (p *pr. exp. m2*) 11 elapsus *N* 13 speculatum *C m1* speculatim *C m3 PV* et (-antes *m2*) *G* aeriis *M* aerem *B* 15 aucupes *C* (p *ex* b *m2*) consultis Π (t *in ras. C,* -ius *G m2*) euolet Π euolasse *N'* euolasset *cet.*, *fort.* euolarit 16 uestra in *N'B* retia sit *N* nec *om.* Π 17 uolatilibus 𝔄'*MS* 18 praescrudandis *C* praescrutandis *G* (*corr.* perscr. *m2*) *PV* aliquis *SB et m3 C m2 G*𝔄𝔄' aliquid *V* ex *GPV* et (*ut uidetur*) *C*, *om. N*, *in S parua ras.* (*fort. & eras.*) 19 obdormiat *C* (i *s. u. m3*) 20 multos Π motui 𝔄 (motos *m2*) *M'* 21 cum tali Π*B* qui tali *M* qui ire ali 𝔄 *m1* qui in tali 𝔄 *m2* 𝔄'*M'* quin tali *S Carn. Diu. Uind.*

landum gratia prouocetur. neque uero uile putetur, quod potuit praeteriri, cum sit tertia pars in animantibus creaturae. tria enim genera animantium esse non dubium est, terrenum uolatile aquatile. denique sic scriptum est: educant aquae reptilia animarum uiuentium secundum genus et uolatilia uolantia super terram secus firmamen- 96 A
tum caeli secundum genus.

38 Reuocamur ad superiora sicut obliuiosi uiatores, qui cum inconsulto praeterierint, in sua reuertentes uestigia incuriae suae multam repetito itineris labore suscipiunt. est tamen etiam bonus uiator, qui dispendium regressionis reliqui itineris compendiosa celeritate compenset, ut mihi faciendum arbitror, maxime cum de auibus sermo sit, quae solent oculos hominum uolatu properatiore praestringere. quid enim conuenit in his B
demorari in quibus celeritas placere consueuit? auius igitur et inusitatus in tali genere scriptionis sermo noster canoris auibus
39 resonet ac resultet. sed unde mihi cygnea carmina, quae etiam sub graui mortis inminentis terrore delectant? unde mihi illos naturales modulos cantilenae, quibus etiam paludes sonorae cantus edunt dulcissimos suauitate? unde mihi uoces sittaci dulcedinemque merularum? utinam saltem luscinia canat, quae C
dormientem de somno excitet; ea enim auis signare solet diei surgentis exortum et effusiorem diluculo deferre laetitiam. tamen si illorum suauitas deest, sunt gementes turtures et

4 Gen. 1, 20 8 Bas. 168 C (72 A) 15 Uerg. Georg. II 328 18 sqq. cf. Anth. lat. 762 *R.* 1. 13. 31. 42 24 Uerg. Ecl. I 57 sq.

2 praeteriri *Carn. Tell. Trec.* praeterire *cet.* in *om.* Π 3 tria (i *ex* e) *CG* tr*ęa *P* (i *s.* ę) 4 producant *B* 8 uiatores *C* (o *in ras.*) 10 multam *S Carn. Diu. Uind.* multo *M* (o *ex* um) multum *cet.* repetiti it. laborem *B Tell.* labore *C* (b *ex* p *m3*) 14 prestingere *C* perstringere *N'B* 15 in* *C* et Π atque *N* 17 cygnea *CVMB* cignea *GP* cycnea *N'S* 19 sonare Π (sonoros *G m2*) *UM'* 20 dulcissimos suauitate (-tem *P*) Π dulcissimi suauitatem *N'MS* dulcissima suauitate *B Trec.* syttaci *C* (sypttaci *m3*) *G* (psyttaci *m2*) sittaci *PV* psittaci *cet.* 21 dulcidinemque *C* (*corr. m2*) *P* (*corr. m2*)

raucae columbae, tum etiam cornix plena uoce pluuiam uocat. unde rurale auiarium sermone quo possumus, scientia quam nos rusticani docuerunt persequamur.

13, 40 Et quoniam de aquatilibus reptilibus diximus, arduum est D ut subito ad aues caeli sermo noster ascendat. et ideo de his auibus prius dicamus, quae circa aquas maris fluminumque E uersantur, cum quibus possumus emergere. itaque ab alcyone sermonem adoriamur. ea est auis maritima, quae in litoribus fetus suos edere solet, ita ut in harenis oua deponat medio fere hiemis. nam id temporis fouendis habet deputatum partibus, quando maxime insurgit mare litoribusque uehementior fluctus inliditur. quo magis repentinae placiditatis sollemnitate auis huius eluceret gratia. namque ubi undosum fuerit mare, positis ouis subito mitescit et omnes cadunt uentorum procellae flatusque aurarum quiescunt ac placidum F uentis stat mare, donec oua fouet alcyone sua. septem autem dies fotus sunt, quibus decursis educit pullos fetusque absoluit. ilico alios quoque septem adiungit dies, quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. nec mireris tam exiguum nutriendi tempus, cum absolutio fetuum tam paucorum dierum sit. tantam autem gratiam minuscula auis diuinitus indultam habet, ut hos quattuordecim dies nautici praesumptae serenitatis obseruent, quos et alcyonidas uocant, 97 A

1 Uerg. Georg. I 388 7 Bas. 177 AB (75 E, 76 A), cf. Plin. N. H. X 90 XVIII 231 15 Uerg. Ecl. II 26

2 scientiam *C* (*in ras.*) *GVPB* 3 rusticam *C* 6 aquis *C* 7 alchyone *M* (h *eras.*) alcylone *S* (l *eras.*) altyone *V* alcione *C* alchione 𝔄′ altione *cet.* 8 litoribus *C* (li *s. u. m3*) 9 fetos 𝔄*M′ et corr. m3 C m2 G* arenis Π*B* deponant *CP et* (n *exp.*) *G* 11 partibus *CV*𝔄′*M′ et m1 G* partibus (v *s.* i) 𝔄*B* partubus *G m2 PMS* 13 solemnitate *CGP*𝔄′ 14 mitiscit 𝔄 (*corr. m2*) *M′* 15 quiescunt *MSB* mitiscunt 𝔄 *m1 M′* mitescunt 𝔄 *m2 cet.* 16 fouit 𝔄*M′* foueat *Trec.* alcyone *MS* alcione *CP* alchione *N′* alchiones *B* altione *GV* 20 nudrienti *C* (-di *m3*) nutrienti *P* nutrimenti *N′MS* 22 XIIII II nauticae *C* 23 praesumtae *CGP* alcyonidas *MS* alchionidas *N′B* altionidas *cet.*

quibus nullos motus procellosae tempestatis horrescant.
41 nonne uos passeribus pluris estis? dominus ait.
si igitur auis minusculae contemplatione et insurgit mare et
repente comprimitur atque aspero hiemis inter graues procellas
5 tempestatesque uentorum deterget caeli nubila fluctusque
componit elementis omnibus subito infusa tranquillitas, quan-
tum praesumere debeas, o homo, ad imaginem dei factus
agnoscis, si tamen auiculae istius fidem studio deuotionis B
imiteris. illa tempestates uidens insurgere, saeuire uentos
10 inter hiberni saeua non reuocatur neque reflectitur, sed
inpellitur. denique in litore sua oua constituit, ubi ea
relabente fluctu madida adhuc harena suscipiat, nec insurgentes
fluctus, quos immurmurare atque adlabi uideat, reformidat.
42 et ne putes quod ouorum uideatur habere contemptum,
15 continuo, ubi deposuerit oua, nidificat et suo partus corpore
fouet nec saluti propriae adluuione litoris pertimescit, sed C
secura de dei gratia uentis se committit et fluctibus. parum
est hoc. adiungit totidem alios ad nutriendum dies nec inter-
pellari tot diebus infidi maris tranquillitatem ueretur temp-
20 tatque meritum suum naturae iam sollemnitate fundatum.
illa teneros fetus non latibulis aliquibus abscondit aut tectis
nec includit cauernis, sed nudo et rigenti committit solo, nec
defendit a frigore, sed diuino fotu, quo magis cetera despiciat,
tutiores fore extimat. quis nostrum paruolos suos non uestimentis D

2 Luc. 12, 7

1 nullos *C* (o *ex* u *m3*) nullus *N' et* (*in ras.*) *B* 2 pluris *SB et m2 P*𝔄' plures *P*𝔄' *m1 cet.* 4 aspera *MS* graues Π*MS* ingruentes *N'B* 5 detergit *N'B et m3 C m2 G* detergeret *V* 6 helementis *CGP* 9 seuire *C* (se *ex* si *m3*) 10 replectitur *C* 12 arena Π 13 uidet *Tell. Trec.* uideat (a *exp.*) *m3 C m2 G* 14 potes *C* (v *s.* o *m3*) contemtum *C* conceptum *V* 16 adluuionem *MSB* 19 temtatque *C et* (*corr. m2*) *G* 20 natura 𝔄 (-rę *m2*) *M'G* iam *CPV*𝔄'*MSB* etiam *G* et tam 𝔄 (tanta *s. u. m2*) *M'* sollemnitate *C* (e *alt. ex* ē) sollemnitatem *PV* 22 tabernis *CGP* 23 diuino *C* (di *ex* de *m3*) dispiciat *PB et* (*corr. m3*) *C* (*corr. m2*) *G* 24 extimat *C m1 P* estimant *V* existimat *C m3 cet.* paruolos *m1 CG* paruulos *C m3 G m2 cet.*

tegat, tectis abscondat, quis non claudat eos saeptis cubiculorum, quis non ita diligenter undique fenestras obstruat, ne qua possit aura uel leuiter penetrare? merito quos tam sollicite induimus ac fouemus, exuimus eos clementiae caelestis inuolucro, alcyone uero quos nudos proicit eos diuino uestit indutu.

43 Nec uos praeteribo, merguli, quibus ab adsiduitate mergendi nomen hoc haesit. quomodo semper mergentes aurarum signa colligitis et praeuidentes tempestatem futuram propere medio reuolatis ex aequore et ad litorum tuta cum clamore conceditis! quomodo etiam, fulicae — quae maritimo delectantur profundo — refugientes quam praescitis commotionem maris in uado luditis! ipsa ardea, quae paludibus inhaerere consuenit, notas deserit sedes imbresque formidans supra nubes uolat, ut procellas nubium sentire non possit. consideremus diuersas uolucres maris, quemadmodum inminente uentorum motu ad tutiora et tunc temporis dulciora sibi stagna se conferant atque in abscondito terrarum sinu cognita sibi alimenta

44 rimentur. nocturnas autem anserum quis non miretur excubias, qui uigilias etiam suas cantus adsiduitate testantur? denique eo etiam Romana Capitolia a Gallo hoste seruarunt. merito illis debes, Roma, quod regnas. dii tui dormiebant et uigilabant anseres. ideo illis diebus anseri sacrificas et non Ioui; cedunt enim di uestri anseribus, a quibus se sciunt esse defensos, ne et ipsi ab hostibus caperentur.

6 Uerg. Georg. I 360 sqq., cf. Plin. N. H. XVIII 362 18 Bas. 181 C (77 E), cf. Plin. N. H. X 51

i tectis Π tectisque *N* septis *libri* cubiculorum *C* (u *alt. ex* o *m3*) 5 alcyone ***MS*** alcione *CP* alchione 𝔄*M'* alchiones *B* altione *GV*𝔄' indumento *N'B* 6 merguli Π mergi *N* 7 semper Π saepe *N* 8 colligitis *C* (i *pr. in ras.*) 9 tota *CPM'* *et* (tuta *m2*) *G* tuta (a *ex* i *m2*) 𝔄' 10 conceditis Π contenditis *N* quae *om.* 𝔄*M'B* 11 quam Π***MS*** posteaquam *N'B* praescitis *CPV et m1 G* praesenseritis *G m2 N* commocionem *C* (o *alt. ex* u) 12 uado *N* ualido Π (li *eras. G*) ardea *C* (a *alt. s. u.*) 13 inbresque *C* 16 tuitiora *C* (i *pr. eras.*) *P* 17 cognita Π incognita *N* 19 suas etiam *N* 21 et *om. M* 22 et *om. N'B* 23 di *C m1* dii *C m3 cet.*

14, 45 Pulchre autem post descriptionem piscium de his auibus B quae adsuetae sunt aquis sermo successit, quia et ipsae similiter usu natandi et munere delectantur. unde prima cognatio uidetur auibus istis esse cum piscibus, quoniam natandi communis quaedam uidetur utrique generi esse consortio. secunda quoque cognatio auibus et piscibus est eo quod uolantis usus species sit natantis. sicut enim aquam natando piscis incidit, ita auis aerem uolatu celeri secat. atque utrique generi similiter caudae suppetit alarumque C remigium, ut pisces ad priora se alis subrigant atque ad ulteriora procedant, caudae quoque gubernaculo uel quo uelint se facile conuertant uel impetu quodam e regione iter suum dirigant. aues quoque aeri uolatibus suis uelut aquis innatant et quasi quaedam extendunt brachia, cauda quoque se uel ad superiora subrigunt uel ad inferiora demergunt. unde quoniam in nonnullis idem usus et species, ideo de aquis utriusque generis natiuitas diuina praeceptione processit. dixit D enim deus: producant aquae reptilia animarum uiuentium secundum genus et uolatilia uolantia secus firmamentum caeli secundum genus. non inmerito igitur, quia de aquis genus utrumque producitur, natandi **46** proprietas utrisque subpeditat. sane cum et coluber lubricus omnesque serpentes — ideo enim serpenti nomen est inditum, quia non possunt ambulare, sed repere —, dracones quoque E simili modo ut pisces plerique sine pedibus sint, nullum

1 Bas. 169 A (72 B) 18 Gen. 1, 20 25 Bas. 169 A (72 BC)

3 similiter *C* (i *alt. m3 ex* e) natandi *S* (ta *in mg. m2*) nandi *M* 4 cognitio II (*corr. m3 C m2 P*) 5 communis *CPV et m1 G* communes 𝔄 (-nia *m2*) 𝔄′*M*′ *et* (s *eras.*) *M* commune *G m2 S* conmunia *B* quaedam *CPV*𝔄*M*′*B et G m1* quidam 𝔄′ quoddam *M* (d *pr. s. u.*) *S et m2 G* utriusque generis *N*′*B* consortia *N*′*B* consortium *MS et m2 G* 6 auibus II omnibus auibus *N* 7 uolandi *N*′*B* 13 dirigant *C* (di *in ras., ut uidetur ex* de) 16 usus *C* (s *alt. s. u. m3*) *P* (s *alt. eras.*) 22 suppeditat *MS et m2 G* 23 serpendi *C* (-ti *m3*) *PN*′*M* 24 possint *N* repere II*B* serpere *N*′*MS* 25 sunt II*B*, *fort. recte*

auium genus pedum officio caret, quia omnibus uictus e terris, et ideo pedum munere fulciuntur, quia huiusmodi ad escam quaerendam indigent ministerio. itaque aliae uolucres unguibus armantur ad raptum, ut accipitres et aquilae, quae rapinam uenationis exercent: aliae uel ad incedendum uel ad cibum sibi parandum usu ministerioque utuntur adcommodo.

47 Unum autem nomen auium, sed genera diuersa, quae quis F possit aut memoria aut cognitione conprehendere? sunt itaque aues, quae carne uescuntur. ideo his ungues asperi, curuatum atque acutum os, uelox uolatus, quoniam r[illegible]ptu uiuunt, ut possint facile praedam conprehendere quam secuntur, propere uel ore uel unguibus euiscerare. sunt etiam aues, quae reperto pascuntur semine, aliae diuerso et fortuito cibo. est etiam diuersitas copularum, quarum gratia carent quae intendunt rapinis. nam propter auiditatem praedandi uel propter insidias exploraudi nec ipsis inter se conuenit, et ideo declinant sui copu- 99 A lam — refugit enim auaritia consortium plurimorum —, deinde coniunctio plurimorum facile ipsa se proderet. his ergo auibus nihil est copulatorium praeter iugale consortium. ergo aquilis accipitribusque hic usus est uitae, contra uero columbae grues sturni corui atque cornices, etiam turdi gaudent plurimum
48 conexione. alia quoque auium genera enchoria, quae manent in B locis semper, alia aduenticia, quae obeunt regiones alias et peracta hieme reuertuntur. sunt alia, quae hieme redeunt, aestate peregrinantur a nobis, siue quod alia hiemis tempore ad

1 Bas. 169 A (72 BC) 8 Bas. 171 A (73 AB) 22 Bas. 171 B (73 B)

3 quaerendum *C* (-dam *m3*) *P* ministerio *C* (i *pr. et alt. in ras.*) 4 et *S Diu. Uind.* aut *B Atr. Tell. Trec.* ut *cet., fort.* uel 8 possit autem *C* cogitatione *B Diu. Tell. Trec.* 9 cur*uatum *C* (b *eras.*) curuantur *P* 11 praedam conpraehendere Π corripere praedam *N* sequuntur ℜ*M'MB* 14 carent Π*MSB* carent fere *N'* 20 columbae *G m2* colunbae *B* palumbes *MS* columbi *N'* columbes *G m1 cet.* 21 gr*ues *C* graues *M'* plurimum *C* (m *pr. eras.*) plurimorum *MSB* 22 enchoria *MS* encoria *cet.*

calidiora se conferant, siue quod pleraque rursus aestatem in his locis exigant, quae amoeniora nouerunt. turdi denique autumni fine, hiemis confinio quasi exacta aestate se referunt. quibus nos inhospitali immanitate molimur insidias et diuerso genere nunc infida sede decipere, nunc sibilo eos fallere, nunc C laqueis eos captare contendimus. ciconiae reditus uexillum ueris attollit. grues, quia alta petunt, amant frequenter pere-
49 grinari. aliae aues ad manum se subiciunt et mensae adsuescunt tactuque mulcentur, aliae reformidant. aliae isdem quibus homines domiciliis delectantur, aliae secretam in desertis uitam diligunt, quae requirendi sibi uictus difficultatem libertatis amore compensant. aliae uocibus tantum D strepunt, aliae canoro delectant suauique modulamine. quaedam ex natura, aliae ex institutione diuersarum uocum oblocuntur discrimina, ut hominem putes locutum, cum locuta sit auis. quam dulcis merularum, quam expressa uox psittaci est! sunt etiam aliae simplices ut columbae, aliae astutae ut perdices; gallus iactantior, pauus speciosior. sunt etiam uitae in auibus et operum diuersitates, ut aliae ament in commune consulere et conlatis uiribus uelut quandam curare E rem publicam et tamquam sub rege uiuere, aliae sibi quisque prospicere, imperium recusare et, si capiantur, indigno uelint exire seruitio.

5 Uerg. Georg. I 139 8 Bas. 171 BC (73 CD) Uerg. Aen. VII 490 14 Uerg. Aen. VI 646 17 Matth. 10, 16 23 Uerg. Ecl. I 40

3 autumni *C* (n *in ras.*) 4 molimur *C* (i *et* ur *in ras.*) 5 sibilo Π uisco *N*, *cf. Uerg. Georg. I 139* eos *om. MS*, eius *C* 6 llaqueis *C* 7 attollit *G* (o *ex* u *m2*) attulit *CPV* quia *GMS* qui *C* (quae *m3*) *cet.* petunt *C* (tun *in ras.*) 8 mensae Π*MS* mensae erili (herili 𝔄*B*, h *s. u. m2*) *N'B; cf. Uerg. Aen. VII 490* 9 isdem 𝔄*'M'S* hisdem Π eisdem *cet.* 11 requirandi *C* (e *s.* i *m3*) 13 modulamine *C* (e *ex* i *m3*) modolamine *VM' et* (v *s.* o *alt.*) *m2 G*, *m1* 𝔄 14 obloquuntur *VMSB* 16 psittaci 𝔄*S* psyttaci *CGV* psyptătici *P* psitaci *cet.* 21 sibi quisque (quaeque *B*) *N* quisque (quaeque *C m3 G m2*) sibi Π 22 *post* prospicere *add.* aliae Π indignū *C* (ū *ex* u *m3*) indigne *GP* 23 uellent Π (uoluṇt *G m2* uollunt *C m3*) uelent 𝔄 a (*s. u. m3*) seruicio *C*

15, 50 Ab his igitur ordiamur quae nostro se usui imitationem F
dederunt. in illis enim politia quaedam et militia naturalis, in
nobis coacta atque seruilis. quam iniusso et uoluntario usu
grues in nocte sollicitam exercent custodiam! dispositos
uigiles cernas, et ceteris consortibus generis quiescentibus
aliae circumeunt et explorant, ne qua ex parte temptentur
insidiae, atque omnem deferunt inpigro sui uigore tutelam.
post ubi uigiliarum fuerit tempus impletum, perfuncta munere
in somnum se praemisso clangore conponit, ut excitet dor- 100 A
mientem cui uicem muneris traditura est. at illa uolens
suscipit sortem nec usu nostro inuita et pigrior somno
renuntiat, sed inpigre suis excutitur stratis, uicem exsequi-
tur et quam accepit gratiam pari cura atque officio reprae-
sentat. ideo nulla desertio, quia deuotio naturalis, ideo tuta
51 custodia, quia uoluntas libera. hunc etiam uolantes ordinem
seruant et hac moderatione omnem laborem adleuant, ut per B
uices fungantur ductus sui munere. praecedit enim una ceteris
praestituto sibi tempore et quasi ante signa praecurrit, deinde
conuertitur et sequenti sortem ducendi agminis cedit. quid hoc
pulchrius, et laborem omnibus et honorem esse communem nec
paucis adrogari potentiam, sed quadam in omnes uoluntaria sorte
52 transcribi? antiquae hoc rei publicae munus et instar liberae
ciuitatis est. sic a principio acceptam a natura exemplo auium C

1 Bas. 171 D (73 E) 3 Bas. 176 A (74 E, 75 A)

1 ordinamur *C* (r *alt. ex* s) *G* (n *eras.*) *PV* quae Π qui *N* se *om. N, fort. recte* 2 policia *CG* 4 grues *C* (u *et* s *in ras.*) nocte *N'B* nocte* *S* noctem *cet.* costodiam *C* 6 temtentur *CP et* (*m2* tendantur) *G* insidiae temptentur *N* 7 omne *C* (-ẽ *m3*) *P* 9 somnum *VN* sono *CGP* clangore *N'MS* clamore Π*B* 11 suscepit *VM et corr. m3 C, m2 G, m1* 𝔄 14 tota *CM et* (tuta *m2*) *GP*𝔄 15 uolantes *N* uoluntatis Π, *fort.* uolitantes 16 laborem adleuant *C* (rem adleuant *in ras.*) ableuant *N* 17 doctus *CP et* (ducatus *m2*) *G* praecedit *C* (e *alt. ex* i *m3*) 18 antesignana *P m2* antesignanus *G m2* procurrit *Gronouius Obs. in script. eccl. c. 25, p. 282* 19 augminis Π (u *del. CG*) 22 transcribit Π (t *eras. G*) et *om. CGP* 23 ab (b *m2 in ras.*) inicio (o *ex* um *m2*) 𝔄′ anibus Π

politiam homines exercere coeperant, ut communis esset labor, communis dignitas, per uices singuli partiri curas discerent, obsequia imperiaque diuiderent, nemo esset honoris exsors, nullus inmunis laboris. hic erat pulcherrimus rerum status, nec insolescebat quisquam perpetua potestate nec diuturno seruitio frangebatur, quia et sine inuidia erat ordine muneris et temporis moderatione delata promotio et tolerabilior uidebatur quae communicabat sortem custodiae. nemo audebat D alium seruitio premere, cuius sibi successuri in honorem mutua forent subeunda fastidia, nemini labor grauis, quem secutura dignitas releuaret. sed postquam dominandi libido uindicare coepit indeptas et susceptas nolle deponere potestates, posteaquam militiae non ius commune coepit esse, sed seruitus, posteaquam non ordo factus est suscipiendae potentiae, sed studium uindicandae, coepit etiam ipsa laboris functio durius sustineri, et quae non est uoluntaria cito E locum relinquit incuriae. homines quam inuiti subeunt uigiliarum munera, quam aegre unusquisque in castris periculum sortitus excubat, quod tuendum sibi regali praeceptione committitur! proponitur poena desidiae: et tamen plerumque obripit incuria, non seruantur excubiae. necessitas enim, quae inuito inponit obsequium, affert plerumque fastidium; nihil F

18 Uerg. Aen. VIIII 174 sq.

1 politian *MS* coeperunt *GN'SB* 2 partire 𝔄 (-ri *m2*) *M'* patrem *C* (-um *m3*) 3 diuiderent *C* (i *pr. ex* e *m3*) diuideret *S* (t *eras.*) diuidere *N'MB* esse *CGP* 4 pulcherrimus *C* (i *in ras.*) status *C* (sta *in ras.*) estatus *G* (e *eras.*) 5 insoliscibat *P et corr. m3 C m2 G* perpetuam potestatem *C* (m *bis exp.*) *PV* 7 dilata *C* 8 communicabat Π communi cludebat 𝔄 (-batur *m2*) 𝔄' communi claudebat *M'* communi cadebat *MSB* sortem *CGP* sorte *cet.* custodiae Π custodia *N* 9 successuri *C* (c *pr. s. u.*, u *pr. in ras.*) 10 quem *C* (e *in ras.*) 11 dignitas secutura *N* 12 indeptas Π (d *exp. C*) indebitas *N* potestatis *C* (-tes *m3*) *P* 13 posteaquam . . . seruitus *infra in mg. G, post* uindicandae *transponit B* militia *MS* malitiae 𝔄*M'* *et* (*corr. m2*) 𝔄' 16 functio *C* (i *postea add.*) 17 inuite *C* 18 munia *MS* 21 obrepit *N* 22 iniusto *C*

est enim tam facile, quin habeat difficultatem, quom facias inuitus. ergo et iugis labor auertit affectum et continua ac diuturna potentia gignit insolentiam. quem inuenias hominum, qui sponte deponat imperium et ducatus sui cedat insigne fiatque uolens numero postremus ex primo! nos autem non solum de primo, sed etiam de medio saepe contendimus et primos discubitus in conuiuio uindicamus ac, si semel delatum fuerit, uolumus esse perpetuum. ideo inter grues aequanimitas in laboribus est, humilitas in potestatibus. admonentur ut exerceant custodiae uices, non admonentur ut de potestate 101 A decedant, quia ibi naturalis quies somni interpellanda, hic uoluntariae sedulitatis gratia praestanda est.

16,53 Ciconias ferunt collecto proficisci agmine, si quo pergendum putant, et simul plerisque circa orientem locis inuehi et quasi tessera militari pariter omnes moueri. exercitum credas cum signis suis pergere: sic omnes uiandi comitandique et praeeundi ordinem seruant. cornices autem ducunt eas ac dirigunt et uelut quibusdam turmis stipatricibus prosequuntur, adeo ut adiumenta quaedam bellantibus aduersus inimicas aues conferre credantur et propriis periculis bella aliena suscipere. cuius rei indicium est quia nullae interuallo aliquo temporis residere in illis locis repperiuntur et quia cum uulneribus reuertentes manifesta quadam sanguinis uoce ceterisque locuntur indiciis grauium se certaminum subisse conflictum. quis igitur illis poenam desertionis indixit, quis derelictae militiae supplicia formidolosa praescripsit, ut nulla pro-

13 Bas. 176 BC (75 AB)

1 quom *scripsi* quam Π quod *N* cum *m2 GB* 3 hominem *C* 4 ductus *MS* 5 fitaquae *C* (*corr. m3*) 6 sepe *C* (epe *in ras.*) 7 uindicamus *C* (i *alt. ex* e *m3*) si *s. u. C* 12 praestolanda 𝔄 (ol *eras.*) *cet.* 17 deducunt *N'MS* 18 turmis istis patricibus Π ṣturmis tipatribus 𝔄' prosequntur *C* prosecuntur *GPVSB* persecuntur 𝔄' 21 nullo (nulla *V*) interuallum (-lo *C m3 GB*) aliquo (aliquod *B m2*) Π*B* nullae (nulla *N'*) per interuallum aliquod *N'MS* 23 quaedam Π*B* sanguinis sui *N'*, *fort. recte* 24 loquuntur *M* conflictum *C* (i *in ras.*) 26 praescripsit formidolosa *N'MS*

sequendis hospitalibus turmis se subtrahere nitatur, sed D
certatim omnes deductionis munere officioque fungantur.
54 discant homines hospitalia seruare iura et ex auibus cognoscant quid religionis hospitibus sit deferendum, quae
5 obsequia deputanda, quibus cornices etiam pericula sua negare non soleant. his igitur nos ianuas claudimus, quibus aues etiam animas suas conferunt, et quos illae consortio prosecuntur discriminis, eos tecti prohibemus hospitio et quo- E
rum illae bella suscipiunt, his nos bella frequenter inferimus.
10 mentior, si non Sodomitanis haec fuit causa supplicii aut Aegyptius furor, genti hospitae dum bellum conatur inferre,
55 inhospitalitatis poenas infidae naufragio plebis exoluit. quam uero rationabilium non excedat pietatem ac prudentiam auis huius clementia consideradum, quam ne post exemplum
15 quidem inrationabilium quisquam nostrum imitari potuerit. nam depositi patris artus per longaeuum senectutis plumarum F
tegmine alarumque remigio nudatos circum instans suboles pinnis propriis fouet et — quid dicam? — collaticio cibo pascit, quando etiam ipsa reparat naturae dispendia, ut hinc
20 atque inde subleuantes senem fulcro alarum suarum ad uolandum exerceant et in pristinos usus desueta iam pii patris reuocent membra? quis nostrum releuare aegrum non

12 Bas. 176 C (75 BC) 16 Uerg. Aen. XII 395 17 Uerg. Aen. I 301 VI 19

1 seḍ *C* sese *N′ et m2 B* 2 deductiones *C* 4 relegionis *CP et corr. G* 7 prosequntur *G* prosequuntur 𝔄′*M* 10 supplicii *C* (i *tert. in ras.*) 14 consideradum *C* conserandum *P* considerandum *cet.* nec *G m2 B m2* 𝔄 nemo 𝔄′*MS* potest *G* (te *eras.*) *PN′* 15 potuerit *B* (u *eras.*) poterit *N′* potuit *MS* 16 plurimarum Π (ri *exp. m2 GP*) 17 tecmine *CV* nudatus Π*N′* (-os *m2 P*𝔄′) nudato *S* circuminstans *CPV et* (in *m2 exp.*) *GB* circumstans *cet.* 18 pinnis *M′ et m1 CGP*𝔄𝔄′ pennis *M* (i *s.* e) *VSB et m2 CGP*𝔄𝔄′ proriis *C* quid *P* (d *s. u.*) 𝔄′ (*m2 in ras.*) quiddam *V* (*om.* dicam) 20 pulchro *CPB et* (fulcro *m2*) *G* pulcro *V* fulchro *MS* *post* suarum *add.* remigio *B* 21 pristinos *C* (os *ex* us *m3*) reuocent pii patris *N′* reuocent patris *MS* (*om.* pii) 22 releuare (l *ex* u) *C* leuare *N′MS*

fastidiat patrem? quis fessum senem suis umeris inponat, quod in ipsa historia uix credibile habeatur? quis, ut pius sit, non hoc seruulis mandet obsequium? at uero auibus non est graue quod pietatis est plenum, non est onerosum quod soluitur 102
naturae debitum. non recusant aues pascere patrem, quod etiam 5
praescripta necessitate sub terrore poenarum plerique hominum recusarunt. aues non scripta, sed nata lex stringit, aues ad hoc munus nulla praecepta conueniunt, sed gratiae naturalis officia, aues non erubescunt reuerendi senis membra portare. est enim uectura pietatis, quod eo usque frequenti testificatione 10
percrebuit, ut congruae mercedem remunerationis inuenerit; nam Romanorum usu pia auis uocatur et quod uix uno impera- B
tori consulto senatus delatum dicitur hoc istae aues in commune meruerunt. habent ergo aues istae decreta patrum ad propriae insigne clementiae; pios enim filios patrum prius 15
oportuit iudicio praedicari. habent etiam uniuersorum suffragia; nam retributio beneficiorum ἀντιπελάργωσις nominatur; πέλαργος enim ciconia dicitur. uirtus itaque ab his nomen accepit, cum relatio gratiarum ciconiae uocabulo nuncupatur. C

17, 56 Habemus auiariae subolis erga cultus patrios pietatis 20
exemplum: accipiamus nunc maternae sedulitatis in filios D
grande documentum. hirundo minuscula corpore, sed egregie pio sublimis adfectu, quae indiga rerum omnium pretiosores

7 Cic. pro Mil. 4, 10 22 Bas. 176 D (75 D)

1 fessū* *C* umeris *M* humeris 𝔄′ (h *m2*) *S* (h *m3*) *cet.* 2 storia *m1 CG* istoria *C m3 P*𝔄′ historia *G m2* pastoria (*om.* ipsa) *V* ipsa historia *in ras. m2 B* habeatur Π *et* (a *alt. exp.*) *B* habetur *N* 4 honerosum *CV et* (h *exp.*) *P* honorosum *G* (oner. *m2*) 5 debito *N′MS* 6 perscripta *CP et* (prę *m2*) *G* 8 hoc *C* (o *ex* u) 12 uni *N′MS et* (o *s.* i *m2*) *B* 13 consolato *C* consulato *G* (a *eras.*) *P* 15 pius *CP et* (pios *m2*) *G* 17 retributio *C* (re *et* tio *in ras.*) antipelargosis 𝔄′*MSB* antipelargiosis 𝔄 anpelargosis *M′* antepelargosis *CGP* antepelargusis *V* nominantur *C* pelargus Π pelargos *N* 20 subo*lis *C* 22 grande cum metum *CP* grande cūmentum *G* grande cŏmetum *V* yrundo Π (o *in ras. C*) egregio Π (regio *in ras. C*) egregia *MS* 23 pie *C m1 P* pię *V* pioe *G m1* pioque *m2 CG* pia *N′* indica Π (-ga *m2 G*) *M* praeciosior est Π (t *eras. G*)

auro nidos instruit, quia sapienter nidificat; nidus enim sapientiae potior est auro. quid enim sapientius, quam ut et uolandi uaga libertate potiatur et hominum domiciliis paruolos suos et tecta commendet, ubi subolem nullus incurset? nam et illud est pulchrum, ut a primo ortu pullos suos humanae usu conuersationis adsuescat et praestet ab inimicarum auium E insidiis tutiores. tum illud praeclarum, qua gratia domus sibi sine ullo adiutore tamquam artis perita componat. legit enim festucas ore easque luto inlinit, ut conglutinare possit. sed quia lutum pedibus deferre non potest, summitates pinnarum aquae infundit, ut facile his puluis adhaereat et fiat limus, quo paulatim festucas uel minutos surculos sibi colligat atque adhaerere faciat. eo genere nidi totius fabricam in- F struit, ut quasi pauimenti solo pulli eius intra aedes suas sine offensione uersentur nec pedem aliquis interserat
57 per rimulas texturarum aut teneris frigus inrepat. sed hoc industriae officium prope commune multis auibus, illud uero singulare, in quo est praeclara cura pietatis et prudentis intellectus et cognitionis insigne, tum quaedam medicae artis peritia, quod si qua pulli eius fuerint caecitate suffossi oculos siue conpuncti, habet quoddam medendi genus, quo possint eorum lumina intercepto usui reformari. nemo igitur de inopia queratur, quod uacuas pecuniae proprias

1 Prouerb. 16, 16 17 Bas. 177 A (75 D) 22 Bas. 177 A (75 DE)

1 nidus *P et* (-os *m2*) *CG* instruet *C* struit *MS* 3 paruolos *C m1* paruulos *C m3 cet.* 4 tecta Π (*om.* et) tecto *B* (o *ex* a, et *s. u. m2*) *Carn.* (o *ex* a) *Tell. Trec., fort.* tectaque subolem *C* (e *ex* i *m3*) 5 hortu *CP et* (h *eras.*) *G* 7 domos *C m2* 𝔄′*MS* 8 tanquam *C* (n *ex* m *m1*) 9 festuca Π (-as *m2 G*) fore *V* easque *C* (s *exp. m2*) in luto *C* 10 non potest deferre *N′* summitatem *N* pennarum 𝔄*B et m3 C* (*in quo* n *pr. in ras.*) *S, m2 GP*𝔄′ 11 hic Π (eis *G m2*) fi*at *C* 13 eo* *C* struit *N′MS* 14 hedes *CPV* 16 fricus *C* 17 officium Π*N′B* indicium *MS* 19 tum *MSB* tunc *cet.* (*in* 𝔄′ *ras. 2 litt.*) 21 suffusi *N* quodam Π (*corr. m2 G*) 22 possint Π possit *N* usu *GV* reformari *m3 C m2 G* reformare *CG m1 cet* 23 pecuniae *P* (ę *eras.*) pecuniae *S* (ae *ex* a *m2*)

aedes reliquerit. pauperior est hirundo, quae uacua aeris 103 A
abundat industria, aedificat nec inpendit, tecta attollit et
nihil aufert proximo nec indigentia et paupertate ad nocendum
alii compellitur nec in graui filiorum inbecillitate desperat. nos
uero et paupertas afficit et inopiae necessitas uexat, et
plerosque indigentia cogit in flagitium, inpellit in crimen;
lucri quoque studio in fraudes uersamus ingenium, aptamus
adfectum atque in grauissimis passionibus spem deponimus
fractique animo resoluimur, inprouidi et inertes iacemus, cum B
de diuina miseratione tunc sperandum amplius sit, cum prae-
sidia humana defecerint.

18, 58 Discant homines amare filios ex usu et pietate cornicum, C
quae etiam uolantes filios comitatu sedulo prosecuntur et
sollicitae, ne teneri forte deficiant, cibum suggerunt ac plurimo
temporis nutriendi officia non relinquunt. at uero feminae
nostri generis cito ablactant etiam illos quos diligunt aut, si
ditiores sunt, lactare fastidiunt: pauperiores abiciunt paruulos
et exponunt et deprehensos abnegant. ipsi quoque diuites, ne D
per plures suum patrimonium diuidatur, in utero proprios
negant fetus et parricidalibus sucis in ipso genitali aluo pignera
sui uentris extinguunt, priusque aufertur uita quam traditur.
quis docuit nisi homo filios abdicari? quis repperit tam inmitia
patrum iura? quis inter naturae fraterna consortia fratres in-
pares fecit? unius diuitis filii diuersa sorte caeduntur. alius
totius paternae sortis ascriptionibus inundatur, alius opulentae

12 Bas. 180 A (76 C)

1 hedes *CGP* relinquerit *P et* n *exp. m3 C m2 G* derelinquerit *B* yrundo Π hyrundo *B* hirundo (u *ex* o *m2*) *S* uacuo *CPV* (uacua *C m3*, uacua ęre *in mg. m1 V*) 3 indigentiae *CP et* (-a *m2*) *G*𝔄 et paupertate *om. CGP* 5 et *tert. om.* Π 8 adfectu *C* 9 inertes (es *ex* -is) *m3 C m2 G* 13 sedulo *C* (u *ex* o *m3*) prosequuntur *SB* persecuntur 𝔄′ 15 nutriendi *C* (i *alt. ex* o) ad *corr. m3 C m2* 𝔄′*M* 17 diciores *C* (d *ex* t) pauperiores uero *V* (uero *s. u.*) *MSB* paruǫlos *G* (v *s.* ǫ) paruolus *P* 18 ipsae *MS* 20 pignora *MSB* 21 extingunt *CVM et* (-guunt *m2*) *G* tradatur *C m3 V* 23 naturae *C* (n *in ras.*) 24 diuersa *C* (uers *in ras.*) 25 opulentiae *CGPB*

hereditatis patriae deplorat exhaustam atque inopem portionem. E
numquid natura diuisit merita filiorum? ex pari omnibus
tribuit quod ad nascendi atque uiuendi possint habere sub-
stantiam. ipsa uos doceat non discernere patrimonio quos
titulo germanitatis aequastis. etenim quibus dedistis commu-
niter esse quod nati sunt, non debetis his, ut id commu-
niter habeant in quod natura substituti sint, inuidere.
59 accipitres feruntur duram in eo aduersus proprios fetus F
habere inclementiam, quod ubi eos aduerterint temptare
uolatus primordia, nidis eiciunt suis continuoque eliminant ac,
si morentur, propulsant pinnis atque praecipitant, uerberant
alis coguntque audere quod trepidant nec ullum postea
deferunt his munus alimoniae. quid mirum tamen, si rapere
adsueti nutrire fastidiunt? consideremus ad hoc eos esse
generatos, ut etiam aues ad cauendum formido exerceat, ne
passim curas relaxent, sed pericula a praedonibus declinanda
prospiciant. deinde cum his natura quadam praedandi munus
inoleuerit, magis a tenero pullos suos instituere uidentur ad
praedam quam pastus abdicare conpendiis. cauent ne in 104 A
tenera aetate pigrescant, ne soluantur deliciis, ne marcescant
otio, ne discant cibum magis expectare quam quaerere, ne
naturae suae deponant uigorem. intermittunt studia nutriendi,
60 ut in usum rapiendi audere conpellant. aquila quoque plurimo
sermone usurpatur quod suos abdicet fetus, sed non utrumque,

8 Bas. 180 A (76 C) 23 Bas. 177 C (76 B), cf. Plin. N. H. X 13 et 10

1 exhaustam 𝔄*M'* *et m2* *G*𝔄' exaustam *S* (a *pr. s. u. m3*) *cet.* 6 ut *om. CP*, ut *s.* id *m2 G* id] in *N'* 7 habeantur *V* in *N'MS* id Π *et* (ad *s. u. m2*) *B* quod a 𝔄'*MS* quodă 𝔄*M'* sint *CGP* sunt *V* (u *ex* i) *cet.* 8 aduersum *N'MS* 11 pennis *SB et m3 C m2 GP*𝔄𝔄' 14 fastidium Π (-unt *G m2*) 15 ne α nec *Monac. 2549* (c *in ras.*) *cet.* 16 relaxant Π a *V*, *s. u. MSB om. cet.* 17 prospiciunt *m3 C m2 G* quadam *G m2 MS* quaedam *G m1 CPVB* quoddam *N'* praedandi *C* (d *pr. ex* c) 19 pastos Π partus *N'* 22 intermittuntur Π*B* 23 usum Π usos 𝔄 (v *s.* o) *M'* usu 𝔄' usus *cet.* audere *C* (e *pr. ex* i *m3*)

uerum unum ex pullis duobus. quod aliqui fieri putauerunt geminandorum alimentorum fastidio. sed id non arbitror facile B credendum, praesertim cum Moyses tantum testimonium in pullos suos pietatis huic dederit aui, ut diceret: sicut aquila protegit nidum suum et super pullos suos confidit: expandit alas suas et adsumpsit eos et suscepit eos super scapulas suas. dominus solus deducebat eos. quomodo ergo expandit alas, si occidit alterum? unde puto non auaritia nutriendi eam inclementem fieri, sed examine iudicandi. semper enim fertur probare quos genuit, ne generis C sui inter omnes aues quoddam regale fastigium degeneris partus deformitas decoloret. itaque adseritur quod pullos suos radiis solis obiciat atque in aeris medio paruulos ungue suspendat. ac si quis repercusso solis lumine intrepidam oculorum aciem inoffenso tuendi uigore seruauerit, is probatur, quod ueritatem naturae sinceri optutus constantia demonstrauerit: qui uero lumina praestrictus radio solis inflexerit quasi degener et tanta indignus parente reicitur D nec aestimatur dignus educatione qui fuit indignus susceptione. non ergo eum acerbitate naturae, sed iudicii integritate condemnat nec quasi suum abdicat, sed quasi alienum recusat.
61 hanc tamen, ut quibusdam uidetur, regalis auis inclementiam plebeiae auis excusat clementia. auis enim, cui fulica nomen

4 Deut. 32, 11 sq. 22 Bas. 177 C (76 C), cf. Plin. N. H. X 13 Arist. H. A. VIIII 37 (619 b, 23)

1 putauerint *C m1*, 𝔄′ (i *ex* u) *PM′* putauerunt *C m3* 3 moyses *C* (y *in ras.*) pietatis in pullos suos *N* 5 confidit et *MS* 6 suscipit *corr. m3 C m2 P* 7 eos *om. N′S* scapulas *C* (p *ex* b *m2*) deducebat *CGP* docebat *V* ducebat *N* 8 occiderit 𝔄′ 9 eam *C m3 G m2 MSB* eum *CG m1 cet.* 13 paruulos Π pio paruulos *M* (pio *ex* pro) *cet.* 15 intuendi *N′ et* (in *s. u. m2*) *B* is *M* his 𝔄′ (is *m2*) *S* (h *eras.*) *B* (h *exp.*) *V*𝔄*M′* hiis *P et* (hi *del. m3*) *C* (hi *eras.*) *G* 16 ueritati Π (-tem *G m2*) 17 quin Π*B* (c *s.* q *m2 G*, n *exp. PB*) sin *MS* si *N′* lumina Π lumina sua *N* perstrictus *CGP* praestinctus *M* perstrinctus *S* (prae *s.* per *m2*, n *eras.*) 19 educatione dignus *N* educa tione *C* (tione *postea add.*) 20 aceruitate Π*N′* (*corr. m2 GV*𝔄) 23 clementia *C* (m *eras.*)

est, quae graece dicitur φήνη, susceptum illum siue abdicatum siue non agnitum aquilae pullum cum sua prole E conectit atque intermiscens suis eodem quo proprios fetus maternae sedulitatis officio et pari nutrimentorum sumministratione pascit et nutrit. ergo φήνη alienos nutrit: nos uero nostros inmiti crudelitate proicimus. aquila uero si proicit, non quasi suum proicit, sed quasi degenerem non recognoscit: nos, quod peius est, quos nostros recognoscimus abdicamus.

9, 62 Sed ueniamus ad turturem, quam lex dei uelut castae hostiae F munus elegit. denique cum dominus circumcideretur, oblata est, quia scriptum est in lege domini, ut darent hostiam par turturum aut duos pullos columbarum. hoc est enim uerum Christi sacrificium pudicitia corporalis et gratia spiritalis. pudicitia ad turturem refertur, ad columbam gratia. fertur etenim turtur, ubi iugalis proprii fuerit amissione uiduata, pertaesum thalamos et 105 A nomen habere coniugii, eo quod primus amor fefellerit eam dilecti morte deceptam, quoniam et infidelis ad perpetuitatem fuit et amarus ad gratiam, qui plus doloris ex morte quam suauitatis ex caritate generauerit. itaque iterare coniunctionem recusat nec pudoris iura aut complaciti uiri resoluit foedera, illi soli suam caritatem reseruat, illi custodit nomen uxoris. discite, mulieres, quanta sit uiduitatis gratia, quae etiam in auibus B 63 praedicatur. quis igitur has leges turturi dedit? si hominem quaero, non inuenio. homo enim nullus est ausus, quando nec Paulus ausus est leges tenendae uiduitatis praescribere. denique ipse ait: uolo ergo iuniores nubere, filios procreare,

10 Bas. 177 C (76 B) 11 Luc. 2, 24 12 Leuit. 12, 8 16 Uerg. Aen. IIII 16—18 27 I Tim. 5, 14

1 *et* 5 feni Π fene *N* 3 connectit *P et* n *pr. exp. m3 C m2 G* proprios *C* (o *alt. ex* u) 4 sedulitatis *C* (i *alt. ex* e *m3*) 5 alienos *C* (o *ex* u) 10 castrae *C* (ra *exp. m3*) 15 etenim] enim *AM'* 16 pertaesunt *C* pertesunt (*corr. m2* pertaesum) *G* apertae sunt *P* (*corr.* pertaesui) *V* pertaesuã *M* pertaes*a* *S* 18 perpetuitatem *C* (i *ex* e *m3*) 19 quid Π (d *exp. G*) 26 rescribere Π (*corr. m2 G*) 27 ergo *VN* enim *CGP*

matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario et alibi: bonum illis, si sic maneant; quod si se non continent, nubant; melius est enim nubere quam uri. optat Paulus in mulieribus quod in turturibus perseuerat. et alibi iuniores hortatur ut nubant, C quia mulieres nostrae turturum pudicitiam implere uix possunt. ergo turturibus deus hunc infudit adfectum, hanc uirtutem continentiae dedit, qui solus potest praescribere quod omnes sequantur. turtur non uritur flore iuuentutis, non temptatur occasionis inlecebra; turtur nescit primam fidem inritam facere, quia nouit castimoniam reseruare prima conubii sorte promissam

20, 64 Diximus de uiduitate auium eamque ab illis primum D exortam esse uirtutem; nunc de integritate dicamus, quae in pluribus quidem auibus inesse adseueratur, ut possit etiam in uulturibus deprehendi. negantur enim uultures in- E dulgere concubitu et coniugali quodam usu nuptialisque copulae sorte misceri atque ita sine ullo maseulorum concipere semine et sine coniunctione generare natosque ex his in multam aetatem longaeuitate procedere, ut usque ad centum annos uitae eorum series producatur nec facile eos angusti aeui finis excipiat.
65 quid aiunt qui solent nostra ridere mysteria, cum audiunt quod uirgo generauit et inpossibilem innuptae, cuius pudorem nulla uiri consuetudo temerasset, aestimant partum? inpossibile F putatur in dei matre quod in uulturibus possibile non negatur?

2 I Cor. 7, 8 sq. 16 Bas. 180 AB (76 DE) 21 Uerg. Georg. IIII 206

2 alibi *C* (bi *s. u.*) bonum est *B et* (est *s. u. m2*) 𝔄′, (est *in mg. m2*) *S* 9 non uritur *G m2 N* nutritur *G m1 cet.* iuuentutis *G m2 N′B* iuuenis *G m1 cet.* noc (n *s.* c *m2*) *C* nocte *P* temtatur *C* 10 inlecebras *CPV et* (s *eras.*) *G* 11 castimonia *C* (-iã *m3*) *PV*𝔄′ castimonie *G* (-iam *m2*) seruare *N* primam *CPV* sortem *CV* 12 permissam *CP et m1 G* premissam *V* praemissa *G m2 N′* promissa *B* 15 inesse II ita esse *N* 17 comcubitu *C* 21 fines *C* 23 pudore *CPV* 24 existimant *N* 25 putatur . . . possibile *om.* II

auis sine masculo parit et nullus refellit: et quia desponsata Maria peperit, pudori eius faciunt quaestionem. nonne aduertimus quod dominus ex ipsa natura plurima exempla ante praemisit, quibus susceptae incarnationis decorem probaret, astrueret ueritatem?

21, 66 Nunc age quae aues uelut quandam rem publicam curare 106 A
uideantur expediam atque uitae huius aetatem agere sub B
legibus. hinc enim rei publicae usus est leges omnibus esse communes atque obseruari eas deuotione communi, uno omnes teneri uinculo, non alii ius esse quod alius sibi intellegat non licere, sed quod liceat licere omnibus et quod non liceat omnibus non licere; esse etiam communem reuerentiam patrum, quorum consilio res publica gubernetur, commune omnibus urbis domicilium, commune conuersationis officium,
67 unum praescriptum omnibus, unum esse consilium. magna C
haec, sed quanto in apibus praestantiora, quae solae in omni genere animantium communem omnibus subolem habent, unam omnes incolunt mansionem, unius patriae clauduntur limine. in commune omnibus labor, communis cibus, communis omnibus operatio, communis usus et fructus est, communis uolatus — quid plura? — communis omnibus generatio, integritas quoque corporis uirginalis omnibus communis et partus, D

6 Bas. 171 D (73 E) 7 Uerg. Georg. IIII 154 16 Bas. 173 AB (74 A) 17 Uerg. Georg. IIII 153, 155, 184

1 reue*let *C* (l *eras.*) desponsata (e *ex* i) *m3 C m2 G* desponsata uiro 𝔄′*MSB* 2 maria uirgo 𝔄*M′* pudori *C* (u *ex* o *m3*) 3 plurima* *C* (m *eras.*) 4 probaret et *N′MS* 6 abes *CP* habes *G* (*m2* aues) *V* aues 𝔄 (e *ex* i *m2*) *B* (auis *corr.*) 7 uideatur Π (-antur *G m2*) *B* 9 communes *C* (mu *in ras.*) deuotione *C* (e *alt. in ras.*) 10 uinculo *C* (c *in ras.*) alii ius] alius *M′* alterius 𝔄′ (terius *in ras. m2, fort. ex* alteri ius) 11 non *C* (n *alt. in ras. m3*) non licet *N′* 13 patrum Π*MSB* natorum 𝔄*M′* senatorum 𝔄′ 14 commune *V* communi *S* (e *s.* i *m3*) communes *GPB* communis *C*𝔄′*M′M* communi (-nis *m2*) in 𝔄 15 perscriptum *CP et* (praesc. *m2*) *G* 17 sobolem *CG* 19 omnibus *om. N′MS*

quoniam nec inter se ullo concubitu miscentur nec libidine resoluuntur nec partus quatiuntur doloribus et subito maximum filiorum examen emittunt e foliis atque herbis ore suo
68 prolem legentes. ipsae sibi regem ordinant, ipsae populos creant et licet positae sub rege sunt tamen liberae. nam et praerogatiuam iudicii tenent et fidae deuotionis affectum, quia et tanquam a se substitutum diligunt et tanto honorant examine. E rex autem non sorte ducitur, quia in sorte euentus est, non iudicium et saepe inrationabili casu sortis melioribus ultimus quisque praefertur, neque inperitae multitudinis uulgari clamore signatur, quae non merita uirtutis expendit nec publicae utilitatis emolumenta rimatur, sed mobilitatis nutat incerto, neque priuilegio successionis et generis regalibus thronis insidet, siquidem ignarus publicae conuersationis cautus atque eruditus esse non poterit. adde adulationes F atque delicias, quae teneris inolitae aetatibus uel acre ingenium eneruare consuerunt, tum institutiones spadonum, quorum plerique suo magis quaestui quam usui publico animum regis inclinant. apibus autem rex naturae claris formatur insignibus, ut magnitudine corporis praestet et specie, tum quod in rege praecipuum est, morum mansuetudine. nam etsi habet aculeum, tamen eo non utitur ad uindicandum. sunt enim leges naturae non scriptae litteris, sed inpressae moribus, ut leniores sint ad puniendum qui potestate maxima potiuntur. sed etiam illae quae non ob- 107 temperauerint legibus regis paenitenti condemnatione se mul-

2 Uerg. Georg. IIII 198 3 Uerg. Georg. IIII 200 sq. 5 Uerg. Georg, IIII 201 22 Bas. 173 A (74 A) 23 Bas. 173 B (74 B)

1 nec *pr.* Π*B* neque (*om.* inter se) *N'MS* concubitu* *C* 3 emmittunt *C* herbes *C* 4 *post alt.* ipsae *add.* sibi *N'* 5 licent *C* 7 tanquam *C* (m *s.* n *m3*) tamquam *cet.* honorant *Diu.* (a *ex* e) honorantur 𝔄' (ur *eras.*) *cet.* 12 emolumenta *C* (o *ex* u *m3*) 14 tronis *C*𝔄'*B* thronis (h *s. u. m2*) *GM* 15 adulationis *CPM' et* (-es *m2*) *G*𝔄*B* 21 tunc Π*MS* mansuetudinem *CP* 23 literis *C* 24 inpressa *CPV et* (*corr. m2*) *G* 25 maxima potestate *N* etiam Π*MSB* et apes *N'* 25 obtemperauerint *C* (n *in ras.*)

tant, ut inmoriantur aculei sui uulneri. quod Persarum populi hodieque seruare dicuntur, ut pro commissi pretio ipsi in se propriae mortis exequantur sententiam. itaque nulli sic regem, non Persae, qui grauissimas in subditos habent leges, non Indi, non populi Sarmatarum tanta quanta apes reuerentia deuotionis obseruant, ut nullae de domibus exire audeant, non in aliquos prodire pastus, nisi rex fuerit primo egressus B et uolatus sibi uindicauerit principatum.

69 Processus autem est per rura redolentia, ubi inalantes horti floribus, ubi fugiens riuus per gramina, ubi amoena riparum: illic ludus alacris iuuentutis, illic campestre exercitium, illic curarum remissio. opus ipsum suaue. de floribus, de herbis dulcibus fundamina castrorum prima ponuntur. quid enim aliud est fauus nisi quaedam castrorum species? denique C ab his praesaepibus apium fucus arcetur. quae castra quadrata tantum possunt habere artis et gratiae, quantum habent crates fauorum, in quibus minutae ac rutundae cellulae conexione sui inuicem fulciuntur? quis architectus eas docuit exagonia illa cellularum indiscreta laterum aequalitate componere ac tenues inter domorum saepta ceras suspendere, stipare mella

3 Uerg. Georg. IIII 210 sqq. 9 Uerg. Georg. IIII 169 10 Uerg. Georg. IIII 109 et 19 (23) 13 Uerg. Georg. IIII 161 15 Uerg. Georg. IIII 168 16 Bas. 173 CD (74 C—E) 19 Uerg. Georg. IIII 159—162 20 Uerg. Georg. IIII 163 sq.

1 uulnere *N'MS et m2 GPVB* 3 exsequantur *ΩM'MS* sententia *C* nullis hic Π (h *eras. GP*) 5 indiis *CV et* (in *s. u. et* is *eras.*) *P* indiș *B* indi *G* (i *ex* iis) *M* (i *alt. ex* ĭ) populis *CV et* (s *exp.*) *PB et* (s *eras.*, *om.* sarmatarum) *Ω* tantam quantam . . reuerentiam Π*N'B* 6 de Π*B* e *cet.* 9 rura** *C* i̯nalantes *G* (h *s.* in *m2*) inhalantes *MS et* (h *s. u. m2*) *Ω* inhalentes (h *s. u.*) *B* 10 ribus *C* (riuibus *m3*, ui *s. u. in ras.*) *V* riuibus *G* (*m2* riuus) *P* (ui *eras.*) 11 exercitium *C* (ti *ex* t) 14 fabus *C et* (*corr. m2*) *GP* 15 praesepibus *C* (p *alt. ex* b *m1*, e *alt. ex* i *m3*) *cet.* apum *N'* 16 crates *VΩ' et* (e *ex* i *m2*) *Ω* cratis *M'* grates *CPS et* (*corr. m2*) *GMB* 17 faborum *C et* (*corr. m2*) *GP* fabulorum *V* rutundae *C m1* rotundae *C m2 cet.* 18 architectus *C* architectus (h *s. u. m2*) *GP*, (h *s. u. et* i *ex* e *m2*) *V* arthitectus *M* sexagonia Π (s *eras. V*) 20 stipare *C* (p *ex* b)

et intexta floribus horrea nectare quodam distendere? cernas omnes certare de munere, alias inuigilare quaerendo uictum, alias sollicitam castris adhibere custodiam, alias futuros explorare imbres et speculari concursus nubium, alias de floribus ceras fingere, alias rorem infusum floribus ore colligere, nullam tamen alienis insidiari laboribus et rapto uitam quaerere. atque utinam raptorum insidias non timerent! habent tamen spicula sua et inter mella fundunt uenenum, si fuerint lacessitae, animasque ponunt in uulnere ardore uindictae. ergo mediis castrorum uallibus umor ille roris infunditur paulatimque processu temporis in mella cogitur, cum fuerit liquidus ab exordio, et coalitu cerae florumque odore fragrare mellis incipit suauitatem. merito quasi bonam operariam scriptura apem praedicat dicens: uade ad apem et uide quomodo operaria est, operationem quoque quam uenerabilem mercatur, cuius laborem reges et mediocres ad salutem sumunt; adpetibilis enim est omnibus et clara. audis quid dicit propheta? mittit utique te, ut apiculae illius sequaris exemplum, imiteris operationem. uides quam laboriosa, quam grata sit. fructus eius ab omnibus desideratur et quaeritur nec pro personarum diuersitate discernitur, sed indiscreta sui gratia regibus pariter ac mediocribus aequali suauitate dulcescit. nec solum uoluptati, sed etiam saluti est. fauces obdulcat et curat uulnera, internis quoque medicamentum

3 Uerg. Georg. IIII 158 sqq. 6 Uerg. Aen. VII 749; VIIII 613 8 Uerg. Georg. IIII 236 sqq. 13 Uerg. Georg. IIII 169 14 Prouerb. 6, 8

1 orrea II nectare *N* nectareae II (ae *exp. V*) discernere II distendere (tende *s. u. m2*) *B* 3 costodiam *C* (u *s.* o *pr. m2*) 5 rorem *in ras. C* 8 specula II (spic. *m2 GPV*) 𝔄′ (spic. *m2*) *M′* 12 con *m1 CGP* (cum *m2*) coalita *CP et* (-tu *m2*) *V* quo alita *G* (*m2* coalitus) 13 fragrare *C* flare 𝔄′ flagrare *B* (r *alt. s. u.*) *cet.* suauitate *CG* 18 adpetibiles *C* (*corr.* -is) 𝔄′ enim *CGPN′* autem *MSB*, *om. V* 19 dicat *VN′MS* 23 gratiam II (m *exp. V*) 24 *post* nec *add.* regibus II*B* 25 obdulcat *C* (l *s. u.*) et *eras. G*

infundit ulceribus. itaque cum sit infirma robore apis, ualida 108 A
71 est uigore sapientiae et amore uirtutis. denique regem suum summa protectione defendunt et perire pro eo pulchrum putant. incolomi rege nesciunt mutare iudicium, mentem
5 inflectere, amisso fidem reseruandi muneris derelinquunt atque ipsae sua mella diripiunt, quod is qui principatum habuit
72 muneris interemptus est. itaque cum aues aliae uix in anno edant singulos fetus, apes geminos creant et duplici ceteris B fecunditate praeponderant.

22, 73 10 Consideremus nunc quid sit quod ait: producant aquae reptilia animarum uiuentium et uolatilia uolantia super terram secundum genus et secus firmamen- C tum caeli. cur super terram dixerit, certum est, quia uictum de terra quaerunt; secus firmamentum autem
15 caeli quomodo, cum aquilae ultra ceteras aues uolent et tamen ipsae non secus firmamentum caeli? sed quia graece οὐρανός dicitur, quod latine caelum adpellamus, οὐρανός autem ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι id est a uidendo, ideo quod aer perspicuus sit et ad uidendum purior, in aere uolitantia genera dixit ani- D
20 mantium. neque moueat quod ait secus firmamentum caeli. non proprie firmamentum hic posuit, sed abusiue, eo

2 Uerg. Georg. IIII 212 sqq. 7 Uerg. Georg. IIII 231 10 Gen. I 20 Bas. 180 BC (77 A)

3 perire pro eo *in ras. C* pulchrum (pulchr *in ras.*) *C* 4 incolomi *N'M et m1 S* incolume *C m1* (u *in ras.*) *P et m1 GV et* (e *ex* i) *B* incolumi *m2 CGV m3 S* 5 reseruandi Π (a *ex* e *m3 C, m2 GP*) seruandi *N* 6 his *libri* (h *exp. CGℜℜ'MS*) habet *C* (e *ex* i *m3*) 7 interemtus *CP et* (*corr. m2*) *G* 8 duplici *C* (-ce *m3*) *et* (ci *ex* ce) *GP* 10 num *C* (nc *s.* m *m3*) 11 *post* uolantia *add.* et uolatilia uolantia animarium (-arum *P*) uiuentium *C* (*haec exp. m3*) *P* 17 OΥranoſ *pr. MSB* oypaNOC *VN'* euranos *C* (e *exp.*) *G et* (u *s.* ęu) *P* ΘΥPaNOC *alt. C* (a *m3 ex* O) OΥPONOC *GP* OΥPANωC *M* oypaNOC *VN'B* 18 AΠOTΥ. OPACΘAI *C* aTROT·yOPaCOai *G* (Π *s.* TR) AΠOTΥ*OPACOAI *P* aΠOTyopaCOaΤ *V* AITOTOΥopaCEai ℜℜ' aΪTOTOyopaCΘaI *M'* AΠOTOΥOpaCThe *MB* AΠOΘuOΥPACΘE *S*

quod comparatione aetherii illius corporis etiam iste aer, quem possumus oculis conprehendere, quasi crassus et densior
74 uicem habeat firmamenti. nunc quia diximus quae uolatilia, quam naturam habeant uel gratiam, et ea pauca de multis — neque enim uacat uniuersa describere, cum sint similia atque eiusdem generis —, tamen aues ipsae quam inter se diuersitatem habeant E consideremus. inuenimus enim cornicis pedes uelut quibusdam digitis distantibus separatos atque diuisos, corui quoque atque pullorum aliter etiam formatos a natura pedes, auium quae carne uescuntur quasi incuruos atque sinuatos, uelut ad praedam paratos. ea uero, quae natandi habent usum et consuetudinem, latos habent pedes et membrana quadam illos digitos pedum sibi copulatos atque coniunctos. in quo ad- F mirabilis patet ratio naturae, ut et illa ad uolandum uel ad rapiendum cibum usu adcommodo fulciantur et ista ad natandum adiumenta habeant conpetentia, quo melius aquis possint supernatare et quasi remis quibusdam ita pedibus suis membranae illius extensione latioribus aquarum fluenta pro-
75 pulsent. cygnus quoque cur proceriore collo utatur in promptu est, ut, quia est paulolum pigrior corpore nec facile potest aquarum inferiora penetrare, ceruicem extendat ad praedam, 109 A quae quasi praeuia reliqui corporis escam quam inuenerit rapiat atque eruat de profundo. adde illud, quia suauior et magis

7 Bas. 184 B (78 C) 19 Bas. 184 B (78 D)

1 aetherii *M et m1 S* aetherei *S m2 B* eterii 𝔄′ aetheri 𝔄 (i *eras.*) *M*′ etaeris Π (ethaeris *m3 C m2 P*, aeris *G m2*) 2 oculos *C* grassus *C et* (crassus *m2*) *GP* crassior *α* 4 uel Π*MSB* et *N*′ 6 se *om. C, s. u. m2 GP* 7 quibusdam digitis (dam digi *in ras. min. spatii*) *C* 8 separatos *C* (a *pr. ex* e *m3*) coruorum *N*′ 11 eae *SB Atr.* 13 admirabiles *C* 14 pater *C* pariter *P* (ri *s. u. m2*) pat (*& s.* t *m2*) *G* illae *ed. Paris. a. 1642* 15 istae *ed. Paris. a. 1642* 16 habeant *C* (ant *ex* at) possint aquis *MSB* 19 cycnus *N*′ promtu *CP et* (*corr. m2*) *G* 20 paulolum Π *m1* paululum *C m3, GPV m2 cet.* picrior *C* prior *G* (procerior *m2*) segnior *N*′ 23 e profundo *V Uind.* adde *CGP* adde etiam *V* (etiam *s. u. m2*) adde et *cet.*

canorus per procera modulus colla distinguitur et longiore
76 exercitatione purior longe resultat. quam dulcis etiam in exiguo
cicadis gutture cantilena, quarum cantibus medio aestu arbusta
rumpuntur, eo quod magis canorae meridianis caloribus, quo
puriorem aerem id temporis adtrahunt spiritu, eo cantus resonant B
clariores. nec apes ipsae insuaue quiddam canunt; habent enim
gratam in rauco illo uocis suae murmure suauitatem, quam nos
fracto tubarum sonitu lentius primum uidemur imitati, quo
strepitu ad excitandos animos in uigorem nihil aptius extimatur.
et haec illis gratia manet, cum pulmonem respirandique munus
atque usum nequaquam habere prodantur, sed aerio uesci
spiramine. denique si quis eas superfundat oleo, propere C
necantur, eo quod obstructis poris aerium spiramen illud
haurire non possint, continuoque si quis acetum his super-
fundat, ilico reuiuescunt, eo quod uis aceti cito illos poros,
qui concretione olei obstruuntur, umore feratur aperire.

23, 77 Et quia de uolatilibus dicimus, non putamus alienum ea D
conplecti quae de uerme Indo tradit historia uel eorum relatio
qui uidere potuerunt. fertur hic corniger uermis conuerti

2 Bas 184 A (78 B) 3 Uerg. Georg. III 328 7 Uerg. Georg. IIII 71 sq. 17 Bas. 184 D (78 E, 79 A)

1 proceram *C* (m *exp. m3*) *P* proceras *V* modulos II (-us *m2 CGP*) modolus $\mathfrak{A}M'$ 3 cantilena *C* (ti *in ras.*) quarum *C* (quaru *in ras.*) 5 spm II spiritum *B* (m *in ras.*) 8 imitari *V et m2 GP*$\mathfrak{A}\mathfrak{A}'$, *m3 S* quo strepitu *N'* (s *add. m2* $\mathfrak{A}$) *G m2* quo crepitu *MS* quos crepitu *B* (t *s.* c *m2*) *G m1*, *PV* (s *exp.*) *C* 9 exercitandos *CGP* scitandos *V* (ex *s.* s *pr.*) extimatur *C et m1 GP* existimatur *m2 GP* aestimatur *VN* 11 usu *CP* aereo *GB* uesci *C* (i *ex* e *m3*) 12 eas uel fucos *MS* eas uel fucus *V* (uel fucus *s. u. m2*) superfundat *V* perfundat *MS* propere *MS* prope II*N' et* (propter *m2*) *B* 13 spiramine II (*corr. m2 G*) 14 aurire II (haur. *m2 GP*) $\mathfrak{A}'S$ *et* (haur. *m2*) *MB* 15 reuiuescant *C* reuiuiscant *GV* (-unt *m2*) *P* (ul unt *m2 s.* ant) reuiuiscunt $\mathfrak{A}M'SB$ aciti *corr. m3 C m2 P* 16 concretione *Carn. Trec.* concretiore $\mathfrak{A}$ (ne *s.* re *m2*) *cet.* humore $\mathfrak{A}M$ (h *s. u.*) *cet.* 17 uolatibus *C* (*corr. m3*) *P* 18 indio $\mathfrak{A}M'$ *et* (i *postea add.*, *m2* indico) $\mathfrak{A}'$ tradidit *M et* (di *pr. eras.*) *S* tradit *B* (d *in ras. m2 ex* h) istoria *C* (i *pr. s. u. m3*) *G et B* (hist. *m2*) *PV*$\mathfrak{A}'$ 19 uidere *C* (e *pr. ex* i *m3*)

primum in speciem caulis atque in eandem mutari naturam, inde processu quodam fieri bombylius. nec eam tamen formam figuramque custodit, sed laxis et latioribus foliis E pinnas uidetur adsumere. ex iis foliis mollia illa Seres depectunt uellera, quae ad usus sibi proprios diuites uindicarunt. unde et dominus ait: quid existis in desertum? uidere hominem mollibus uestimentis indutum? ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. chamaeleon quoque diuersas species fertur uario colore mentiri. lepores certe, quod de proximo facile cognouímus, hieme albescere, aestate in suum post colorem redire non F
78 dubium est. haec ideo libaui, ut ad commutationis fidem, quae in resurrectione futura est, etiam ista exempla nos prouocent, sed ita ut commutationem illam dicamus, quam apostolus euidenter expressit dicens: omnes quidem resurgemus, non omnes autem inmutabimur. et infra ait: et mortui resurgent incorrupti et nos inmutabimur. oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam et mortale hoc induere inmortalitatem. plerique enim commutationis genus et formas, quas non acceperunt, interpretati nequaquam praesumptionis indebitae 110 A incongrua usurpatione caruerunt.

4 Uerg. Georg. II 121 6 Matth. 11, 8 12 Bas. 185 A (79 A) 15 I Cor. 15, 51 16 I Cor. 15, 52 sq.

1 eandem (n *s. u.*) *m3 C m2 GP* eadem *B* eam ḍe *V* eam *cet.* 2 bombylius *B et* (o *ex* a) *M* bambilius *N'S et* (i *alt. s. u.*) *V* babylus *CGP* 4 pennas *VSB* et *m2 CGP*𝔄𝔄' uidetur pinnas *N'* hi*s *C* (i *eras.*) ḥiis *P* his *G* (h *m2*) *cet.* 5 depictunt *CP et* (*corr. m2*) *G* propriis *C* 10 cognouimụs *V* cognoscimus *G*; *malim* cognouerimus 11 aestate *om. N', s. u. Atr.* post *exp. V, om. N* 13 resurrectionem *CP* uos *CGP* prouocent *C* (u *ex corr.*) 14 apostolus *C* (o *alt. ex* u *m3*) 17 resurgunt II (-ent *m2 GPV*) 𝔄'*B* 20 plerumque *GP* 21 acceperant *MSB* acceperunt (a *s.* ụ *m2*) *V* interpretati *S Carn. Diu.* interpretaṇti *V* interpraetant *CP et G m1* interpretantur *G m2 B* interpretatio *M* interpretatione 𝔄*M'* interpretationem 𝔄' nequaquam *CGVMS* nequamquam *P* qui (*s. u. m2*) nequaquam *B* quondam 𝔄 (*m2* quadam) quandam *M'* quando 𝔄'

79 Phoenix quoque auis in locis Arabiae perhibetur degere atque eam usque ad annos quingentos longaeuam aetatem producere. quae cum sibi finem uitae adesse aduerterit, facit sibi thecam de ture et murra et ceteris odoribus, in quam impleto uitae suae tempore intrat et moritur. de cuius umore carnis uermis exsurgit paulatimque adolescit ac processu statuti temporis induit alarum remigia atque in superioris auis speciem formamque reparatur. doceat igitur haec B auis uel exemplo sui resurrectionem credere, quae sine exemplo et sine rationis perceptione ipsa sibi insignia resurrectionis instaurat. et utique aues propter hominem sunt, non homo propter auem. sit igitur exemplo nobis quia auctor et creator auium sanctos suos in perpetuum perire non patitur, qui auem unicam perire non passus resurgentem eam sui semine uoluit propagari. quis igitur huic adnuntiat diem mortis, ut faciat sibi thecam et inpleat eam bonis C odoribus atque ingrediatur in eam et moriatur illic, ubi

80 odoribus gratis faetor funeris possit aboleri? fac et tu, homo, tibi thecam: expolians te ueterem hominem cum actibus suis nouum indue. theca tua, uagina tua Christus est, qui te protegat et abscondat in die malo. uis scire

5 cf. Clementis epist. prior. c. 25 13 Psalm. XV 10 Act. 13, 35 18 Coloss. 3, 9

1 faenix *CP* fenix *G* fenis *V* 2 eam Π*B* ea *cet.*, *fort. recte* longaeuam aetatem *G* longaeua aetate *cet.* producere *CGP* procedere *V* (ce *s. u. m2*) *N* 4 thecam *MSB* tecam *cet.* murra *MS*𝔄′ murram 𝔄 (m *eras.*) *M′* myrra *CGP* mirra *VB* 5 humore *libri* 8 nos *ante* haec *add. VN* 9 quae et sine *N* 11 et *om. M, in mg. m2 S* 12 auem Π*N′* aues *MSB* exemplum *GN′* exemplo *B* (ṽ *s.* o) 13 scs *C* (o *s.* cs *m3*) 14 resurgentẽ *G m2 S* resurgenti *P* (-te *m2*) *cet.* 15 reparari *N′* reparare *B* 16 thecam *MS* thegam (h *s. u.*, c *s.* g) *V* techam *P* tecam *cet.* 18 odoribus *C* (o *pr. in ras.*) grates Π (-is *m2 PV*, grauis *m2 G*) faetor 𝔄*M′M* fertur *m1 VB* fetor *VB m2 cet.* 19 thecam *V* (h *s. u.*) tecam *G*𝔄*M′B* techam 𝔄′ et expolians *C* (et *s. u.*) exspolians *M* te *om. N′MS* 20 theca *MS et*˙ (th *ex* d) 𝔄′ techa *P* teca *cet.* uagina *C* (u *in ras.*)

quia theca protectionis est? pharetra inquit mea protexi eum. theca ergo tua est fides; imple eam bonis uirtutum D tuarum odoribus, hoc est castitatis, misericordiae atque iustitiae et in ipsa penetralia fidei suaui factorum praestantium odore redolentia totus ingredere. ea te amictum fide exitus uitae huius inueniat, ut possint ossa tua pinguescere et sint sicut hortus ebrius, cuius cito suscitantur uirentia. cognosce ergo diem mortis tuae, sicut cognouit et Paulus, qui ait: certamen bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. reposita est mihi corona iustitiae. intrauit igitur thecam suam quasi bonus phoenix, E quam bono repleuit odore martyrii.

81 Interrogabo te, tu autem responde mihi unde uultures mortem hominum signis quibusdam adnuntiare consueuerint, quo indicio docti atque instructi sint, ut, cum bellum lacrimabile inter se aduersae acies instruant, multo praedictae uolucres sequantur agmine et eo significent quod multitudo hominum casura sit bello futura praeda ulturibus? quod F utique ex specie instructionis humanae quadam uidentur ratione
82 colligere. usque ad lucustam quoque gratia diuina penetrauit, quae cum agmine conferto regionis cuiusque occupauerit latitudinem, innoxio primum feriatur habitaculo nec fructus inhospitali incursione depascitur, nisi diuinae signum praeceptionis acceperit. etenim sicut in Exodo legimus, ea quoque caelestis

1 Esai. 49, 2 7 Esai. 58, 11 9 II Tim. 4, 7 sq. 15 Uerg. Aen. VII 604 24 Exod. 10, 12

1 theca *V* (h *s. u.*) teca *GMA'* protectionis II (nis *exp. V*) *et m2 B* protectio *B m1 cet.* faretra *libri* protexit *CPV* 4 suauis *CVA et* (s *exp.*) *GB* 7 suscitantur uirentia *CGP* semina suscitantur *VN* 8 nosce *MS* 9 certaui cursum *om. CGP, s. u. m2 V* 11 thecam *CP* tecam *G* in thecam *V* (in *et* h *s. u. m2*) *A'MSB* in tecam *AM'* fenix *IIA'B* foenix *cet.* 15 edocti *A'* (e *s. u. m2*) 16 multae *CGP* 17 eos *CV et* (s *eras.*) *GP* quod *MS et m2 GPA* quo *CA'M'B et m1 GPA* quã *V* 20 lucustam *A'M et m1 S* locustam *S m3 cet.* 21 augmine *CPV* (u *exp.*) 24 acciperit *corr. m3 C m2 GP*

83 ultionem offensionis exequitur piae ministra uindictae. hanc
quoque auis deuorat seleucis — sic enim graeco auis haec 111 A
nuncupatur nomine — data ad remedium malorum, quae lucusta
consueuit inferre. cui creator inexplebilem dedit deuorandi
naturam, ut insatiabili pastu plagam quam supra diximus
possit extinguere.

24, 84 Sed quid hoc est? dum sermonem producimus. ecce iam B
tibi et nocturnae aues circumuolant et in eo ipso, quo
finiendum sermonem admonent, sui quoque adsumendam
commemorationem producunt. repetunt diuersae aues auiaria
sua, quas uesper nocti cogit decedere, et se in latibulis suis
abdunt canoro occasum diei carmine prosequentes, ne inmunis
abeat gratiarum, quibus creatorem suum omnis creatura con- C
85 laudat. habet etiam nox carmina sua, quibus uigilias hominum
mulcere consueuit, habet et noctua suos cantus. quid autem
de luscinia dicam, quae peruigil custos, cum oua quodam
sinu corporis et gremio fouet, insomnem longae noctis
laborem cantilenae suauitate solatur, ut mihi uideatur haec
summa eius esse intentio, quo possit non minus dulciori-
bus modulis quam fotu corporis animare oua quae foueat.
hanc imitata tenuis illa mulier, sed pudica, incusum molae D
lapidem brachio trahens, ut possit alimentum panis suis

16 Bas. 181 A (77 C) 17 Uerg. Georg. I 293 21 Uerg. Georg. I 274 sq. 21 Uerg. Aen. VIII 411—413

1 exsequitur *P* (s *s. u.*) 𝔄*M'MS* 3 lucusta *M et m1 CS* locusta *C m3 S m3 cet.* 5 ut *s. u. m2 CGP* aut (*s. u. m2*) *V* 7 tibi iam *N* 8 quo *CGP* in quo *V* (in *s. u. m2*) *N* 11 nocte *B* decidere *C et* (*corr. m2*) *GP* 12 occa*sum *C* (n *eras.*) *P* (n *exp.*) inmunis II *et* (-es *m2*) 𝔄' inmunes *cet.* 13 habeat *P* (h *exp.*) *CVM'S et m1 G* habeant (n *s. u. m2*) 𝔄𝔄' habeatur *G m2 M* abeã *B* (*m2* habeãt) 15 cantos *C* 16 custus *M et* (*corr. m2*) 𝔄*B* cultos *C* cultus *GP* 18 cantilinae *C* 19 quae *CGP et m1 B* qui *m1 M* (quo *m2 BM*) dulcibus *N* 20 oua Π*B* in foetus (foetos 𝔄, faetos *M'*) oua 𝔄*M'MS* in fętus oua 𝔄' *m2* (** infe ********** *m1*) quo 𝔄' *m1* (quae *m2*) 21 imitata tenuis *C* (ta *alt. et* t *in ras. minoris spatii m2*) incusum *B* (c *eras.*) incussum *M* (s *pr. del.*) *S*𝔄 incussa 𝔄' incussu *M'* hintusum *CGP* (h *del.*) intus sum *V* molae *C* (o *ex* u *m2*) 22 lapidem *C* (p *ex* b *m3*)

paruolis non deesse, nocturno cantu maestum paupertatis mulcet adfectum et, quamuis suauitatem lusciniae non
86 possit imitari, imitatur tamen eam sedulitate pietatis. noctua ipsa quemadmodum magnis et glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum caligantem non sentit horrorem et quo fuerit nox obscurior eo contra usum auium ceterarum inoffensos exercet uolatus, exorto autem die et circumfuso splendore solis uisus eius hebetatur, quasi quibusdam erret in tenebris. quo indicio sui declarat esse aliquos, qui cum oculos habeant ad uidendum, uidere non soleant et uisus sui officio solis fungantur in tenebris. de cordis oculis loquor, quos habent sapientes mundi et non uident, in luce nihil cernunt, in tenebris ambulant, dum daemoniorum tenebrosa rimantur et caeli alta uidere se credunt describentes radio mundum, mensuram aeris ipsius colligentes, porro autem a fide deuii perpetuae caecitatis tenebris inplicantur habentes in proximo diem Christi et lumen ecclesiae et nihil uidentes aperiunt os quasi scientes omnia, acuti ad uana, hebetes ad aeterna et longae disputationis anfractu prodentes scientiae propriae caecitatem. itaque dum cupiunt subtilibus uolitare
87 sermonibus, quasi noctuae in lumine euanuerunt. uespertilio animal ignobile a uespere nomen accepit. est autem

9 Bas. 181 B (77 D) 11 Ephes. 1, 18 14 Uerg. Aen. VI 850 21 Bas. 181 AB (77 CD)

1 paruolis *m1 CGP* parulis *V* (i *s.* u) paruulis *C m3 GP m2 cet.* paupertatis *C* (is *ex* es *m2*) 2 luscinia *corr. m3 C m2 G* lusciniam *P* luscinię *V* (ă *s.* ę *m2*) 3 sedulitate *C* (te *ex* tis *m3*) noctua *C* (a *ex* ă) 4 ipsam *C* glaucis *C* (i *corr. ex* o?) 7 inoffenso se *CG et* (e *alt. eras.*) *P* exercet *C* (e *tert. ex* i *m3*) uolatus *G* (s *exp.*) exhorto *CP* 8 aebetatur *C* (ta *in ras.*) *P* hebetatur *G* (h *s. u. m2*) ēuetatur *V* hebetatur (e *pr. ex* a) *A'S* haebetatur *A* habitatur *M'* 11 oculos Π (-is *m2 GPV*) 14 se uidere *N'* 17 nil *MS* 19 prudentes Π*M'S* prodentes *A'* (o *ex* u) inscientiae *N* 20 caecitate *CGPM* futtilibus *MS* 21 lumen *A'B* lumina *M'* aeuanuerunt *V* (a *pr. exp.*) *Carn.* euanuerunt *A'M'B et* (e *pr. s. u. m2*) *P* uanuerunt *cet.* uespertilionęs, nes *exp. m3 C m2 V*

uolatilis eademque quadrupes et dentibus utitur, quos in aliis auibus repperire non soleas. parit ut quadrupedia non oua, sed pullos uiuentes. uolitat autem in aere auium more, 112 A sed crepusculo uespertino consueuit offundi. uolitat autem non aliquo pinnarum, sed membranae suae fulta remigio, quo suspensa uelut pinnarum uolatu circumfertur atque uegetatur. habet et illud hoc uile animal, quod sibi inuicem adhaerent et quasi in speciem botryonis ex aliquo loco pendent ac, si se ultima quaeque laxauerit, omnes resoluuntur. quod fit quodam munere caritatis, quae difficile in hominibus huius B mundi repperitur.

88 Est etiam galli cantus suauis in noctibus — non solum suauis, sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator et dormitantem excitat et sollicitum admonet et uiantem solatur processum noctis canora significatione protestans. hoc canente latro suas relinquit insidias, hoc ipse lucifer excitatus oritur caelumque inluminat, hoc canente maestitiam trepidus nauta deponit omnisque crebro uespertinis flatibus excitata tempestas et C procella mitescit, hoc <canente> deuotus adfectus exsilit ad precandum, legendi quoque munus instaurat, hoc postremo canente ipsa ecclesiae petra culpam suam diluit, quam priusquam gallus cantaret negando contraxerat. istius cantu spes

12 Bas. 181 BC (77 E) 14 sqq. cf. hymnus Ambrosii I (Aeterne rerum conditor) 21 Matth. 26, 24 sq.; 16, 18

3 autem *del. ed. Colon., recte puto* 4 crepuscolo *C* (p *ex* b, v *m3 s.* o *pr.*) 5 *post* aliquo *add.* loco *CGP, cf. u. 8* pennarum *m2 CGP𝔄𝔄'MS et m1 B* 6 pennarum *m2 CGP𝔄𝔄' et m1 SB* uoluta *C* (*in mg. m3* ∴ bilitate) *et* (*corr. m2*) *P* uolata *V* (v *s.* a *alt.*) 7 et *om.* Π 8 et *om. CGP* in *om. CGP, s. u. m2 V* specie *G* butryonis *S* butrionis *P m1 𝔄M'M* butronis *B m1* potryonis *𝔄'* botrionis *PB m2 cet.* pendat *C, fort.* pendunt 9 se *om. C* que *m1* queque *m3 C* 10 omnibus *CV𝔄'* *et* (*corr. m2*) *GP* 11 mundi *GM'* modi *cet.* 12 etiam] enim *GP* non *C* (et non *m3*) *GP* ŋọn *V* (s. *m2* nec) nec *cet., fort. recte* 13 dormitantem *CGP* dormientem *V* (en *in ras. m2*) *cet.* 19 canente *add. α* exilit *GVN* 20 postremum *𝔄M'* 21 ipsa *P et m2 V* ipsae *C𝔄M' et m1 V* ipse *cet.* petra& *C* (& *eras.*) petrus *𝔄M'B* 22 ipsius *CGPB*

omnibus redit, aegri releuatur incommodum, minuitur dolor uulnerum, febrium flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus titubantes respicit, errantes corrigit. denique respexit Petrum, et statim error abscessit, pulsa est negatio, secuta D confessio. quod non fortuito accidisse, sed ex sententia domini lectio docet. sic enim scriptum est, quia dixit Iesus ad Simonem: non cantabit gallus, priusquam me ter neges. bene fortis in die Petrus, nocte turbatur et ante galli cantum labitur et labitur tertio, ut scias non inconsulta effusione sermonis esse prolapsum, sed mentis quoque nutatione turbatum. idem tamen post galli cantum fit fortior et iam dignus quem Christus aspiciat; oculi enim domini E super iustos. agnouit uenisse remedium, post quod iam errare non posset, et in uirtutem ab errore mutatus
89 amarissime fleuit, ut lacrimis suis lauaret errorem. respice F nos quoque, domine Iesu, ut et nos propria recognoscamus errata, soluamus piis fletibus culpam, mereamur indulgentiam peccatorum. ideo consulto sermonem protraximus, ut nobis quoque gallus cantaret et loquentibus subueniret, quo si quod delictum obrepsisset in uerbo, culpam, Christe, donares. da quaeso lacrimas Petri, nolo laetitiam peccatoris. fleuerunt Hebraei et per mare sunt undis dehiscentibus liberati. laetatus est Pharao quod Hebraeos tenebat inclusos et mari

3 Luc. 22, 61 7 Matth. 26, 34 12 Psalm. XXXIII 16 14 Matth. 26, 75

1 aegris *GN' et* (s *exp.*) *V, fort. recte* releuantur *C* (r *ex* l) *P et* (n *exp.*) *G*, (re *et* n *exp.*) *V* leuatur *N* minuitur (i *alt. ex* e) *m3 C m2 GP* dolus *C* dolor *G* (o *alt. ex* u) *P* (r *m2 in ras.*) 4 abcessit *C* 5 fortuitu *VM'B et in mg.* l. fortuitu *S* fortuito (-tu *m2*) *GP* 8 ne-ges *C* (e *pr. in ras.*) abneges *M et* (ab *eras.*) *S* 11 cantu (*om.* post) H 14 possit *CAM'B* 15 lauaret *CGP* labaret *V* (*s. m2* al. deleret) deleret *N* 16 ihs *C* (ihu *m3*) ihu *P* (u *in ras. m2*) 18 ideoq; *C* (q; *add. m3*) sermone *CA'* sermonem (m *eras.*) *A* 19 nouus *CP et* (*corr. m2*) *G* 20 obrepisset *C et* (*corr. m1*) *B* 21 peccatores *C et* (-is *m2*) *GP* 22 haebrei *C* haebraei *P* sunt *om.* H dehiscentibus undis *N'* 23 pharao *VA'M* farao *cet.* haebreos *CP*

mersus cum populo suo occidit. exultauit et Iuda in mercede proditionis suae, sed ipsius se mercedis suae laqueo strangu- 113 A
lauit. fleuit errorem suum Petrus et meruit ut aliorum aboleret errores.

90 5 Sed iam tempus est quo finire sermonem et claudere debeamus, tempus est quo melius tacetur aut fletur, tempus est quo celebratur indulgentia peccatorum. nobis quoque gallus iste mysticus in sacris cantet, quoniam Petri gallus in nostro sermone cantauit. fleat pro nobis Petrus, qui pro se bene fleuit,
10 et in nos pia Christi ora conuertat. adproperet Iesu domini B
passio, quae cottidie delicta nostra condonat et munus remis-
91 sionis operatur. bonus dominus dimittere ieiunos non uult, ne quis deficiat in uia. si ille dicit: misereor huius turbae, 114 A
quia triduum est quod perseuerant mecum et non
15 habent escam, et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia, cuius intenta sermoni Maria adparatus recusabat epularum: quanto magis nos considerare debemus quia non multi sunt qui in uerbo dei uiuunt et ideo refectio corporis desideratur. certe illius tridui nostrum hoc postridie laborio-
92 20 sius est. et ideo qui cum auibus lusimus, cum gallo cantauimus, iam domini canamus mysteria, et ad corpus Iesu B
conueniant aquilae peccatorum ablutione renouata; iam enim cetus ille magnus uerum nobis Ionam reddidit, et gratulemur quod factus est nobis uesper, et fiat mane dies sextus.

1 Matth. 26, 14 sqq., 27, 5 13 Matth. 15, 32 16 Luc. 10, 39 18 Matth. 4, 4 21 Matth. 24, 28 Luc. 17, 37 22 Ion. 2, 11

1 iudas *m2 G*𝔄 2 suae *alt. om. VM'* strangulauit *C* (u *pr. in ras.*) 6 aut tacetur *VN'* 8 quoniam Π quoniam iam *N* 12 dimitere *C* 13 misereor *C* (i *in ras.*) 15 aescam *CPB* 16 dificiant *S* 18 uiuunt *C* (u *alt. s. u.*) 19 triduo *V* (o *ex* i *m2*) *N* postridie *CP et* (tri *in ras.*) 𝔄' postridiae *S* postridię *B* (ę *in ras. 3 litt.*) postpridie *G* postpridię *V* post triduū 𝔄 post tridui *M'* post tridie *M* 20 qui *s. u. M* quia *s. u. V* 21 ihm *corr. m3 C m2 GP* 22 aquila *C* coetus *CPMB* cętus *V* cetos 𝔄 (v *s.* o *m2*) *M'* 24 uesper Π*MS* uespere dies quintus *N' et* (dies quintus *in mg. m2*) *B* et factus *G*, et *om. N'* fiąt nobis *N'* quintus *S* emendatum *add. CGP* EXPLECIT (EX-

DIES SEXTVS.

1, 1 (Serm. VIIII) Sextus iste est dies, quo mundanae creaturae origo con- 113 C
cluditur, et ideo etiam sermonis nostri, quem de rerum ex-
ordiis adsumpsimus, finis paratur. qui etsi per quinque iam D
dies non mediocri labore nobis processerit, tamen hodierno
die maiore curarum adcrescit faenore, quia in hoc et superiorum
dierum periculum est et totius summa certaminis. etenim si
in fidibus aut cantibus et athletarum contentionibus crebris
licet et maximis ludicris tamen superiores dies sine ullo
coronae transiguntur dispendio, postremus autem dies habet
sortem coronae, in quo et decernendi periculum est et cedendi E
obprobrium et uincendi praemium, quanto magis in hoc tanto
agone sapientiae, tanto non paucorum sed uniuersorum iudicio,
cum hodie nobis uelut quaedam certaminis corona procedat,
maior sollicitudo angit, ne et superiorum effundamus laborem
dierum et praesentis subeamus pudorem. neque enim eadem
dicendi condicio, quae canendi atque luctandi, cum in illis
ludus offensionis, in isto lapsus mortis sit. illic si pecces, F
spectantum fastidium est, hic damnum est audientum.
2 adsistite igitur mihi tamquam coronae iudices et ingredi-
mini mecum in hoc magnum et admirabile totius uisibilis
theatrum creaturae. etenim si is qui explorat nouorum ad-
uentus hospitum, dum toto eos circumducit urbis ambitu

21 Bas. 164 A (69 C)

PLICIT *VN'MS*) DIES QVINTVS *CVN'S et* (*qui add.* DE RERŪ EXORDIIS AMBROSII ĒPI) *M*, *om. GP* INCIPIT (*om. M*) DIES VI Π*N'MS* EXPLICIT LIBER QUINTUS. INCIPIT SEXTUS *Brux. in B non est subscriptio* 4 adsumsimus *C* 5 odierno *C* 6 fęnore *M* foenore *S* fenore *cet.* 8 fidilibus *C* 10 pos*tremus *C* (t *eras.*) 12 obproprium *CG* opproprium *P* opprobrium *V* 15 sollicitudo *C* (c *in ras.*) effundam *C et* (*corr. m2*) *G* 17 in *om. CP, s. u. m2 G* 19 spectandum *G m1 V* spectantium 𝔄' (ti *ex* d) *M* (i *exp.*) *B* audientium *GV*𝔄*B* 20 adsistite *C* (ti *s. u.*) 22 is *M* įn ḥis *G* his *P*𝔄'*SB* (h *exp.*) *cet.* explorant 𝔄*M' et m1* 𝔄' *et G* (n *s. u. m2, sed eras.*) explorans 𝔄' *m2 MS* explorare *B* nouit *B* 23 dum *G m2, om. cet.* orbis Π (*corr. m2 G*)

praestantiora quaeque opera demonstrans, non mediocrem locat gratiam, quanto magis sine fastidio accipere debetis quod uelut quadam sermonis manu per hanc communionem uos circumduco in patria et singularum rerum species et genera demonstro 114 C ex omnibus colligere cupiens, quanto uobis creator uniuersorum gratiam uberiorem quam uniuersis donauerit. uobis igitur haec corona proponitur, uos hodie cupio uestro iudicio coronare. non enim nos athletarum modo marcentia serta deposcimus, sed uiride uestrae sanctitatis examen, quo decernatis per omnes quidem creaturas prouidentiam penetrare diuinam, sed cum ceteris uobis commune corporeae fragilitatis esse D consortium, prae ceteris tamen uos animi uirtute constare, quae sola nihil habet commune cum ceteris.

2, 3 Nunc age naturas bestiarum dicamus et hominis genera- E tionem. audio enim iamdudum aliquos insusurrare dicentes: 'quamdiu aliena discimus et nostra nescimus, quamdiu de reliquis animantibus docemur scientiam et nosmet ipsos ignoramus? illud dicat quod mihi prosit, ut me nouerim ipsum'. et iusta est conquestio, sed ordo seruandus est, quem scriptura contexuit, simul quia non possumus plenius nos cognoscere, F nisi prius quae sit omnium natura animantium cognouerimus. producat inquit terra animam uiuentem secundum genus, quadrupedes et serpentes et bestias terrae et pecora secundum genus et omnia reptilia

22 Gen. 1, 24—26

3 communem $\mathfrak{A}'MSB$ 4 in patria *CP* in patriam *GV* patriam *N* 5 collegere *CP* quanta *C* quantă *P* quant* *G* (ñ *ut uidetur eras., in mg. m. rec.* quantū) quanto $\mathfrak{A}'$ (*m2* -ă) 7 hodie *C* (h *s. u.*) uos] a (*extra u. m2*) uobis *G* coronari *m2 GP* 8 nos *C* (n *in ras.*) 17 animantibus *C* (ni *s. u.*) scientiam et *G* (et *s. u. m2*) *VN* et scientiam *CP* 18 ut Π*MSB* unde *N'* nouerim ipsum *C* ipsum nouerim *cet.* *post* ut me ipsum nouerim *add.* unde me ipsum nouerim *Tell. Trec.* 19 et Π*MSB* est *N'* est *om. N* 20 plenius (i *s. u.*) *m3 C m2 V* nos *om. CPV*, *ante* non *add. m2 G* 21 cognoueremus *C* 23 quadrupedes *C* (es *ex* is *m3*) serpentes *C* (es *ex* is *m3*) 24 *post* terrae *add.* secundum genus *N' et* (*uerbis* et pecora secundum genus *erasis*) *S* reptilia Π*B* repentia *N' et* (*add.* terrae) *MS*

ad genus. et fecit deus bestias terrae et omnia pecora ad genus et omnia repentia terrae ad genus. et uidit deus quia bona et dixit deus: faciamus hominem. hoc loco non ignoro quosdam bestiarum et pecorum et repentium terrae species ad hoc rettulisse, ut haec ad inmanitates criminum, stultitiam peccatorum, nequitiam cogitationum referrent: ego autem simplices naturas uniuscuiusque generis accipio. nec uereor ne quis me pauperis conuiuae praesumptioni conferendum putet, qui studio humanitatis complures roget nec his quicquam nisi uiles et usitatos adponat cibos, ut tenui mensae pauperis adparatu plus reprehensionis incurrat ex fastidio conuiuarum quam gratias referat ex hospitalitatis adfectu; nec enim Helisaeum amici quasi malum conuiuam agrestia adponentem holera refutarunt. simile uanis relationibus exquisitum illud et adcuratum opipare conuiuium est, in quo fasiani aut turturis species adponitur et intus pullus manducatur aut pullus infertur et ostreis est fartus aut spondulis aut poculum bibitur, quod diuerso colore atque odore in alienos mutetur sapores. maritima terrenis, terrena maritimis farciuntur. hoc est reprehendere prouidentiam creatoris, qui nobis ad uictum omnia condonauit, quod nòn illa miscuerit. sed haec dulcia primo uidentur et postea fiunt

115 A B C

8 Bas. 188 A (80 AB) 13 Reg. IIII 4, 39

5 ad hoc Π *et* (ad *s. u.*) *B* alio *N'MS* 6 peccatorum Π pecorum *N* 8 pauperis *C* (is *ex* es *m3*) praesumtione *C et* (*corr. m2*) *G* 9 complures *C* (u *in ras.*) 11 ut Π*MSB* et *N'* tenuis *MS et m2 P* tenue *G* (-i *m2*) tenuae *P m1* pauperis *C* (-es *m3*) pauperes 𝔄*M'* adparatu *GVM'B et m1 P*𝔄 adparata 𝔄' (v *s.* a *ult.*) adparatus *CMS et m2 P*𝔄 repprehensionis *C* 12 gratias Π gratiae *N* hoc hospitalitatis *C* (talitatis *in ras. min. spatii*) *G* (pita *s. u. m2*) *P* 13 helisseum *C* 14 adponentem (ad *in ras.*) *C* 15 exquesitum *C* opipare *G m2 et m. rec. in mg. S* opificare *MS* opinare *P* (n *ex* p) *cet.* 16 turtoris (v *s.* o) *m3 C m2 GP* intus Π*B* in his 𝔄'*MS* nihil 𝔄*M'* 18 spondulis 𝔄' spondylis *SB* spondolis 𝔄*M'* spondilis *cet.* 21 condonauit Π*B* donauit *N'* ministrauit *MS*

amara. quo enim copiosior fuerit luxuries, eo perniciosior intemperantia est. Helisaeus autem amara adposuit, sed postea facta sunt dulcia. denique qui ante in illo cibo mortem putabant postea in eo suauitatis et uitae gratiam sunt adepti.
6 neque enim rursus formidini est, ne plures uidear inuitasse D quam possum pascere et uobis panes deficiant uerborum meorum, quia et Helisaeus etsi merito inimitabilis nobis imitandus fide non considerauit quantos panis haberet, sed quos haberet diuidere omnibus uoluit et sufficere omnibus iudicauit. itaque decem panes ordeacios diuidere in plebem iussit ministro. et dixit minister: quid dabo hoc in conspectu centum uirorum? et respondit: da et manducent, quoniam haec dicit dominus: manducabunt et relinquent. fides igitur uestra faciet abundare pauperis E linguae conuiuium. nec uereor, ne ieiunia uos edaciores faciant, quominus repleti et esurientes ac uacui reuertamini, quia scriptum est: confirmat iustos dominus, et in diebus famis saturabuntur. multo pulchrius est ordeacios panes non erubescere et adponere quod habeas quam negare. Helisaeus, qui sibi nihil reliquit, populis abundauit. Helisaeus ergo ordeacios panes non erubuit adponere: nos

7 Reg. IIII 4, 42 sqq. 11 Reg. IIII 4, 43 17 Psalm. XXXVI 17 et 19

1 cupiosior *CM' et (corr. m2) GPM* luxuries *𝔄'MSB* luxories *𝔄M'* luxuria est *C* luxoria est *G* (v *s.* o *m2*, fuerit *exp.*) *P* (v *s.* o *m2*) *V* 5 enim *om. N* formidinis II*MS* 8 panis *M' et m1 C𝔄* panes *C m3 𝔄 m2 cet.* 9 et *MS, om. cet.* sufficere *M'B et m2 G𝔄'* efficere *G𝔄' m1 cet.* 10 ordeacios *m2 GPS* ordiacios *CV et m1 GPS* ordiaceos *B* ordiacius *𝔄* (-os *m2*) *M'* ordiacias (-os *corr.*) *M* 11 conspectum *C* (m *exp. m3*) *PV* 12 et (ut *m3*) *C* manducant II (-cent *m3 C, m2 GP*) 13 dicit *SB* dixit *C* (x *in ras.*) *G* (dicit *m2*) *cet.* 15 edaciores *GV* etaciores *C et (corr. m1) P* edatiores *cet.* 18 ordeacios *G* ordiatius *C* (-os *m3*) ordiacius *𝔄* (-os *m2*) *M'* hordiacius *P m1* ordiacius *S* (*m3* ordeaceos) *VM* hordiatios *𝔄'* hordeaceos *B et m2 P* 19 erubiscere *C* 20 helisseus *C et* (s *pr. eras.*) *P* relinquit *CP𝔄M' et* (n *exp.*) *G* abundabit *C* (-uit *m3*) 21 ordeacios *G* ordiacios *GV et m1 PS* hordiacios *M* ordiatios *𝔄'* ordiacius *𝔄* (-os *m2*) *M'* ordeaceos *P m2 S m3 B*

erubescimus simplices intellegere creaturas, quae simplicibus F
et suis declarantur uocabulis. caelum legimus, caelum accipiamus; terram legimus, terram intellegamus frugiferam.

7 Quid mihi quaerere quae sit eius mensura circuitus, quam geometrae centum octoginta milibus stadiorum aestimauerunt? libenter fateor me nescire quod nescio, immo scire quod scire nihil proderit. melius est genera terrarum scire quam spatia, quae circumfuso mari, interiectis barbarum regionibus, suffusa 116 A atque inuia paludibus humo quemadmodum possumus conprehendere? quod inpossibile esse hominibus scriptura demonstrat dicente deo: quis mensus est manu aquam et caelum palmo et uniuersam terram clausa manu? quis statuit montes in libra et rupes in statera et nemora in iugo? et infra: qui tenet gyrum terrae et habitantes in ea sicut lucustas, qui statuit caelum ut camera'm. quis igitur aequalem sibi cum deo audet scientiam B uindicare, ut quae deus maiestatis suae esse proprio signauit oraculo haec sibi homo ad cognitionem suppetere posse prae-

8 sumat? certe Moyses eruditus erat in omni sapientia Aegyptiorum, sed quia spiritum dei accepit, quasi minister dei inanem illam et usurpatoriam philosophiae doctrinam ueritatis rationi posthabuit et ea descripsit mihi quae nostrae spei adcommoda iudicauit, quod terram fecerit deus, quod produxerit terra C iuxta dei omnipotentis imperium operationemque domini Iesu uirgulta de terris et omnem animam uiuentem secundum

4 Bas. 188 CD, 189 A (80 DE) 11 Esai. 40, 12 14 Esai. 40, 22 19 Bas. 189 A (80 DE, 81 A)

5 aestimauerunt *C* (u *alt. in ras.*) 6 *prius* scire *om. N*, ⟨ne⟩scire *Henricus Schenkl* 7 melius est *om.* Π est *s. u. B* spatia *C* (t *in ras.*) 8 barbarum *CP et m1 G* barbarorum *G m2 cet.* 9 conprehindere *C*, *in quo uerba inde a* conpr. *usque ad* palmo (*u. 12*) *in ras. min. spatii* 10 omnibus Π (*corr. m2 G*) *N'* 15 lucustas *CM* locustas *cet.* quis *CGB* 16 cum deo potestatem (-te *B*) audeat (-et *B*) et (*om. B*) scientiam *MSB* 20 accepit *C* (e *ex* i *m3*) 21 filosophiae 𝔄 *M'S* filosofiae *CGP*𝔄 doctrine *C* rationi *VS* rationē *C m3* 𝔄 ratione *C m1 cet.*

genus. at non ille putauit dicendum quantum de spatio aeris occupet umbra terrae, cum sol recedit a nobis diemque abducit inferiora axis inluminans, et quemadmodum in regionem mundi huius incidens lunae globus eclipsis faciat, quoniam quae nihil ad nos quasi nihil profutura praeteriit. uidit enim in sancto spiritu non illas marcescentis iam D sapientiae uanitates sequendas, quae rebus inexplicabilibus mentem nostram occupant luduntque operam, sed ea potius describenda quae ad uirtutis spectarent profectum.

3, 9 Inhaereamus igitur propheticis dictis nec spiritus sancti E quasi uilia despectui habeamus adloquia. producat inquit terra animam uiuentem pecorum et bestiarum et reptilium. quid argumentamur alia, ubi euidenter creaturarum terrestrium natura formatur? currit enim in consti- F tutione mundi per omnem creaturam dei uerbum, ut subito de terris omnia quae statuit deus animantium genera producantur et in futurum lege praescripta secundum genus sibi similitudinemque uniuersa succedant, ut leo leonem generet, tigris tigridem, bos bouem, cygnus cygnum, aquila aquilam. semel praeceptum in perpetuum inoleuit naturae, et ideo ministerii sui obsequium praebere terra non desinit, ut priscae animantium species reparabili generis successione in nouas reparentur aetates. sed uis ad usum hominis deriuare quae genita sunt? noli ueritatem unicuique generi naturae propriae denegare, 117 A

10 Bas. 189 A—C (81 AB)

1 at *M* (t *ex* d) *SB* an *cet.* 2 umbram *C* 3 regione Π*B* regionem umbrae mundi huius (huius mundi *Brux. Diu.*) *Brux. Carn. Diu.* 4 mundi Π*N'* umbrae *MB et* (*in quo post* huius *est ras. 5 litt.*) *S* incedens *MS* eclipsis *M m1 S* eglypsis *B* eglipsis *C* (i *pr. in ras.*) *VN' et m1 GP* eclipsin *m2 GPM* 7 uanitatis *C* (-es *m3*) 8 occupant *C* (nt *ex* t) occupat *V* ludumque *CPV* operantur *P m2* ea *eras. C* 9 ad *ante* ad *eras. C* 10 inherea*mus *C* (h *s. u.*) profeticis *CA'MB* 14 constitutionem *C* (m *exp. m3*) *G* 15 subito *C* (o *in ras.*) 19 tygris *C* (y *in ras.*) *PA'* tygridem *CGPA'* cignus *G* cycnus *N'* gygnum *G* (c *s.* g *pr. m2*) cycnum *N'* 20 se*mel *C* inolibuit *C* 22 reparabili *C* (ara *in ras.*) 24 deriuari *G*

et multo magis ea ad gratiam aptabis humanam, primum quia omnia genera pecorum, bestiarum ac piscium in aluum natura prostrauit, ut alia uentre repant, alia quae pedibus sustinentur demersa magis quadripedi corporis gressu et uelut adfixa B terris uideas esse quam libera, siquidem, cum erigendi se non habeant facultatem, de terra uictum requirunt et uentris, in quem deflectuntur, solas sequuntur uoluptates. caue, o homo, pecorum more curuari, caue in aluum te non tam corpore quam cupiditate deflectas. respice corporis tui formam et speciem congruentem celsi uigoris adsume, sine sola animalia prona pascantur. cur te in edendo sternis ipse, quem natura C non strauit? cur eo delectaris in quo naturae iniuria est? cur noctes et dies cibo intentus pecorum more terrena depasceris? cur inlecebris corporalibus deditus ipsum te inhonoras, dum uentri atque eius passionibus seruis? cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator adtribuit? cur te iumentis comparas, a quibus te uoluit deus segregare dicens: nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus? aut si te edacitas equi intemperantiaque delectat et adhinnire ad feminas uoluptati est, delectet in freno maD xillas tuas camoque constringi. si crudelitas pascit — ferarum haec rabies est, quae propter saeuitiam trucidantur —, uide ne in te quoque crudelitatis tuae uertatur inmanitas.

11 Piger asinus et expositus ad praedam sensuque tardior quid aliud docet nisi nos uiuaciores esse debere nec desidia

1 Bas. 192 AB (81 CD) 17 Psalm. XXXI 9 20 Bas. 192 C (82 A) 24 Bas. 192 BC (82 A)

4 quadripedi *CVB et m1 GP* quadripede *MS* quadripedo 𝔄′ quadrupedi *m2 GP* quadrupedo 𝔄*M*′ 5 cum *B Brux. Carn., om. cet.* 6 requirunt *G m2 MS* requirant *G m1 cet.* 7 secuntur *V*𝔄′*S* 8 pecudum *MSB* caue ne *G* (ne *s. u. m2*) *N*′ 9 deflectas *C* (c *alt. in ras.*) 10 uigoris *C* (i *pr. in ras.*) sine *N*′*MS* sine qua Π*B*; *uix credibile* sineque *Ambrosium scripsisse* 11 pascuntur Π 15 deseruis *N*′ 17 deus uoluit *MSB* segregare *C* segregari *cet.* dicens *om. G* 18 in *om. MS* 22 rabies *C* (b *ex* p)

corporis animique pigrescere, confugere ad fidem, quae onera
12 grauia ableuare consuerit? fraudulenta uulpes foueis se lati- E
bulisque demergens nonne indicium est infructuosum esse animal
odioque dignum propter rapinam, despectui propter infirmitatem
13 et ideo suae incautam salutis, dum insidiatur alienis? perdi-
cem astutam, quae aliena oua diripiat, hoc est perdicis alterius,
et corpore foueat suo, sed fraudis suae fructum habere non
posse, quia, cum eduxerit pullos suos, amittit eos, quia, ubi F
uocem eius audierint quae oua generauit relicta ea ad illam
se naturali quodam munere et amore conferunt quam ueram
sibi matrem ouorum generatione cognouerint significantes
hanc nutricis fungi officio, illam parentis. itaque incassum
proprios fundit labores ac fraudis suae pretio multatur. unde
et Hieremias ait: clamauit perdix et congregauit
quae non peperit, id est oua congregauit et clamauit
quasi ouans suae fraudis effectu, sed ludit operam, quia in-
penso labore alii educit quos ipsa diuturnae fotu sedulitatis 118 A
animauerit. huius imitator est diabolus, qui generationes crea-
toris aeterni rapere contendit, et si quos insipientes et sensus
proprii carentes uigore potuerit congregare fouens eos inle-
cebris corporalibus, ubi primum uox Christi paruolis fuerit
infusa, discedunt atque ad eam se conferunt matrem, quae
pullos suos sicut auis materno amore conplectitur. congregauit
enim diabolus gentiles, quos non creauerat; sed ubi in euan-
gelio suo uocem Christus emisit, ad eum se potissimum con- B

2 Bas. 192 C (82 A) 5 Bas. 172 C (73 D) 14 Hier. 17, 11
23 Matth. 23, 37

1 confugere *C* (e *pr. ex* i *m2*) confugire 𝔄*M'* 2 consueuerit 𝔄'*MS* 3 indicium *N'* indicio *C* (o *in ras.*) *cet.* 4 despectum 𝔄*M'* 5 et ideo suae incau *in ras. C* incautum *G m2 N'MS* alienae *G m2 fort. post* alienis *quaedam exciderunt* 6 perdicis *C* (d *ex corr. m2*) 8 suos *om. MS* 9 eam *CP et* (m *eras.*) *V* 10 amorem *P et* (m *exp.*) *CG* 15 id est oua congregauit *om.* Π 16 opera Π (-ă *m3 C m2 G*) 17 alit et ducit *CPV* alitụṣ (us *exp. m2*) et ducit *G* fotu 𝔄'*MS* et *m2 G*𝔄 foto 𝔄 *m1 M'* fedus *C* fetus *G m1 P* fenus *V* fetu *B* 18 crea*toris *C* 19 et si *C* (et s *in ras.*) 21 paruolis *m1 CGP* paruulis *CGP*^{2} *m2 cet.* 25 potissimum *C* (i *alt. ex* e *m3*)

tulerunt quos sub umbra alarum suarum ipse suscepit et
14 matri dedit ecclesiae nutriendos. leo naturae suae superbus
ferocia aliarum ferarum generibus miscere se nescit, sed quasi
rex quidam plurimorum dedignatur consortium. qui etiam
cibum fastidit hesternum, etiam ipsas suae escae reliquias
auersatur. quae autem ei se sociare fera audeat, cuius uoci
tantus naturaliter inest terror, ut multa animantium, quae
per celeritatem possent impetum eius euadere, rugientis eius C
sonitu uelut quadam ui adtonita atque icta deficiant?
15 nam de pardi specie nec scriptura siluit quod uarietate
coloris motus uarios animae suae prodat. dicit enim Hieremias:
si mutabit Aethiops pellem suam et pardus uarietatem suam. non solum enim de figura, sed etiam de mobilitate furoris istud accipitur, eo quod tenebrosis et inquietis
ac mobilibus infidae mentis atque animi mutationibus decolo- D
ratus populus Iudaeorum boni propositi gratiam iam tenere
non possit nec ad emendationem ullam correctionemque remeare, qui semel ferinam induerit immanitatem.

4, 16 Est tamen etiam in natura quadrupedum quod imitari nos E
sermo adhortetur propheticus, quo exemplo caueamus desidiam
et exiguitate uel infirmitate corporis a uirtutis studio non
reflectamur neque reuocemur ab illius propositi magnitudine.
exigua est enim formica, quae maiora suis audet uiribus

1 Psalm. XVI 8 2 Bas. 192 C (82 B) 10 Bas. 192 D (82 B) 11 Hier. 13, 23 23 Bas. 193 CD, 194 A (83 AB), cf. Philo de anim. 42 *A*.

1 suam *corr. m3 C m2 P* 2 nutriendus *corr. m3 C m2 GP* 4 eciam *G* (*corr. m2*) 8 euadere *C* (u *in ras.*) 9 icta *N* uicta *CPB et G m1* uincta *G m2 V* 10 species Π (s *alt. exp.*) nec *om.* Π, non *ante* siluit *s. u. m2 G* uarietatae *C* (t *pr. et* ae *in ras.*) uarietati (-te *m2*) *P* uarietatis *V* uarietatẽ 𝔄*M'* 12 mutabit *MS* mutauit *cet.* 14 furoris *C* (u *in ras.*) 17 emendationem *C* (e *pr. ex* in) 21 et *B* (*s. u. m2*) *N'MS*, *om.* Π exiguitatem *CPV et* (m *exp.*) *G* infirmitatem Π (m *exp. GP*) 22 ullius *M* illius *S* (i *pr. in ras.*) 𝔄' (i *pr. ex* u)

neque seruitio ad operandum cogitur, sed spontaneae pro- F
posito prospicientiae futura alimentorum subsidia sibi praestruit. cuius ut imiteris industriam scriptura te commonet dicens: confer te ad formicam, o piger, et imitare uias eius et esto illa sapientior. illa enim nullam culturam possidet: neque eum qui se cogat habens neque sub domino agens quemadmodum praeparat escam, quae de tuis laboribus sibi messem recondit! et cum tu plerumque egeas, illa non indiget. nulla sunt ei clausa horrea, nullae inpenetrabiles custodiae, nulli inuiolabiles acerui. spectat custos 119 A
furtaque prohibere non audet, aspicit sua damna possessor nec uindicat. nigro conuectatur agmine praeda per campos, feruent semitae comitatu uiantum et quae conprehendi angusto ore non possunt umeris grandia frumenta truduntur. spectat haec dominus messis et erubescit tam parca piae industriae negare
17 conpendia. quid autem de canibus loquar, quibus insitum est natura quadam referre gratiam et sollicitas excubias pro domi- B
norum salute praetendere? unde ad inmemores beneficii et desides atque ignauos clamat scriptura: canes muti, nescientes latrare. canes ergo sunt, qui nouerint latrare pro dominis, nouerint sua tecta defendere. unde et tu disce uocem tuam exercere pro Christo, quando ouile Christi incursant lupi graues, disce in ore tuo uerbum tenere, ne quasi mutus canis commissam tibi fidei custodiam quodam praeuaricationis silentio deseruisse uidearis. talis canis uiator et comes angeli C

4 Prouerb. 6, 6 10 Uerg. Aen. IIII 402—407 16 Bas. 191 C (82 A) 19 Esai. 56, 10 25 Tob. 6, 1; 11, 3 (9)

1 proposito *C* (o *ult. in ras.*) 4 imitare Π aemulare *N* 5 nulla cultura *C* (*corr. m3*) *V* 6 eum *MS* enim *V* eam *cet.* habet Π*B* 10 nulle *C* custus *CM' et* (*corr. m2*) 𝔄 custos *P* (o *in ras.*) custis *G* (*corr. m2*) 11 audeat 𝔄' (a *alt. eras.*) *cet.* 12 conuertatur *G* (conportatur *m2*) *P* augmine *C* (u *exp.*) *V* 13 uiantium *S et* (i *alt. s. u.*) *B* 14 umeris 𝔄'*M* humeris *cet.* 16 quid *C* (d *s. u.*) 19 ad *ante* ignauos *add. CGP* 20 sunt ergo canes *N* 22 $\overline{\text{xpi}}$ Π*N'* ecclesiae *MS* ecclesiae $\overline{\text{xpi}}$ *B* ($\overline{\text{xpi}}$ *s. u. m2*); ecclesiae *fort. praeferendum* 23 disce** *C*

est, quem Raphahel in libro prophetico non otiose sibi et Tobis filio adiungendum putauit, quando perrexit, uti Asmodaeum fugaret, firmaret copulam; memoris enim affectus gratia pellitur daemonium, stabilitur coniugium. mutae itaque specie bestiae sanctus Raphahel angelus Tobiae iuuenis quem tuendum receperat ad relationem gratiae erudibat adfectum.. quis enim non erubescat gratiam bene de se merentibus non referre, D cum uideat etiam bestias refugere crimen ingrati? et illae inpertitae alimoniae seruant memoriam, tu non seruas salutis acceptae?

18 Ursa insidians licet, ut scriptura ait — est enim plena fraudis fera —, tamen fertur informes utero partus edere, sed natos lingua fingere atque in speciem sui similitudinemque formare. non miraris in fera tam pii oris officia, cuius pietas naturam exprimit? ursa igitur partus suos ad sui effingit si- E militudinem, tu filios tuos instituere similes tibi non potes? 19 quid quod etiam medendi industriam non praetermisit? siquidem graui adfecta caede et consauciata uulneribus mederi sibi nouit herbae, cui nomen est flomus, ut Graeci adpellant, ulcera subiciens sua, ut solo curentur adtactu. serpens quoque pastu fenuculi caecitatem repellit exceptam. itaque ubi oculos

2 Tob. 3, 8; 8, 3 11 Thren. 3, 10 17 Bas. 193 A (82 D), cf. Plin. N. H. XXV 120 20 Bas. 193 A (82 D)

1 raphahel *G* raphael *SB* rafael *P* rafahel *cet.* tubis 𝔄 (*corr. m2*) *M'* 2 uti *P* (i *exp.*) ut** *C* (ia *ut uidetur eras.*) ut *V* (t *in ras.*) *cet.* asmedaeum *S* (o *ex* e *pr. m3*) asmodeum *B* asmadaeum *M* asmodium *P* (-eum *m2*) nasmodeum *VN'* (n *eras. V*𝔄') *et m3 C m2 G* nasmodium *m1 CG* 3 copula *C et* (-ā *m2*) *GP* copulam coniugalem 𝔄'*MS* memoris *SB et m2 GP* memores *GP m1 cet.* 4 raphahel *G* raphael *SB* rafael *P* rafahel *cet.* tubiae *corr. m3 C m2 P*𝔄' tubii 𝔄 (tobii *m2*) *M'* tibiae *B* (*corr. m2*) 6 reciperat *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *V* erudibat 𝔄*M'M et m1 CGP* erudiebat *CGP m2 cet.* adfectu *CVM et* (-um *m2*) *P* adfecto (-um *m2*) *G* 9 memoria *C* 13 natus *M' et* (-os *m3*) *C*, (*m2*) *GP*𝔄 speciem *C* (c *in ras.*) 14 naturam pietas *N'* pietas (pi *in ras.*) *C* 16 tibi II*B* tui *cet.* 17 industria *C* (-ã *m3*) 19 herbae *C* (h *s. u.*) flommus Π *et* (m *alt. exp.*) *B* flomos 𝔄' 21 fenuculi *C* (fenic. *corr.*) *P* fęniculi *MB* foeniculi 𝔄'*S* funiculi *V* feniculi *cet.*

obduci sibi senserit, nota remedia petit nec fraudatur effectu. testudo uisceribus pasta serpentis, cum uenenum aduerterit F sibi serpere, origano medicinam suae salutis exercet et, cum sit uolutabris palustribus mersa, curare se tamen proprio nouit antidoto certoque auxilio sanitatis potestates herbarum etiam ipsa scire se conprobat. uideas etiam uulpem lacrimola pinus medentem sibi et tali remedio inminentis mortis spatia proferentem. clamat ipse dominus in Hieremiae libro: turtur et hirundo, agri passeres custodierunt tempora introitus sui, populus autem meus non cognouit iudicia domini. nouit hirundo quando ueniat, quando etiam 120 A reuertatur, nouit etiam pia auis adnuntiare aduentus sui testimonio ueris indicium. nouit etiam formica explorare serenitatis tempora; nam cum aduerterit madidatos imbre fructus suos umescere, explorato diligentius aere quando iugem possit seruare temperiem, aceruos reserat suos et de cauernis foras suis umeris exportat, ut iugi sole propria frumenta siccentur. denique hautquaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbres uideris, nisi cum fruges suas horreis propriis formica B reuocauerit. boues inpendente pluuia ad praesaepia se tenere nouerunt. idem ubi naturali sensu mutationem caeli colle-

2 Bas. 193 A (82 D) 6 Bas. 193 A (82 D) 8 Hier. 8, 7 13 Bas. 195 A (83 B) 20 Bas. 193 B (82 E)

1 obduci sibi *MSB* abduci sibi Π sibi abduci *N'* 4 messa *C* mersa (r *ex* s) *GP* 5 anthydoto *CGP* antydoto *B* 6 lacrimola *CA'* lacrimula *cet.* 8 hierimiae *C* 9 hyrundo Π (y *in ras. V*) passeris *C* *et* (-es *m2*) *GP* 11 hyrundo Π (y *in ras. V*) *B* 13 serenitatis *C* (ti *in ras.*) 14 madidatus (-os *corr.*) *m3 C m2 P*, (-is *corr.*) *m2 G* hymbris *C* imbres *G* (*m2* imbribus) *V* himbres *P* (s *eras.*) ymbres *B*, *fort.* imbri *scribendum* 15 umescere *A'M* humescere *cet.* 16 seruare *om.* Π, inuenire *in mg. m2 P* 17 umeris *A'M* humeris *cet.* frumenta *C* 18 hautquaquam *A'* autquamquam *CV et* (*m2* haudquaquam) *GP*, (*m3* hautquamquam) *S* autquaquam *AM' et M m1* haudquaquam *M m2 B* omnibus *C* (i *ex* e *m3*) 19 uideres *C* orreis *CV et* (*corr. m2*) *P* 20 reuocarit *AM'* boues (u *ex* b) *CGP* praesępia *G m2* .praesepia *G m1 cet.* 21 sensum *VAM' et* (m *del.*) *CGP*

gerint, foras spectant et ultra praesaepia ceruices extendunt suas una omnes specie, ut prodire se uelle testentur. ouis sub aduentu hiemis inexplebilis ad escam insatiabiliter herbam rapit, eo quod praesentiat asperitate hiemis defuturam, ut se prius herbae .pabulo farciat quam gelu adurente omnis herba deficiat. echinus iste terrenus, quem uulgo iricium uocant, si quid insidiarum praesenserit, spinis suis clauditur atque in sua se arma colligit, ut quicumque eum contingendum putauerit uulneretur. idemque echinus futuri prouidens geminas sibi respirandi uias munit, ut quando boream flaturum collegerit, septentrionalem obstruat, quando noto cognouerit detergi aeris nubila, ad septentrionalem se conferat, ut flatus declinet obuios et e regione nocituros.

21 Unde dignam domino laudem propheta detulit dicens: quam magnificata sunt opera tua, domine! omnia in sapientia fecisti. omnia penetrat diuina sapientia, inplet omnia, idque locupletius ex inrationabilium sensibus quam ex rationabilium disputatione colligitur; ualidius est enim naturae testimonium quam doctrinae argumentum. cui animanti incognitum est quemadmodum suam tueatur salutem, si uirtus subpetit, resistendo, si uelocitas, fugiendo,

6 Bas. 193 B (82 E) 8 Uerg. Aen. X 412 15 Psalm. CIII 24 Bas. 195 AB (83 CD)

1 ultro Π praesepia *N* propria *C* proprias *GP* propias *V* 2 uelli *C* 4 asperitate *G* (-te *ex* tē) aspero *MS* asperitatem *C* (*in quo* m hiemis defuturam *in ras.*) *cet.* prius se *G* 5 pabulo *C* (u *in ras.*) gelo *V* geluṁ *G* gelu* *P* adurentem (m *exp.*) *CP* omnes *C* (i *s.* e) 6 deficiąt (iat *in ras.*) *C* iritium *C* ericium *N'B* hericium *S* 7 quis *C et* (quid *m2*) *GP* claditur *C* 8 se arma *N'* arma se *MSB,* se *om.* Π colligitur *C* (i *pr. in ras.*) *GP* colliguntur *V*; *cf. Uerg. Aen. X 412 et de bell. Iud. IIII 1, 44* 9 prouidens *C* (en *in ras.*); prouides, *non* prouidus *habuisse uidetur* 11 septentrionalem . . . nubila ad *om. C* nota *GP* notho *B et m2* 𝔄𝔄' 13 obuios *C* (o *alt. ex* u *m3*) nocituros *corr. m3 C m2 GP* 17 inplet *C* (n *ex* m) sensibus quam ex rationabilium *om.* Π 20 sua *CV* salutem *C* (m *exp. m3*) 21 subpedit *C* ressistendo *C*

si astutia, praecauendo? quis eas usum medendi herbarumque E
docuit habere notitiam? homines sumus et saepe specie herbarum fallimur et plerumque quas salubres putamus noxiàs repperimus. quotiens inter dulces epulas cibus letalis inrepsit et inter ipsas aulicorum excubias ministrorum uitalia regum feralis esca penetrauit! ferae solo norunt odore noxia et profutura discernere, nullo praeuio, nullo praegustatore carpitur herba nec laedit; melior enim magistra ueritatis natura est. F
haec sine ullius magisterio suauitatem sanitatis nostris infundit sensibus, eadem doloris acerbitatem docet esse fugiendam. hinc uita dulcior, hinc mors amarior. haec commendat leaenae catulos suos et inmitem feram materno mollit affectu. haec tigridis interpellat ferocitatem et inminentem eam praedae reflectit. namque ubi uacuum raptae subolis cubile reppererit, ilico uestigiis raptoris insistit. at ille quamuis equo uectus fugaci, uidens tamen uelocitate ferae se posse praeuerti nec euadendi ullum subpetere sibi posse subsidium technam huiusmodi fraude molitur. ubi se con- 121 A
tingi uiderit, sphaeram de uitro proicit; at illa imagine sui luditur et subolem putat. reuocat impetum colligere fetum desiderans. rursus inani specie retenta totis se ad conprehendendum equitem uiribus fundit et iracundiae stimulo uelocior fugienti inminet. iterum ille sphaerae obiectu sequentem re-

15 cf. Claudian. de raptu Pros. III 263 sqq.

2 notiam *C* hominis *C* (-es *m3*) 5 ipsas auliquorum *C* (s au *in ras.*) *et* (*corr. m2*) *GP* 6 noxia et profutura *C* (ia et profutu *in ras.*) 7 discenere *C* prębio *CV et* (*corr. m2*) *CP* 10 aceruitatem *CV et* (*corr. m2*) *P* 11 hinc *alt.* Π*B*, *om. cet.* 12 leenae (e *alt. s. u.*) *m3 C m2 GP* 15 illico *CG et* (l *pr. eras.*) *P* 18 tegnam *CGP* tygnam *V* thecnam *B* thecam *cet.* contiguit *C* (ti *s. u.*) *G* (-uum *m2*) *P* (contingi *m2*) contiguum *VN* 19 speram Π𝔄′*B* at *P* (t *s. u.*) *SB et* (t *ex* d) *CGV*𝔄′*M* ad 𝔄*M*′ 20 collegere *PM*′ *et* (*corr. m2*) 𝔄 21 retentata *CG* 22 stimulo *C* (u *in ras.*) uelociter *CGPM*′ uelocior** 𝔄′ 23 ille iterum *N*′ sfere *C* (s *in ras.*) *V* ferae *P m1* sperae *P m2 G* (p *ex* f) 𝔄′*SB* obietu *C et* (c *s.* et) *P* obitu *G* (*corr. m2*) obiectū *V* obiectus 𝔄*M*′ equitem 𝔄*M*′

tardat nec tamen sedulitatem matris memoria fraudis excludit. cassam uersat imaginem et quasi lactatura fetus residet. sic pietatis suae studio decepta et uindictam amittit et subolem. B
22 quod nobis scriptura adfert, quae dicit: filii, diligite patres uestros; parentes, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, natura hoc bestiis infundit, ut catulos proprios ament, fetus suos diligant. nesciunt illae odia nouercalia, nec mutato concubitu parentes a subole deprauantur neque nouerunt praeferre filios posterioris copulae, superioris autem neglegere. norunt pignora sua, nesciunt caritatis differentiam, odiorum incentiua, offensionum discrimina. C simplex ferarum natura est, nescit ueritatis calumnias. sic enim omnia dominus temperauit, ut quibus minus rationis daret plus indulgeret adfectus. quae fera pro catulis suis non ipsa potissimum se offerat morti? quae fera fetus suos innumeris licet obsessa cuneis armatorum non suis uisceribus tegat? ingruat licet telorum seges, illa paruulos suos muro sui corporis saeptos inmunes praestat periculi. quid dicit homo, qui D mandatum neglegit, naturam obliterat? filius patrem despicit, pater abdicat filium: et hoc putant ius esse, ubi damnatur fecunditas. se potius pater damnat, qui facit inritum esse

4 Coloss. 3, 20 sq. Bas. 195 CD, 196 A (83 DE, 84 A)

2 luctatura *CP et corr. m2 G* lucatura *V* resedet *corr. m3 C m2 P* resedit (*corr. m2*) *G* 3 subolem Π prolem *N* 4 quod *MS et m2 GPB* quid *GPB m1 cet.* 9 posteriores *CB et* (*corr. m2*) *GP𝔄M' et* (es *ex* is *m2*) *M* copulae (-la *m2*) *M* 10 superiores *CG𝔄M'B̄ et* (*corr. m2*) *P et* (es *ex* is *m2*) *M* pignera *VM' et* (e *ex* o) *CB* pigne *𝔄* (*s. l* pignora *m2*) 11 discrimina *N* discernere Π 13 eniim *C* dns temperauit Π temperauit ds *N*, deus *fort. recte* 15 postissimum *C* innumeris *C* (u *in ras.*) 17 ingruat ... seges *om. 𝔄M'*, *s. u. 𝔄'* thelorum Π (h *del. GP*) illa Π illa tamen *N* paruulus *C* paruolos (v *s.* o *pr. m2*) *GP* muros *C* (u *in ras.*) 18 sceptos *V* septos *cet.* dicet *G et* (-it *m2*) *P* 19 oblitterat *S m3* despecit *C et m1 P et* (*corr. m2*) *GM'* dispicit *P m2* despicit *𝔄* (i *s.* e *m2*) 20 ius esse *C* (esse *in ras.*) iustum esse *B* (u *pr. s. u.*) *Tell. Trec.*

quod genuit: et hoc putatur auctoritatis esse, ubi sterilitatis natura multatur.

23 Exortem rationis canem esse nemo dubitauerit; tamen si sensus eius uigorem consideres, censes eum sentiendi sagacitate uim sibi rationis asciscere. denique quod pauci in E gymnasiis constituti, qui totam in discendo uitae longinquitatem contriuerint, uix potuerunt cognoscere, ut syllogismorum coniunctiones contexerent, hoc naturali canis eruditione conprehendere facile poterit aestimari. nam ubi uestigium leporis ceruiue reppererit atque ad diuerticulum semitae uenerit et quoddam uiarum conpitum, quod partes in plurimas scinditur, obiens singularum semitarum exordia tacitus secum ipse per- F tractat, uelut syllogisticam uocem sagacitate colligendi odoris emittens. 'aut in hanc partem' inquit 'deflexit aut in illam, aut certe in hunc se anfractum contulit, sed nec in istam nec in illam ingressus est uiam. superest igitur, ut in istam se partem sine dubitatione contulerit.' quod homines uix prolixa compositae artis meditatione componunt, hoc canibus ex natura subpetit, ut ante mendacium deprehendant et postea falsitate repudiata inueniant ueritatem. nonne totos dies conterunt philosophi propositiones sibi in puluere diuidentes, qui radio sibi describunt singulas et ex tribus, cum unam earum 122 A

3 Bas. 197 B (84 CD), cf. Philo de anim. 45 sq. et 84 9 Bas. 197 C (84 D) 20 Bas. 197 C (84 DE) 22 Uerg. Aen. VI 850

1 sterelitatis *C et* (ti *s. u.*) *V* steriletatis *G* (sterilitates *m2*) 3 exhortem *C* exsortem *P* (s *in ras.*) 4 sagacitatem *CM' et* (m *del.*) *P*𝔄𝔄' sagacitem *V* sagacitate *G* (e *ex* ē) 6 longiquitatem *C* longinquitatem *P* (n *alt. s. u.*) *GV* longaeuitatem 𝔄'*MSB* longaeuitate 𝔄 (-ē *m2*) *M'* 7 sillogismorum *CGPB* 8 contegerent *C* canes *CMS et* (*corr. m2*) 𝔄' *et* (e *ex* i *m2*) *GP* 11 conpitum *S et* (i *ex* e) *B* conpetu *C* impetu *V* conpetum *cet.* 12 obiciens Π*B* ubi gens *M'* 13 sagacitatem *C* (sagacita *in ras.*) *VM' et* (m *exp.*) *P* (m *eras.*) *G*𝔄 15 nec in istam nec in (in *s. u. V*) illam Π nec istam nec illam *N* 16 ingresus *C* uiam *om. NMS* 20 falsitatem repudiatam *CV et* (m *bis eras.*) *P* falsitate reputatam *G* (f *s.* p *m2*) conterunt *N* conferunt Π 21 filosofi *CGP* filosophi 𝔄*M'* philosofi *B* 22 discribunt *G* (descr. *m2*) *P* singulas *N'MS* singula somnia Π*B*

ueram esse necesse sit, duas primo interficiunt tamquam mendacio congruentes et sic in ea quae relicta est uim ueritatis haerere definiunt? quis tam tenax potest esse beneficii et memor gratiae? quandoquidem pro domino etiam in latrones insilire nouerunt et extraneorum accessus prohibere nocturnos et mori pro dominis et commori cum dominis sint parati? saepe etiam necis inlatae euidentia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt, ut muto eorum testimonio plerumque B
24 sit creditum. Antiochiae ferunt in remotiore parte urbis crepuscolo necatum uirum, qui canem sibi adiunctum haberet. miles quidam praedandi studio minister caedis extiterat. tectus idem tenebroso adhuc dies exordio in alias partes concesserat: iacebat inhumatum cadauer, frequens spectantium uulgus adstabat, canis questu lacrimabili domini deflebat aerumnam. forte is qui necem intulerat, ut se habet uersutia humani C ingenii, quo uersandi in medio auctoritate praesumpta fidem asciscerét innocentiae, ad illam circumspectantis populi accessit coronam et uelut miserans adpropinquauit ad funus. tunc canis sequestrato paulisper questu doloris arma ultionis adsumpsit atque adprehensum tenuit et uelut epilogo quodam miserabile carmen inmurmurans uniuersos conuertit in lacrimas, fidem probationi detulit, quod solum tenuit ex plurimis nec dimisit. denique perturbatus ille, quod tam manifestum D rei indicem neque odii neque inimicitiarum neque inuidiae aut iniuriae alicuius poterat obiectione uacuare, crimen diu-

3 Bas. 197 CD (84 E) 9 desumpta haec sunt ex Suetoni Pratorum libro decimo; cf. Reifferscheid Suet. rel. p. 254 et 443

9 anthiociae *C et* (-chiae *m2*) *GP* antiociae *V* crepuscolo *m1 CP* crepusculo *CP m2 cet.* 10 uirū *C* (ū *ex* o *m3*) haberet *C* (h *in ras.*) 12 tenebrosę Π (t *in ras. ex* tt) dies *CV et m1 GP* diei *GP m2 cet.* 14 canes *corr. m3 C m2 GP* herumnam (h *eras.*) *CG*, (h *exp.*) *P* 15 his Π*SB* (h *exp. GPSB*) 16 praesumta *C et* (*corr. m2*) *G* 17 accesit *C* (*corr. m3*) 19 tunc ΠA'*B* tum *cet.* sequestrato *C* (e *alt. m3 ex* i) 20 quodam *C* (o *in ras.*) 21 lacrimas *om.* Π*B* 22 probatione *C* probationem *GPB* probationis *M* 23 perturbatur *CPV* 25 quacuare *P* euacuare *α*

tius nequiuit refellere. itaque quod erat difficilius, ultionem persecutus est, quia defensionem praestare non potuit. quid nos dignum nostro referimus creatori, cuius cibo uescimur? et dissimulamus iniurias et saepe inimicis dei eas quas a deo accipimus epulas exhibemus!

25 Quid agniculis simplicius, quos minusculae paruulorum E comparamus infantiae? saepe ex his in magno grege agniculus per ouilia tota uagatus errat a matre et, cum eam repperire non possit, balatu frequenti absentem citat, ut responsurae uocem excitet, quo ad eius sonum errabunda replicet uestigia. multis licet uersetur in milibus ouium, recognoscit uocem parentis, festinat ad matrem, lactis quoque materni notos sibi fontes requirit. quamuis cibi desiderio teneatur et potus, F transcurrit tamen aliena ubera grauida, licet umore lactis exundent, solam matrem requirit, solius sibi materni uberis pauperes sucos significat abundare. illa quoque inter multa agniculorum milia solum filium nouit. unus plurimorum balatus, eadem species: illa tamen fetum suum discernit a ceteris et solum filium tacito pietatis testimonio recognoscit. pastor errat in discretione ouium, agniculus in agnitione matris nescit errare. pastor fallitur specie, sed ouis pietate non fallitur. unus odor omnibus, sed tamen habet natura odorem suum, quem suboles cara speciali quadam uidetur proprietate 123 A
26 redolere. habet suos usus natura et sensus domesticos. uix

6 Bas. 197 A (84 B) 24 Bas. 197 B (84 BC)

1 nequiuiuit *CG et* (ui *pr. exp.*) *P* nequid *V* 3 creature *C* (-ori *m3*) 6 simplicius *C* (u *in ras.*) 8 uagatus *Brux.* uagatur *cet.* 9 citat *MS* excitat Π incitat *N'* (citat *in mg.* 𝔄') *et* (in *s. u. m2*) *B* 10 quod *C* (d *exp. m2*) *et* (ad *om.*) *N'* sonum *C* (um *m3 in ras.*) sonitu *V* sonum (m *eras.*) 𝔄 12 noto *C* notus *P et* 𝔄 (-os *m2*) *M'* 13 fonte *C* (s *eras.*) detineatur 𝔄' deteneatur 𝔄 (i *s.* e *alt. m2*) *M'* et *C* (e *in ras.*) 14 umore *M* humore 𝔄 *et B* (h *s. u.*) *cet.* 15 materni. *C* 17 agniculorum *C* (c *in ras.*) 18 fetū. *C* 20 pastor errat *C* (or err *in ras.*) descretionem *C* (m *eras.*) discretionem *V* 23 suum domesticum *N'MS et* (domesticum *in mg.*) *B* qua.dam *C* 24 sedolore *C* (redolere *m3*)

infantulo dentes coeperunt prorumpere, et iam nouit sua arma temptare. nondum catulo dentes, et tanquam habeat, ore suo se quaerit ulcisci. nondum ceruo cornua, et tamen fronte praeludit atque ex ea quae nondum expertus sit tela minitatur. lupus si prior hominem uiderit, uocem eripit et despicit eum tamquam uictor uocis ablatae: idem si se praeuisum senserit, deponit ferociam, non potest currere. leo gallum et maxime album ueretur. capra uulnerata dictamnum petit et de uulnere excludit sagittas. nouerunt et bestiae remedia sua. leo aeger simiam quaerit, ut deuoret quo possit sanari. leopardus capreae agrestis sanguinem bibit et uim languoris euitat. omnis fera aegra canis hausto curatur sanguine: ursus aeger formicas uorat, ceruus oleae ramusculos mandit.

27 Ergo ferae norunt ea petere quae sibi prosint: tu ignoras, o homo, remedia tua. tu nescis quomodo uirtutem eripias aduersario, ut te tanquam praeuentus lupus effugere non possit, ut oculo tuae mentis eius perfidiam deprehendas et prior cursum uerborum eius inpedias, inpudentiam eius et acumen disputationis obtundas. quod si te ille praeuenerit, uocem tibi auferet: et si ommutueris, solue amictum tuum,

5 cf. Plin. N. H. VIII 80 7 cf. Plin. N. H. X 47 VIII 52 8 cf. Philo de anim. 38 Plin. N. H. VIII 97 XXV 92 12 cf. Plin. N. H. XXX 121 (XXVIIII 58) 13 cf. Plin. N. H. VIII 101

1 infantulos *C* (-is *m3*) *B* (s *exp.*) dentes *C* (es *ex* is *m3*) coeperunt (coeperant *M'*) dentes *N'* 2 temtare *P et corr. m3 C m2 G* dentes *C* (es *ex* is *m3*) tanquam *C* tamquam *cet.* habeat *C* (e *ex* i *m3*) habit *G* suo Π proprio *N* 3 se quaerit *VN* requirit *cet.* 4 ex ea Π (ex *exp. P*) *B et* (a *in ras.*) *S* ea *cet.* thela *CV et* (h *exp.*) *GP* 5 aripit *C* (arripit *m3*) dispicit *PM et* (i *pr. s. u. m2*) 𝔄 *et* (de *corr. m2*) *CG* 7 potest *C* (test *in ras.*) 8 capra Π caprea *B* (e *s. u.*) *cet.* diptamum *V* dictamnum *B* (p *s.* c *m2*) 𝔄' (a *ex* u) dictam 𝔄 (mū *m2 s.* m) *M'* 9 nouerunt *C* norunt *cet.* 10 sanare (-ri *m2*) *CGP* 12 austo *CV et* (*corr. m2*) *GP* 13 deuorat *N'* uocat (*corr.* deuorat) *B* 14 ea petere Π*N'B* expetere *MS* 16 tanquam *C* tamquam *cet.* 18 cursu *C* inprudentiam Π*B* · 19 disputationis *C* (t *pr. in ras.*) 20 tibi Π𝔄'*MSB* tuam 𝔄*M'* auferit *G* (-et *m2*) aufert *S* auferet (e *alt. s. u.*) *Brux.* ommutueris *C m1 P* obm. *C m3 cet.*

ut sermonem resoluas, et si in te insurrexerit lupus, petram cape
et fugit. petra tua Christus est. si ad Christum confugias, fugit D
lupus nec terrere te poterit. hanc petram quaesiuit Petrus, cum
titubaret in fluctibus et inuenit, quia dexteram amplexus est
28 5 Christi. quid dicam alio homines delectari et illud ad escam
sumere, quod leopardus fugit? denique sicubi alium aliquis
confricandum putauerit, leopardus inde exilit nec resistit.
cuius uenenata fera odorem non potest sustinere, id tu pro
cibo sumis et tuis uisceribus infundis internis! sed medicatur E
10 interdum doloribus: sumatur pro medicamento, non pro cibo,
sumatur ab aegrotantibus, non ab epulantibus. medicamentum
quaeris et ieiunium fugis, quasi maius aliud remedium
repperire possis. ieiuni hominis sputum si serpens gusta-
uerit, moritur. uides quanta uis ieiunii sit, ut sputo suo
15 homo terrenum serpentem interficiat et merito spiritalem.
29 quantam dominus etiam minusculis infudit prudentiam!
turtur nido suo, ne pullos suos incurset lupus, scillae folia F
superiacit. nouit enim quod huiusmodi folia lupi fugere con-
. suerunt. nouit uulpecula quomodo posteritatem foueat suam,
20 et tu ignoras, tu neglegis quomodo aduersus lupos nequitiae
spiritalis posteritatem uitae huius habeas tutiorem?
5, 30 Sed reuertamur ad seriem creaturae et consideremus qua 124.
ratione dominus aliis bestiis angustiora colla formauerit ut

3 Matth. 14, 30 22 Bas. 200 A (85 A)

4 titubaret et *MS* et *om. N'MS* quiad (d *eras.*) *C* 5 allio *GB et m3 CS m2 P*𝔄𝔄'*M* 6 quod Π quod et *N* allium *GB et m3 CS m2 P*𝔄'*M'M* 7 confricandum *C* (c *alt. in ras.*) confrigandum 𝔄*M'* confringandum *V* 8 potest (ȯtest *in ras.*) sustinere (i *ex* e *m3*) *C* 9 tuis *om. N'MS* 10 interdum *VN* inter *C et* (*m2* internis) *G* inter *P* 11 egrotantibus (t *pr. ex* d) *m3 C m2 P* 12 alium *V et corr. m3 C m2 G* aliuḍę (s? *s.* ḍę *m2*) *P* 14 ut *CGP* ut et *VN* 15 terreno *C* (*corr. m3*) serpentem *C* (r *ex* p) 16 infundit *CGV et* (n *exp.*) *P* 17 scillae Π (l *pr. s. u. V*) scyllae *MB et S m3* gyllae *S m1* squillae *N'* (scillae *in mg.* 𝔄') 18 superiacet *corr. m3 C m2 G* consuerint 𝔄'*S* consueuerint *M* 19 auicula *Costerius, sed* uulpecula *translate dictum* 20 quomodo ... (*u. 22*) creaturae *in ras. min. spatii C* aduersum *N'MS* 22 sed *om. M, m2 add. S* et *G m2 N* haec *CP* hęc *G* h&c *V*

leonibus atque tigridibus, ursis quoque, aliis prolixiora ut B
helefantis et camelis. nonne euidens causa est quia illis feris
quae carne uescuntur non erat opus prolixitate ceruicis? non
enim in terram pascendi gratia ceruicem atque ora deiciunt,
sed aut ceruum inuadunt aut bouem ouemque discerpunt.
camelus uero cum sit altior, quomodo herbis minutissimis
pasceretur, nisi longiora usque ad terram colla ad usum
pastionis extenderet? itaque camelus pro ratione proceri- C
tatis suae prolixiora colla sortitus est, equus pro ratione,
bos quoque simili modo; haec enim pascuntur herbis.
31 helefantus autem etiam prominentem promoscidem habet,
quia, cum sit eminentior cunctis, inclinare se ad pascendum
non potest. itaque eius ad colligendum cibum utitur mini-
sterio. ea immani bestiae largi potus infundit umorem ideoque
concaua est, quo ad restinguendam tantae beluae sitim plenos
lacus hauriat, ut collecto flumine possit inundare potantem. D
ceruix sane minor est quam poscit tanti corporis moles, ne
ea quoque oneri magis esset quam usui. ideoque nec genua
inflectit, quia rigidioribus opus fuit cruribus, quo uelut co-
lumnis tanta possit membrorum machina sustineri. calcaneum

6 Bas. 200 C (85 B) 11 Bas. 200 C (85 D) 17 Bas. 201 A (85 D) 20 Bas. 201 A (85 E)

1 helefantis *C et* (h *exp.*) *G* elephantis *M* elefantis *cet.*; *cf. Basil. 201 A (85 E)* ἔχει δὲ τὴν προνομαίαν τὴν τοῦ τραχήλου χρείαν ἀποπληροῦσαν 4 terram *scripsi* terra Π*B* terras *cet.* 5 bobem *C* ouemque Π*N'B* aut ouem *MS* 8 pro ratione *om.* Π 9 ratione bos *VN'MS* rationebus *C m1* rationibus *C m3 GP* pro ratione equus *B* 10 hi *ed. Rom., sed cf. p. 228, u. 7* 11 helefantus Π elefantus *N* promoscidem *C et m1 GP* promoschidem 𝔄*'S et* (v *s.* o *alt.*) *M'* promuscidam *B* promuscidem *GP m2 cet.* 13 po*test *C* 14 umorem *CPVMS et m1 GB* humorem *GB m2 cet.* 15 concabua (b *eras.*) *CP* (b *exp.*) *G* concaba (v *s.* b) *V* restinguendum *CGM' et* (*corr. m2*, *PB* plenus *C* 16 auriat *CV* hauriat (h *s. u. m2*) *GP*𝔄*'* undare *N'MS* 17 pascit Π (poscit *G m2*) possit *N'* (poscit 𝔄*' m2*) ne ea *C* (n *et* ea *in ras.*) 18 honori *C m1 V* honeri *G* (h *eras.*) *P* (h *exp.*) *M et m3 C* oneri* *S* corpori 𝔄*M'* 20 posset Π maccina *m1 CG* macchinã *C m3* macchina *G m2* acina *V* susteneri *C m3 P* sustinere *C m1 V*𝔄*M'*

leuiter incuruat, rigent cetera pedum a summo usque ad imum. nec sicut nos in anquilas saepe deponimus, ita se etiam bestia potest tanta deflectere meritoque non uoluendi se neque curuandi usum cum ceteris animantibus potest ha- E bere communem. fulcitur hinc inde trabibus maximis, ut in somno aliquantulum sine periculo reflectatur, quia pes eius nulla artuum coniunctione distinguitur. mansuetis igitur ueluti quaedam fulcra eorum quibus hic usus est parantur ingenio, feris autem et agrestibus, quia nemo huiusmodi qui- bus sustentari queant fulcra substernit, hinc uenit usus periculi.
32 namque arbori innixi aut costas fricant aut in somno sese F relaxant. quae nonnumquam uicta atque inflexa tanto corpore frangitur atque ille qui sese in eandem refuderat corruit nec erigere atque eleuare se potest ibique iacens interit aut gemitu suo proditus sternitur, dum uentre ceterisque iuxta mollioribus ad uulnus patet; nam dorsum eius ceteraque exteriora non ulla facile solent tela penetrare. sunt autem qui propter ebor has illis insidias parant, ut arbores eas, quibus se adplicare consueuerint, ex alia parte, qua infrequentior eis usus sit, aliquantum recidant, ut reflectente se helefanto pondus 125 A

1 pedem *C* 2 nos in anguillas *CP* in anguillas nos *V* in ancylas (anquillis *S m2*) nos 𝔄*M'SB* nos in anguillas nos *G* nos in ancylas nos *M et* (y *ex* i) 𝔄' 3 etiam *om.* 𝔄*M'* po*test *C* 4 ręcuruandi *B* (ręcuruandi *eras.*) resuruandi (*in mg.* recubandi) 𝔄' recubandi *M* cubandi *S* po*test *C* 7 coniunctione *C* (e *in ras.*) mansuitis *C* 8 ueluti *V* (ti *in ras.*) uelut 𝔄' fulchra (fulcra *S;* a *s. u. M*) eorum *N'MS* pulchrorum *C* (r *pr. postea add.*) *V* pulchorum *G* (f *s.* p *m2*) fulchrorū *P* (rū *eras.*) fulcrorum *B* 10 queunt 𝔄*M'* quaeunt 𝔄' fulgra *V* fulchra *N'M* susternit Π (substernit *m2 GP*) periculi *C* (i *alt. in ras.*) 11 arbore (arbori *S*) nixi (innixi *B* in *s. u. m2 et* in *eras. M*) *N* frigant *CV*𝔄*M'* 13 eandem *CG* eadem *PVN'* (eam *in mg. m2* 𝔄') eam *MSB* 14 po*test *C* interiit *CV et* (i *alt exp.*) *P*, (i *alt. eras.*) *G* 17 thela *CV et* (h *exp.*) *GP* 18 ebur *MSB et m2 GP* ihas *C* (i *exp.*) *G* (i *eras.*) ias *V* (i *ex* h) *et* (e *ex* i *corr.*) *P* as 𝔄*M'* a*s 𝔄' insidias *C* (si *s. u.*) parent *GMS* parant *B* (e *s.* a *alt. m2*) 19 aplicare *C* (ap *in ras. 3 litt.*) consuerint 𝔄*M'* adsuerint *MS* adsueuerint *B* qu*a *C* usus eis *N* 20 reflectentes (*om.* se) *C* helefanto *G* (h *eras.*) *P* (h *exp.*) *V* elefanto *cet.*

membrorum eius sustinere non possint ruinamque eius arcessant.
33 sed si quis ista reprehendit, reprehendat etiam altitudinem aedificiorum, quia citius grauem minantur ruinam et difficilius lapsa reparantur. uerum si illa aut propter pulchritudinem aut propter speculam frequenter adtollimus, haec quoque in helefantis probare debemus, quia magnum rebus bellicis usum ministrant. inde gens Persarum ferox bellis, ualida B sagittis omnique telorum iactu, quia de superioribus ad inferiora ualidiore nisu tela torquentur, acies eorum uelut gradientibus turribus saepta procedit. in mediis campis quasi de muro dimicant et uelut in arce quadam et specula conlocati spectant magis bella quam subeunt itaque alieni a periculo uidentur tuti molibus bestiarum. quis enim eas adire audeat, cum desuper iaculis facile figatur, inferius helefantorum conteratur incursu? denique cedunt illis acies et C armatorum cunei et castra illa quadrata soluuntur. intolerabili namque inpetu in hostes ruunt. ut nullo agmine bellatorum, nulla constipatione militum, nullo clipeorum retardentur obiectu, uelut quidam mobiles montes uersantur in proeliis et ut colles alto eminent uertice, mugitus fragore omnium perturbant confidentiam. quid his faciat pedes, quamuis lacertis ualidus et manu promptus, cum sibi saeptus armatorum D populis gradienti motu murus occurrat? quid faciat eques, cum

6 Bas. 201 B (86 A)

1 non *om. C, s. u. m2 GP* possint *N'* possit II*M et* (possint *m2*) *SB* arcessant *N'* arce:sat *B* (-ant *m2*) II (arces*sat *C*) accersat *MS* 2 altitudinis 𝔄 (-es *m2*) *M'* altitudines 𝔄'*MSB* 3 deficilius *C* dificilius *PV et* (*corr. m2*) *G* 4 pulchritudinem *C* (d *in ras.*) 6 helefantis *C* (h *s. u.*) elefantis *cet.* 8 thelorum II 10 septa *MB* septa *cet.* quasi II tamquam *N'S* et tamquam *MB* 12 expectant II (*corr. m2 G*) itaque II ita *N* alieni a periculo *C* (*ex* aliena pericula, *ut uidetur*) 14 helefantorum *CV et* (h *exp.*) *G* elephantorum *S* elefantorum *P* (*ante* e *pr. ras. 3 litt.*) *cet.* 16 intolorabili *C* 17 ut *MSB* et II*N'* augmine *C et* (u *exp.*) *G*, (u *eras.*) *PV* 19 uelud *C* 21 pedites II (it *exp. m2 G*) pedes tam *B* 22 promptus *C* (p *alt. s. ut*) septus *libri* 23 gradienti *MSB et* 𝔄' *m2* gradiendi 𝔄' *m1 cet.* equis *C* (e *s.* i) equaes *P*

equus eius perterrefactus tantae bestiae inmanitate diffugiat? quid faciat sagittarius, cum desuper ferrata uirorum corpora iaculi ictum sentire non possint, bestia quoque nec nuda facile penetrabilis ferro sit et munita loricis obuias sine
34 sui periculo acies secet, conterat turmas? itaque ut inmensa aedificia ita helefanti fundamentis ualidioribus sustinentur; alioquin inparibus fulti pedibus intra breuem laberentur E aetatem. nunc autem trecentis et amplius feruntur annis uitam producere, quia omnia sibi ad magnitudinem membra conueniunt. ideoque non distincti ut nobis, sed conpacti artus sunt, quo sint robustiores. quam cito hominibus, si diu steterint aut uelocius cucurrerint uel iugiter ambulauerint, genua uexantur et plantae! coniuncta enim et articulata facilius quam concreta atque solidata aut
35 doloris sensum aut causam offensionis admittunt. et quid F miraris, si uestiti armis timentur, quandoquidem dentibus suis tamquam naturalibus spiculis semper armati sunt? promoscide sua quidquid inuoluerint frangunt, pede uero quidquid conpresserint uelut quodam lapsu ruinae ingentis exanimant. inuoluunt promoscide nemora ad sui escam et quasi quidam altissimi dracones serpentinis quos ceperint spiris flagellant. plerumque eas in orbem colligunt, maxime cum de terra cibus legitur aut potus hauritur. documento itaque nobis sunt, quod nihil superfluum sit creatum. et

5 Bas. 201 AB (85 E, 86 A) 8 Bas. 201 B (86 B)

1 perterre (*om.* factus) *C* diffugiat *S et B m2* difugiat *B m1 et M m2* defugiat *M m1 cet.* 4 obuia Π (-as *G m2*) 5 secet Π*MB* secet et *N'S* 6 helefanti *C* elefanti *G* (e *alt. ex* i) *cet.* 8 et (*eras.*) trecentis *B* 10 distincti *C* (c *s. u.*) cumpacti *C* 11 quo sint robustiores *s. u. C* 14 concreata *C et* (a *pr. exp.*) *GP* creata *V* 17 speculis Π (*corr. m2 G*) 18 promuscide *m2 GP et* (a *m2 s.* e) *B* promuscida 𝔄 (-de *m2*) *M'* promuschide 𝔄' uero *om. VN* 19 uelud *C* lapsus (s *eras.*) *CP*, (s *exp.*) *G* 20 promoscidi *C* promoscide *V* (o *alt. in ras.*) promuscide *N' et m2 GP* proboscide *S* esca *CV* escã *G* (*m2 ex* sca) 23 auritur *CPV et* (*corr. m2*) *GB* aurietur 𝔄 (haur: *m2*) *M'* documentu *CV* -tũ *GP*

tamen haec tantae molis bestia subiecta nobis imperiis seruit humanis.

6, 36 Etenim quoniam de hominis creatura dicturi sumus, commendationem eius praestruere et praelibare debemus. uidebatur nihil helefantis creatura habere robustius, nihil tam terribile uel procerum, nihil tam ferum quam leones uel tigrides sunt. et haec seruiunt homini et naturam suam humana institutione deponunt. obliuiscuntur quod nata sunt, induunt quod iubentur. quid multa? docentur ut paruoli, seruiunt ut infirmi, uerberantur ut timidi, corriguntur ut subditi, in mores nostros transeunt, quoniam motus proprios perdiderunt. 126 A B C

37 mirabilis igitur natura in maximis — mirabilis enim in excelsis dominus —, mirabilis etiam in minimis. sicut enim non minus plana camporum quam montium alta miramur nec plus altitudinem caedri stupemus quam uitis aut oleae breuis fecunditatem, ita non amplius miror helefantum, quia procerus est, quam murem, quia terribilis helefanto est. naturae igitur haec potentia est, ut terribilia aliis aliis meticulosa sint. est D enim donata praerogatiua quaedam singulis creaturis, ut quibusdam priuilegiis propriis fulciantur. formidabilis tauris helefantus, murem timet. leo quidem rex ferarum exiguo scorpionis aculeo exagitatur et ueneno serpentis occiditur. eximia leonis pulchritudo: comantis ceruice toros excutit uel sublato

7 Bas. 201 BC (86 B) 12 Bas. 201 C (86 C) Psalm. LXXXXII 4 21 Bas. 201 D (86 D) 23 Uerg. Aen. XII 4—7

3 ominis *C* 5 helefantis *C et* (h *exp.*) *G* elefantis *cet.* robustius *C* (o *ex* u *m3*) rubustius *V* (o *s.* u *m2*) 9 induunt *MSB* induuntur *N'* et induunt *V et* (*transpositum post* iubentur) *CP et* (et *exp. m2*) *G* paruuli *N et m2 GP* 11 transeunt nostros *Diu.* motos *C* 15 caedri *GV*𝔄*M'B* cedri 𝔄' (c *ex* ch *m2*) *cet.* ut olei *C* 16 helefantum *C* (h *s. u.*) *GP* elefantum *cet.* 17 quia *om. G* (*m2 ins.* quę etiam) helefanto II (h *exp. P*) elefanto *cet.* natura II (-rae *m2 G*) *B* 20 helefantus II (s *in ras. 3 litt. C,* h *exp. P*) elefantus *cet.* 22 ueneno *C* (eno *in ras.*) 23 pulchritudo *C* (o *in ras.*) comantis *CG et* (s *in ras.*) *P* commantis *V* comantes *N* ceruicem *CV et* (m *exp.*) *P* ceruicis *G* (is *ex* es)

pectore adtollit ora: sed quis non miretur tam breui scorpionis aculeo, ut incorporeum putes, ingentium corporum exire mortem?

38 Nec hoc quispiam reprehendat, quod creator serpentis creaturis suis et alia uel animantium uel herbarum genera uenenata miscuerit. nata sunt enim haec ad correptionem nostram, non ad deformationem. nam quae ignauis aut infirmibus aut impiis plerumque offensioni atque terrori sunt, aliis usui ita sunt haec ut paedagogi paruolis. amari uidentur, acerbi et molesti, formidabiles uerbere, libertatem lasciuiendi negant, necessitatem disciplinae exigunt, pueriles animos, ne luxu defluant, terrore constringunt, ideoque horum austeritate frugi euadunt, sobrii, continentes, laudi magis quam ludo dediti. uides quid terribilia illa flagella proficiant? sic et serpentes flagella sunt eorum quibus infirma animi aetas et quaedam puerilis mentis est uirtus: ceterum fortioribus nocere non possunt. denique confidenti in domino dictum est: super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Paulum momordit uipera, et putabant eum quasi peccatorem uix de naufragio seruatum ueneno esse moriturum: sed posteaquam inuiolabilis mansit excussa in ignem uipera, plus apud intuentes uenerationis inuenit. sed et ipse dominus ad omnes ait: qui crediderit et baptizatus fuerit hic saluus erit; qui uero non 127 A

E F

4 Bas. 201 D (86 D) 6 Bas. 204 A (86 E) 17 Psalm. LXXXX 13 Bas. 204 A (86 E) 19 Act. 28, 3 sqq. 23 Marc. 16, 16

1 quis *GVN* si quis *C*, *om. P* 2 ut *in ras. C* incorporeum *C* (o *alt. ex* u) exire *MS* exigire 𝔄 *m1 M'* exigere 𝔄 *m2 cet.* 4 serpentes *N'M* 5 et alia *scripsi* talia Π*B* aliaque *cet.* 6 uenenata *C* (n *alt. in ras.*) natura *C et* (*corr. m2*) *GP* 7 infirmibus *CPVM'S et* (bu *eras.*) 𝔄' *et m1 GM* infirmis *GM m2*, 𝔄 (is *m2 ex* us) *B*, *fort. recte* 9 paruulis 𝔄'*MSB et m2 GP* acerui Π*N'* (*corr. m2 G*𝔄𝔄') 11 disciplinae *C* (i *alt. ex* e) ne luxu *G m2 MS* ne luxui *N'B* nexu *G m1 cet.* 20 uenenum *C et* (*corr. m2*) *GP* 21 excussam ... uiperam *CPV et* (m *bis eras.*) *G* 23 ad omnes dñs *MSB* dñs admonens *V*

crediderit damnabitur. signa autem credentium haec dixit fore, ut serpentes manu mulceant, uenena his atque omne mortiferum, etiamsi biberint, nocere non possint. tua igitur tibi magis incredulitas, o homo, quam uenena metuenda serpentium sunt. time igitur illa, ut saltem dum formidantur illa ad fidem prouocare te possint. quod si deum non times, uel ultricia perfidiae uenena formides.
39 nunc quoniam et helefantos uides tibi subditos et leones B esse subiectos, cognosce te ipsum, o homo, quod non, ut ferunt, Apollinis Pythii, sed Solomonis sancti est, qui ait: nisi scias te, formonsa in mulieribus, quamquam multo ante Moyses in Deuteronomio scripsit: adtende tibi. homo, tibi adtende ait lex et propheta ait: nisi scias te. cui hoc dicit? formonsa inquit in mulieribus. quae est pulchra in mulieribus nisi anima, quae in utroque sexu praestantiam possidet pulchritudinis? et merito decora est, quae C non terrena sed caelestia, non corruptibilia sed incorrupta desiderat, in quibus decus perire non soleat; corporalia enim omnia processu aetatis aut aegritudinis inaequalitate marcescunt. huic adtende, dicit Moyses, in qua tu totus es, in qua melior tui portio est. denique interpretatus est dominus qui sis tu dicens: adtendite uobis a falsis prophetis; isti enim animam debilitant, mentem subruunt. non igitur caro tu es. quid enim est caro sine animae gubernaculo, D

10 Cant. 1, 8 12 Deut. 4, 9 22 Matth. 7, 15

1 condempnabitur *B* 2 serpentis *M et* (-es *m3*) *S* 3 posse Π possit 𝔄 (-int *m2*) *M'* 5 saltem *MSB* saltim *N'* salutem adquiras Π 8 helefantos *C et* (os *ex* us) *G* helephantus *P* elefantos 𝔄' (os *ex* us) *cet.* 9 cognosce Π*B* nosce *cet.* 10 pythii 𝔄' phyti *CP* phythi *V* phythii *M* (h *pr. exp.*) phytii *B.* pytii 𝔄*M'* phiti *G* phithii *S* 11 formonsa *CP*𝔄'*M' et* (n *eras.*) 𝔄*MS*, (n *exp.*) *G* formosa *VB* 12 antea *SB* deuteromiu *C* scripserit *N* homo Π o homo *N* 14 formonsa *CPVM' et* (n *eras.*) 𝔄𝔄'*MS*, (n *exp.*) *G* formosa *B* 16 mereto *C* 17 corruptibilia . . . soleat *C praeter* cor *pr. in ras. min. spatii* 18 corporalia *C* (li *ex* le) 19 egretudinis *C* marciscunt *C* 22 qui Π *et* 𝔄' *m1* quid 𝔄' *m2 cet.*

mentis uigore? caro hodie sumitur, cras deponitur. caro temporalis, anima diuturna. caro amictus est animae, quae se induit quodam corporis uestimento. non igitur tu uestimentum es, sed qui uestimento uteris. ideo tibi dicitur ut expolians ueterem hominem cum actibus eius nouum induas, qui non in corporis qualitate, sed in spiritu mentis et agnitione renouatur. non, inquam, caro es tu; neque enim carni dicitur: templum enim dei sanctum est, quod estis E uos et alibi: templum dei uos estis, et spiritus dei sanctus habitat in uobis, sed renouatis dicitur et fidelibus, in quibus permanet spiritus dei. in carnalibus autem non permanet, quia scriptum est: non permanebit spiritus meus in istis hominibus, quoniam caro sunt.

7, 40 Sed ipsius creationis nostrae seriem consideremus. faciamus inquit hominem ad imaginem et similitudinem nostram. quis hoc dicit? nonne deus, qui te fecit? quid est deus? caro an spiritus? non caro utique, sed spiritus, cuius similis caro esse non potest, quia ipse incorporeus et inuisibilis est, caro autem et conprehenditur et uidetur. 128 A cui dicit? non sibi utique, quia non dicit 'faciam', sed 'faciamus', non angelis, quia ministri sunt, serui autem cum domino et opera cum auctore non possunt operationis habere consortium, sed dicit filio, etiamsi Iudaei nolint, etiamsi

4 Coloss. 3, 9 sq. 8 I Cor. 3, 17 9 I Cor. 3, 16 12 Gen. 6, 3 15 Gen. 1, 26 Bas. 205 A (87 D) 18 Ioh. 4, 24 21 Bas. 205 BC (87 E, 88 A), cf. Philo de op. mundi 24 (17, 26 *M.*, 26, 15 *C.*) 24 Bas. 205 A—C (67 BC)

1 hodie *G m2 VN* die *G m1 CP* 4 uestimento *N'SB et m2 CGM* uestimentum *CGM m1 PV* u*teris *C* 6 qualitatem *CPV* spiritum *CP et (corr. m2) G* et *N, om.* Π 9 templum *N'MS* templum enim Π (e *alt. ex* d *C*) *B* 10 dei *om. N* inhabitat *MS* 13 hominibus *om. N* caro Π*B* carne *M* carnes 𝔄'*S* carnis 𝔄*M'* 15 prius ipsius *B* (prius *s. u. m2*) *N'* 16 et similitudinem *om. M* ad similitudinem *B.* 24 sed dicit filio *in ras. min. spatii C*

Ariani repugnent. sed et Iudaei conticiscant et Ariani cum suis parentibus ommutescant, qui dum unum a consortio diuinae operationis excludunt, plures inserunt
41 et praerogatiuam quam filio negant seruolis donant. sed B esto ut adminiculo seruorum ad operandum deus uobis indiguisse uideatur: si operatio communis est cum angelis deo, numquid deo et angelis imago communis est? numquid angelis diceret: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram? sed qui sit imago dei audi dicentem: qui eripuit nos inquit de potestate tenebrarum et transtulit in regnum fili claritatis suae, in quo habemus redemptionem et remissionem C peccatorum, qui est imago dei inuisibilis et primogenitus uniuersae creaturae. ipse est imago patris, qui semper est et erat in principio. denique imago est qui dicit: Philippe, qui uidet me uidet et patrem. et quomodo tu, cum imaginem uiuam patris uiuentis uideas, dicis: ostende nobis patrem? non credis quia ego in patre et pater in me est? imago dei uirtus est, non infirmitas, imago dei sapientia est, imago dei iustitia est, sed sapientia diuina est et sempiterna iustitia est. imago dei est D solus ille qui dixit: ego et pater unum sumus, ita

6 Bas. 205 BC (67 BC) 10 Coloss. 1, 13—15 15 Coloss. 1, 18 Ioh. 1, 1 sq. 16 Ioh. 14, 8 17 Ioh. 14, 9 sq. Bas. 205 C (67 B) 22 Ioh. 10, 30

1 arriani *bis libri* repugnant *C* et *pr. om. GM*, sed *om. B* conticiscant *CP𝔄M' et m1 G𝔄'M* conticescant *G𝔄'M m2 cet.* 2 patribus *N* ommutescant *CPM et G m2* ommutiscant *G m1* obmutescant *V𝔄'B* cõmutescant *𝔄M'S* 4 seruolis *CP et G m1* seruulis *G m2 cet.* 5 seruorum 𝔄' (*in mg.* seruulorum) seruulorum *MSB* 7 imago . . . angelis *om. CGP* 8 imaginem et similitudinem nostram Π imaginem nostram et similitudinem *N* 9 qui *CGP𝔄' et m1 S* quid *S m2 cet.* 10 potestatem *C* 11 fili *CPM'M* filii 𝔄 (i *tert. s. u. m2*) *cet.* 12 redemtionem *CP et* (*corr. m2*) *G* et *om. N* 13 et *om. MS* 14 dei patris *M* 15 qui *MS* quae *cet.* 16 filippe *CPN'* uidet me *G m2 S et m1 B* uidit me *CPVMS et m1 G m2 B* me uidet *m2 𝔄'𝔄* me uidit *𝔄𝔄' m1 M'* uidet *CPS et m1 B m2 G𝔄𝔄'* uidit *G𝔄𝔄' m1 VM'M* 21 est *pr. om. MS, s. u. B* et *om. N'* est *alt. om. N*

habens similitudinem patris, ut diuinitatis et plenitudinis habeat unitatem. ubi dicit faciamus, quomodo inaequalitas? cum iterum dicat ad similitudinem nostram, ubi est dissimilitudo? sic et in euangelio, ubi dicit ego et pater, utique non una persona est; ubi autem ait unum sumus, nulla est discrepantia diuinitatis aut operis. non igitur in utroque una persona, sed una substantia est. et bene addidit E sumus, quia semper esse diuinum est, ut coaeternum credas quem putabas esse dissimilem. aeternus est enim de quo dicit Moyses: qui est misit me. pulchre etiam illud praemisit ego et pater. nam si patrem praemisisset, tu minorem filium iudicares; sed praemisit filium, quem non conuenit credi patre superiorem, adiunxit patrem, ut aduertas deum patrem et filium eius ordinis praeiudicio non teneri.

42 Adtende inquit tibi soli. aliud enim sumus nos, aliud F sunt nostra, alia quae circa nos sunt. nos sumus, hoc est anima et mens, nostra sunt corporis membra et sensus eius, circa nos autem pecunia est, serui sunt et uitae istius adparatus. tibi igitur adtende, te ipsum scito, hoc est non quales lacertos habeas, non quantam corporis fortitudinem, non quantas possessiones, quantam potentiam, sed qualem animam ac mentem, unde omnia consilia proficiscuntur, ad quam operum tuorum fructus refertur. illa est enim plena sapientiae, plena pietatis atque iustitiae, quoniam omnis uirtus a deo est. cui dicit deus: ecce, Hierusalem, pinxi muros 129 A tuos. illa anima a deo pingitur, quae habet in se uirtutum

10 Exod. 3, 14 15 Deut. 4, 9 Bas. III 204 AB *M*. (II 18 CD *G*.) 25 Esai. 49, 16

1 plenitudinis *C* (ni *alt. in ras.*) 3 similitudinem *C* (inem *in ras.*) 4 ego . . . 7 bene ad *in ras. min. spatii C* 8 sumus *C* (s *pr. in ras.*) aeternum *C* 9 potabas *C* (u *s.* o *m3*) 10 misit**me *C* (misit *in ras.*) 11 pater ṵṇụm ṣụmụṣ *G* praetermisisset *CGP* 13 patre *Vm1* patri 𝔄' (i *ex* em) *V m2 cet.* 14 eius *in ras. C* 15 aliud *alt.* Π alia *N* 16 sunt *pr. om.* Π*B* aliud *ed. Rom.* 18 autem *om. N'MS* 19 te Π*B* et te *cet.* 21 possessionis *C* 23 sapientia Π𝔄*M'* 25 ecce Π ecce ego *N* 26 a deo *VN* deo *CGP*

gratiam renitentem splendoremque pietatis. illa anima bene picta est, in qua elucet diuinae operationis effigies, illa anima bene picta est, in qua est splendor gloriae et paternae imago substantiae. secundum hanc imaginem, quae refulget, pictura pretiosa est. secundum hanc imaginem Adam ante peccatum, sed ubi lapsus est, deposuit imaginem caelestis, sumpsit terrestris effigiem. sed fugiamus hanc imaginem, quae intrare ciuitatem dei non potest, quia scriptum est: domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. et non intrat indigna imago et quae intrarit excluditur, quia non intrabit inquit in eam omne commune et qui facit execrationem et mendacium, sed ille intrabit
43 in eam cuius in fronte agni nomen scriptum est. anima igitur nostra ad imaginem dei est. in hac totus es, homo, quia sine hac nihil es, sed es terra et in terram resolueris. denique ut scias quia sine anima caro nihil est, nolite inquit timere eos qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt. quid igitur in carne praesumis, qui nihil amittis, si carnem amiseris? sed illud time, ne animae tuae defrauderis auxilio. quam enim dabit homo commutationem pro anima sua, in qua non exigua sui portio, sed totius humanae uniuersitatis substantia est? haec est, per quam ceteris ferarum auiumque dominaris animantibus, haec est ad imaginem dei, corpus autem ad speciem bestiarum. in hac pium diuinae imitationis insigne, in illo cum feris ac beluis uile consortium.

8 Psalm. LXXII 20 11 Apoc. 21, 27 13 Apoc. 14, 1 15 Gen. 3, 19 17 Matth. 10, 28

2 quae *P* que *C* (*m3* qua) lucet *CGPN'* 4 quae . . . imaginem *om.* Π, *in mg. m2 B* 6 sumsit *CP et* (*corr. m2*) *G* 9 ciuitatem tuam *CP* rediges *C* (g *s. u.*) 11 *et* 12 intrabit *MSB et m2 G*𝔄' intrauit *G*𝔄' *m1 cet.* 11 ea Π*B* (eã *G m2*) qui facit *CGPN* faciens *V Carn.* 13 ea Π*B* (eã *G m2*) frontem *CP* 14 *homo *C* (*fort.* o *eras.*) 17 nolite inquit (te inquit *in spatio min.*, quit *in ras.*) *C* 18 anima *CP* 23 ferarum 𝔄' *et m2 B* ferarum terrarum 𝔄*M*' terrarum *B m1 cet.*

8, 44 Sed tractemus limatius quid sit ad imaginem dei. caro E
numquid ad imaginem dei est? ergo in deo terra est, quia
caro terra est, ergo corporeus deus, ergo infirmus ut caro
passionibusque subiectus? et forte caput tibi uideatur ad si- F
militudinem dei, quia eminet, aut oculi, quia intuentur, uel
aures, quia audiunt. si altitudinem spectes, num proceri
uidemur, quia paululum uertice eminemus a terris? sed ideo
non pudet eo nos similes dei dici, quia serpentibus ceteris-
que reptantibus aut quia dammulis atque ouibus aut lupis
celsiores sumus? et quantum in ea parte cameli nobis atque
helefanti proceriores sunt! optutus est quidem praestans spec-
tare elementa mundi, cognoscere quae nullus adnuntiet, sed
tuus deprehendat aspectus: uerum hoc ipsum quantum est
quod uidemus, ut eo ad similitudinem dei nos esse dicamus,
qui omnia uidet, spectat omnia, latentes deprehendit affectus, 130 A
scrutatur cordis occulta? non pudet hoc dicere, cum ipse me
totum uidere non possim? quod ante pedes est uideo, quod
a tergo est uidere non possum. ceruicem meam nescio,
non noui occipitium, renis meos uidere non possum. simi-
liter quantum est quod audimus, cum id quod paululum
distet uidere et audire non possim? si interiecti parietes
sint, inpeditur aspectus, inpeditur auditus. deinde corpus
nostrum uno in loco haeret, angusto includitur spatio; B
omnes férae latiores sunt homine, omnes etiam uelociores.
non ergo caro potest esse ad imaginem dei, sed anima
nostra, quae libera est et diffusis cogitationibus atque consi-

1 cf. Orig. hom. in Gen. I 13 (XII 155 *M.*) 16 Rom. 8, 27 I Cor. 14, 25 19 Hier. 20, 12 Apoc. 2, 23

1 qui *CP*[illegible]*M' et* (quid *m2*) *G* caro . . . dei *om. N'* 3 infirmamus *C* (*corr. m1*) 4 capud *C* 6 expectes *CPV* expectas *G* (spectas *m2*) 7 paulolum *P* ideo Π*SB* id *cet.* 11 helefanti *V* elefanti *cet.* expectare Π (*corr. m2 G*) 12 eiimenta *CP et* (*corr. m2*) *G* helementa *V* cognuscire *C* 14 dš *CP* 15 expecta *CP et* (spectat *m2*) *G* deprehendet *CP* 17. 18. 19 uidire *C* 17 possum *CPB* 19 renis *C* renes *cet.* 20 audiuimus *PN'S* paululum *C* (u *pr. s. u.*) 21 possum *C* 23 includetur *CP* 24 homine (i *in ras.*) *C*

liis huc atque illud uagatur, quae considerando spectat omnia. ecce nunc sumus in Italia et cogitamus quae ad orientales aut ad occidentales partes spectare uideantur et cum illis uersari uidemur qui in Perside sunt constituti et illos C uidemus qui degunt in Africa, si quos cognitos nobis ea terra susceperit, sequimur proficiscentes, inhaeremus peregrinantibus, copulamur absentibus, adloquimur separatos, defunctos quoque ad conloquium resuscitamus eosque ut uiuentes conplectimur et tenemus et uitae officia his usumque deferimus. ea igitur est ad imaginem dei quae non corporeo aestimatur, sed mentis uigore, quae absentes uidet, transmarina uisu obit, transcurrit aspectu, scrutatur abdita, D huc atque illuc uno momento sensus suos per totius orbis finis et mundi secreta circumfert: quae deo iungitur, Christo adhaeret, descendit in infernum atque ascendit, libera uersatur in caelo. denique audi dicentem: nostra autem conuersatio in caelis est. non est ergo ad imaginem dei in qua deus semper est? sed audi quia ad imaginem dei. dicit enim apostolus: nos itaque omnes reuelata facie gloriam dei speculantes ad eandem imaginem reformamur a gloria in gloriam sicut a domini E spiritu.

46 Quia igitur cognouimus animam esse ad imaginem dei, nunc consideremus utrum de anima potuerit dici: faciamus ho-

12 Sall. bell. Iug. 12, 5 16 Philipp. 3, 20 19 II Cor. 3, 18

1 expectat Π (spectat *m2 G*) 3 aut ad Π*B* uel ad *MS* aut 𝔄′ sunt 𝔄, *in M′ post* orientale (*sic*) *spatium 5 fere litt.* uideantur *P* 4 uersare *CP et* (*corr. m2*) *G*𝔄′ 5 nobis *P* (b *ex* u *m2*) nouimus *CGV* 6 proficiscentibus *C et* (-es *m2*) *GP* 7 copolamur *CP et* (*corr. m2*) 𝔄 defunctus *C et* (-os *m2*) 𝔄 8 resuscetamus *C et* (*corr. m2*) *P* 10 deferemus *C* (*corr. m3*) *P* corporeo σ α corporea *N′MB* corpore Π*S* corporis γ 11 aestimantur Π (ŋ *eras. GP*) 12 obit Π*MSB* nouit *N′* percurrit *N′MS* 13 momento *C* (m *pr. ex* r *m3*) 14 finis *C et m1 GP* fines *GP m2 cet.* 15 adherit *C* discendit *C*𝔄*M′ et* (*corr. m2*) *PVM* 17 dei *om. CPV, s. u. m2 G* 18 qua (a *in ras.*) *C* sed audi *in ras. C* 24 hominem ad imaginem *N′*

minem. sed audi et istud, quia anima nomine hominis nuncupatur. scriptum est enim in Genesi: fili autem Ioseph, qui facti sunt illi in Aegypto, animae nouem. omnes ergo animae, quae intrauerunt cum Iacob in Aegyptum septuaginta et quinque. et multo aptius anima uel homo latine uel graece ἄνθρωπος dicitur, F alterum ab humanitate, alterum ab intuendi habens uiuacitate, quae magis animae quam corpori conuenire non dubium est. cui rei etiam illud iure concurrit dictum in Threnis Hieremiae: bonus est dominus sustinentibus eum, animae quae quaerit eum. de hominibus dixit et animam adiciendam putauit; melius enim quaerit ista, si sola sit, abducens se a corporis caeno et a cupiditate carnali. ipsa est ad imaginem dei conformis domini Iesu, qui autem conformes fili dei sancti sunt. sic enim legimus dicente Paulo: scimus autem quoniam diligentibus deum omnia concurrunt in bonum, his qui secundum propo- 131 A situm uocati sunt sancti, quos praesciuit et praedestinauit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. quos autem praedestinauit hos et uocauit et quos uocauit hos et iustificauit, quos autem iustificauit hos et glorificauit. utrum igitur secundum corpus an secundum animam iustificatio tibi conferri uideatur, quaeso

2 Gen. 46, 27 10 Thren. 3, 25 15 Rom. 8, 28—30

1 homines *CG et* (-nis *m2*) *P* homines (i *s.* e) *in ras.* 𝔄′ hominis nomine *V* noncupatur *CGP* 2 fili *CP* filii *M* (i *tert. s.* *u*) *cet.* 5 egiptos *C* et *om. N* 6 ANTPOTTOC *C* ANTPOTTΘC *P* ANTPOΠOC *GV* ANTPOΠωC 𝔄′ ANTpIIIωC 𝔄*M*′ anthropos *B* antropos *MS* 7 intuendo *CGP*𝔄*B* -dum *V* uiuacitate *Brux.* (-te *ex* -tem) *Tell. Uind.* uiuacitatem *cet.* 9 trhenis *C* terhenis *P* proenis (*corr. m2*) *G* thrynis 𝔄′ 10 sustenentibus *C et* (*corr. m2*) *P* 11 anima *CP et* (*corr. m2*) *G* 13 caeno *N*′*SB* ceno *M* sceno *G* (s *eras.*) *cet.* cupiditatem *C et* (m *exp.*) *P* 14 ihm *C et* (*corr. m2*) *GP* conformes (e *ex* i *m2*) *GPV*𝔄 conformis *C* 15 filii *C* (i *tert. s.* *u.*) *cet.* 19 imaginem *C et* (-is *m2*) *G* imagines (-is *corr.*) *P* 23 clarificauit *N*

respondeas. sed dubitare non potes, cum iustitia, unde iustificatio deriuata est, mentis utique, non corporis sit.
47 pictus es ergo, o homo, pictus a domino deo tuo. bonum B
habes artificem atque pictorem. noli bonam delere picturam, non fuco sed ueritate fulgentem, non cera expressam sed
gratia. deles picturam, mulier, si uultum tuum materiali candore oblinas, si adquisito rubore perfundas. illa pictura uitii, non decoris est, illa pictura fraudis, non simplicitatis est, illa pictura temporalis est — aut pluuia aut sudore tergetur —, illa pictura fallit et decipit, ut neque illi placeas C
cui placere desideras, qui intellegit non tuum, sed alienum esse quod placeat, et tuo displiceas auctori, qui uidet opus suum esse deletum. dic mihi, si supra artificem aliquem inducas alterum, qui opus illius superioris nouis operibus obducat, nonne ille qui opus suum adulteratum esse cognouerit
dolet? noli tollere picturam dei et picturam meretricis adsumere, quia scriptum est: tollam membra Christi et faciam membra meretricis? absit! quod si qui adul- D
terat opus dei, graue crimen admittit. graue est enim crimen ut putes quod melius te homo pingat quam deus. graue est
ut de te dicat deus: 'non agnosco colores meos, non agnosco imaginem meam, non agnosco uultum, quem ipse formaui. reicio ego quod meum non est. illum quaere qui te pinxit, cum illo habeto consortium, ab illo sume gratiam
48 cui mercedem dedisti.' quid respondebis? quod si graue E

3 Esai. 49, 16 17 I Cor. 6, 15

3 pictus (*alt.*) Π et pictus *N* 5 fuco (c *ex* g) *m3 C m2 GP* fugo 𝔄 (*s. m2* ł fuco) *M'* ueritatem *C et* (m *del.*) *GP* expressa *CV* expraessa *P* 7 adquisito *C* (i *pr. ex* e *m3*) 9 tergitur *GP*𝔄*M'* tergeretur 𝔄' 12 placeat *MSB* placeas *cet.* 13 deletum *C* (e *alt. in ras. 2 litt.*) 14 superiores *C* 15 nonne indignatur *N* (ille *om. B*), *in quibus deinde om.* dolet 17 tollam ergo *N* (ἄρας οὖν) 18 qui *P* et *m1 C*𝔄 quid *G m1* qua *V* quis *C m3 G*𝔄 *m2* 𝔄'*MSB, om. M'* 19 grimen *pr. C* (c *s.* g *m3*) admittit . . . crimen *om. CP, s. u. m2 G* 20 homo quam deus pingat *N* 21 de te dicat *CGP* dicat de te *N;* graue est ut . . . deus *om. V*

est adulterare opus dei, quid de illis dicemus qui interficiunt opus dei, qui humanum sanguinem fundunt, qui uitam quam deus donauit extorquent, qui dicunt: tollamus iustum, quia inutilis est nobis? unde bene lectum est hodie: uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos ubi requiescant, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. uulpis ergo se abscondit in fouea, aues se tuentur in nido: homo F non absconditur in fouea, sed decipitur. fouea uero os hominis est, fouea alta pectus est hominis, ubi sunt noxia et fraudulenta consilia, malae cogitationes. tu ambulas, et alius tibi foueam parat. in medio laqueorum ambulas, quos absconderunt tibi in uia inimici tui. omnia ergo circum inspice, ut effugias sicut dammula de retibus et sicut auis de laqueo. dammula retia aspectus uiuacitate declinat, auis euitat laqueos, si ad superiora se conferat et terrena superuolet; in superioribus enim nemo tendit retia, laqueum nullus abscondit. ideo cuius conuersatio in supernis est, huius non solet in praedam uenire captura. sed quid miraris, si homo decipiatur ab ho- 132 A mine, quando filius hominis ubi requiesceret non habebat? et ille quidem talem hominem fecit, in quo caput suum reclinaret: sed posteaquam in pectore nostro non requies proximi coepit esse, sed fouea, posteaquam alter alteri nectere coepit insidias, quem iuuare deberet, caput suum Christus

3 Sap. 2, 12 4 Matth. 8, 20 12 Sir. 9, 13 (20) 18 Philipp. 3, 20 20 Matth. 8, 20 Luc. 9, 58 (Esai. 66, 2)

7 caput suum reclinet *praeter* capu *in ras. C* uulpes $\mathfrak{A}'SB$ *et m2 GM* 8 auis *C m1 V*$\mathfrak{A}'MSB$ aues *C m3 cet.* tuentur Π *et m2* $\mathfrak{A}$ tuetur $\mathfrak{A}$ *m1 cet.; fort. recte* auis se tuetur 9 fouea *alt. in ras. C* 10 fraudolenta (v *s.* o) *m3 C m2 GP* 12 fouea *C* (-ã *m3*) *V* quo *V et corr. m3 C, m2 G* 13 circum inspice *C* (-ce ***) *GPV* circumspice *N* 14 retibus *C* (i *ex* e *m3*) 17 tendet *CV* 19 uenire Π*MSB* ire *N'* decipitur *N'MS* 20 requiescere *PV et* (-et *m3*) *C* 22 posteaquam *ex* posquam *m1 C* 23 posteaquam *N* sed posteaquam *GV* sed postquam *CP* alter alteri *in ras. C*

auertit a nobis, sed postea tamen maluit illud morti offerre pro nobis. noli igitur esse fraudulentus, crudelis, inmitis, ut in te Christus caput reclinet. B

49 Denique cum fecisset piscium beluas, cum fecisset ferarum genera et bestiarum, non requieuit: requieuit autem, postea- quam hominem ad imaginem suam fecit. in quo requiescat audi dicentem: aut supra quem requiescam nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea? esto ergo humilis et quietus, ut in tuo deus requiescat ad- fectu. qui non requieuit in bestiis multo magis non requiescit in pectore bestiali. sunt enim animi bestiales, sunt ferae C forma hominum indutae, de quibus dicit dominus: adten- dite uobis a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. in his autem non requiescit deus, sed requiescit in moribus humanis, quos fecit deus ad imaginem suam et similitudinem, quando fecit uirum, qui non debet uelare caput suum, quo- niam imago et gloria est dei. huius uiri animae dicit: ecce ego, Hierusalem, pinxi muros tuos. non dixit: 'pinxi uentrem tuum', non dixit: 'pinxi inferiora tua', sed dicit: 'pinxi D muros tuos' ualida se adserens homini murorum dedisse praesidia, ut si peruigil speculator in muris sit, obsidionis possit periculum propulsare. dicit itaque: 'non tibi uoluptates

5 Gen. 2, 2 7 Esai. 66, 2 12 Matth. 7, 15 17 I Cor. 11, 7 18 Esai. 49, 16

1 morte *C* offerre *C* (r *pr. s. u. m3*) 2 crudelis *C* (e *ex* i *m3*) 3 capud *C* 5 genera et *N* genere *C* (genera *m3*) *V et* (*corr. m2*) *G* generet (*corr. m2*) *P* 7 aut *exp. m3 C, om. B* 9 ut *VN et m2 GP* et *C et m1 GP* adfectum *C* (m *eras.*) 10 requiescet *GPM'B, fort. recte* 11 peccatore *CPV* 14 uestitum, m *exp. m3 C m2 G* uesti- mentū *P* uestitu ouium (tu ouium *in ras.*) *V* lubi *C* 15 autem *C Trec.* ergo *cet.* requiescit *pr.* II*A'B* requieuit *cet.* dñs *CG* re- quiescit *alt.* II*B* requieuit *cet.* 20 interiora II (inferiora *m2 P*) di- xit *P m2 N'B* 22 muris II portis *N* 23 uoluptatis *C et* (-es *m2*) *GP*

dedi, non inlecebras cupiditatum, non incentiua luxuriae, non alieni decoris concupiscentiam, sed dedi tibi fundamenta muralia, dedi tibi turrium excelsa fastigia, in quibus constitutus expugnari ab hoste non metuas nec ingruentium legio- E
num terribilia licet temptamenta formides'. denique habes in Esaia quia iusti anima dicit uel ecclesia: ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa, munita per Christum, obsessa per diabolum. sed non debet obsidionem uereri cui Christus adiutor est; munitur enim gratia spiritali et saecularibus periculis obsidetur. unde et in Canticis habes dictum: ego murus, et ubera mea turres. murus est ecclesia, turres eius sunt sacerdotes, quibus abundat F
et de naturalibus uerbum et de moralibus disciplina. cognosce ergo te, decora anima, quia imago es dei. cognosce te, homo, quia gloria es dei. audi quomodo gloria. propheta dicit: mirabilis facta est cognitio tua ex me, hoc est: in meo opere tua mirabilior est maiestas, in consilio hominis tua sapientia praedicatur. dum me intueor, quem tu in ipsis cogitationibus occultis et internis affectibus deprehendis, scientiae tuae agnosco mysteria. cognosce ergo te, homo, quantus sis et adtende tibi, ne quando laqueis inplicatus diaboli fias praeda uenantis, ne forte in fauces tetri illius leonis incurras, qui rugit et circuit quaerens quem 133 A
deuoret. adtende tibi, ut consideres quid in te intret, quid

6 Esai. 27, 3 (10) 11 Cant. 8, 10 14 I Cor. 11, 7 16 Psalm. CXXXVIII 6 23 I Petr. 5, 8 24 Matth. 15, 11 et 17 sqq.

1 cupiditatum *N* uoluptatum Π luxoriae *CN' et (corr. m2) P* luxoria *(corr. m2) G* 4 expugnare *C et* (-ri *m2*) *GP* 5 temtamenta *C (post* m *pr. ras.) et (corr. m1) G* 8 diabulum *𝔄' et corr. CGP* 9 munitur *C* (ur *in ras.*) 10 obsidetur (i *ex* e) *m3 C, m2 GP* 11 et** *C* turris *GP* 12 quibus (bus *s. u.*) *C* 14 cognosce te . . . dei *om. CG, in mg. m2 P, in quo* o homo *om.* te 15 gloria *alt. 𝔄M'MS, om. 𝔄'* glorians *CGV* gloria* *P* gloriam *B* 16 dicat Π (-it *P m2*) 17 est *alt.* Π est facta *N* 20 misteria Π *et (corr. m1) M* 21 o homo *MSB* 22 diabuli *𝔄M' et (corr.) CGP* thetri *C et* (h *exp.*) *G et* (tri *in litura*) *V* thedri (t *s.* d) *P* titri *𝔄* (t *alt. eras.*) tętri *M* tethri *B* 24 deforet *C*

ex te exeat. non de cibo dico, qui absorbetur et egeritur, sed de cogitatione dico, de sermone adsero. non intret in te alieni tori concupiscentia, non inrepat in tuam mentem, non rapiat oculus transeuntis feminae pulchritudinem, animus non includat, non sermo tuus temptamentorum machinas nectat, non in dolo prodat, non maledico proximum aspargat obprobrio. uenatorem te fecit deus, non expugnatorem, qui dixit: ecce mitto uenatores multos, uenatores non criminis, sed absolutionis, uenatores non culpae utique, sed gratiae. piscator Christi es, cui dicitur: amodo eris homines uiuificans. sic mitte retia tua, sic mitte oculos tuos, sic mitte sermones tuos, ut nullum obprimas, sed adleues fluctuantem. adtende inquit tibi. sic sta, ne cadas, sic curre, ut ad brabium peruenias, sic certato, ut saepe decernas, quia legitimo debetur corona certamini. miles es, hostem diligenter explora, ne tibi nocturnus inrepat; athleta es, manibus aduersario propior esto quam uultu, ne oculum feriat tuum. liber optutus sit, argutus incessus, ut inruentem effundas, cedentem occupes, uulnus uigilanti aspectu exeas, forti congressu repellas. quod si fueris uulneratus, adtende tibi, curre ad medicum, quaere remedium paenitentiae. adtende tibi, quia carnem habes, quae cito labitur. ueniat tibi bonus animorum medicus sermo diuinus, aspergat tibi oracula domini tamquam medicamenta salubria. adtende tibi, ne fiat uerbum

8 Hier. 16, 16 10 Luc. 5, 10 (cf. Hier. 16, 16) 15 II Tim. 2, 5 19 Uerg. Aen. V 438

1 absorbitur *CV et (corr. m2) P* 2 in te intret *N'* 4 oculus tuus 𝔄 transeuntes *C* (-is *m3*) 5 temtamentorum *C* 6 dolo *N* dolore Π aspargat *C* aspergat *cet.* 7 uenetorem *C* (a *s.* e *alt.*) 8 ecce Π ecce ego *N* 10 es *MS Brux.* (*s.* est) est *cet.* amodo eris homines (ᵃmod *in ras. 2 litt. et* eris ho| *extra u.*) *C* 13 adleues *B* alleues *m2 CG* absoluas 𝔄*M'* ableues *CG m1 cet.* fluctuantes *Uind. et* (-em *corr.*) *Brux.* 14 brabium *M m1* brachium *V* brauium *M m2 cet.* 15 milis *C et (corr. m2) GP* 17 proprior *CN' et* (r *alt. exp.*) *GP* 19 uigilanti *C* (t *in ras.*) uigilangi (t *s.* g *alt.*) *M* 23 animorum *CGV et m1 P* animarum *P m2 N*

absconditum in corde tuo inicum; serpit enim sicut uenenum et letalia confert contagia. adtende tibi, ne obliuiscaris deum, qui fecit te, et ne nomen eius in uanum accipias.

51 Adtende tibi, lex dicit, ne cum manducaueris et satiatus fueris et domus aedificaueris et habitare coeperis et pecoribus tuis repletus fueris et auro et argento abundaueris et omnibus E quaecumque tibi fuerint in multitudine exaltes te corde et obliuiscaris dominum deum tuum. quid enim habes, homo, quod non accepisti? nonne haec omnia sicut umbra praetereunt? nonne domus tua haec puluis est et ruina? nonne haec omnia falsa? nonne saeculi thensaurus uanitas est? nonne tu ipse es cinis? respice in sepulchra hominum et uide quid ex te nisi cinis et ossa remanebunt, hoc est ex corpore tuo, respice, F inquam, et dic mihi quis ibi diues et pauper sit? discerne inopes ac potentes. nudi omnes nascimur, nudi morimur. nulla discretio inter cadauera mortuorum, nisi forte quia grauius fetent diuitum corpora distenta luxurie. quem audisti pauperem cruditate defunctum? prodest illi inopia sua; exercet corpus, non opprimit. nec tamen audiuimus iustum derelictum et semen eius quaerens panem, quoniam qui bene operatur in terra sua abundat alimentis. adtende ergo tibi, diues, quia et tu carnem portas sicut pauper.

52 adtende tibi, pauper, quia anima tua pretiosa est. etsi 134 A caro mortalis, diuturna anima, etsi tibi deest pecunia, non

2 Deut. 8, 11; 5, 11 4 Deut. 8, 11—14 9 Eccles. 7, 1 10 Luc. 9, 47 12 Basil. III 212 A *M.* (II 21 E *G.*) 19 Psalm. XXXVI 25

1 inimicum Π (ł iniquum *s. u. m2 P*) iniquum *cet.* 2 confert Π (ł infert *s. m2 P*) infert *N* 3 et ne *CGP* ne *N* (*s. u. m2 B*) et *V* 5 domos *GMSB et m3 C m2 P*𝔄 8 dn̄m dn̄ *N'* dn̄m Π (*ex* dn̄ *C*) *MS* dn̄ *B* homo *in ras. C* 9 accipisti *PB et corr. m3 C, m2* 𝔄 11 falsa Π fabula *B* (*in mg.* al. falsa) *N'MS* nonne saeculi th. uanitas est *om. CG, in mg. m2 P* thensaurus *V* (n *exp.*) thesaurus *cet.* 14 ibi *om.* 𝔄*M'* et Π quis *N'MB* qui *S* 16 discretio *C* (i *pr. ex* e *m3*) grauius *C* (g *in ras.*) 17 luxuriae *C* luxorię *G m1 V*𝔄*M' et* (v *s.* o) *P* luxuria *G m2 MSB* 18 cruditatem *C et* (m *eras.*) *P* crudelitate *G* (el *eras.*) *V*𝔄*M'* 22 tu *om. CGVB, s. u. m2 P* 24 etsi *P m2 N* si *CGV et m1 P*

deest gratia, etsi non est domus ampla, non diffusa possessio, caelum patet, terra libera est. omnibus in commune elementa donata sunt, patent aeque diuitibus atque pauperibus ornamenta mundi. numquid pulchriora pretiosissimarum domorum aurata laquearia quam caeli facies stellis insignita fulgentibus? numquid latiora diuitum rura quam spatia terrarum? unde B ad eos qui domum ad domum, uillam ad uillam iungunt dictum est: numquid soli habitabitis super terram? maiorem domum tu habes, pauper, in qua clamas et exaudiris. o Istrahel, inquit propheta quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius! magnus et non habet finem, altus et inmensus. domus dei diuiti est communis et pauperi; difficile tamen est diuitem intrare in regnum caelorum. sed forte doleas quod nullum tibi auratorum lychnorum lumen refulgeat: sed multo inlustrior tibi C lumine circumfuso luna resplendet. de hieme forsitan quereris, quia nulla tibi hypocauta anelantibus ignibus uaporentur: sed habes solis calorem, qui tibi orbem terrarum temperet et hiberno te defendat a frigore. an illos beatos putas, qui seruitiorum sequentium stipantur cateruis? sed qui alienos pedes requirunt suis uti nesciunt; denique a paucis praeceduntur, a plurimis portantur, nisi forte illud miraris, quod abundant auro argento pecunia. quantis abundant uides, D quantis egeant non uides, sed eburneis lectis accumbere

4 Basil. III 212 C (II 22 C) 7 Esai. 5, 8 10 Baruch 3, 24 sq 13 Matth. 19, 23 20 Basil. III 212 D (II 22 D) Uerg. Aen. IIII 136

2 helementa *C* (h *eràs.*) *V* elementa (e *alt. ex* i *m2*) *GP* 3 atque *in ras. min. spatii C* 5 quam *C* (a *ex* e *m3*) stillis *M et corr. m3 C, m2* 𝔄 insignata *corr. m3 C, m2 GP* 7 uillam *pr.* II et uillam *C* (et *s. u.*) *m3 N* 10 israhel *uel* isrł *libri* 13 est tamen *N'* diuite *C* (-ti *m3*) *V* 14 regnum *P m2 N* regna *P m1 CG V* doles 𝔄*M' et* (e *ex* a *m2*) 𝔄' 15 lychnorum 𝔄*M'* lycnorum 𝔄' lychanorum *M et* (a *eras.*) *S* lignorum Π*B* 16 resplendit *M' et corr. m3 C, m2 P*𝔄 17 hypocauta *MSB* ypocauta *C et m1 GP* ypocausta *GP m2 VN'* anhelantibus *G m2 N* 19 beatus *C* (-os *m3*) 20 seruorum *N'B* stipantium *C* stipantu* *P* (r *s. ras.*) 23 abundant *alt.*| abundat *C* habundat *G* (h *exp. m2*) habundent *B*; *malim* abundent 24 egeat *G*

pretiosum putas et non consideras pretiosiorem esse terram, quae pauperi toros graminum sternit, in quibus dulcis requies, suauis est somnus, quem ille aurea conpositus sponda tota peruigil nocte quaerit et non capit. o quanto te ille beatiorem iudicat uigilans quiescentem! illud praeterea, quod multo est praestantius, quoniam iustus, qui hic eguerit, illic abundabit E et qui hic laborem tolerauerit illic consolationem habebit, qui autem hic receperit bona illic mercedem eorum sperare non poterit; paupertas enim mercedem suam reseruat, census absumit. 53 adtende ergo tibi, pauper, adtende, diues, quia et in paupertate et in diuitiis temptamenta sunt. ideoque sapiens dicit: diuitias et paupertatem ne dederis mihi. et qua ratione hoc petierit dicit: satis est homini habere quod sibi sufficit, quia diuitiae ut epulis uentrem ita animum curis F sollicitudinibusque distendunt. ideoque petit constitui sibi quae opus sunt et sufficientia, ne repletus inquit mendax fiam et dicam: quis me uidet? aut factus pauper furtum faciam et iurem nomine domini. fugienda igitur uel cauenda sunt temptamenta mundi, ne pauper desperet, ne opulens insolescat. scriptum est enim: 'cum expuleris gentes et coeperis uti terris eorum, ne dicas: uirtus mea et manus mea hanc mihi possessionem parauit'.

12 Prouerb. 24, 31 (30, 8) 16 Prouerb. 24, 32 (30, 9) 20 Deut. 8, 17

2 toros *M* thorus *CM' et* (thoros *m2*) *GP*𝔄 thoros *cet.* 3 isponda *C* 4 peruigili *CP*𝔄*M'B* 5 praetereo σ, *haud recte* 6 quid *C* 7 tollerauerit *CGP* tollerauit *V* 8 receperit *C* (re *in ras.*) mercedem *C* (e *ex* i *m3*) 10 et *om. M', s. u. m2* 𝔄'*B* 11 in *om. N'* temtamenta *C* ideoque *C* (e *pr. ex* i *m3*) 13 ratione hoc petierit *MS* ratione (rationụm, e *s.* ụm *m3 C*, rationem *P*) hoc petierit hoc Π (hoc *alt. exp. m3 C, m2 P*) *B* ratione petierit hoc *N'* est Π est enim *N* 14 sibi *C* (bi *s. u.*) sufficit *G m2* suficit 𝔄' (su *in ras. m2*) effecit 𝔄 efficit *G m1 cet.* 15 ideoque *C* (e *pr. ex* i *m3*) 16 sunt ad *G m2* (ad *s.* et) sufficientiam Π (m *exp. P*) 19 uel *in ras. m2 S*, et *Brux. Diu. Tell. Uind.* disperit *C* disperet *M' et* (*corr. m2*) 𝔄*M* *post* desperet *add.* et *S*, diues *B* 20 opulens *N* diues (diuis *C*) opulens Π

sic est qui opes suas merito ascribit suo et ideo quasi probatus proprium non agnoscit errorem, sed longo trahit fune peccatum. nam si credat quod accessio pecuniae aut fortuiti euentus aut turpis astutiae sit, non habet locum insolentia in quibus aut nulla laus et inanis labor aut cupiditas inuerecunda sit modum nesciens ponere uoluptati. 135 A

9, 54 Sed iam de ipso aliqua dicenda sunt corpore hominis, quod praestantius ceteris decore et gratia esse quis abnuat? nam etsi una atque eadem omnium terrenorum corporum uideatur esse substantia, firmitudo et proceritas quibusdam maior in bestiis, forma tamen humani corporis est uenustior, status erectus et celsus, ut neque enormis proceritas sit neque uilis et abiecta pauxillitas. tum ipsa habitudo corporis suauis et grata, ut neque beluina uastitas horrori sit nec gracilitas tenuis 55 infirmitati. ac primum omnium cognoscamus humani corporis fabricam instar esse mundi, siquidem ut caelum eminet aeri terris mari, quae uelut quaedam membra sunt mundi, ita etiam caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminere praestantissimumque esse omnium tamquam inter elementa caelum, tamquam arcem inter reliqua urbis moenia. in arce hac regalem quandam habitare sapientiam secundum prophe- B C D

3 fortuiti *VA'M et C m3 G m2* fortuita *m1 CP* fortuit *m1 GA* fortuitus *m2 PA et* (s *s. u.*) *SB* fortuits *M'* 4 habet** *C* 5 labor *N* laus Π (labor *s.* laus *m2 P*) inuerecundia *C* (e *alt. in ras.*) *V et* (i *alt. del.*) *GP* 6 poneri *C* uoluptatis *C* 7 iam Π*B* iam etiam *N'MS* dicenda sunt Π*N'B* uidentur dicenda *MS* 8 gratia *N'MS* gratum Π*B* amnuat *C* (at *in ras.*) *P et* (abnuat *m2*) *G* annuat *V*, *om.* *AM'* 10 quibdam *C* (uib *in ras. 2 litt.*) 12 inormis *CVA' et* (*corr. m2*) *P* 13 abiectas *C* (s *eras.*) habitudu *C* 14 belluina *C* uastitas *C* (i *et* a *alt. in litura*) horrori *A'MS et* (h *s. u. m2*) *GP* ororis *C* (s *eras.*) orrori *V* (ri *s. u.*) horroris *M' et* (s *eras.*) *A* (s *exp.*) *B* 15 infirmitate *C et* (*corr. m2*) *GP* infirmitatis *VB* firmitati *A'* 17 uelut *C* (t *ex* d) 19 pristantissemumque *C* helementa *C* (h *eras.*) *G* (h *exp.*) 20 archem *CG et* (h *exp.*) *P* inter reliqua *N'MS* inter aliqua *B* in aliqua Π arche *C et* (h *exp.*) *GM et* (h *s. u. m2*) *VA* archem *P*

ticum dictum quia oculi sapientis in capite eius, hanc esse ceteris tutiorem et ex illa omnibus membris uigorem prouidentiamque deferri. quid enim robur et ualiditas lacertorum proficiat, quid uelocitas pedum, nisi capitis uelut principis sui imperialis quaedam adminiculetur potestas? ex hoc enim aut destituuntur uniuersa aut omnia fulciuntur. quid agat fortitudo, nisi oculo duce utatur ad proelium, quid fuga, E si desit obtutus? carcer est totum corpus tenebroso horrens situ, nisi oculorum luminetur aspectu. quod igitur sol et luna in caelo, hoc sunt oculi in homine. sol et luna duo mundi lumina, oculi autem quaedam in capite sidera fulgent desuper et inferiora claro inlustrant lumine nec patiuntur noctis quibusdam nos tenebris inplicari. speculatores quidam nostri die ac nocte excubant. nam et e sopore membris ceteris F citius excitantur et uigilantes circumspectant omnia; uiciniores enim sunt cerebro, unde omnis manat usus uidendi. neque uero praepropere quisquam huc descendisse me credat, quod relicto uertice oculos praedicem, cum alienum non sit summam rem in parte laudare; oculos enim certum est esse capitis portionem. caput itaque oculis explorat omnia, auribus occulta rimatur, cognoscit abscondita, audit quid aliis agatur in terris.
56 ipse autem uertex capitis quam suauis et gratus, quam speciosa caesaries, quam reuerenda in senibus, quam uene- 136 A randa in sacerdotibus, quam terribilis in bellatoribus, quam

1 Eccl. 2, 14

3 defferri *CG𝔄′ et* (f *pr. exp.*) *P* robor *CV𝔄M′ et* (*corr. m2*) *GP* robū *S* (ū *m2 in ras.*) 5 adminicoletur *C et* (*corr. m2*) *GP* 6 uiniuersa *C* 7 fuga *N′MS* fugaș *B* tu agas *CGP* tugas *V* 8 optutus *GS* tenebroso *C* (o *pr. in ras.*) *P* (o *alt. ex* u) tenebrosū *G𝔄M′M* orrens *C* 9 luminetur (i *ex* e) *m3 C m2 P* inluminetur *𝔄′MS* 11 autem *C* (a *in ras.*) capite *scripsi* carne *libri* 14 excupant *C et* (*corr. m1*) *P* et e *CGP𝔄′M* et *V𝔄M′* et ex *B* (ex *s. u. m2*) ex e *S* (e *eras.*) supore *C* 16 cerebro *C* (r *pr. ex* b) omnes *C et* (-is *m2*) 𝔄, (-es *ex* is) *M′* uigendi *N′MS* uidendi (*in mg.* ał uiuendi) *B* 17 discendisse *CV𝔄M′M et* (*corr. m2*) *GP* 18 uerticem *C* 19 oculos *C* (u *ex* o *m3*)

decora in adulescentibus, quam compta in mulieribus, quam mollis in pueris? alium sexum crinita<de>decet, alium tonsa non decet. ex arboribus licet quae humani sit gratia capitis aestimare. in capite arboris omnis est fructus, ibi omnis est pulchritudo, illius coma nos aut a pluuiis tegit aut defendit a sole. tolle arboris comam, tota arbor ingrata est. quantus igitur humani capitis ornatus est, qui cerebrum nostrum, hoc B est sedem originemque nostrorum sensum capillis capitis munit et uestit, ne aut frigore uexetur aut aestu! illic enim fons uniuersorum est et ideo ubi iniuria nocet, ibi gratia praeminet.

57 Quid sine capite est homo, cum totus in capite sit? cum caput uideris, hominem agnoscis; si caput desit, nulla agnitio adesse potest; iacet truncus ignobilis, sine honore, sine nomine. sola aere fusa principum capita et ducti uultus de aere uel C de marmore ab hominibus adorantur. non inmerito igitur huic quasi consultori suo cetera membra famulantur et circumferunt illud seruili gestamine sicut numen atque in sublimi locatum uehunt. unde censoria potestate quo uult dirigit quorundam obsequia seruulorum et praecepta singulis obeunda decernit. uideas imperatori suo singula gratuito stipendio militare. alia portant, alia pascunt, alia defendunt uel mini- D

2 I Cor. 11, 14 sq. 6 cf. Ouid. Art. am. III 250 13 Uerg. Aen. II 557 sq. 14 Uerg. Aen. VI 848

1 aduliscentibus *C* (*corr. m3*) *G* (*corr. m2*) *P* 2 mollis Π dulcis *N* dedecet *Henr. Schenkl* non decet σα decet Π*MSB*, *om.* *N'* ////tunsa *C* tunsa *PM' et* (*corr. m2*) *G*𝔄 non *exp. m2 G* 4 est *pr. CVN'MB* enim *G* est (*s. u. m2*) ẹnim *P* et *S* 6 arbores *C* arbori *VN'B* quantus igitur Π quantus igitur maior *B* quanto igitur maior *N'MS* 7 corporis *CGP* 8 sensum *CV*𝔄*'M' et m1 GP* sensuum *GP m2 cet.* 9 uexentur *N'MS* 10 praeminit *C et* (*corr. m2*) *GP* 12 agnitio adesse Π*B* agnitio esse *N'* esse agnitio *MS* 13 truncus *C* (tru *in ras.*) 14 principium 𝔄*'B et* (i *eras.*) *Trec.* 15 ominibus *C* inmerito *C* (i *alt. ex* e *m3*) 17 seruitii *CPV* seruicii *G* nomen *CPV et* (*corr. m2*) *G* 18 censuria *CPM' et* (*corr. m2*) *G*𝔄 19 oboeunda *C* (o *alt. eras.*) *V*𝔄' oboedienda 𝔄*M' et* (*in mg.* al. obeunda) *B* 20 stipendia *S et* (-io *m2*) *B* dispendio *N'*

steriuṃ suum exhibent, parent ut principi, ancillantur ut domino. unde uelut quaedam procedit tessera, quam debeant pedes obire regionem, quae militiae munia manus consummandis operibus exequantur, quam uenter absti-
58 nendi uel edendi formam inpositae teneat disciplinae. huic frons libera, nudis aperta temporibus, quae mentis habitum specie sui prodat, nunc laeta, nunc tristior, nunc erecta ad seueritatem, nunc ad lenitatem remissior, quae signis forensibus internam exprimat uoluntatem. imago quaedam animi E
loquitur in uultu, fidei basis, in qua cotidie nomen domini scribitur et tenetur. eandem geminae saepes superciliorum secuntur, quae oculis munimenta praetendunt, praetexunt gratiam, ut et uenus decoris adrideat et diligentia protectionis adsistat. si quid enim de capite sordium decidat aut harenae
puluis aut ros nebulae aut umescentis uerticis sudor, exci- F
pitur supercilio, ne teneras offensa acie uisiones mollium perturbet oculorum.

59 Adhaerent uelut quibusdam montium superciliis oculi, ut et protegente montis cacumine tutiores sint et tamquam in
summo locati de quadam scaena superiore uniuersa prospectent. neque enim oportebat eos humiles esse sicut aures uel os ipsosque narium interiores sinus. specula enim semper ex alto est, ut aduenientium cateruarum hostilium explorari possit

10 Apoc. 22, 4 14 Xen. Comm. I 4, 6 Cic. de nat. deor. II 143 22 Bas. III 216 D (II 24 C)

1 ut principi *om. M, s. u. S* ut *G m2 VN'SB* et *G m1 CP* ancillantur *om.* 𝔄*M'* 2 unde Π inde *N* 3 regionem *N'MS* nomen regi Π nomen regio *B* 4 abstinendi (i *pr. ex* e) *m3 C m2 GP* 6 fons *C ct* (fors *m2*) 𝔄 7 erectă *CP* directa 𝔄'*MS* districta 𝔄*M'* 9 uolumtatem *C* uoluptatem *G* uolumptatem *P* 10 nomen dn̄i *CB* dn̄i nomen *cet.* 11 inscribitur 𝔄'*MS* eandem *G m2 B* eadem *G m1 CPV* eam *cet.* sepes Π𝔄' 13 uenus Π uenustas *N* elegantia Π 14 harenae 𝔄*M'M et* (h *s. u. m2*) 𝔄' arenae *cet.* 15 aut *alt. om.* Π, *s. u. m2 B* umescentis *M* tumescentis *N'* humescentis *cet.* 20 scęna *B* scena Π schena *cet.* superiora *CP et m1 G* superiori *G m2 B* 21 opportebat *C* ęt (p *alt. exp.*) *P* uel *N'MS* uelut Π*B* 22 interiore *CP et* (*corr. m2*) *G*

aduentus, ne inprouiso occupent otiantem uel urbis populum uel imperatoris exercitum. sic latronum quoque cauentur incursus, si exploratores in muris aut turribus aut montis excelsi supercilio sint locati, ut desuper spectent plana regionum, in quibus insidiae latronum latere non possint. in mari quoque positus si quis terrae adpropinquare se conicit, in ipsa mali fastigia et celsa antemnarum cornua uoti explorator ascendit et adhuc inuisibilem reliquis nauigantibus eminus terram salutat. ac forte dicas: si specula editior necessaria fuit, cur non supra summum uerticem capitis oculi constituti sunt sicut cancris uel scarabaeis in summo sunt, quibus licet nullum caput adpareat, colla ac dorsa tamen cetero corpore celsiora sunt? sed illis testa ualida nec tam tenuis membrana sicut nobis, quae facile possit offendi ruboque et ceteris interscindi sentibus. aliis quoque animantibus huiusmodi species, ut possint oculos aut ad ceruicem conferre ut equi aut boues ac propemodum omnes ferae aut ad alas suas ut aues, quo tuta quiete potiantur. nobis autem in summa corporis parte constitui oculos oportuit tamquam in arce et ab omni uel minima offensione defendi, quae duo sibi conpugnantia uidebantur. nam si in humili essent propter tutamen, munus inpediretur, si in uertice, paterent ad iniuriam. itaque ne uel usu muneris aliquid detraheretur uel aliquid ad propulsandam iniuriam <non> prospiceretur, eo loco oculos constituit, cui

9 Uerg. Aen. III 524 19 Cic. de nat. deor. II 140

3 aut turribus aut montis *MSB* aut montis (montes *C et m1 G*) aut turris Π aut in montibus aut turribus (excelsis) *N'* 4 desuper *C* (de *s. u.*) plena *CP et* (*corr. m2*) *G* 10 sint *CP et* (sunt *m2*) *G* 14 possint *CGP* roborque *C* intersondi *CP et m1 G* interfundi *G m2 V* 16 ac boues *S* (c *in ras.*) *Atr. Diu.* ut boues *Brux.* 17 fe•re *C* 18 tota *CGPM'* quiete *C* (e *alt. in ras.*) potiantur *C* (o *in ras.*) in ΠΩ'*S* et in *MB* et Ω*M'* summa Π*N'* summa propemodum *MSB, fort. recte, cf. u. 24* 19 arche *CPB et* (h *exp.*) *G* 20 propugnantia uideantur Π*B* 22 iniuria *C* 23 usu *C et m1 G* sui Ω*M'* usui *G m2 cet.* aliquid *om. M, in mg. S* 24 non *add.* γ loci *S* (loco *m2*) *post* cui *add.* supra modum Π *et* (*his del.*) *B*

supercilia desuper non minimum protectionis inpertiant, subter D
malae aliquantulum eleuatae haut exiguum munitionis adiungant, interiorem partem saepiant nares, exteriorem quoque frontis malarumque gibbi extuberantes et licet ossuum compage conexa et aequata confinia circumuallare uideantur. inter haec medii sunt oculorum orbes et tuti ad cauendum et ad intuendum liberi et decori ad gratiam utpote in crystalli speciem refulgentes. in quorum medio pupillae sunt, quae uidendi munus operantur. haec ne qua incidentis iniuriae E offensione laedantur, pilis hinc inde consertis uelut quodam uallo per circuitum muniuntur. unde tutum auxilium sibi postulans propheta ait: custodi me, domine, ut pupillam oculi, ut protectionis diuinae fieret ei tam sollicita et tuta custodia quam pupillam oculi tutissimo quodam naturae uallo munire dignatus est, simul quia innocentia et integritas leui sorde aspersa uiolatur et gratiae suae munus amittit et ideo prospiciendum, ne quis eam puluis F erroris oblimet aut ulla uexet festuca peccati, quia scriptum est: eice primum trabem de oculo tuo et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui.
61 itaque propter oculos ferunt medendi periti cerebrum hominis in capite locatum, alios autem nostri corporis sensus propter cerebrum finitimo quodam esse domicilio constitutos. initium

2 Cic. de nat. deor. II 143 12 Psalm. XVI 8 19 Matth. 7, 5

2 haut $\mathfrak{A}'S$ *et* (h *s. u.*) *B* haud *G m2* aut *G m1 cet.* 3 sepiant *CPVS* exteriorem *MSB* exteriores Π posteriorem *N'* (pos *in ras.* $\mathfrak{A}'$) 4 frontes Π gibbi *Costerius* sibi *libri* extuberantes *scripsi* extuberantem *M et* (t *eras.*) *S* extuberant *N'* (-ent *in mg. m2* $\mathfrak{A}'$) extuberaent *B* exuberant *CGP* exsuperant *V;* exuperantes *sane ferri potest* et *om. MS, fort.* ut oss*um *S* ossium *G m2* 7 utpoti *C* 8 specie *VN'* popillae *CP et* (*corr. m2*) *G* 9 hac $\mathfrak{A}M'$ hae *M* heę *B* 10 laetantur *C* 11 tutum *MSB* totum *cet.* sibi auxilium $\mathfrak{A}M'$, sibi *om.* $\mathfrak{A}'$ 12 pupilla *CV* 14 popilla *CP* pupilla *V* popillam *G* (v *s.* o *m2*) 15 munere *C* 17 munus *C* (us *in ras. maioris spatii*) 19 eice *C* (e *alt. in ras.*) 22 alios *C* (os *in ras.*) 23 cerebrum (r *pr. ex* b) *C* qùodam *C* (o *in ras.*) constitutus *CPVM' et* (-os *m2*) *G*$\mathfrak{A}$

enim neruorum et omnium sensuum uoluntariae commotionis cerebrum est atque inde omnis eorum quae diximus causa manat. initium autem arteriarum et insiti caloris, quo animantur et tepefiunt uitalia, cor esse plerique arbitrantur. sensuum autem singulorum uelut organum nerui sunt, qui 5138 A uelut cordae et fides quaedam de cerebro oriuntur et per partis corporis in singula quaeque officia deriuantur. ideoque mollius est ceteris cerebrum, quia omnis suscipit sensus. unde et nerui, qui referunt uniuersa quae uel oculus uiderit uel auris audierit uel odor inalauerit uel lingua increpuerit 10 uel os saporis acceperit. quod enim molle ad conpassionem aptius, quod autem durum ex aliquo rigore neruorum ad agendum efficacius. B

62 Praestantissimum quoque audiendi munus est et uisui suppar gratia. ideo aures extantiores sunt, ut et ornatus decorem 15 praeferant et excipiant omne illud quidquid de uertice sordium umorisue defluxerit, simul ut in earum sinibus uox repercussa sine offensione interioris ingrediatur anfractus. nam nisi ita esset, quis non ad omnem fortioris sonum uocis adtonitus redderetur, cum inter ista subsidia frequenter inprouiso ictus 20 C clamore nos obsurdiscere sentiamus? tum uelut quaedam propugnacula uideas praetendere aduersum frigoris asperitatem

1 communitionis *CGP* commonitioni *V* 2 omnis inde *MS* 3 et *om. N'* insitim *CPV et* (m *eras.*) *G* 5 sensum *M' et* (sensuum *m2*) 𝔄*B* 6 per *om. C* partis *C* partes *cet.* diriuantur *B* ideo quoque *C* (*in quo legitur* quo *et* q: *s.* o, o *et* q: *in ras.*) *GPB* ideo 𝔄*M'*; *uerba* officia deriuantur ideoque *om. V* 9 et nerui Π omnes nerui *N* qui *scripsi* et quae Π*B* et quo *MS* quaerunt (*om. deinde* referunt) *N'* oculos *CP et* (us *m2*) *G* 10 inalauerit *CPV et m1 G* inoleuerit 𝔄' inhalauerit *G m2 cet.* 12 ad- *C* 14 subpar 𝔄' *et m1 S* supra *V*𝔄*M' et m2 S* 15 sunt *om.* 𝔄'*MS*, *s. u. m2* 𝔄 16 praeferant *C* (p *in ras.*) 17 humorisue *M* (h *s. u. m2*) *S* (sue *s. u. m3*) *CGB* humoris suę *V* humoris 𝔄' *et m2* 𝔄 umores 𝔄 *m1* humores *M'* 18 interiores *G* (-es *ex* -is *m2*) *V*𝔄𝔄'*MSB* 20 istas obsidia *CP et* (v *s.* o *m2*) *G* ista] ipsa *N'* 21 nos *om.* Π absurdiscere *C* absordiscere *P* absordescere *V* obsordiscere *G m1* obsordescere 𝔄 *m1* obsurdescere *G*𝔄 *m2 cet.* 22 propugnaculo *C* aduersus *N'B*

calorisque flagrantiam, ut neque frigus penetret ductus patentes neque nimius adurat aestus. sinuatio autem interiorum aurium modulandi quendam numerum praestat et disciplinam, siquidem per anfractus aurium quidam rythmus efficitur et modulis quibusdam ingressae sonus uocis exprimitur. tenaces praeterea sermonis accepti ipsos esse anfractus aurium usus ipse nos docet, D siquidem uel in concauis montium uel in recessu rupium uel in anfractu fluminum uox auditur dulcior et responsa suauia referens echo resultat. ipsae quoque sordes aurium non inutiles, quae ligant uocem, ut tenacior eius in nobis et memoria sit et
63 gratia. de naribus autem quid loquar, quae biuio et procero foramine antrum quoddam recipiendis odoribus praestant, ut non perfunctorie odor transeat, sed diutus inhaereat naribus et E earum ductu cerebrum sensusque depascat? ideo diutius odor fraglat acceptus quam sermo resonat aut uisus apparet. plerumque quod momento breui fueris odoratus toto tibi die spirat in naribus. per eas quoque purgamenta capitis defluunt et sine fraude atque offensione aliqua corporis deriuantur.
64 est etiam non mediocris sensus in tactu atque in eo F uoluptas gratissima, sincerum iudicium; plerumque enim tactu probamus quae oculis probare non possumus.

65 Postremum quoque officium est oris aut linguae, quod tamen omnibus uires ministrat. nam neque oculi uigorem

9 Uerg. Georg. IIII 50

1 flagrantia *CPV et* (-ã *m2*) *G* frigus *C* (rig *in ras.*) ductis *C* 2 minius *C* insinuatio Π, *cf. de Noe 9, 28* 4 rythmus *M* rhithmus *S* rimus *CPV et m1 G* rithmus *G m2* 𝔄′ rthmus 𝔄 ęstimus *M′* thomus *B* 7 uel *pr. MSB* uelut Π *et* (in *om.*) *N′* 8 anfractu *G m2* (*om.* in) *N* fractu *G m1 cet.* 9 echo 𝔄′*MSB et m2 G*𝔄 heco *G m1 CPV* segor 𝔄 *m1 M′* 10 legant *CP*𝔄*M′ et* (ligant *m2*) *G* eius in nobis *N′B* nobis Π eius *MS* sit *in ras. C* sit memoria eius et (*om.* et *pr.*) *B* 13 perfuncturiae *CP* et (perfunctorię *m2*) *G* 15 fraglat *G m2 et corr. m1* 𝔄′ fragrat (*corr.* flagrat) *M* flagrat *cet.* quem *CP et* (quam *m2*) *G* 16 memento *C* (me *pr. s. u.*) *P* tibi die Π*N′* die tibi *MSB* 18 diriuantur *B* 19 tacto Π (-u *m2 G*) 20 uoluntas Π sincirum *C* sincerumque *N, fort. recte* 22 pos*tremum *C* 23 oculus *MS* oculos 𝔄 (-us *m2*) *M′*

uidendi haberent, nisi uirtutem substantiae corporalis acciperent, quae cibo defertur et potu, neque aures audiendi aut nares odorandi aut manus tangendi, nisi corpus omne confortetur alimentis. deficimus enim uiribus, nisi eas cibi conpetentis adsiduitate reparemus. denique confecti fame nullis oblectantur sensuum uoluptatibus, sed quasi exortes eorum delinimenta non
66 sentiunt. quid **ego** describam dentium uallum, quo conficitur 139 A
cibus et plenae fit uocis expressio? quae sine dentibus alimonia delectaret? denique aeui maturos plerumque cernimus hoc ipso citius senescere, quod amissis dentibus nullam possint cibi uirtutem ualidioris adsumere. ideo muta infantia, quia non habet adhuc organum uocis.
67 linguae quoque non solum in loquendo, sed etiam in
edendo munus pretiosissimum est. ea enim uelut plectrum B
loquentis et quaedam edentis est manus, quae defluentem cibum dentibus suggerit et ministrat. uox quoque aeris quodam remigio uehitur et per inane portatur eademque ui sua aerem uerberat, nunc conmouet, nunc demulcet audientis adfectum, iratum mitigat, fractum erigit, solatur dolentem. sit igitur nobis canorum commune cum auibus, sed
apud quem quo sono uocis utatur, quod est rationabile, non
potest cum omnibus animantibus inrationalibus scilicet esse C
commune. nam et ipsi sensus communes nobis sunt cum animalibus ceteris, sed tamen non eadem his ceterae ani-

7 Bas. III 218.A (24 D) 14 Cic. de nat. deor. II 149

1 haberent $\mathfrak{A}'$ (er *in ras. et* ent *s. u. m2*) habet $\mathfrak{A}M'MS$ acciperent *C* (cc *in ras.*) acceperent *P* acceperint *G m1* $\mathfrak{A}'$ *m2 VB* acceperit $\mathfrak{A}$ *m1* $\mathfrak{A}M'MS$ 2 poto *CPM' et* (potu *m2*) $\mathfrak{A}$ aures *VN'B* auris *MS* enim *CP et* (enim aures *m2*) *G* 4 conpetenti *CP et* (-tis *m2*) *G* conpetendi *V* 6 sensuum *N* sensibus II 7 uallum *C* (u *ex* a) cibus conficitur *N'* 8 uoces *C* expresso *CP et* (*corr. m2*) *G* 14 uelut *C* (t *in ras.*) 17 et *om.* II inanem *CPV* inane *G* (e *ex* ẽ) 18 ui sua *G m2 B* uii sua *V* uisu *CP et m1 G* uis* $\mathfrak{A}'$ (*m2* uis quae) uiso $\mathfrak{A}$ (-ũ *m2*) *M'* uisui *MS* 19 adfectu *CPV* 23 communem *CP* cõmune (e *ex* ẽ) *G* 24 animalibus II animantibus *N* his *om. M, in mg. S, eras.* $\mathfrak{A}$

mantes industria utuntur. erigit et bucula ad caelum oculos, sed quid spectet ignorat, erigunt ferae, erigunt aues, omnibus est liber aspectus, sed soli inest homini eorum quae aspiciat affectus interpres. spectat oculis ortus obitusque signorum, uidet ornamentum caeli, miratur stellarum orbes, fulgores quoque diuersos intellegit singulorum, quando uesperus sur- D gat, quando lucifer, cur ille uespertinus, hic matutinus inradiet, quos motus Orion habeat, quos luna defectus, quemadmodum sol suos norit occasus, circuitus quoque cursus sui sollemnitate custodiat. audiunt quoque animantes ceterae, sed quis praeter hominem audiendo cognoscit? secreta sapientiae solus homo ex omnibus generibus quae in terris sunt auditu et meditatione et prudentia colligit, qui potest dicere: au- E diam quid loquetur in me dominus deus. hoc est pretiosissimum, quod homo diuinae uocis fit organum et corporalibus labiis exprimit caeleste oraculum, sicut illud est: clama. quid clamabo? omnis caro faenum. accepit quod diceret et clamauit. sibi habeant prudentiam suam qui radio caeli spatia terrarumque describunt, sibi habeant intellectum suum, de quo dicit dominus: et intellectum pru-

4 Cic. de nat. deor. II 153 13 Psalm. LXXXIIII 9 17 Esai. 40, 6 19 Uerg. Aen. VI 849 sq. 20 Esai. 29, 14 I Cor. 1, 19

1 industria mutatur (mutuatur *V*) Π, *corr. m2 G* et *om. N'MS* uaccula *M* bucula *S* (bu *in ras. m2*) ocolos *C* 2 spectet *G m2 MS* exspectet 𝔄' expectet *G m1 cet.* 3 solis . . . hominibus Π aspicit σ 4 effectus Π*B* expectat ocolis *C* 5 uidit *C* 6 uesperus *CGP* hesperus *MS* uesper *V* (*in quo* quando uesper surgat *s. u. m2*) *N'B* 8 luna *N* in luna Π (in *exp. m2 G*) 9 suos *C* (os *in ras.*) 10 sollemnitate *MM'* sollempnitate *B* solempnitate *P* solemnitate *cet.* 11 prepter *C* agnoscit *P* 12 generibus quae in *C* (neribus quae in *in ras. min. spatii*) 13 meditationem Π (m *exp. m2 G*) et *om.* Π*B*, *eras. S* prudentiam Π collegit *CP*𝔄*M' et* (*corr. m2*) *G* colligitur *M et* (ur *eras.*) *S* 14 loquetur *PV*𝔄' *et m1 GM* loquitur *CM' et* 𝔄 *m1 et* (i *in ras.*) *S* loquatur *B et m2 G*𝔄*M* dominus *om.* Π 15 sit *MS* 17 faenum *P*𝔄*M'M* foenum *SB* fenum *CGV*; omnis caro faenum *om.* 𝔄' 19 discribunt *G* 20 quibus *B* et *om. M, in mg. S*

dentium reprobabo. neque numeros orationis ac modos et modulos musicae sapientiae hoc constituam loco, sed eam sapientiam definio, de qua dicit propheta: incerta et occulta sapientiae tuae manifestati mihi. F
68 quid autem loquar de osculo oris, quod pietatis et caritatis est signum? osculantur se et columbae, sed quid ad humani osculi uenustatem, in quo amicitiae insigne humanitatisque praefulget, in quo plenae caritatis fidelis exprimitur adfectus? unde dominus uelut prodigii genus in proditore condemnans ait: Iuda, osculo filium hominis tradis? 140 A hoc est: caritatis insigne conuertens ad signum proditionis et infidelitatis indicium pacis hoc pignore uteris ad officinam crudelitatis? bestiali igitur oris obsequio inferentem potius necem quam caritatis foedera deferentem diuinae arguit uocis oraculo. illud quoque praecipuum est, quod soli homines ore exprimimus quae corde sentimus itaque cogitationes tacitae mentis oris sermone signamus. quid est igitur os hominis nisi quoddam sermonis adytum, fons disputationis, aula uer- B borum, promptuarium uoluntatis? absoluimus uelut quandam humani corporis regiam, in qua sit licet quaedam quantitas portionis, forma tamen uniuersitatis est.

3 Psalm. L 8 10 Luc. 22. 48

1 numerosa *CPV* orationis *G* (o *pr. in ras.*) *M'* (o *pr. eras.*) rationis *CPVMB* modus *CPV et* (*corr. m2*) *G* 2 hoc Π, *om. N* loco Π*N'B* in loco *M et* (in *eras.*) *S* 4 oculta *C* 5 quod *C* (o *in ras.*) pietas *C* caritatis *C* (t *alt. ex* s) caritas *V* 6 signum Π*B* pignus *cet., quod praeferam, cf. in Luc. 6, 20* 7 in *om. N'MS* 8 plena car. fides (*om.* adfectus) *MS* 9 unde *GPV* unde de *C* unde et *N*. proditorem *CPV et* (m *exp.*) *G* 11 conuertis *G m2 N* 12 pacis hoc pignore *N'B* pacis et pignoris Π pacisque pignore *MS* officium Π 13 obsequio *C* (i *in ras.*) inferentes Π (-tem *m2 G*) 15 est *om. N* quod *om. CV, s. u. m2 GP* hominis *C et* (-es *m2*) *GP* 17 ore (*om.* sermonis) *MS* sermone signamus *C* (e *alt. et* s. *alt. in ras.*) signantur *N* 18 quidam *B et m2 GP* quodam *S* (o *in ras. ex* i *m3*) aditum *N'* aditus *SB* auditus Π (u *pr. eras. P*) haustus *M* (h *s. u.*) 19 prumptuarium *CP𝔄M'* proumtuarium 𝔄' promptarium *G* (p *alt. s. u. m2*)

69 Sequitur guttur, per quod toto corpori uitale commercium et spiritus huius conmeatus infunditur. succedunt brachia et ualidi lacertorum tori, ualidae ad operandum manus et proce- rioribus digitis habiles ad tenendum. hinc aptior usus ope- C
5 randi, hinc scribendi elegantia et ille calamus scribae uelo- citer scribentis, quo diuinae uocis exprimuntur oracula. manus est quae cibum ori ministrat, manus est quae praeclaris eminet factis, quae conciliatrix diuinae gratiae sacris infertur altaribus, per quam offerimus et sumimus sacramenta caele-
10 stia, manus est quae operatur pariter atque dispensat diuina mysteria, cuius uocabulo non dedignatus est se dei filius de- clarare dicente Dauid: dextera domini fecit uirtutem, D dextera domini exaltauit me. manus est quae fecit omnia, sicut deus dixit omnipotens: nonne manus mea
15 fecit haec omnia? manus est totius corporis propugna- culum, capitis defensatrix. quae cum sit loco inferior,
70 totum uerticem comit et honesto uenustat ornatu. quis digne explicet pectoris cratem uentrisque mollitiam? aliter enim uiscera molliora non possent foueri et intestinorum
20 sinus duris haut dubie ossibus laederentur. quid tam salutare E quam ut pulmo cordi finitimo limite iungeretur, ut, cum ex- arserit cor ira et indignatione, pulmonis sanguine atque umore citius temperetur? ideoque et mollis pulmo est, quia madet semper, simul ut rigorem indignationis emolliat. haec

5 Psalm. XXXXIIII 2 12 Psalm. CXVII 16 14 Esai. 66, 8

1 toti $\mathfrak{A}'M'$ corporis *N'* 3 proceriobus *C* procerioribus (ribus *in ras. m2*) *P* proceri opus *G* (proceris opus *m2*) 4 hic $C\mathfrak{A}M'$ *usus *C* 6 oraculo Π 7 cibum ori ministrat ma *in ras. min. spatii et* nus est quae praeclaris *extra u. C*, cibum ... est quae *om.* $\mathfrak{A}'$ 8 enitet *N* 11 mysteria *N'S* misteria *cet.* 13 qui *C et* (quae *m2*) *G* 14 omnia *om. N* 16 inferior *N'B* inferiori *cet.* 17 comit *C* (i *in ras.*) 18 mollitiam *C* mollitiem *cet.* 19 moliora *C* possint $C\mathfrak{A}'M'$ *et* (*corr. m2*) $\mathfrak{A}$ 20 haut *B et m2 P*$\mathfrak{A}$ haud *m2 GM* aut *GP*$\mathfrak{A}M$ *m1 cet.* 23 ideoque et Π*MS* ideoque *N'* (que *eras.* $\mathfrak{A}$) ideo *B* mollis Π mollior *N* 24 haec ideo ... *p. 260, 17* remigio *desunt in S. excidit folium*

ideo strictim percurrimus, ut tamquam indocti obuia perstringere, non tamquam medici plenius scrutare uideamur et persequi quae naturae latibulis abscondita sunt.

71 Lien quoque cum iecore habet uiciniam fructuosam, qui F
dum adsumit quo ipse pascatur, abstergit quidquid sordium
deprehenderit, ut per fibras iecoris minutiores ciborum possint
tenues atque subtiles reliquiae transire, quae uertantur in
sanguinem uiribusque proficiant, non cum fimi sordibus
egerantur. intestinorum uero circumplexi orbes et sine aliquo
licet nodo sibi tamen inuicem nexi quid aliud nisi diuinam
prospicientiam creatoris ostendunt, ut non cito esca pertrans-
eat et statim ab stomacho decurrat? quod si fieret, iugis 141 A
famis et continua uorandi libido hominibus gigneretur. ex-
inanitis enim uisceribus et exhaustis, dum momentaria effusione
uacuarentur, necesse erat inexplebilem atque insatiabilem cibi
et potus *generari cupiditatem, quam sine dubio mors matura
sequeretur. ideoque prouide conficitur primum esca in utero
superiore, deinde in iecore quoquitur eiusque uapore digestus
transfunditur sucus eius in reliquas corporis partes eaque B
substantia artus aluntur humani, quam iuuenes accipiunt ad
incrementum, senes ad perseuerantiam, relicum autem uelut
superfluum per intestina deducitur et per illud ex transuerso
72 ostium deriuatur. denique etiam in Genesi arca Noe ad fabricam

1 obuiam *CPVN'B* perstringere *N'* prestringire *C* praestringere *cet.* 2 tamquam *VN et m2 GP* tam *C et m1 GP* scrutari *MSB et m2 GP* uideamus *CP* 4 uicinam *CV et (corr. m2) GP* uitinam *B* 5 absterget *𝔄'M* aspergit *CGP* sordidum Π (*corr. m2 P*) *B* 6 minutiores *m2 GP* munitioris *GP m1 CV* munitiores *cet.* 7 reliquae *CV et (corr. m2) GP𝔄'* 8 non Π et non *N, fort. recte* fimi Π (ł fimo *P m2*) et fimo *N* 9 aegerantur *CP* *gereạntur *G* (e *alt. exp. m2*) ueri *C, om. B* 10 necsi Π (nexi *GP m2*); *fort.* necsi *scripsit Ambrosius* 12 ab stomacho (stomaco *CP et m1 G*) Π*M* a stomacho (stomaco 𝔄 *m1*) *N'S* ad stomacū *B* 13 fames *N'B et m2 GPM* 14 exaustis *CPV et m1 GM* 15 uacuantur *N'M* cibi *C* (b *ex* p *m3*) 18 coquitur *GN* 21 persiuerantiam *C* relictum *C et* (q *s.* ç̣ *m2*) *P* reliquum *cet.* 23 archa *CV𝔄'*

humani corporis ordinatur, de qua dixit deus: fac tibi arcam ex lignis quadratis. et nidos facies in ea et bituminabis eam intus et foris bitumine. et sic facies arcam et: ostium uero facies ex transuerso, inferi- C
ora autem arcae bicamerata et tricamerata facies. hoc ergo significat dominus, quod ostium ex posteriore sit parte, per quod egerantur ciborum superflua. decore enim creator noster ductus reliquiarum a uultu hominis auertit, ne dum curuamur, inquinaremus aspectum. simul illud considera, quod ea quae pudoris plena sunt eo loco constituta sunt, ubi operta uestibus dedecere non possint.

73 Uenarum pulsus uel infirmitatis internuntius uel salutis D est. eaedem tamen cum toto diffusae corpore sint, neque nudae atque intectae sunt et ita leuibus operiuntur uisceribus, ut explorandi copia sit et celeritas sentiendi, quando nulla est uiscerum crassitudo, quae pulsum possit obducere. ossa quoque omnia tenui operta sunt uiscere et reuincta neruis, praecipue tamen capitis leui tecta sunt corio et, quo possint aliquod aduersus imbres et frigora habere munimen, capillis E

2 Gen. 6, 14 4 Gen. 6, 16 7 Xen. Comm. I 4, 6, cf. de Noe 8, 24

1 ordinatur Π (ordenatur *CP*) accipitur *N'M* ordinatur et accipitur *B* archam Π (h *exp. G*) 𝔄′ 2 et *pr.* Π, *om. N* facias *C et* (-es *m2*) *P* ea Π arcam *N'* (m *eras.* 𝔄) *B* archa *M* et bituminabis . . . arcam *om. B* 3 et *alt. om.* Π facias 𝔄*M'* 4 archa *C* archam *G* (h *exp.*, ã *ex* a *m2*) *P*𝔄′ in archa *V* (ar *s. u.*) et *CV et* (*exp. m2*) *G* et infra *P* (infra *s. u. m2*) *N*, *fort. recte* uero *om. N'M* inferior *CP* 5 archae *CPV et* (h *exp.*) *G*𝔄′, *om. B* 7 digerantur *V et m2 GP* digeratur *C et GP m1* 8 aduertit *CP* auertit *V* (auer *in ras.*) 9 curuamur *G m2* curuamus *C et m1 GP* curbamus *V* purgamus aluum *P m2 N* 10 loci *N'* (loco *m2* 𝔄) *MB* 11 testibus *CP et* (*corr. m2*) *G* 13 eadem *CVN'* eaedem *M* (e *alt. s. u.*) diffusa *N'* corpore (corpori *CV* corporis *GP*) sint (sunt *V*) Π*M* sint in corpore 𝔄*M'* sint corpore 𝔄′ in corpore *B* 15 etplorandi *C* et explorandi *GP*, *fort. recte* 16 possint *CPV et G* (n *in ras.*, *exp. m2*) abducere *CGP* adducere *V* 18 et quo *G m2 B* ex quo *CPV et G m1* quo *N'* unde *M* possint *C* (t *s. u.*) 19 aliqua *CPV et* (*corr. m2*) *G* aduersum *N'MB* frigura *C* (u *in ras.*)

densioribus uestiuntur. quid de genitalibus loquar, quae uenis
e regione ceruicis per renes lumbosque deductis suscipiunt
74 genitale seminium ad munus et gratiam procreandi? quid
de officio pedum, qui totum corpus sine ulla sustinent
oneris iniuria? flexibile genu, quo prae ceteris domini
mitigatur offensa, ira mulcetur, gratia prouocatur. hoc enim
patris summi erga filium donum est: ut in nomine domini F
omnes genu curuent caelestium et terrestrium et 142 A
infernorum et omnis lingua confiteatur quoniam
dominus Iesus in gloria dei patris est. duo enim sunt
quae prae ceteris deum mulcent, humilitas et fides. pes itaque
exprimit humilitatis affectum et sedulae seruitutis obsequium,
fides aequat filium patri atque utriusque eandem gloriam
confitetur. recte autem non plures, sed duo sunt homini
pedes; quaterni enim pedes feris ac beluis sunt, bini auibus,
et ideo unus quasi de uolatilibus est homo, qui alta uisu
petat et quodam remigio uolitet sublimium sagacitate sensuum. B
et ideo de eo dictum est: renouabitur sicut aquila
iuuentus tua, eo quod propior sit caelestibus et sublimior
aquilis, qui possit dicere: nostra autem conuersatio
in caelis est.

10, 75 Sed iam finis sermoni nostro sit, quoniam completus est C
dies sextus et mundani operis summa conclusa est, perfecto
uidelicet homine, in quo principatus est animantium uniuer-
sarum et summa quaedam uniuersitatis et omnis mundanae

7 Philipp. 2, 10 sq. 16 cf. (Basil.) de hom. struct. I 13 18 Psalm. CII 5 20 Philipp. 3, 26

1 loquar *in ras. C* 3 seminium *N'B* seminum *CPVM et* (semen *m2*) *G* gratiam Π*M* ad gratiam *N'B* 5 flexibilis *C et* (e *s.* i *tert.*) *M* flexibiles *G* (s *exp.*) *P* flexiles *V* genua *CPV et* (a *exp.*) *G* pro *CV* 8 omnes Π (s *exp. G*) omne *N* curuent *CPV et m1 G* curuet 𝔄'*M'* *et* 𝔄 *m1* curuetur 𝔄 *m2* curuentur *G m2* flectatur *B* 9 quia *P* 10 ihs xps *P* gloria est *B* est Π, *s. u. m2* 𝔄', *om. cet.* 11 pes *MB* spes 𝔄' spes *cet.* 12 affectu *CPV et* (-ū *m2*) *G* 13 eandem (n *s. u.*) gloria *C* 14 hominis pedes *G* pedes hominis *P* 17 sagacitate sensuum Π*B* cogitationum *N'MS* 18 aquila *CPVM et* (-lae *m2*) *G*𝔄' aquilae *cet.* 19 proprior *CV*𝔄'*M' et* (r *alt. eras.*) *GPS* 24 hominem *C* 25 summam *C*

gratia creaturae. certe deferamus silentium, quoniam requieuit deus ab omnibus mundi operibus. requieuit autem in recessu hominis, requieuit in eius mente atque proposito; fecerat enim D hominem rationis capacem, imitatorem sui, uirtutum aemulatorem, cupidum caelestium gratiarum. in his requiescit deus, qui ait: aut super quem requiescam nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea? 76 gratias ago domino deo nostro, qui huiusmodi opus fecit, in quo requiesceret. fecit caelum, non lego quod requieuerit, fecit terram, non lego quod requieuerit, fecit solem et lunam et stellas, nec ibi lego quod requieuerit, sed lego quod fecerit E hominem et tunc requieuerit habens cui peccata dimitteret. aut forte tunc iam futurae dominicae passionis praecessit mysterium, quo reuelatum est quia requiesceret Christus in homine, qui requiem sibi praedestinabat in corpore pro hominis redemptione secundum quod ipse dixit: ego dormiui et quieui et surrexi, quoniam dominus suscepit me. ipse enim requieuit qui fecit. cui est honor gloria perpetuitas a sae- F culis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum amen.

2 Gen. 2, 2 6 Esai. 66, 2 16 Psalm. III 6

1 quoniam requie *extra u.*, uit deus *in ras. minoris spatii C* 5 requieuit *P* 6 aut *exp. M, om. SB* super *pr.* Π*B* supra *cet.* super *alt.* Π*B* supra *cet.* 8 ago Π*N'SB* ergo *M* quia *V* huius (*om.* modi) *C* 10 *in uerbo* terram *desinit* 𝔄. *excidit folium ultimum, cetera in carta lintea suppleuit ex libro* 𝔄' *manus saeculi XVII* et lunam Π*M'SB* lunam 𝔄𝔄'*M* 11 sed . . . requieuerit *om.* 𝔄' 12 requieuit *M'* 13 misterium *CG et* (myst. *corr.*) 𝔄'*M* 14 quod reuelatum *C* 15 hominem Π (m *exp. G*) *M'* redemtione *C et* (*corr. m2*) *G* redemptionem *V* (m *alt. eras.*) *M* (m *alt. exp.*) 16 quieui *CV et m1 P* requieui *GN* 17 exsurrexi *N'* resurrexi *M* suscipiet *M* (-cipiet *in ras. m2*) *S* suscepiet 𝔄' 19 et nunc *om. C*, et *pr. om. GPV* EXP̄ DE RERV̄ PRINCIPIIS DIES VI. B *C* EXPLICIT DE RERUM PRINCIPIIS DIES SEXTUS AMEN *P* EXPLICIT. DE RERUM PRINCIPIIS *V* EXPLICIT S̄C̄I AMBROSII DE RERVM PRINCIPIIS DIERVM SEX D̄Ō GRACIAS AMEN 𝔄'*M'* FINIT AMBROSI ĒPĪ TRACTATUS DE EXAEMERON DE PRINCIPIO DIERUM SEX *M* EXP̄ EXAMERON S̄C̄I AMBROSII LIB̄ SEXT̄ *S* EXPLICIT LIBER QUI UOCATUR EXAMERON S̄C̄I AMBROSII MEDIOLANENSIS ĒPĪ *B. in G non est subscriptio*

DE PARADISO.

A = Audomaropolitanus 72 saec. VIIII f. 89^{u}
P = Parisiacus 1913 saec. VIIII f. 250^{r}
R = Remensis 355 saec. VIIII f. 32^{r}
V = Uaticanus bybliothecae Uaticanae antiquae 296 saec. X f. 83^{u}
M = Monacensis 3728 saec. X f. 178^{r}
S = Şenensis F v 8 saec. XI ineuntis f. 111^{u}
B = Bruxellensis 1782/4 saec. XI ineuntis f. 70^{r}
C = Cheltenhamensis 12267 saec. XI f. 273^{r}
C' = Cheltenhamensis 1678, nunc Berolinensis (Meermannianus) 19, olim Claromontanus 451, saec. XII f. 121^{r}
D = Duacensis 226 saec. XII f. 3^{r}
P' = Parisiacus 11624 saec. XI f. 40^{r}
P'' = Parisiacus 1719 saec. XI f. 142^{r}
V' = Uindobonensis 1010 saec. XI f. 92^{r}
μ = editio Mediolanensis a. 1477
α = editio Amerbachiana
II = libri $APVCC'D$
N = libri $RMSBP'V'$

Librorum A et P scripturas integras adscripsi, ex ceteris selectas. libros D et P' raro respexi.

Et plantauit deus paradisum in Edem secundum orientem et posuit 145 A
ibi hominem, quem finxit.

1, 1 De paradiso adoriendus sermo non mediocrem aestum nobis B
uidetur incutere quidnam sit paradisus et ubi sit qualisue
sit inuestigare et explicare cupientibus, maxime cum apo-
stolus siue in corpore siue extra corpus nesciat, raptum se
tamen dicat usque ad tertium caelum. et rursus scio inquit
eiusmodi hominem, siue in corpore siue extra
corpus nescio, deus scit, quoniam raptus est in
paradisum et audiuit uerba ineffabilia, quae non
licet homini loqui. pro huiusmodi gloriabor, pro
me autem non gloriabor nisi in infirmitatibus C
meis. si enim uoluero gloriari, non ero stultus;
nam ueritatem dico. ergo si huiusmodi paradisus est,
ut eum solus Paulus aut uix aliquis Pauli similis, cum in
uita degeret, uidere potuerit, idem tamen, siue in corpore
siue extra corpus uiderit, meminisse non possit, audierit tamen
uerba, quibus prohibitus sit uulgare quod audierat, quo

1 Gen. 2, 8 5 II Cor. 12, 2 7 II Cor. 12, 3—6

INCIP DE PARADISO (*s. u. add. m2* et adam et eua) *A* INCIPIT DE PARADYSO *P* INCIPIT (DOMNI AMBROSII *add. R*, DNI AMBROSII *V'*, EIUSDEM *MP'P''S*) DE PARADISO *RMCP''V' et add.* LIB I. *P'S* DE PARADISO LIB AMBROSII EPI FELICITER INCIPIT *V* LIBER EIUSDEM DE PARADISO *B* AMBROSI' DE PARADISO *C'* INCIPIT LIB SCI AMBROSII DE PARADYSO. ADAM ET EUA *D* 1 Et plantauit ... finxit *om. VD* aedem *M* (*corr.* aeden) *P'* ęden *A* (ę *ex* e *m2*) *S* aeden *R* eden *cet.* paradysum *AP'* (*semper fere fluctuant libri*) et posuit ... finxit *om. C* quem finxit *om. PC'* finc ... *A* (*tres litterae euanidae*) finxit *M* finxit *cet.* 3 nobis aestum *M* 5 sit *om. CC'V'* explanare *N* 6 et raptum *A* (et *extra u. m2*) *D* 8 huiusmodi *N* 12 in *om. PV'*

tandem modo nos paradisi situm poterimus absoluere, quem nec uidere potuimus et, si potuissemus uidere, tamen prohiberemur aliis intimare? simul cum Paulus extollere se 146 A
reuelationum sublimitate sit ueritus, quanto magis nobis studendum est id <non> sollicitius indicare, cuius etiam reuelatio
obnoxia sit periculo! non uilem igitur hunc paradisum aestimare debemus, et ideo relinquamus Pauli esse secretum.
2 tamen quoniam legimus in Genesi a deo paradisum esse plantatum secundum orientem et ibi esse positum hominem, quem plasmauit deus, istius paradisi auctorem iam possumus
inuenire. quis est enim qui potuit fingere paradisum nisi B
omnipotens deus, qui dixit et facta sunt, numquam indigens eorum quae generari uellet? ipse ergo plantauit paradisum, de quo dicit sapientia: omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. bona angelorum plantatio, bona sanctorum; sancti enim sub ficu et uite dicuntur in illo pacis futuri tempore, in quibus typus est angelorum.

3 Ergo paradisus est plurima ligna habens, sed ligna fructifera, ligna plena suci atque uirtutis, de quibus dictum est: C
exultabunt omnia ligna siluarum, ligna semper florentia uiriditate meritorum, sicut illud lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, cuius folium non defluet, quia totus in eo fructus exuberat. hic ergo paradisus est.
4 locus autem eius, in quo est plantatus, uoluptas dicitur.

12 Psalm. XXXII 9 14 Matth. 15, 13 16 Mich. 4, 4 16 Mich. 4, 3, cf. Marc. 12, 25 Philo Legg. alleg. I 14 (I 52, 26 *M*.; I 72, 14 *C*.) 21 Psalm. XCV 12 22 Psalm. I 3 25 Philo Legg. alleg. I 14 (52, 25; I 72, 14 *C*.) de post. Cain. 10 (232, 11) Quaest. in Gen. I 7

1 nos modo *P'* 2 si *s. u. m2 A* 4 timendum *Costerius* 5 non *addidi* 6 non ilen (*B in mg.* ał uilĕ) *N* (*deinde spatium 5 litt. S*) 10 possimus *P* (v *s.* i) 12 numquid *SBP'* 13 uelit *RMV'* 14 *uerba* sapientia ... *usque ad p. 268, 26* neque *desunt in S; excidit folium* 15 meus cęlestis *P''* 16 uitae *AMV'* 17 futurae *NC'* 20 dictum] scriptum *BP'*, *om. R* 22 florenta *RV'* uiriditatem *AP* 23 defluit *MBP'* 25 plantatus est *B* dicitur uoluptas *BP'*

unde et sanctus Dauid ait: ex torrente uoluptatis tuae potabis eos. legisti enim quia fons procedit ex Edem, qui rigat paradisum. haec igitur ligna, quae plan- 147 A
tata sunt in paradiso, quasi profluuio quodam torrentis spiritus inrigantur. de quo etiam alibi ait: fluminis impetus laetificat ciuitatem dei. est autem ciuitas illa quae sursum est Hierusalem libera, in qua diuersa sanctorum merita pullularunt. in hoc ergo paradiso hominem deus posuit, quem plasmauit. intellege iam quia non eum hominem qui secundum imaginem dei est posuit, sed eum qui secundum corpus; incorporalis enim in loco non est. posuit autem eum in para- B
diso sicut solem in caelo expectantem regnum caelorum, quemadmodum creatura expectat reuelationem filiorum dei.
6 ergo si paradisus est in quo erant exorta uirgulta, uidetur paradisus anima esse, quae multiplicat semen acceptum, in qua uirtus unaquaeque plantatur, in qua erat etiam lignum uitae, hoc est sapientia, sicut dixit Solomon quia sapientia non de terra exorta est, sed de patre; est enim splendor C
lucis aeternae et manatio omnipotentis gloriae.
2, 7 Erat autem lignum scientiae boni et mali in paradiso. sic enim habes, quia produxit deus lignum speciosum D
ad aspectum et bonum ad escam et lignum uitae

1 Psalm. XXXV 9 2 Gen. 2, 10 5 Psalm. XXXV 5 6 Galat. 4, 26 8 Philo Quaest. I 8 Legg. alleg. I 12 et 16 (49, 32; 53, 45; I 68, 27; 74, 12 *C.*) 10 Philo Quaest. I 8 12 Philo Legg. alleg. I 14 (52, 31; I 72, 17 *C.*) 13 Rom. 8, 19 15 Philo de mundi opif. 54 (37, 23 *M.*; I 53, 25 *C.*), Legg. alleg. I 15 (54, 23; I 75, 6 *C.*) 16 Philo Quaest. I 6 et 11 Legg. alleg. I 18 (54, 44; I 75, 22 *C.*) 17 Sap. 7, 21—26 21 Gen. 2, 9

2 illos *V'* edem *P'* aedem *P* aeden *M* (n *ex* m) eadem *A* eaden *V'* eden *D* (*in ras*) *cet.* 3 hęc *P m2 C'* hec *P'* hoc *P m1 cet.* igitur *AD* igitur sanctorum *cet.* ligna *A m2 BD* flumina *C'* (*del. m2 et s. scr.* ligna) lumina *A m1 R* (*s.* ligna) *cet.* 4 profluo *BP'* 5 spiritu *MP'* 9 iam *APV* etiam *M* (et *s. u.*) *cet.* 14 exhorta *P* 17 solomon *M* salemon *V'* (*in quo* salemon dixit) salomon *cet.* quia] qui *A* (e *s.* i *m2*) 19 emanatio *ed. Paris. a. 1661* 22 ad *pr. om. A et* (*in quo* aspectu) *D* et *pr. om. MBP'* ad aescam bonum *M*

in paradiso et lignum scientiae boni et mali. postea uidebimus utrum et hoc lignum speciosum ad aspectum et bonum ad escam fuerit sicut cetera. eo enim loco hoc oportunius disputabitur, quo hominem ex hoc gustantem inuenimus esse deceptum. interim nihil habemus, quod nunc reprehendere debeamus, etsi rationem scire non possumus. neque enim in hac creatura mundi, si qua nobis difficilia intellectu uidentur et inconprehensibilia ingenio nostro, temerario quodam debemus condemnare iudicio, ut creaturam serpentium uenenatique alicuius animantis, quippe homines qua ratione singula quaeque sint facta intellegere adhuc et scire non possumus. sic ergo et in scripturis diuinis non facile reprehendamus aliquid quod intellegere non possumus; sunt enim plurima quae non nostro ingenio metienda sunt, sed ex altitudine diuinae dispositionis et uerbi sunt aestimanda. 8 pone enim, sine praeiudicio tamen adsertionis futurae, ideo tibi hoc lignum de scientia boni et mali displicere, quia posteaquam gustauerunt ex eo homines, intellexerunt esse se nudos: attamen ad consummationem diuinae operationis dicam tibi et hoc lignum in paradiso exortum et ideo a deo esse permissum, ut possimus supereminentiam boni scire. quomodo enim, si non esset scientia boni et mali, inter bonum et malum discretionem aliquam disceremus? nam neque quod malum erat malum iudicaremus esse, nisi esset scientia boni — scientia autem boni esse non posset, nisi esset et bonum — neque rursus quod bonum erat scirемus bonum esse, nisi

18 Gen. 3, 7

1 et *pr. om. M* 2 uidebimus *V* (bi *s. u.*) uideamus (a *s. u.*) *PD* uidemus *AP'* et *s. u. M* 3 et *om. M* enim *A* (e *s. u.*) loci *M* 4 gustantem *APVM* gustantem ligno *B* (ligno *in mg.*) *cet.* 6 possimus *P* (v *s.* i *m2*) *C'* 7 creatura est *P* (est *exp.*) *C* (est *eras.*) 9 condempnare *APBP'C'V'* *et* (p *s. u. m2*) *C* 11 intellegere (re *s. u.*) *A* 13 *inde a* reprehendamus *usque ad (c. 7 s. 35)* insufflatio, fructus *omnia interciderunt in AD. desunt in A folia decem* 14 mentienda *P* 18 se esse *BC'P''* 25 bonum] malum *M* mali *P'* scientia mali *B* 26 rursum *SB*

esset scientia mali. cape exemplum de ipsa condicione humani corporis. nempe habet et amaritudinem quandam fellis, quae si in commune prospicias, ad salutem hominis utilis inuenitur. B ergo et quod malum putamus plerumque non per omnia malum est, sed in commune utile. nam sicut fel in parte est corporis et tamen ad totius utilitatem corporis prodest, ita utilitati omnium profuturam sciens deus scientiam boni et mali in parte constituit, ut in commune prodesset. 9 denique serpentem in paradiso inuenis utique non sine dei uoluntate generatum. in serpentis autem figura diabolus est; fuisse enim diabolum in paradiso etiam Ezechiel propheta C docet, qui dicit super principem Tyri: in uoluptate inquit paradisi factus es; principem Tyri autem in figura accipimus diaboli. numquid et hinc accusabimus deum, quia thensauros eius altitudinis et scientiae absconditos in Christo et occultos conprehendere non possumus, nisi quos ipse reuelare dignatus est? reuelauit tamen, ut sciamus etiam diaboli malitiam ad salutem prodesse hominibus, non quod diabolus prodesse uelit, sed quod malitiam eius etiam repugnantis D conuertit nobis dominus ad salutem. denique huius malitia Iob sancti uiri fecit esse uirtutem et patientiam clariorem. huius malitia iustitiam eius exercuit, ut certaret et uinceret et uictoriam corona sequeretur; nemo enim nisi qui legitime certauerit coronatur. Ioseph quoque castimonia numquam ad

12 Ezech. 28, 13 23 II Tim. 2, 5 24 Gen. 39, 7 sqq.

3 communem *PVC* 7 utilitatem *RV'* utilitati* *S* 8 constituit** *P* (i *alt. s. u. m2*, us *eras.*) constitutus *V* ut *s. u. m2 V* *post* cõmune *add.* sicut uoluit ipse ds̄ *B* 11 iezechiel *P'C'* et hiezechiel *M* 12 principe *BC et* (-ē *m2*) *P'* uoluntate *PC et* (p *s.* n) *M* 13 est *MCP''* autem tyri *M*, autem *om. SBP'* 14 ergo numquid *N* accusauimus *PV* dn̄m *BP'* dnm dn̄ nrm *M* 15 thesauros *libri* et (*ex* sed) *P* sed *VC*, et *om. MP'* 17 reuelabit *M* etiam *om. BP'*, *in mg. S* 18 quod (d *s. u. m2*) *RP'* quo *SV'* 19 repugnantis (i *ex* e) *PRV* repugnantes *V'* repugnantē *P''* 20 nobis *P* (bi *m2 in ras.*) 21 patientiam] sapientiam *RV'* 22 exhercuit *R* et] ut *SP'* 24 coronabitur *C*

nostri memoriam peruenisset, nisi mulier domini eius contubernalis ignitis diaboli spiculis incitata temptasset eius affectum, nisi postremo affectasset eius interitum, quo clarior esset castimonia uiri, qui mortem pro castitate contempserit. uis scire consilium dei? nempe diabolo auctore neces uidentur iustis hominibus praeparari, exerceri quoque parricidia filiorum. attamen dominus Abraham etiam hac arte temptauit, ut immolari sibi filium ab eodem postularet. qua temptatione Abraham fidelis est domino conprobatus, quod a deuotionis obsequio nec dilecti filii miseratione reuocatus est. ita ergo et lignum scientiae boni et mali in paradiso, quod erat speciosum ad uisum et bonum ad escam specie uidebatur; non enim usu bonum ad escam erat, quoniam esca eius uidetur hominibus obfuisse. ergo est quod singulis noceat, in commune prosit, ut Iudae nocuit diabolus, sed praeter illum omnes apostolos coronauit, qui malitiae eius temptamenta uicerunt.

Itaque neque dubitandum neque reprehendendum quod in paradiso diabolus erat, quandoquidem occludere sanctis non potuit iter, ne quis ascenderet; neque enim iustis habitationem incolatus tamquam possessor eripuit. esto enim ut aliquos desides atque uitiosos ab incolatu supernae possessionis auerterit: illud multo augustius multoque pulchrius, quod sanctorum orationibus excludetur, cum completum fuerit illud: uidebam Satanan sicut fulgur de caelo cadentem. ergo non metuamus eum, qui eo usque infirmus est, ut et ipse casurus in terram sit. accepit quidem temptandi licentiam, sed non accepit copiam subruendi, nisi sua

6 Gen. 22, 1 sq. 15 Luc. 22, 3 24 Luc. 10, 18

3 affectasset *m2 ex* affectos (*uel* affectus) sed *P* 5 necesse *R* (se *eras.*) 7 etiam abraham hac *N* abraham hac etiam *C* parte *S* 10 est *om. M*, sit reuocatus *SBP'* 12 uisum (i *s. u.*) *PM* usum *VC'V'* usu] uisu *RM* uisum *SBP'* 13 uideretur *SB* 19 iustis *P* (v *s.* i *alt., sed eras.*) 22 auerterit *P* (-et *corr.*) angustius *C et* (u *s.* n *m2*) *M*, (u *m2 ex* n) *S* 23 excluditur *N* 24 satan *R* satanam *MS* 25 est *s. u. m2 M* 26 in terram casurus sit *P'C'* casurus sit in terram *B* 27 subuertendi *RMV'* nisi qui sua *M*

sponte labatur infirmus affectus, qui sibi auxilium non norit accersire. et ideo qua fraude temptauerit primum hominem quidue in homine putauerit esse temptandum, quo ordine,
11 qua arte cognoscere opus est, ut cauere possimus. plerique C
5 tamen, qui uolunt in paradiso diabolum non fuisse, licet in caelo adstantem cum angelis legerimus, ne in isto sermone uideantur offendi, secundum suam accipiant uoluntatem interpretationem istius lectionis. namque ante nos fuit qui per uoluptatem et sensum praeuaricationem ab homine
10 memorauerit esse commissam, in specie serpentis figuram accipiens delectationis, in figura mulieris sensum animi mentisque constituens, quam αἴσθησιν uocant Graeci, decepto autem sensu praeuaricatricem secundum historiam mentem adseruit, D quam Graeci νοῦν uocant. recte igitur in Graeco νοῦς uiri
15 figuram accepit, αἴσθησις mulieris. unde et quidam Adam νοῦν terrenum interpretati sunt. dominus autem uirgines illas in euangelio accensis facibus uel extinctis expectantes sponsi aduentum pro sensibus uel integris sapientium uel corruptis insipientium posuit. nam si Eua, hoc est sensus primae
20 mulieris accensas habuisset faces, numquam praeuaricationis

6 Zach. 3, 1 8 Philo de opif. mundi 59 (40, 2; I 57, 12 *C*) 15 Philo Legg. alleg. I 29 (62, 2; I 85, 2 *C*.) 16 Matth. 25, 1 sqq.

1 labetur *M* infirmus labatur *B* effectus *M* 2 accersire (-ere *m2*) *P* arcessere *RVM* cessere *V'* 3 hominem *SB et* (in *om*.) *V'* 6 in *om*. *M* cum angelis astantem *BP'* in isto *PVCC'P''* nostro *RMV'* nostro isto *SBP'* 8 huius *B* lectionis *M* (ec *ex* ocu) locutionis (*s*. leccionis) *C'* namque ante nos fuit (que a. n. fuit *in ras*.) *P* 9 uoluptatem *Costerius* uoluntatem *libri* 10 memorauerit esse commissam (erit . . . mis *in ras*.) *P* 12 AICΘЄCIN *M* ЄCΘЄIN *S* (Є *pr. in ras*.) aesthesin *P* esthesin *V* aestesin *RP'* ethesin *B* estesin *cet.* deceptã *C* deceptum *SBP' et* (ũ *ex* o) *C'* 13 sensum *SBP'C'* ịn sensu *M* 14 NOYN *PV* noyn *RV'* no . . *M* (*duae litt. euanidae*) no*in *C* (n *eras*.) noym *P'C'* noum *cet.* NOϒC *PV* NOyC *M* noẏf *RCC'P'V'* NOUC *S* NOVf *B* 15 accipit *PVC'* AICΘЄCIC *M* ЄCΘЄCIC *S* (Є *pr. in ras*.) aesthesis *P* esthesis *V* ethesis *B* ęstesis *P'* estesis *CC'* et ęstesis (estesis *V'*) *RV'* NOYN *PVMC* noyn *RC'V'* NOUM *S* noẏm *P'* noum *B* 17 exstinctis (extinctis *P'*) (ex *s. u. m2*) *SP'* 20 fac*es *P* (i *eras*.)

suae nos criniculis inplicasset neque ex illa uirtutis inmor- E
talitate cecidisset.

3, 12 Est ergo paradisus terra quaedam fertilis, hoc est anima fecunda, in Edem plantata, hoc est in uoluptate quadam uel exercitata terra, in qua animae sit delectatio. est etiam νοῦς 5 F tamquam Adam, est et sensus tamquam Eua. ac ne haberes quod ad infirmum retorqueres naturae uel ad obnoxiam in tolerandis periculis condicionem, considera quae habeat anima ista sub-
13 sidia. erat fons qui inrigaret paradisum. qui fons nisi dominus Iesus Christus, fons uitae aeternae sicut pater? quia scriptum 10 est: quoniam apud te fons uitae, denique: flumina 150 A de uentre eius fluent aquae uiuae. et fons legitur et fluuius legitur, qui inrigat paradisi lignum fructuosum, quod ferat fructum in uitam aeternam. hic ergo fons, sicut legisti — fons enim procedit inquit ex Edem, id est: in anima tua 15 fons est, unde et Solomon ait: bibe aquam de tuis uasis et de puteorum tuorum fontibus — hic est fons, qui procedit ex illa exercitata et plena uoluptatis anima, hic fons, qui inrigat paradisum, hoc est uirtutes animae eminentissimo merito B
14 pullulantes. et diuiditur inquit fons in quattuor initia. 20 nomen est uni Phison; hic est qui circuit omnem

4 Philo Legg. alleg. I 14 (52, 25; I 72, 14 *C*) 9 Gen. 2, 10
11 Psalm. XXXV 10 Ioh. 7, 38, cf. Esai. 58, 11 (44, 3) 15 Gen. 2, 10
16 Prouerb. 5, 15 20 Gen. 2, 10—14

1 inplicasset *P* (n *ex* m) *V'* implicasset *cet.* inmortalitatem *R* (m *alt. eras.*) 4 aedem *PMP'* aeden *RV* e*den *S* eden *cet.* 5 animae *ex* anima *P* NOΥS *PVC'* NOyC *M* noyſ *RCP'V'* NOUS *S* nous *B* 7 uelut (*om.* ad) *PVCC'* uel ad *cet.*; *fort.* uel obnoxiam *scribendum; nam* uel *et* uelut *saepe confunduntur* 9 nisi *om. RV'* 10 sicut et *N* 11 te est *BC' et* est (*s. u. m2*) *P'* fons est *V* flumina *om. B, in mg. m2 S,* denique flumina *om. P'* 14 ferat *P* (t *s. u.*) 15 inquit *om. MP'* inquit procedit *B* edem *S* aedem *PVMP'* aeden *R* eden *cet.* 16 salomon *libri* 17 de *om. R,* a *MV'* hic est fons *om. RV'* 18 uoluntatis *M* (p *s.* n) *S* hic est *P'* 19 uirtutis *P* (-es *corr.*) *V* uirtus *R* 20 pullulantes *VM* pullulantis *S* (ti *in ras.*) *cet.* hic fons *N* 21 phison *Uindob. 779* fison (fyson *C'*) *cet. semper*

terram Euilat, ubi est aurum. terrae autem illius aurum bonum est, ubi est carbunculus et lapis prasinus. et nomen secundo Geon; hic est qui circuit omnem Aethiopiam. et flumen tertium Tigris; hic est qui uadit contra Assyrios. et flumen quartum est Euphrates. haec igitur quattuor sunt flumina, hoc est Phison — secundum Hebraeos Phison dicitur, Ganges autem secundum Graecos —, qui fluit contra Indiam. Geon autem C Nilus, qui circuit terram Aegypti uel Aethiopiam. Mesopotamia autem dicitur, quod Tigris et Euphrates incluserint eam, eo quod inter duo haec flumina constituta sit, quod etiam longe positis nomen ipsum et opinio communis expressit. sed quemadmodum fons dicitur sapientia dei? fons enim est secundum euangelium dicens: si quis sitit, ueniat ad me et bibat, fons est et secundum prophetam, qui ait: uenite et edite de meis panibus et bibite uinum, quod miscui D uobis. sicut ergo fons uitae est sapientia, fons gratiae spiritalis, ita fons uirtutum est ceterarum, quae nos ad aeternae cursum dirigunt uitae. ex hac igitur anima, quae culta est, non ex ea quae inculta fons iste procedit, ut inriget paradisum, hoc est quaedam diuersarum frutecta uirtutum, quarum sunt quattuor initia, in quae sapientia ista diuiditur. quae sunt quattuor initia uirtutum nisi unum prudentiae, aliud temperantiae, tertium fortitudinis, quartum iustitiae? quae E etiam sapientes istius mundi ex nostris adsumpta in suorum scripta librorum transtulerunt. itaque sicut fons sapientia est,

14 Ioh. 7, 37 15 Prouerb. 9, 5 22 Philo Legg. alleg. I 19 (56, 9; I 77, 12 *C.*) Quaest. I 12

1 terrae *P* (r *alt. s. u.*) 2 ibi (*om.* est) *M* carbonculus *R* (v *s.* o) 3 secundo *R* (o *ex* um) secundi *SP'P''V'* scti *B* gion *RP''* gyon *C'* 4 ethyopiam *R* aethyopiam *P'* 5 assirios *PVC* 6 eufrates *libri semper* 9 ethyopiam *R* (o *s. u.*) 10 quo *PC'* 13 dei *om. RV'* 14 dicens *om. R* 21 quae iam *P* frugum tecta *R* (um *exp. m2*) frugum techa *V'* fructuum tecta *M* 22 quae *pr.*] qua *PRCC'* 24 fortitudinis] uirtutis *RV'* 26 transtulere *N* sapientia est *scripsi*, sapientia *Cohn* sapientiae *libri*

ita etiam flumina ista quattuor quaedam ex illo fonte manantia sunt fluenta uirtutum.

15 Phison igitur prudentia est et ideo habet bonum aurum, splendidum carbunculum et prasinum lapidem. aurum enim pro inuentis prudentibus frequenter accipimus, unde et dominus per prophetam ait: dedi illis aurum et argentum et F Dauid de prudentibus dicit: si dormiatis inter medios cleros, pinnae columbae deargentatae et posteriora eius in specie auri, eo quod ueteri et nouo qui inhaeserit testamento in ipsa secreta sapientiae dei disputationis possit ubertate procedere. hoc ergo bonum aurum dicere ‹licet›, non monetale, quod corruptibile ac terrenum est. habet etiam splendidum, inquit, carbunculum, in quo quidam animae 151 A nostrae uiuit igniculus. habet et prasinum lapidem, qui uiride quiddam atque uitale coloris sui specie ostentare uideatur. uirent enim arbusta quae uiuunt, arescunt contra quaecumque moriuntur; uiret terra, dum floret, uirent et semina, dum prorumpunt. et bene primo loco hic fluuius positus est Phison, qui secundum Hebraeos Pheoyson dicitur, hoc est 'oris mutatio', quoniam non unam gentem circumfluit, sed etiam per Lydiam fluit. non enim angusta quaedam, sed diues utilitatum pru- B

3 Philo Legg. alleg. I 19 (56, 35; I 78, 9 *C.*) Quaest. I 12 4 Philo Legg. alleg. I 25 (59, 17; I 81, 14 *C.*) 6 Oseae 2, 8 7 Psalm. LXVII 14 19 Philo Legg. alleg. I 24 (58, 33; I 80, 19 *C.*)

1 *uerba* quattuor ... *usque ad* nuncupatur *(p. 276, 15) desunt in S; intercidit folium* 2 fluenta] flumina *P* 4 et splendidum *N* 5 accepimus *VC' et (corr.) PM* 6 illi *tacite Maurini* 8 pinnae *M* pennae *cet.* posteriora dorsi eius *BP'* 9 qui inhaeserit] quiesceret *R* qui haeserit *V'* 11 dicere ‹licet› *scripsi* diceret *PRVCC'* dicere et *V'* dicit et *B* decorum et *M* decorum *P'* 12 non *s. u. R, om. cet.* quod non corruptibile *MP'* ac terrenum *PVCC'* atque terrenum *RP'V'* et terrenum *B* sed quod aeternum *M* non est *B* 14 igniculis (v *s.* i *tert.*) *PV* prassinum *P* 15 species *R* (s *alt. eras.*) speciem (m *eras.*) *P'* uideatur *R* (a *s. u.*) 18 primo hic loco *P'* phison *om. M* 19 feoyson *PCC'* feoson *V* fison *cet.* motio *M* 20 quoniam *PV* qui *cet.* non *om. P* liziam *R* ligiam *V'*, Indiam *ed. Rom., recte puto*

dentia est, quae pluribus prosit. ideo prima, ut si quis de paradiso fuerit egressus, uelut quoddam eum prudentiae flumen excipiat, ne cito possit arescere, sed per hanc ad paradisum facile reuertatur. hic fluuius multis hominibus frequentatur pulchritudinemque et fertilitatem maximam habere perhibetur. et ideo prudentia in specie huius accipitur, quae plurimos fructus adtulit in domini salutaris aduentu. atque in C extrema terrarum fluit, quia per sapientiam omnes homines sunt redempti. unde et dictum est: in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum. 16 secundus est fluuius Geon, iuxta quem lex lata est Istrahelitis, cum essent in Aegypto constituti, ut ex Aegypto recederent et succincti lumbos ederent agnum, quod insigne est temperantiae; castos enim et sanctificatos oportet domini pascha celebrare. et ideo iuxta istum fluuium legitima primo D obseruantia constituta est, quia significat nomen hoc quendam terrae hiatum. sicut igitur terram et quaecumque uel purgamenta uel sordes in ea sunt hiatus absorbet, ita castitas omnes corporis passiones abolere consueuit meritoque ibi primum obseruantiae constitutio, quia per legem absorbetur carnale peccatum. bene ergo Geon, in quo figura est castitatis, circumire terram Aethiopiam dicitur, ut abluat

9 Psalm. XVIII 5 12 Exod. 12, 11 16 Philo Quaest. I 12

1 primum *RV'* de] e *M* 3 excipiet *RV'* ne cito *BP'* nec cito *RV'* nece (*om.* cito) *M* nec ita *cet.* hunc *RV'* 4 a multis *BP'C'* 7 saluatoris *M* 9 et *om. RC'V'* 11 est *pr. om. RP'V'* gion *R* lex lata est *PVMCC' et P'* (*in quo s.* lata *scriptum est* hoc ẽ data) lex data est *V* data est lex *B* data est terra *R* data est *V'* ishraheliticis *B et Monac. 2549* israhelitis *cet.* (h *s. u. C'*) 14 domini *om. B* 15 pasca *BCV'* pascha *C'* (h *s. u.*) 16 est constituta *V* hoc nomen *MBP'* 17 terram] terra *PVV'* 18 frondes *C* (*s. u. m2* ał sordes) *cet.* eo *PV* obsorbet *R* 19 omnis *BP''* passiones corporis *P'* (/ *eras.*) 20 constitutio est *R* absorbeatur *V* (a *alt. eras.*) obseruatur *R* carnale absorbetur *B* 21 bene *P* (ne *s. u. m2*) gion *R* in *om. RV'* qui *V'* figurata (ta *s. u.*) est castitas *R* 22 circuire *RMBCC' et* (u *ex* ũ) *P''* aethiopicam *P''* (c *eras.*) aethyopiam *P'* ethyopiae *R* ethiopiae *V'*

corpus abiectum et carnis uilissimae restinguat incendium; E
Aethiopia enim abiecta et uilis Latina interpretatione signatur.
quid autem abiectius nostro corpore, quid tam Aethiopiae
simile, quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorum?
17 tertius est fluuius Tigris, qui uadit contra Assyrios, ad
quem praeuaricator Istrahel captiuus est ductus. hic fluuius
dicitur uelocior esse omnibus, quem incolunt Assyrii, hoc
est dirigentes; hoc enim significat interpretatio. ergo qui-
cumque fortitudine animi praeuaricantia corporis uitia captiua- F
uerit dirigens ad superna, iste huius fluminis similis aestimatur.
et ideo etiam fortitudo de illo qui est in paradiso fonte emanat.
fortitudo autem quodam cursu rapido obstantia quaeque trans-
uerberat nec aliquibus cursus eius impedimentorum haeret ob-
18 staculis. quartus est fluuius Euphrates, qui latine fecunditas
atque abundantia fructuum nuncupatur praeferens quoddam
insigne iustitiae, quae omnem pascit animam. nulla enim abun-
dantiores uidetur fructus habere uirtus quam aequitas atque 152 A
iustitia, quae magis aliis quam sibi prodest et utilitates suas
neglegit communia emolumenta praeponens. plerique Euphratem
ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι dictum putant, hoc est a laetando, eo quod

2 Philo Legg. alleg. I 21 (57, 17; I 79, 4 *C.*) 7 Philo Legg. alleg. I 21 (57, 25; I 79, 9 *C.*) 9 Philo Quaest. I 12 14 Philo Legg. alleg. I 23 (58, 15; I 80, 6 *C.*) Quaest. I 12 20 Philo Legg. alleg. I 23 (58, 17; I 80, 7 *C.*)

1 uilissimę *R* (ę *ex* i) restringuat *C et* (r *alt. s. u. m2*) *C'* incendia *M* (n *alt. s. u.*) 2 aethyopia *RP'* Latina *om. RV'* 3 aethyopiae *RP'* 5 fluuius est *C* 6 israhel *PP'C* isrł *cet.* captus *P* 7 ducitur *P* (i *s.* u *pr. m2*) uelocior dicitur *B* 9 uitalia (uitia *corr. R*) *om.* praeuaricantia corporis *RV'* captiuauerint *PV* 10 aestimantur *V* (n *eras.*) 11 dī fonte *C* demanat *RV'* dimanat *M* dei manat *BP'* 12 obstantia *om. R, ex* obseruantia *P'* 15 fructuum *om. RV'* 18 et *RSBP'* ut *V', om. cet.* 19 eufratem *S* (m *eras.*) eufratē *C'* eufrate *PV* eufraten *C* (n *m2*) *cet.* 20 ΑΠΟΤΟΥΕΥΦΡΕΝΕCΘΑΙ *BC' et* (-ΝΕΘΑΙ, Ε *s. u.*) *C* ΑΠΟΤΟΥΕΥΦΡΕΝΕCΤΑΙ *P'* ΑΙΟΥΤΟΥΕΥΦΡΕΝΕCΕΑΙ *P* ΛΙΟΥΙΟΥΕΥΦΡΕΝΕCΘΑΙ *V* ΟΥΓΟCΕΥΦΡΑΙΝΕΤΕΑΙ *M* amatossefoenistae *R* amatossefenistę *V', in S uersus unus uacuus relictus est* est ad *P* (d *eras.*) *et* (*in quibus* laetandum) *RMV', fort.* ab laetando *scribendum*

hominum genus nullo magis quam iustitia et aequitate laetetur. causam autem cur ceteri qua commeant fluuii describantur, regiones locorum qua Euphrates commeat non describantur, illam accipimus, quia aqua eius uitalis adseritur B et quae foueat atque augeat. unde Auxen eum Hebraeorum et Assyriorum prudentes dixerunt, contra autem fertur esse aqua aliorum fluminum, deinde quia ubi prudentia ibi et malitia, ubi fortitudo ibi iracundia, ubi temperantia ibi intemperantia plerumque est et alia uitia, ubi autem iustitia ibi concordia uirtutum est ceterarum. ideo non ex locis qua fluit, hoc est non ex parte cognoscitur; non enim pars est iustitia, sed quasi mater est omnium. in his ergo fluminibus C quattuor uirtutes principales quattuor exprimuntur, quae ueluti mundi istius incluserunt tempora.

19 Primum igitur tempus ex mundi principio usque ad diluuium prudentiae fuit, quo in tempore iusti numerantur Abel a domino <sic> dictus et Enos, hoc est homo ad imaginem dei factus, qui sperauit inuocare nomen domini dei, et Enoch, qui dicitur latine 'dei gratia', raptus ad caelum, et Noe, qui et ipse iustus et quaedam requietis directio. D

5 Philo Quaest. I 13 15 Philo de Abrah. 9 et 11 (II 8, 16 et 9, 11) 16 Matth. 23, 35 17 Gen. 4, 26 Philo de praem. et poen. 2 (410, 31) 19 Gen. 5, 24 Philo de post. Cain. 11 et 12 (232, 40 et 233, 33) 20 Gen. 6, 9 Philo Legg. alleg. III 24 (102, 22; I 129, 22 *C.*)

1 omnium *V* laetatur *BP'* 2 quã *B* (*corr.* qua) *V'* quas *M* describuntur *RSBCC'* 3 quae *R* (qua *corr.*) *VSV'* quam *M* describaṇtur *R* describatur *MSC* 4 accepimus *V, fort. recte* 5 inde *SB* eum] eo *RV'* 8 ibi *pr.*] ibi et *RP'* ibi *alt.*] ibi et *P'* 9 est *RMSBCC'V' et m2 V, om. P'*, esse *P et m1 V* et *scripsi* aut *RSBP'CC'V'* ut *M, om. PV* sunt uitia *SBP'CC'* 11 pars est *R* (est *ex* et) *M* (*ex* per sese) *SBP'V'* per sese *PV* pars est per sese *CC'* 12 est *om. P'* 17 dn̄o *RV'* dō *cet.* sic *addidi*, iustus *α* dictus μα dicens *libri; sed fortasse lacuna adfectus est hic locus. certe Ambrosius scribere potuit* qui eum sic nominauit dicens: Ἄβελ τοῦ δικαίου henos *RV' et* (h *s. u.*) *P'* 18 inuocare *om. P* 19 enoc *VM* enoch *C* (h *s. u. m2*) 20 requiei *P'* (*ex* requietis) requietis ei *R* requies *V'* requies bonis *M*

20 secundum tempus est Abraham et Isaac et Iacob reliquorumque numerus patriarcharum, in quibus casta et pura quaedam temperantia religionis effulsit. inmaculatus enim Isaac per repromissionem Abrahae datus filius, non tam corporalis partus quam diuinae munus praeferens indulgentiae, in quo uere inmaculati figura praecessit, ut apostolus docet dicens quia Abrahae dictae sunt repromissiones et semini eius. non dicit: et seminibus tamquam in multis, sed sicut in uno: et semini tuo, qui est
21 Christus. tertium tempus est in Moysi lege et ceteris prophetis. deficiet enim me tempus enarrando de Gedeon Barac Sampso, [Salomone] Dauid et Samuel et ceteris prophetis, Anania Azaria Misael Daniel Helia Helisaeo, qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, perfecerunt repromissiones, obstruxerunt ora leonum, extinxerunt uirtutem ignis, effugerunt acies gladii, eualuerunt de infirmitate, fortes fuerunt in bello, castra ceperunt exterorum. non inmerito igitur in his species fortitudinis est. secti enim sunt, sicut infra habes, temptati, in mactatione gladii mortui. circumierunt

7 Galat. 3, 16 11 Hebr. 11, 32—34 20 Hebr. 11, 37 sq.

1 est *CC'*, *om. V'*, et *R* (*s. u. m2*) *cet.* 4 isac *M* repromissionem *V* (pro *s. u. m2*) datus est (est *s. u.*) *M* tam *s. u. M*, tam** *R* corporis *B* 5 paștus *P* (r *s.* ș *m2*) praeferens munus *B* 7 promissiones *CC'* 8 et *om. PV*, ex *B* 9 qui] id *B* 10 moysen *RV'* moyse *M* lege *om. RMV'* in ceteris *RBV'* 11 enim *om. RV'* enarrandi *SBP'CC'* enarrando quando *RV'* 12 barach *RMBP'* bara *V* arac *C*, *om. C'''* sampso *PVM* sampson *V'* (p *s. u.*) samson *RSB* sanson *CC'P'* salomone *P'''* (a *ex* o) *cet.*, *seclusi* et *pr. om. B* samuel *PVBCC'* samuhel *cet.* 13 misahel *MSP'* et misahel *RV'* danihel *RMSP'V'* et daniel *B* 14 elia *PVC* et heliseo *RBC'V'* eliseo *PVC* 15 perceperunt *SBP'* 16 obstruxerunt *P* (r *pr. s. u. m2*, s *s.* x *m2*) 17 effugarunt *R* (a *ex* e *m2*) *BP'* conualuerunt *RP'''* ƀualuerunt *M* ualuerunt *V'* 18 infirmitate sua *MP'* 19 coeperunt *RMP'* cęperunt *B* uerterunt *S* (*in mg. m1* ceperunt) *P'''* 21 circuierunt *MBC*

in caprinis pellibus, egentes, angustati et doloribus adflicti, quorum meritis non erat dignus orbis, in solitudinibus errantes, in montibus et in speluncis et in foueis terrae. recte igitur in his speciem fortitudinis conlocamus.

22 Secundum euangelium autem digna est figura iustitiae, quia uirtus est in salutem omni credenti. denique ipse 153 A dominus ait: sine nos implere omnem iustitiam, quae quidem parens ceterarum est fecunda uirtutum, quamuis in quo aliqua harum quas diximus principalis est uirtus, in eo etiam ceterae praesto sint, quia ipsae sibi sunt conexae concretaeque uirtutes. nam utique Abel iustus et fortissimus ac patientissimus Abraham et prudentissimi prophetae et Moyses eruditus in omni sapientia Aegyptiorum maiorem honestatem aestimauit Aegypti thensauris obprobrium Christi. et quis sapien- B tior quam Danihel? Solomon quoque sapientiam poposcit et meruit. dictum est ergo de quattuor uirtutum fluminibus, quorum potus est utilis. et quia Phison aurum bonum terrae et carbunculum et lapidem prasinum habere dictus est, hoc quoque
23 quale sit consideremus. uidetur enim nobis tamquam aurum bonum Enos, qui prudenter dei nomen scire desiderauit. Enoch autem, qui translatus est et mortem non uidit, carbunculus C quidam est lapis boni odoris, quem operibus suis sanctus Enoch deo detulit gratiam quandam factis et moribus spirans. Noe uero tamquam prasinus lapis uitalem colorem praetulit, si-

7 Rom. 1, 16 8 Matth. 3, 15 16 Reg. III 3, 8 sqq. 20 cf. Philo Legg. alleg. I 25 et 26 (59 et 60; I 82 *C.*) 21 Gen. 4, 26; 5, 24

1 angustiati *C et* (i *pr. s. u. m2*) *MP'* 8 *post* sine *add.* modo sic enim decet *B* (*in quo* enim nunc, n *tert. s. u.*) *SP' et C* (*qui om.* nos) *C'* (*in quo* nos decet) omnem *om. RV'* 9 quamuis *R* (m *ex* s *m2*) *M* quasuis *V'* quadamuis *P* (uis *in ras.*) *V*, *om. C'*, quadam ui *cet.* 11 sint *PV* sunt *cet.* 12 namque *B* utique et *RSV' et* (etiam *m1 s.* utique) *P'* utique etiam *M* 13 profetae *PV* 15 thesauris *libri* 16 daniel *C* salomon *libri* 20 qualis *M* (e *s.* is) *R* 21 enoch *C* (h *s. u. m2*) enoc *M* 23 quidem *R* odoris q; moribus *R* 24 cum deo *SBP'*

quidem diluuii tempore solus uelut ad futurae constitutionis uitale semen in illa arca est reseruatus. ergo bene paradisus, qui pluribus fluminibus inrigatur, secundum orientem, non contra orientem, hoc est secundum illum orientem, cui nomen est oriens, id est secundum Christum, qui iubar quoddam aeternae lucis effudit, et est in Edem, hoc est in uoluptate. D

4, 24 Et adprehendit deus hominem. quem fecit, et posuit eum in paradiso operari et custodire. uides quoniam qui erat adprehenditur; erat autem in terra plasmationis suae. adprehendit ergo eum uirtus dei inspirans processus et incrementa uirtutis. denique in paradiso eum conlocauit, ut scias adprehensum quasi adflatum diuina esse uirtute. quo loci illud aduerte quia extra paradisum uir factus est et mulier intra paradisum, ut aduertas quod non loci, non generis• nobilitate, sed uirtute unusquisque gratiam sibi conparat. denique extra paradisum factus, hoc est in inferiore loco uir melior inuenitur et illa quae in meliore loco hoc est in paradiso facta est inferior repperitur; mulier enim prior decepta est et uirum ipsa decepit. unde apostolus Petrus subiectas fortiori uaso mulieres sanctas uiris suis uelut dominis oboedire memorauit. et Paulus ait quia Adam non est seductus, mulier autem seducta in praeuaricatione fuit. deinde contuendum quia nemo debet sibi facile praesumere. nam ecce illa quae in adiumentum facta est uiro praesidio uirili indiget, quia uir caput est mulieris, ille autem E

5 Matth. 24, 27 7 Gen. 2, 15 19 I Petr. 3, 1 et 7 21 I Tim. 2, 14 24 Gen. 2, 18 25 I Cor. 11, 3

1 adfuturae *RSBP'* acfuturae *P* afuturae *V* (i *s.* a *pr.*) *MV'* affuturae *CC'* 2 uitalis *PSCC'* *et* (le *m2 s.* lis) *R* 3 orientem est *B* 4 *post* orientem *in mg. m1 add.* plantatus est *M* 6 aedem *MS et* (aeden *corr.*) *PP'* aeden *R* (*in ras.*) *V* eden *cet.* 10 inspirans *PVCC'* spirans *cet.* 12 adflatu *R* diuinę seruitutis *R* diuine seruituti *V'* 13 loci (o *s.* i) *P* loco *SBC'P'* 16 inferiori *MP''* inferiore *in ras. P'* 17 in *om. B* meliori *SBP'P''V'* 18 facta est *om. RV'* 20 uasi *R* (i *ex* o, *s.* o *m2*) *P'* (i *ex* o *m2*) uase (se *in ras. m. rec.*) *C'* sca‥s *P* (ta *eras.*) scatas *V* (ta *del.*) 24 facta . . . adiumentum *om. B* 25 uirili] uiri *SP'*

qui adiumentum uxoris habiturum se esse credebat lapsus est per uxorem. unde nemo debet facile alteri se credere 154 A
nisi cuius uirtutem probarit nec adrogare sibi qui se pro auxilio putarit adscitum, sed magis si inuenerit fortiorem,
5 cui se putabat esse praesidio, ab ipso gratiam mutuetur, sicut et uiros mulieribus honorem inpertire apostolus praecipit Petrus dicens: uiri similiter cohabitantes secundum scientiam tamquam infirmiori uaso muliebri inpertientes honorem tamquam coheredi gratiae
25 10 uitae, uti ne inpediantur orationes uestrae. ergo B
positus est in paradiso uir, facta est in paradiso mulier. sed etiam tunc priusquam a serpente mulier deciperetur, habuit uiri gratiam, quoniam de uiro sumpta est, licet hoc sacramentum magnum sit, sicut apostolus dixit, et ideo
15 causam uitae ex eo traxit. ideoque de uiro tantum scriptura dixit quia posuit eum in paradiso operari et custodire. non idem est operari et custodire; in opere enim quidam uirtutis processus est, in custodia quaedam consummatio operis C
deprehenditur, eo quod quasi consummata custodiat. haec
20 duo ab homine requiruntur, ut et operibus noua quaerat et parta custodiat, quod est generale. Philon autem, quoniam spiritalia Iudaico non capiebat affectu, intra moralia se tenuit, ut diceret haec duo quaeri, opera in agro, custodiam domus.

7 I Petr. 3, 7 14 Ephes. 5, 32 21 Philo Quaest. I 14; cf. Legg. alleg. I 28 (61, 30; I 84, 16 *C*.)

1 qui *om. V, in mg. m2 P* quia *V' et* (a *eras.*) *RP'* 3 probarit (i *ex* e) *RV'* probauerit *SBP'* 4 putarit *R* (ri *in ras.*) putauerit *SBP'* si] etsi *P'* et se *B* 5 cui se] si ubi se *R* (u *in ras.*) *V'* gratia *RV'* mutue*tur *P* (e *eras.*) mutuetur (u *alt. s. u.*) *M* 6 inpertiri (i *tert. m2 ex* e) *P* praecepit *RP''V'* petrus praecepit *B* petrus praecipit *C'* 8 uaso (*m2* uasi) *PP'* uasi *R* (i *ex* o, *s.* o *m2*) *V'* (i *in ras.*) muliebri *B* mulieri *cet.* 9 gratique *R* (*m2* gratięque) *V'* 10 uti *P* ut *S* 12 serpentem (m *eras.*) *R* 13 uiri] uir *RV'* 14 hoc *om. RV'* 15 ideo (*om.* que) *P'* 16 operari *in mg. m2 R* 17 non ... custodire *om. P'* 21 parta *R* (a *alt. ex* o) partu *V'* pacta *S* peracta *BP'* fison *B* fylon *C'* filon *P* (l *in ras.*) *cet.* 22 infrà *PVCC'* mortalia (*s.* ł moralia) *P'* 23 domo *M*. in domo *B*

et quamuis paradisus operibus, inquit, ruralibus non egeret, tamen quia primus homo lex posteritatis futurus erat, ideo legitimi etiam in paradiso speciem suscepit laboris, ut nos D ad operationem et custodiam debiti officii et hereditariae successionis munus adstringeret. haec duo ergo a te exiguntur siue moraliter siue spiritaliter. quod etiam psalmus te propheticus docet, quia scriptum est: nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborauerunt qui aedificant eam; nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilauerunt qui custodiunt eam. uides illos laborare qui in operis sunt aedificationisque processu, istos uero uigilare qui iam custodiam perfecti operis recepe- E runt. unde et dominus apostolis quasi iam perfectioribus uigilate inquit et orate, ne intretis in temptationem, docens perfectae naturae munus et plenae uirtutis gratiam esse seruandam nec quemquam etiam perfectiorem nisi uigilauerit sui debere esse securum.

5,26 Et praecepit dominus deus Adae dicens: ex F omni ligno quod est in paradiso ad escam edes, de ligno autem quod est scientiae boni et mali non edetis. qua die autem manducaueritis ex eo morte moriemini. qua ratione, ubi praecepit ex omni ligno edendum, singulariter dixerit: edes, ubi autem de ligno scientiae boni et mali, pluraliter non edetis dixerit, non

7 Psalm. CXXVI 1 14 Matth. 26, 41 18 Gen. 2, 16 sq. 22 Philo Legg. alleg. I 32 (64, 13; I 87, 22 *C.*); Quaest. I 15

1 inquit *om. RV'* 2 erat] fuerat *RV'* 3 nos *om. RV'* 4 debito *R* 6 specialiter *P* (*corr. m1 et iterum m2*) te psalmus *M* propheticus *om. BC'* profeticus *PM* 7 aedificauerit sibi *P'* 8 *post* uanum *ras. 10 litt. in V* laborant *MV'* qui aedificant eam *in mg. S* 10 uigilauerunt *R* (uigil *in ras.*) *V'* laborauerunt *PVBC* uigilant *M et* (*m2 ex* uigilauerunt) *SP'*. *uerba* nisi dominus custodierit ... custodiunt eam *om. C'* custodierunt *B* 11 operis *PV* operibus *cet.* 12 perfecti *om. PV, s. u. m1 M* 13 quasi iam (*ex* quia iam) *P'* quibusdam *RV'* 15 perrectae *PV* 16 peruigilauerit (per *s. u.*) *B* 21 autem die *M*, autem *om. B* 22 praecipit *BC* 24 non *add. Uindob. 779, om. cet., cf. p. 283, u. 19,* οὐ φάγεσθε *Philo*

otiosa quaestio. uerum si diligenter intendas, scripturarum auctoritate absolui potest. quod enim bonum hoc et faciendum, quod autem bonum et faciendum consonans et adhaerens, quod uero turpe hoc dissonans, inconpositum atque 155 A discretum est. et ideo dominus unitatem semper intendens secundum unitatem praecepit. denique unitatem operatur qui fecit utraque unum, nec solum utraque, sed etiam omnes unum fecit; omnes enim unum corpus et unum spiritum esse nos iussit. per omnia autem primogenitus, cum sit in unitate cum patre, coniunctissimus patri semper est, quia uerbum erat apud deum. denique ait: ego et pater unum sumus, ut unitatem sibi maiestatis et diuinitatis cum patre B esse monstraret. sed et nos unum esse praecepit et suae naturae unitatisque similitudinem in nos gratiae adoptione transfudit dicens: pater, sicut ego et tu unum sumus, ita et isti in nobis unum sint. ergo ubi bonum praecipit, tamquam ad unum praecipit dicens: edes; unitas enim praeuaricari non potest. ubi uero de ligno scientiae boni et mali dicit non esse gustandum, quasi ad plures dicit: non edetis; quod enim prohibitorium est tamquam pluribus im- C peratur. ego tamen aliud puto et quid futurum sit in ipso iam dei sermone repperio. de omni ligno gustandum Adae soli praecepit, quem seruaturum sciebat, de ligno autem scientiae boni et mali non esse gustandum iam non singulariter, sed pluraliter dicit; sciebat enim praeuaricaturam mulierem et ideo per pluralitatem ostendit non seruaturos, quia plurium
27 discreta sententia est. et quantum ad septuaginta uirorum

7 Ephes. 2, 14 8 Ephes. 4, 4 9 Coloss. 1, 15 10 Ioh. 1, 1 11 Ioh. 10, 30 15 Ioh. 17, 22

1 scripturam *C* 2 auctoritatem *RBP'V'*, *om. C* hoc *om. C* 3 quod ... faciendum *om. C* 5 indiscretum *P'* (in *s. u. m2*) 7 nec solum] sed salomon *RV'* utraque unum *RV'* 14 gratiae suae *C'* adoptionem *SP'* 16 praecipit *PC'* praecepit *cet.* 17 praecipit *C'* *et* (i *pr. ex* e) *VP''* praecepit *cet.* edes *P'P''* non edes (non *eras.*) *SC'*, *P* (edes *in ras.*) *cet.* 20 prohibiturum *R* prohibiturũs *V'* prohibitorium *M* (i *tert. s. u., corr.* prohibiturum) 26 pluriũm] pluralium *RSP'V'* 27 ad *P* (d *s. u.*) a *V*

sententiam spectat, solutum est quod mouebat. sed quia D
Symmachus utrumque singulariter dixit, intellegimus id
secutum, quia in lege quoque cum populum adloquitur deus,
singulariter loquitur, sicut habes: audi, Istrahel, dominus
deus tuus dominus unus est et diliges dominum
deum tuum. nec mihi praeiudicat Symmachi interpretatio,
qui unitatem patris et fili uidere non potuit, etsi aliquotiens
in sermone et Acylas et ipse confessi sint. nec quisquam de
eo quod praeuaricaturum populum diuina mandata singulariter E
adloquitur putet superiori nostro obuium esse sermoni quia
populus Iudaeorum etiam singulariter data praescripta uiolauit.
lex enim spiritalis est, et ideo alterum in sermone, alterum
in praedestinatione diuino populum deus adloquebatur oraculo.
denique ait: non quoques ouem in lacte matris suae.
28 Facilis abhinc praeceptorum caelestium series uideretur,
nisi quaestionem plurimi commouerent, quibus responderi F
oportet a nobis, ne simplices mentes malitiosa interpretatione
transducant. plerique enim, quorum auctor Apelles, sicut
habes in tricesimo et octauo tomo eius, has quaestiones
proponunt: quomodo lignum uitae plus operari uidetur ad
uitam quam insufflatio dei? deinde: si hominem non perfectum fecit deus, unusquisque autem per industriam propriam perfectionem sibi uirtutis adsciscit, nonne uidetur plus sibi

4 Deut. 6, 4 5 Deut. 6, 5 14 Exod. 34, 26

2 dicit *SBP'* 4 loquitur] adloquitur *SBP'* israhel *PRP'* isrł *cet.* 5 dominus *PRVCV'*, *om. M*, deus *cet.* 7 filii *R* (i *tert. post add.*) *cet.* 8 et *pr. s. u. P'* et Acylas *om. V'* Acylas *scripsi* esaias *R* aquila *S* (*post* a *pr. ras.*) *cet.*, *cf. de Isaac 7, 58 et 63* sint *P* sunt (i *s.* u) *C'* est *M* (*in quo* confessus) sunt *cet.* 10 putet et *M* (ęt *eras.*) *P'* obuium *PVMC'* obuiandum *cet.* sermonem *MS* sermone *C' et* (-ni *corr. m2*) *CP'* 11 perscripta *R* 12 spiritalis] scripta *RV'* 14 cques (c *ex* q) *V'* coques *RMBV'* agnum *RV'* 15 facilius *PVC'* uideretur *M* (re *s. u.*) uidetur *RV'* 16 quaestiones *M* 17 simplicis mentis *R et* (-is *bis ex* es) *V'* 18 transducat *R* apelles *MSBCP''* appellis *R* apellis *V'* appelles *cet.* 19 tricensimo *M* tricentesimo *S* et in *R* omnes *ante* has *add. B* quaestiones (-es *ex* -is *m2*) *R*

homo adquirere quam ei deus contulit? tertium obiciunt:
et si homo non gustauerat mortem, utique quam non gusta- 156 A
uerat scire non poterat. ergo si non gustauerat, nesciebat:
si nesciebat, timere non poterat. frustra igitur deus mortem
29 5 pro terrore obiecit, quam homines non timebant. discamus
igitur quia ubi lignum uitae ibi etiam lignum scientiae
boni et mali produxerit deus. habes enim quia produxit
lignum uitae <ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου>, hoc est in medio
paradiso. ait . . . . . enim intellegitur quod in
10 medio produxerit. ergo in medio paradiso et uita erat et B
causa mortis. intellege quia non homo fecit uitam, sed uel
operando uel custodiendo mandata dei potuit inuenire. erat
autem uita, sicut apostolus dixit, abscondita cum
Christo in deo. homo ergo siue in umbra uitae erat
15 propter figuram, quia umbra est haec quae nunc nostra est
uita in terra, siue in quodam pignore uitae erat, quia habebat
insufflationem dei, habebat ergo pignus inmortalitatis, sed in
umbra uitae positus absconditam uitam cum Christo in deo C
uulgari quodam tactu et aspectu uidere et capere non poterat

13 Coloss. 3, 3

2 et *om. N* 3 nec sciebat *M* 4 *post* poterat *add. M* mortem utique quã ñ gustauerat 5 non *om. PV* 6 quia *SBP'V'* quod *M*, *om. cet.* ubi] ibi *MSBP'* ibi *scripsi* ubi *libri* 8 ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου *add. Erasmus* 8 paradiso *P* (i *s.* o), paradisi *C'*, *quod fort. praeferendum. post* paradiso *haec leguntur in libris*: ait* ΓeNUCAPOIe-NUS enim *P* (*prima littera Graeca incerta, sed maxime similis Graeco* Γ; C *m2 mutauit in* G *ac simul inseruit illud* ı *post* o) ait TЄNNΥCA-POeHVS enim *P''* (*prima littera Gracca utrum* Γ *an* T *sit ambigas*) ait JeNUCAPOeNUS enim *V* (*prima littera post* ait *incerta*) ait. IeNU-CAPOCNUS apud nos enim *C* apoenos enim *R* (ud *m2 s.* oe) *P'* (*in quo post* intellegitur *add.* inamoenos) *V'* .oenas (o *s.* a) enim ịṇạṃọẹṇọṣ *M* apud nos enim *SB* apoenos enim inamoenos μ ait ἐν μέσόυρόενός Apud nos enim *α. uerba post* paradiso *usque ad* produxerit *om. C'. fort. in scriptura lacunosa latet tale quid* ait ἐγέννησε <καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ> πονηροῦ; his enim; *ceterum confer praefationem* 11 causã *P* 13 sicut et *MSBP'C* 15 figuram *V* figuram ḟiġuṛạṃ *RV'* figuram futuram *cet.* 19 *ante* tactu *add.* aspectu *PVV'* tactu et *om. RM* capereque (*om.* et) *B*

etsi nondum peccator, non tamen incorruptae inuiolabilisque naturae, utpote qui postea peccato lapsus est, nequaquam autem adhuc peccator. denique in umbra uitae erat; qui autem peccatores sunt in umbra mortis sunt. peccatorum enim populus, sicut Esaias docet, sedebat in umbra mortis, cui lux orta per dei gratiam, non per suae uirtutis est meritum. ergo inter insufflationem dei et escam ligni uitae nulla discretio, nec hominem quis potest dicere plus sibi posse adquirere quam diuina ei largitate conlatum est. utinam acceptum tenere possemus! labor etenim noster eo proficit, ut quae tributa sunt resumamus. tertium illud quod propositum est, quia qui mortem non gustauerat mortem timere non poterat, facile ex communis naturae usu absolutionem habet. est enim natura insitum omnibus animantibus, ut etiam quae nondum sibi nocere experta sunt quasi noxia reformident. unde enim columbae in ipso ortu sui uisu terror accipitris? unde lupi ouibus formidabiles, pullis milui? quod si in his quae inrationabilia sunt animantia quidam de aduerso genere animantium naturalis est terror, ut etiam inrationabilia sensum fugiendae mortis accipiant, quanto magis in primo homine rationis utique plenissimo naturalis quaedam opinio mortis debuit esse uitandae!

6, 30 Rursus faciunt alias quaestiones hoc modo: non semper malum est non oboedire praecepto. si enim bonum est prae-

5 Esai. 9, 2 23 desumpta sunt haec ex Apelle, cf. Harnack Texte und Unt. VI 3, 116

2 ut puta *SP'* 3 qui] quod *B* 4 peccator enim *V* peccatores enim (*om.* populus) *B* 5 enim] autem *PVCC'* docet] dixit *RV'* sedebat *PC'* sedebant *cet.*, *recte puto* 6 est *s. u. M* 7 sufflationem *RBV'* 8 quis ... diuina *om. R* 10 possimus *RVMP'V'* enim *RBV'* 13 facilis est c. n. usus *M* communi *R et* (i *ut uidetur ex* i) *V'* 16 ortu *BCP'*, ortus *cet.* uisu *R* (u *alt. ex* o) *MSP''* uisa *P'* (a *ex* o) uiso *cet.* terrorem *RV'* accipitris est *C* accipitre *S* (*m2* -ter) *BP'C'* accipiunt *RV'* 18 quedam (e *ex* i *m2*) *R* 19 etiam si inr. sunt animantia *B* 24 malum] bonum (*om. deinde* non) *B* praecepto] praecepta *PV*

ceptum, honestà est oboeditio; quodsi inprobum praeceptum, non oboedire utile. ergo non semper malum est non oboedire praecepto, sed bono praecepto non oboedire inprobum est. bonum autem est operatorium cognitionis boni et mali li- 157 A
gnum, quandoquidem et deus bonum et malum nouit. denique ait: ecce Adam factus est tamquam unus nostrum. si igitur bonum est scientiam habere boni et mali, bona autem est quam etiam deus habet, uidetur qui interdicit eam hominibus non recte interdicere, idque proponunt. sed si intellegant quid sit cognoscere, quam uim habeat hoc uerbum, si sic intellegant quemadmodum oportet: cognouit enim dominus qui sunt ipsius — cognouit utique eos qui unum B
ex pluribus facti sunt, in quibus inhabitat et in quibus ambulat —, cognoscere utique non in sola et perfunctiora scientia sit, sed in eorum operatione quae oporteat fieri. oportuit autem hominem oboedire mandato, non oboediendo autem praeuaricatus est. igitur qui non oboediuit errauit, quia praeuaricatio peccatum est. uerum etiamsi extenuari uelint uim cognitionis, ut perfunctoriam scientiam boni et mali interdic- C
tam putent, in eo quoque praeuaricationis est culpa non oboeditum esse mandato, quia etiam tumultuariam scientiam boni et mali dominus deus putauit inhibendam.

31 Alia quaestio: qui non cognoscit bonum et malum nihil a paruulo distat, paruuli autem apud iudicem iustum nulla

6 Gen. 3, 22 11 Num. 16, 5 II Tim. 2, 19 13 II Cor. 6, 16 Leuit. 26, 11 sq. 23 ex Apelle, cf. Harnack l. c.

1 oboedicio *S* (cio *in ras. m2*) oboedientia *RBV'* 3 sed bono praecepto *om. R* 4 est autem *B* 5 et deus et *M* bonum et malum deus (*om. pr.* et) *B* 7 boni et mali habere *B* bona] bonum *RV'* 8 uidetur (tur *in ras.*) *P* quąę *P* (i *s.* ąę) que *V* 9 proponunt *S* (unt *in ras.*) proponere *BC'* 12 ipsius] sui *M* eius *C* 13 perambulat *SBP'CC'* 14 in *om. RV'* 15 sit *PC'* fit *V*, *om. RV'*, est *M* (*s. u.*) *cet.*, *fort.* sit *delendum utpote ex* sed *ortum* operationē *PV* non oporteat *B* 16 autem] enim *Monac. 2549* 17 est *s. u. M* 19 cogiţationis (ni *s.* iţą) *C'* 20 in eo] ideo *R* 21 quia (a *s. u.*) *PS* qui *VC'* 23 cognouit *V* (sc *m2 s.* u) 24 paruolo *V'* paruoli *V'* (o *ex* u) nullā culpā *M* nulla est *SBCC'*

culpa. iustus autem operator mundi numquam paruulum uocasset in culpam, propter quod non cognouerat bonum et malum, quia paruulus sine ullo est crimine praeuaricationis et culpae. uerum cum in superioribus dixerimus duplicem esse intellectum scientiae boni et mali, si perfunctoriam scientiam accipimus, utique falsum est quod nihil distet a paruulo qui non cognouit bonum et malum, si autem falsum est quod nihil distet a paruulo, ergo non paruulus Adam. si non paruulus, adscribitur utique ei quasi non paruulo peccatum. si peccatum adscribitur, sequitur poena peccatum, quia dignus inuenitur poena qui peccatum uitare non potuit. potest etiam fieri ut etiam qui scientiam non habet boni et mali paruulus non sit, quoniam priusquam sciuit puer bonum et malum, non credidit malitiae. et iterum habes: quia priusquam sciat puer uocare patrem et matrem, accipiet. uirtutem Damasci et spolia Samariae. perfectus ergo qui operatur bonum, etiamsi boni et mali scientiam non adeptus sit, ut multi priusquam sciant legem ipsi sibi lex sunt. <quid?> quod apostolus priusquam disceret: non concupisces, malum esse concupiscentiam nesciebat? denique ipse ait: peccatum non cognoui nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. ad quam partem etiam puer potest esse perfectus iure naturae, priusquam sciat concupiscentiam crimen esse uel concupiscentiae crimen admittat. ergo secundum perfunctoriam scientiam uoluit deus hominem scire quod

13 Esai. 7, 16 14 Esai. 8, 4 18 Rom. 2, 14 20 Exod. 20, 17 Rom. 7, 7 21 Rom. 7, 7

1 culpa est *V* (est *postea add.*) *P'* pronocasset *C'* 3 paruulos *M* 7 qui non ... a paruulo *om. PV* 8 quod] quia *B* Adam. si non paruulus *om. PV* 10 si peccatum *om. RV'* 11 peccatum *usque ad* personam (*p. 289, 21*) *om. RV'* 12 mali et boni *C* 13 quoniam qui *P* (qui *exp.*) *V* (*in mg. m1* al. qm̃ priusquã sciuit puer) *C* sciat *M* 14 credit *M* habes *om. B* 15 puer *s. u. V* et] aut *M* et matrem *om. SP''* 19 sunt lex *P'C'* quid *addidi* 20 non sciebat *C* 26 nouit *SBP'* noluit μ quod] quia *B*

malum est, ne quasi inperfectus uitare non posset. non oboediendo autem mandato incurrimus in culpam; ergo culpam fatemur. rursus autem si altam et profundam scientiam dici- 158 A
mus boni et mali, quae quidem profunda scientia perfectum facit, ... non statim autem paruulus, qui ad altam et profundam scientiam peruenire non potuit, recte sicut non paruulus condemnatur.

32 Iterum quaestiones serunt. qui nescit, inquit, bonum et malum, ne et ipsum quidem nouit malum esse non seruare mandatum nec ipsum bonum nouit quod est oboedire mandato. et ideo quia non nouerat, uenia, inquit, dignus fuit qui B
non oboediuit, non condemnatione. quae quidem quaestio de his absolutionem habet quae ante memorauimus. considerare enim potuit homo ex iis quae deus ante ei contulerat, quod insufflationem dei accepit, quod erat in paradiso uoluptatis locatus, summam auctori oboedientiam deferendam. et ideo si uim nesciebat boni et mali, tamen quia tantorum auctor dixerat de ligno scientiae boni et mali non esse gustandum, fidem praeceptori seruare debuerat; non enim ab eo peritia, C
sed fides exigebatur. intellegebat utique deum omnibus praeminere; <ergo> personam iubentis spectare debuerat. etsi non intellegebat uim qualitatemque iussorum, sciebat tamen praeceptori deferendam esse reuerentiam. habebat in natura hanc opinionem, etsi non habebat iudicium boni et mali. denique et mulier serpenti dicit: ex omni ligno paradisi

8 ex Apelle, cf. Harnack l. c. 25 Gen. 3, 2 sq.

1 possit *MSBP'* 2 in *om. P'* 5 *lacunam significare malui quam interpolationem statuere ita, ut* autem *in suspicionem uocaretur* altum (*corr. m2*) *PV* 6 recte ergo *MSBCP'* 7 condemnatur *MS* condempnatur *C* (p *s. u.*) *cet.* 9 et] id *SBP'* 10 nec hoc ipsum *SBP'* 14 his *libri* deus ante ei *PVC* ei deus ante *B* (ante *s. u.*) deus ei ante *cet.* 15 uoluptatis *om. B* 17 s[i] etsi *B et* (*s.* quamuis) *M* 18 et mali *om. B* 20 intellegebat *om. B, ante* exigebatur *transponit M* 21 ergo (g) *addidi,* ideoque *Costerius post* iubentis *add.* iussa *in mg. m2 R.* sectare *R* (-ri *m2*) *V'* 23 natură *PVCC'* 25 dixit *C'*

manducabimus, de fructu autem ligni quod est in medio paradiso dixit deus: non manducabitis ex D eo. ita ergo sciebat oboediendum esse mandato ut diceret: ex omni fructu manducabimus, quod dominus imperauerat, de ligno autem quod est in medio paradiso imperatum a deo dicit non esse gustandum, ne morte morerentur. ergo quae sciuit deferendum esse mandato sciuit utique malum esse praeuaricari et ideo iuste praeuaricata damnatur.

33 Accipe aliud: si adsumptio de ligno scientiae boni et mali ita operatoria erat, ut et bonum et malum agnosceretur, quod E uidetur scriptura ostendere, dum dicit quia ubi manducauerunt ambo, aperti sunt oculi eorum et cognouerunt quod nudi essent, hoc est aperti sunt oculi cordis et cognouerunt turpe esse nudos se degere, sine dubio ubi gustauit mulier de ligno scientiae boni et mali, peccauit et se peccasse cognouit. quae igitur se peccasse cognouerat uel uirum ad peccati communionem inuitare non debuit. inliciendo autem uirum et dando ei quod ipsa gustauerat non F uitauit, sed iterauit peccatum. nam utique si uere rationem spectes, eum quem diligebat non trahere ad consortium poenae, sed magis ab eo quod cognouerat ipsa esse peccatum uel inscientem reuocare debuerat, quamuis uideatur haec mulier sciens quod post culpam in paradiso esse non posset

11 Gen. 3, 6 sq.

1 manducabitis *R* manducabimus . . . deus non *om. V'* comedemus de ligno autem scientię boni et mali quod *P''* 2 paradysi *RP''C' et* (i *ex* o) *P'* dn̄s *B et* (n *eras.*) *S* 3 sciat *R* (*corr. m2*) *V'* 4 manducabitis *RV'* 5 medio *om. PV* paradysi *R et* (i *ex* o) *P'* 6 forte *RV'* morirentur *P* (*corr. m1*) *V* q̄ *s. u. m2 P, om. cet.* qui *add. Costerius*, quia *tacite Maurini* 7 sciuit *alt. ex* sicut *P* 8 dampnantur *RV'* 10 et *pr. om. MCC'* cognosceretur *M* 11 diuideręt*ur P* uide**tur *V* 14 cordis] eorum *V* 15 boni et mali *om. P* 17 dubitauit *R* dubitat (*s. m2* debuerat) *C* 18 ipse *R* (*corr. m2*) *V'* 19 nam] non *PVC'* si uerae *R* (e *alt. s. u.*) si uerā *M* (ā *s. u.*) siue *P'* 20 tradere *RV'* ad consortiū *R* (ū *ex* o) a consortio *V'* 23 culpă *R* (ă *ex* a *m2*)

metuisse ne sola de paradiso eiceretur. denique absconderunt se ambo post culpam. excludendam igitur se esse cognoscens
34 consortio uiri quem diligebat noluit defraudari. iterum accipe: non cognitio mali malum est, sed cum actus inplet malitiam. 159 A
non enim statim qui nouit malum quod malum est facit, sed qui quod malum esse nouit operatur. incentiuum autem ad operandum quod malum est aut iracundia aut cupiditas esse consueuit. nec statim necesse, ut habens scientiam mali faciat quod inprobum nouit, nisi aut iracundia aut cupiditate uincatur. unde quod diximus incentiuum peccandi uel ira uel cupiditas est uel plerumque formido, licet ex formidine oriatur cupiditas, dum unusquisque B uult uitare quod metuit. et ideo recte iracundiam et cupiditatem duo reliquorum posuimus incentiua uitiorum. consideremus igitur utrum Eua his ad uitium stimulis incitata sit. sed neque irascebatur marito neque cupiditate uicta est; in secundo dumtaxat errat, ut edendum uiro daret quod iam ipsa gustauerat. primo fuerat cupiditas auctor erroris, ut ipsa ederet, sequentisque fuit causa peccati. quod enim iam gustauerat desiderare non poterat et gustando mali fuerat scien- C tiam consecuta. malum igitur quod aduerterat in uirum deriuare non debuit neque coniugem proprium praeuaricatorem diuini facere mandati. sciens igitur prudensque peccauit, sciens uirum in suum traxit errorem, alioquin inuenietur falsus esse de ligno scientiae boni et mali sermo, si etiam, posteaquam de ea arbore manducauit, scientiam mali habere

3 *post* noluit *ras. 6 litt. in R* defraudari (de *in ras.*) *R* 4 actum *RV'* actūs *M* 6 nouit esse malum *B* essęt (e *s.* ęt) malum nouit *M* incendium *RV'* 7 est *s. u. m2 R, om. V'* ad (*s.* aut *m2*) *R* iracundia est *V* 8 necesse est *M* (est *s. u.*) *SP'* ut *post* scientiam *transponit M* 14 duo *Maurini* duorum *libri* aliquorum *PVCC'* 15 hic *PV* 16 marito *Erasmus* merito *libri* 17 erat *PV*, *puto* errauit *uel* errauerat 18 fuerat *P m2 C* fuerit *P m1 cet.*, *sed fort.* fuit *scribendum* 19 sequens usque *P* (*corr. m3*) *V* quod] quia (qui *V'*, *om.* enim iam) *RV'* 20 scientia *P* (-ã *m2*) *CC'* 21 auerterat *B et* (*corr. m1*) *M* diriuare *R* 22 debuit] poterat *B* 24 uero *RV'* inuenitur *MB* 26 boni et mali *BP''*

non potuit. quodsi uerus est sermo, cupiditatis utique causam habere non potuit, licet plerique sic excusandum putent, D
quod diligens uirum ab eo timuerit separari et hanc causam cupiditatis praetendant, quod esse uoluerit cum marito.
7, 35 Iterum alia quaestio subripit, unde mors acciderit Adae, E
utrum a natura ligni eiusmodi an uero a deo. si naturae hoc ligni adscribimus, uidetur ligni huius fructus uiuificanti insufflationi dei praestare, siquidem quem uiuificauerat insufflatio fructus huius ligni traxit ad mortem. aut si deum operatorem mortis esse memoramus, dicunt quod gemina opinione accusemus, quod aut ita inmitis, ut noluerit ignoscere, cum posset ignoscere, aut si ignoscere non potuit, uideatur infirmus. uideamus igitur quomodo diluendum sit. nisi fallor, F
quia mortis causa inoboedientia fuit, et ideo homo ipse sibi mortis est causa, non habens deum suae mortis auctorem. neque enim si medicus praescripserit aegrotanti quibus uideatur cauendum atque ille ab interdictis non putauerit abstinendum, causa ei mortis est medicus, sed utique ipse sibi reus mortis est propriae. itaque deus quasi bonus medicus prohi-
36 buit ne Adam nocitura gustaret. iterum accipe: scire bonum melius est quam nescire et ei qui bonum sciat pulchrum est scire quod malum est, ut sciat cauere quod malum est et

5 ex Apelle, cf. Harnack l. c.

4 praetendat *M* praetendunt *SBP'* 5 subrepit *C* (e *ex* i *m2*) *MSBP'* 6 a *om. RMV'* ligni hoc *RC'*, ḥạḅẹṭ ligni *C* 7 insufflatione *VS et* (i *s.* e) *PV'* 8 siquidem *PVS* si *cet.* quem *om. PVS, s. u. C'* 9 *inde a uerbo* huius *iterum incipit A* ut si Π (aut si *m2 P*) operatorem *P* (ra *in ras.*) 10 mortis (s *s. u.*) sẹ (s *eras., om.* esse) *R* dicant *PCC'D* dicut *R* (-unt *corr.*) *V'* eum gemina *M* 11 cum posset ignoscere *om. R, s. u. C'* 12 possit *VMV' et* (e *s.* i) *P'* 13 nisi *AVSB* ni *cet.* 15 esse *R* (*m2* est) *V'* dominum *M* 16 praescripsit *MC* praescriberit *R* aegrotandi *AVB et* (*corr. m1*) *P* quibus *scripsi* cum quibus *APVD* aliquibus *P'* a quibus *cet.* 17 ab] de *R* ad *V'* potuerit *S et* (*m2* abstinere) *P'* 18 medicus *om. B* sui (sibi *m2*) *V* mortis reus *B* 19 est mortis *C* 20 itaque *B et* (*s.* iterum) *V'* 21 est *pr. om. R* est (*alt.*) etiam *B* est * *P'* (*fort. & eras.*) 22 *post* scire *in S est ras. 5 litt.* sit *C* · et *scripsi* ut *NCC', om. APVD* et ut *ed. Rom.*

prudens subeat custodiae cautionem. rursus autem non satis
est hoc solum scire quod malum est, ne cum malum scieris, 160 A
scientia boni incipias defraudari. pulchrius est igitur ut
utrumque norimus, ut et, quia scimus bonum, fugiamus quod
malum est et ex eo quod cognoscimus malum boni gratiam
praeferamus. sed ita debes utrumque scire, ut profunde no-
ueris et quod noueris exequaris actusque scientiae tuae con-
gruat. alioquin tolerabiliorem scriptura indicat eum qui
utrumque nesciat quam qui perfunctorie utrumque cognouit.
grauat enim scire quod uel exequi uel uitare non possis, B
grauat scire sine usu atque opere cognitionis profundae. obest
ad existimationem medico scire quid prosit et quid noceat
aegro, nisi cognitione ea quemadmodum oportet utatur, et
37 ideo non est cognitio bona, nisi ea utaris ut oportet. item
accipe: non frustra lignum scientiae boni et mali productum
est in medio paradiso, et si cuicumque homini productum
esset, superflua interdictio. sed neque frustra factum est C
neque alii nisi homini factum est, qui mandatum accepit,
ut non solo eo, sed eo cum ceteris uteretur. nam si multa
discutias, conplura repperies et plane innumera, quae ei
qui uti nesciat possint nocere. nec ipsas diuitias inuenies
fructuosas, si habens diues subsidia largitatis neget alimenta

8 Luc. 12, 47 sq.

1 custodiam *M* custodire *B* cautiorem *M* (r *ex* n) cautionis *RV'* cautione *B* 2 cum] quod *RV'* scieris *M* est nescire *R* (est *exp. m2*) *V'* sciens *cet.* 3 est *om. M* igitur] utique *B* ut *SBP'C'. om. cet.* 4 utraque *M* norimus (*m2* nosci) *P* 6 referamus *R* debes] prodest *RV'* utraque *M* 7 auctorque *SB et* (*s.* actusque) *P'* congruāt *V* 9 qui] si *V* perfunctoriae *ASB et* (n *s. u.*) *P* perfunctoriā *RV'* cognouerit *RV'* 10 quod uel] ł quod *R* (ł *postea additum uidetur*) *V'* possit *M* 11 absque *APV, fort.* atque absque denique obest *M* (denique *s. u.*) *SBP'CC'* obest se *A* (t *exp. m2*) obè** *P* obesse *V* obesset *P''* 13 aegroto *ND* ea cognitione *B* 14 item] iterum *SBP'* 16 paradysi *R* 17 est *om. SB* 18 neque ... factum est *in mg. inf. m2 A, om. D* hoc factum *B* 19 solū *R* solus *P'* 20 conplura *AVSBCC' et* (quā *m2 s.* con) *P;* (quā *ex* cō *m2*) *P'* 21 possit *RV'* possint *M* (n *s. u.*) 22 necet *RV'*

pauperibus, excludat inopem subsidio destitutum, aliena extorqueat, quia praeualet potestate. pulchritudo ipsa et gratior corporis forma frequenter in uitium quam deformitas trahit. D numquid igitur quisquam deformiores quam pulchriores filios habere desiderat et inopes potius liberos suos cupit esse quam diuites? plura sunt huiusmodi quae non ad inprudentiam largientis referenda sunt, sed ad male utentis errorem, et ideo utentem accusandum potius quam donantem.

8, 38 Iterum quaestio: sciebat praeuaricaturum deus Adam man- E data sua an nesciebat? si nesciebat, non est ista diuinae potestatis adsertio, si autem sciebat et nihilominus sciens neglegenda mandauit, non est dei aliquid superfluum praecipere. superfluo autem praecepit primoplasto illi Adae quod F eum nouerat minime seruaturum. nihil autem deus superfluo facit; ergo non est scriptura ex deo. hoc enim obiciunt qui uetus non recipiunt testamentum et has interserunt quaestiones. uerum hi sua sententia et opinione uincendi sunt. cum enim noui testamenti non refutant fidem, exemplo sunt arguendi, ut uetus credant, quoniam cum sibi diuina praecepta et facta conueniunt, unius auctoris testamentum utrumque liquet esse credendum. discant igitur non superfluum, non iniustum etiam praeuaricaturo praescriptum esse mandatum. nam et ipse dominus Iesus elegit Iudam, quem proditorem sciebat. quem si per inprudentiam electum putant, diuinae 161 A derogant potestati. sed hoc aestimare non possunt, cum scriptura dicat quia sciebat Iesus qui eum prodituras esset. conticescant igitur repugnatores isti ueteris testamenti.

9 ex Apelle, cf. Harnack l. c. 26 Ioh. 6, 64

1 destitutum *A* (tu *pr. s. u. m2*) 3 deformitatis (*om.* quam) *RV'* 6 inpudentiam *APCC'D* prudentiam *RV'* 8 potius] magis *RV'* 11 autem] enim *RV'* 12 superfluam *A* 13 superfluo *V* (ṽ *m2 s.* o) superfluum *RSBP'V'* primoplasmato *M* plasto *S* (*in mg.* primo: psalto) 14 deus *in ras. S* superfluo deus *VB* superfluum *M* 15 ex] a *C'* 16 accipiunt *RV'* 19 sibi *om. RV'* 20 testamentum testamentum *AV et* (*pr. exp.*) *P* 21 discat Π 22 praeuaricatori *R* praeuaricaturi *V'* 26 qui Π*M* quis *cet.* 27 erat *N* istius *RV' et* (us *s. u.*) *M*

39 sed quoniam etiam gentilibus, si forte istud obiecerint, respondendum uidetur, qui exemplum non accipiunt, rationem exigunt, accipiant etiam ipsi qua ratione dei filius uel praeuaricaturo mandauerit uel elegerit prodituru[m]. uenerat domi- B
5 nus Iesus omnes saluos facere peccatores; etiam circa impios ostendere suam debuit uoluntatem. et ideo nec prodituru[m] debuit praeterire, ut aduerterent omnes quod in electione etiam proditoris sui seruandorum omnium insigne praetendit nec in eo laesus est uel Adam, quia mandatum accepit, uel
10 Iuda, quia electus est. non enim necessitatem deus uel illi praeuaricationis uel huic proditionis inposuit, quia uterque, si quod acceperat custodisset, a peccato potuit abstinere. de- C nique nec Iudaeos omnes credituros sciebat et tamen ait: non ueni nisi ad oues perditas domus Istrahel.
15 ergo non in mandante culpa est, sed in praeuaricante peccatum est, et quod in deo fuit ostendit omnibus quod omnes uoluit liberare. nec tamen dico quia praeuaricationem nesciebat futuram, immo quia sciebat adsero, sed non ideo pereuntis proditoris inuidiam in se debuit deriuare, ut adscriberetur
20 deo quod uterque sit lapsus. nunc autem uterque redar- D guitur atque reconuincitur, quia et ille mandatum ne laberetur accepit et hic etiam in apostolatus munus adscitus est, ut uel beneficio reuocaretur a proditionis affectu, simul ut dum alii reuincuntur, prodesset omnibus. non enim consisteret
25 peccatum, si interdictio non fuisset; non consistente autem peccato non solum malitia, sed etiam uirtus fortasse non

4 Luc. 19, 10 14 Matth. 15, 24

4 *et* 6 proditorem *R* 4 ⟨si⟩ uenerat *Henricus Schenkl* 10 iudas *NC(''* 12 potuit se *SBC'* potuit (-is *corr.*) set (t *s. u.*) *C* potuisset (*eras.*, *in mg. m1* potuisset) se *P'* 14 is:ahel *APP'* isrł *cet.* 15 est *om. RMSBV'* 16 est *om. P'* omnes *m2 s. ras. V* 18 futurum *A* (a *s.* u *tert.*) *V* 19 deriuare *AMSB* diriuare *P'* (i *pr. ex* e) *cet.* 21 atque *in mg. m1 S*, *om. P'*, atque reconuincitur *om. B* conuincitur *RVMSP'V'* 23 beneficio dei *N* (dei *s. u. M*) ad *A* (d *exp.*), *fort.* ab 24 dum] cum *B* (ut *s. u.*) 26 fortasse *om. B*

esset, quae nisi aliqua malitiae fuissent semina, uel subsistere uel eminere non posset. quid est enim peccatum nisi praeuaricatio legis diuinae et caelestium inoboedientia praeceptorum? non enim auribus corporis de mandatis caelestibus iudicamus, sed cum esset dei uerbum, opiniones quaedam nobis boni et mali pullulauerunt, dum id quod malum est naturaliter intellegimus esse uitandum et id quod bonum est naturaliter nobis intellegimus esse praeceptum. in eo igitur uocem domini uidemur audire, quod alia interdicat, alia praecipiat. si quis non oboedierit illis quae semel a deo praecepta credimus, poenae obnoxius aestimatur. dei autem praeceptum non quasi in tabulis lapideis atramento legimus inscriptum, sed cordibus nostris tenemus inpressum spiritu dei uiui. ergo opinio nostra sibi legem facit. si enim gentes quae legem non habent naturaliter ea quae legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. opinio igitur humana sibi tamquam dei lex est.

Iterum hinc aliam faciunt quaestionem, ut ad uicem mandati eius, quod diximus in hominis opinione consistere, hanc ipsam opinionem inpressam a deo nobis tamquam praescriptum diuinae legis accusent. norat, inquit, hominem peccaturum qui creauit eum et has opiniones ei boni et mali inpressit an non nouerat? ut si dixeris quia non nouerat, alienum a maiestate dei sentias; si autem dixeris quia sciens deus peccaturum hominem communes tamen opiniones ei boni et mali inpressit, ut propter admixtionem malorum uitae perpetuitatem seruare non posset, sicut in illo non prae-

12 II Cor. 3, 3 14 Rom. 2, 14 sq. 19 ex Apelle, cf. Harnack l. c.

3 inoboedientiae *A* mandatorum *B* 6 pullularunt *MB* 10 et ideo si *NCC'*, *fort. recte* 12 lapideis *om. B* *fort.* <uel> atramento 14 ipsa sibi *S* 15 ea *om. RV'* 16 huiusmodi *RV'* 17 quae *P* 19 ad inuicem *P* (in *s. u.*) *M* (in *exp.*) 20 hominibus *RM* 22 norat *A m1 PRV'* nouerat *A m2 cet.* peccatorum *P* (v *s.* o) 23 ei *scripsi* et *libri* 25 deus scieus *P'* 26 deus patre (patre *eras.*) *A* 27 ut *om. RV'* 28 *post* praesagum *add.* fuit *RV' et s. u. M*

sagum futuri ita in hoc non bonum deum significare uidearis. B
atque hinc argumentantur quia non est creatura hominis a
deo facta. nam sicut supra ostendimus eos dicere quia non
est mandatum dei, sic et hic dicunt: non ergo creatura ho-
minis a deo, quia deus malum non fecit, homo autem opi-
nionem accepit mali, dum a malis praecipitur abstinere. hoc
autem genere alium bonum deum, alium operatorem hominis
conantur adserere. quibus respondendum est ilico secundum C
opinionem suam. si enim hominem nolunt a deo factum, quia
peccator est homo, et hoc refugiunt, ne bonus deus peccato-
rem fecisse uideatur, quia non putant bonum qui fecerit pec-
catorem, dicant utrum operatorem hominis a deo factum
putent. si enim a deo factus ille, ut dicunt, operator est ho-
minis, quomodo bonus deus operatorem mali fecit? utique
non bonus. nam si qui peccatorem fecit non bonus, cauendum
ne grauius sit operatorem peccatoris fecisse; debuit enim bo- D
nus deus prohibere natiuitatem eius qui peccati substantiam
haberet inducere. quodsi dicunt non esse genitum operatorem,
requirendum utrum bonus deus potuerit inhibere quoquo
modo incipientem malitiam an non potuerit. si enim non po-
tuit, infirmus; si potuit et non fecit, non bonus. ergo si sibi
ista non congruunt nec suae sibi haereticorum conueniunt
opiniones, requiramus ne forte rationis fuerit qua causa deus E
siue geniti siue non geniti illius operatoris siuerit malitiam
41 introire in hunc mundum, cum posset inhibere. itaque ser-
uantes unum et eundem deum bonum atque operatorem id
si possumus adstruamus quod gratiae utrique conueniat nec

1 hunc (*om.* in) *RV'* dnm *SBP'* 15 si *N* (qui *om. M*), *om.* Π fecit *CP'* facit *R* (a *ex* e) *cet.* 16 peccatorem operatoris *R* peccatores *APV* peccatorem *M*, *om. C* (*in quo* operatorē, ē *ex* is) 18 habebat *N* operatorem <mali> *Costerius* 19 potuit Π*M* 20 potuerit omnino *B* 21 si (*pr.*) enim *RSBV'* si uero (uero *m2 ex* enim) *P'* 24 siuerit *Costerius* sic uelit *SBCC'* *et* (i *alt. ex* u) *P'* si uelit *cet.* introire malitiam *N* 25 posset *scripsi* possit *libri* 26 bonum deum *R* dnm *B et* (*om.* bonum) *P'* 27 si (*s. u.*) possumus (*ex* posuimus) *A* nec non *MP'*

accusationis eorum declinemus inuidiam qui ita dicunt: quomodo deus bonus, qui non solum passus est introire in hunc mundum malitiam, sed etiam in tantam confusionem uenire permisit? uerum haec accusatio tunc locum haberet, F si ita animae uim et intimae secreta mentis inficeret, ut nullo pacto posset aboleri et inmedicabilium uulnerum menti atque animae nostrae uirus insideret; esset enim aptior huius querellae locus, quod cum omnia possit deus, hominem tamen perire sit passus. uerum cum deus nostri misericors respuendi erroris remedia reseruauerit abolendique omnis contagii non aboleuerit facultatem, quomodo inrationabile uel iniustum est, si permisit nostrum materiale temptari quadam trepidatione fragilitatis humanae, ut faeneratior postea gratia per paenitentiam delictorum in hominis rediret affectum et fragilitatis suae conscius, quod tam facile a diuinorum mandatorum serie deuiando trepidauerit, tamquam clauum animae 163 A fluctuantis mandata caelestia timeret amittere, diuinaeque misericordiae plus tribuens quod recepit amissum et sibi aliquid
9, 42 usurpans gratiae quod reuertit? nunc quae sit illa ratio consi- B deremus, quid sit istud quod cum mandatum daret homini de illa admirabili beataque uita praescribens, ne contra faciens morte moreretur, de manducando et non manducando putauerit esse mandandum. sunt enim qui putant nequaquam man-

1 ex Apelle, cf. Harnack l. c. 6 Ouid. Met. I 190

1 quia *APVD* 2 bonus deus *RBC'V'* 3 confessionem *RV'* 5 intima *M* (-ae *m2*) *SP''* ut *om. APV, s. u. m1 M* · 6 nullo] in illo *R* (in i *in ras.*) *V'* pacto *s. u. C', om. B* possit *MSBP' et* (*corr.*) *C'* 7 insiderit *R* insederit *SB* enim] ergo *M* abtior *AR* 8 quaerellae *PM* querellae *V'* quaerelae *R* querelae *cet.* posset Π 10 reseruauerit *P* (ue *s. u.*) abolendiquae (n *s. u.*) *A* abolendi*que *P* omnes (i *s.* e) *P* 11 *post* inrationabile *add.* temtari, *sed exp. A* 13 fragilitas (tis *s.* s) *A* gratie *A* 16 deuitando *A* 17 diuinae (*om.* que) *RCD* 18 plus tribuens *om. RV'* tribuens *A* (b *ex* u) tribuit *SBP'* recipit *RP'DV'* *s. & add.* ñ *m3 P* 19 reuertit *ARVCC'P''V' et M m1* reuertitur *M m2 SBP'* 21 mirabili *RV'* ammirabili *P DP''* 22 mortem *M* momoreretur *A* mereretur *R* 23 mandatum *A* (nd *m2 s.* t) manducandum *V* (uc *eras.*) *V'*

datum istud conuenire caeli et terrae atque omnium creatori nequaquam dignum incolis paradisi, eo quod illa uita similis angelorum sit. et ideo non terrenum et corruptibilem hunc C cibum esui fuisse possumus aestimare, quia qui non bibunt neque manducant erunt sicut angeli in caelo. cum igitur in cibo neque praemium sit, quia esca nos non commendat deo, neque magnum periculum sit, quia non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod exit de ore, uideatur sine dubio tanto auctore . . . . . praeceptum, nisi hunc cibum ad illum propheticum referas, quia pro magno praemio dominus de D sanctis pollicetur suis: ecce qui seruiunt mihi manducabunt, uos autem esurietis. hic est enim cibus, in quo uita definitur aeterna, quo quisque fuerit defraudatus morte morietur, quandoquidem panis uiuus atque caelestis ipse dominus est, qui uitam dat huic mundo. unde et ipse ait: nisi manducaueritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam aeternam. erat ergo panis aliqui, de quo praescripserat edendum paradisi incolis. quis ille? accipe quem dicat. panem inquit E angelorum manducauit homo; est enim bonus panis, si facias uoluntatem dei. uis scire quam bonus panis? ipse

5 Matth. 22, 30 7 Matth. 15, 11 11 Esai. 65, 13 14 Ioh. 6, 50 sq. 16 Ioh. 6, 53 sq. 19 Psalm. LXXVII 25

2 lignum *SBP'* 3 sit *SBP'*, *om. cet.*, *fort.* ‹sit› similis 7 non] neque *RSBP'V'* in *s. u. m. ant. A* 8 coinquinat *A* (*m. ant. ex* communicat) *MC'D* communicat *cet.* qđ *ex* co *P* uidetur *N* 9 a tanto *SBP'CC'* *lacunam significaui;* non esse *post* auctore *add. SBP'*, *melius post* praeceptum *m2 s. u.* indignum *M idemque ante* tanto *liber s. Theoderici apud Remos, fort.* plane indignum *uel* perindignum, *quod coniecit Henricus Schenkl, supplendum* 10 referes *R* refreus *V'* quią *P* (ē *m3 s.* ią) *P'* (*m2* quem) quem *P''* de (*exp.*) *P* 12 est *s. u. A*, *om. RV'* 13 ita *AV et* (*corr.*) *C'* *ta (i *eras. et* ui *s. ras. m2*) *P* 14 quandoque *RSBV'* uiuus *A* (i *s. u.*) 15 ipse est dominus *B* est ipse dominus *C'* 17 eternam &ernã (*alt. del. m2*) *A* 18 aliqui *scripsi* aliquid *ARD* aliquis *M* (s *ex* d *m2*) *cet.* perscripserat *R* praescripserit *B* edençum (d *s.* ç) *A* 20 angelorum *om.* Π manducabit (v *ex* b *m. ant.*) *A* es* *P* es *R* 21 ipse . . . ait *om. RV'*

filius manducat hunc panem, de quo ait: meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei, qui in caelis est.
43 Iterum uideamus qua ratione dominus deus Adae dixerit morte moriemini, quid intersit utrum aliquis dicat moriemini an addat morte moriemini; ostendere enim debemus nihil superfluum in dei esse mandato. itaque hoc arbitror. cum duo sibi sint contraria mors et uita, secundum simplicem sermonem a uita uiuere dicimus, a morte mori. si autem geminare uelis utrumque, quia uita uitam facit, dicitur uita uiuit, sicut habes in lege, et quia mors mortem facit, dicitur morte morietur. non est autem superflua ista geminatio; est enim uita ad mortem et est mors ad uitam, quia et quicumque <uiuit dum> uiuit moritur et dum moritur uiuit. fiunt ergo quattuor distinctiones: uita uiuere, morte mori, uita mori, morte uiuere. cum igitur haec se ita habeant, usus et consuetudinis praeiudicium debemus excludere. quia usus hoc habet, ut communiter dicatur uiuere et qui uita uiuit et qui morte uiuit et communiter dicatur mori uel ille qui morte moritur uel ille qui uita. itaque ex quattuor illis duos significat, ut dicat uiuentem uiuere nec melius deteriusque distinguat et dicat morientem mori nec inter malam et bonam mortem uideatur esse discretio. nam indiscreta

F 164 A B

1 Ioh. 4, 34 3 cf. Philo Legg. alleg. I 33 (64, 46; I 88, 20 *C.*) Quaest. I 16 10 Ezech. 33, 14 sq., cf. 18, 13

1 de quo Π denique *cet.* 5 morte *s. u. m2 A* 9 uitę (a *s.* ę) *A* 12 uitam& (& *eras.*) *A* 13 et quicumque <uiuit dum> *scripsi* et qui eumque *APVMD* quis dum *RV'* et quis dum *cet.* 15 uita mori morte uiuere *RSBV'* morte uiuere (*om.* uita mori) *AP'* morte uiuere uita moıi *P* (uita mori *s. u. m2*) *P'D* morteıi uiuere uitaıi mori *M* morti uiuere uitę mori *CC'* 16 usum *AVD* usus (s *alt. in ras. ex* m *m2*) *P* 17 dicatur *om. P* dicatur . . . communiter *om. RCV'* 18 uita *M* uitae *cet.* morte *P* (e *ex* i) *M* morti *D* (ti *in ras.*) *cet.* 19 morte . . . qui *om. V* morte *RMV'* morti *D* (ti *in ras.*) *cet.* uita *scripsi* uita moritur μ uita uiuit *RMV'* uitae uiuit *P'* uitae *cet.* 20 significant *RMV'* dicant *MV'* nec (c *eras.*) *P* 21 distinguat et dicat *M*

quaedam uita significatur qualis inrationabilium aut etiam
44 paruulorum et indiscreta mors aeque. sequestrato igitur
usu communi quid sit uita uiuere et quid sít morte mori
et quid sit uiuere morte et mori uita consideremus. puto
enim secundum scripturas quia uita uiuere admirabilem
quandam illam uitam beatamque significet et hunc uiuendi C
usum spirandique munus cum beatae uitae gratia ueluti
coniunctum et quadam participatione permixtum demonstrare
uideatur. hoc est enim uita uiuere, uirtute uiuere, beatae
uitae actus habere in istius corporis uita; contra au-
tem morte mori quid est aliud nisi cum morte corporis de-
formitatem significare morientis, cuius et caro communi ui-
uendi munere defrudetur et anima uitae aeternae usum habere
non possit? est etiam qui uita moritur, ut qui uiuit corpore, D
sed actu moritur suo, quales illi sunt qui, ut ait propheta,
descendunt in infernum uiuentes et illa de qua
apostolus dicit quoniam uiuens mortua est. quartum
superest, quod sunt qui etiam morte uiuunt, ut martyres
sancti, qui utique moriuntur ut uiuant. moritur caro, sed ui-
uit gratia mortuorum. ergo absit a nobis, ut participes mortis
uiuamus, sed contra participes uitae moriamur; sanctus enim
nec uitae istius se uult esse participem, ut ait: dissolui E
et cum Christo esse; multo enim melius et alius:
heu me quod incolatus meus prolongatus est, dolens
utique cum consortia uitae speret aeternae, istius uitae fra-

16 Psalm. LIIII 16 17 I Tim. 5, 6 22 Philipp. 1, 23 24 Psalm. CXVIIII 5

1 quaedam] quae *RV'*, *om. M* 4 uiuere morte et mori uita *scripsi* uiuere morti et mori uitae *libri* 5 uitę *B* 6 significat *RCV'* et] ut *AD* 9 est *s. u. m. ant. A* uirtute uiuere *s. u. C''*, *om. M* 13 defrudetur *AV et m1 P* defraudetur *P m2 cet.* anime (a *s.* e) *A* 14 ut qui uiuit *om. RV'* 15 moriatur *N* qui ut Π quibus *N* 16 descendant *RMV'* 17 quartum (t *s. u.*) *P* 18 quod (quid *m2*) *P* uiuant *N* 21 morianţur (m *s.* nt *m2*) *P* 22 ut] quia *RV'* qui ut *α* qui *Erasmus* ait apłs *B* dissolui enim *RSBP'V'* 23 enim *om. RP''V'* 24 quod] quia *VB* 25 fłragilitate (i *pr. s. u.*) *A*

gilitate se contineri. et ideo possum e contrario dicere quia, etsi uita uiuere bonum est, uitae tamen uiuere ambiguum sit. potest enim dici quis uitae uiuere, hoc est uitae aeternae istius uita corporis militare, potest etiam dici uitae uiuere, hoc est uel quemcumque uel sanctum istius uitae habere desiderium corporalis, uti uerbi gratia si quis ideo honeste putet esse ui- F uendum, ut is longaeuitatem uitae bonis actibus consequatur, quales plerique infirmiores sunt quos haec uita delectat. sicut ergo uitae uiuere quid sit accepimus, quid sit morti mori accipiamus uel morti uiuere. possunt enim esse qui mori- antur morti et qui uiuant uitae. nam qui non ita uiuit, ut secundum mortem animae suae uiuat, is morti moritur, quia non est obnoxius morti, id est nexus eum aerumnosae 165 A mortis amisit, non constringitur uinculis mortis aeternae. mortuus est morti, hoc est mortuus est peccato, mortuus est poenae. cui contrarium est poenae uiuere, hoc est quando qui uiuit ad poenam uiuit ad mortem. qui autem moritur ad poenam moritur ad mortem. est etiam qui in hac uita positus moriatur ad uitam, sicut ille qui ait: uiuo autem iam non ego, uiuit autem in me Christus; peccato enim mortuus B est, deo uiuit, hoc est mors in eo mortua est, sed uita uiuit, qui est dominus Iesus. ergo bona uita eorum qui deo uiuunt,

19 Galat. 2, 20 22 Ioh. 14, 6

1 conteneri *R* conteri *PVMCC'* et *om. RV'* 3 uitae uiuere hoc est *s. u. m2 M* aeternae] &atę (atę *in ras. m2*) *A* 6 uti *ACC'* ut* *PV* ut *cet.* 7 his *PSBC'* 9 accipimus *APVC'D* 10 morti *M* morte *cet.* uiuere *Monac. 2549* mori *cet.* 11 uiuant (n *s. u.*) *A* uite (te *in ras. m3*) *P* 12 ut] et *M* (*s.* ut) *AV* & *P* uiuit *PV* 13 quią *P* morti (ti *s. u.*) *A* eum *om. RV'* aeriũno*|se (s *eras.*) *A* 14 mortis (is *ex* em) *A* aeternae (r *ex* n) *A* 16 quis *RSBP'CC'V'* *et* (quando quis *in ras.*) *D* 17 uiuit ad m̃ortem qui autem *in ras. minoris spatii m1 A* moritur ... ad mortem *om. A, in quo post* autem *legitur* f, (*scripta erant haec uerba eodem signo adiecto in mg. inf. nunc absciso*) 18 etiam] autem *RV'* 19 qui *om. RV'* 20 autem] uero *CC'P'* enim] autem *SBP'* 22 ihsi (i *alt. add. m2*) *P* deus *B* dn̄o *RV'*

mala uita eorum qui peccato uiuunt. est etiam media uita ut animantium ceterorum, sicut habes scriptum: producat terra animam uiuentem secundum genus. est uita etiam mortuorum ut deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, quia deus mortuorum non est, sed uiuorum. sunt etiam quibus communitas est quaedam mortis et uitae, de quibus C ait apostolus dicens: si conmortui estis, et conuiuetis. si enim conplantati inquit sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus, scientes quia uetus homo noster simul confixus est cruci, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato; qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. sicut autem figuras multas uitae diximus, ita etiam mortis inueniemus. dicitur enim mors mala secundum illud: anima quae peccat ipsa morietur. dicitur mors communiter, sicut habes uerbi gratia quia [Adam] uixit D tot annos et mortuus est et adpositus est ad patres suos. dicitur etiam mors per baptismatis sacramentum, sicut habes: consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem et alibi: si autem mortui sumus cum Christo, credimus etiam quia simul uiuemus cum illo. uides quia mors quidem appellatione dicatur, sed haec uita sit nostra.

2 Gen. 1, 24 4 Exod. 3, 6 Luc. 20, 37 sq. Marc. 12, 26 sq. 7 II Tim. 2, 11 8 Rom. 6, 5—8 15 Ezech. 18, 20 17 Act. 13, 36 19 Rom. 6, 4 20 Rom. 6, 8

1 et mala *B* 3 animam (a *pr. s. u*) *A* genus suum *M* (suum *s. u.*) *RP'CC'V'* etiam *om. RV'* 4 ut *om. APRVMDV'* 6 quibus *om. RV'* 7 cõm*ortui *A* cũmortui *RV'* 9 resurrectionis eius *M* (eius *s. u. m2*) *C* 10 quod *M* simul *om. M* confixus] crucifixus *PVB* fixus *C* 12 qui . . . peccato *om.* II 13 sič (č *s. u.*) *A* 14 enim (*exp. m2 et s. scr.* etiam) *M* etiam *RV'* 15 illid (u *s.* i *alt.*) *A* 16 mors] et mors *NCC'* Adam *seclusi;* quidam *coniecerunt Maurini* 18 babtismatis *P* sacramenta *RV'* 19 per baptismum *om. RV'* 20 morte *PRVC'V'* mortuus est (mortuus *V'*) *om.* cum *RV'* 22 apellationem *A* iudicatur *APVD* dicitur *RV'* 23 uita uita *A*

10, 46 Iterum alia quaestio, quia dixit dominus non esse bonum E
solum esse hominem. primo omnium cognosce quia in
superioribus, ubi hominem finxit deus de limo terrae, non
addidit: uidit deus quia bonum est quemadmodum in F
singulis operibus suis. nam si dixisset illic bonum esse quia
homo factus est, inueniretur hoc esse contrarium, ut hic bonum
non esse diceret, cum in superioribus bonum esse dixisset.
sed hoc ibi cognosce, ubi solum Adam fecit. ceterum ubi
communiter conprehendit uirum et mulierem factos, licet ne
ibi quidem dixerit specialiter, tamen quia postea habet: uidit
deus omnia quae fecit, et ecce bona ualde, euidenter
est declaratum bonum esse quod et uir sit factus et mu-
47 lier. sed ex hac quaestione alia quaestio rursus emersit. quo- 166 A
modo enim quando solus factus Adam, non dictum est bonum
esse factum Adam, quando autem et mulier ex eo facta est,
tunc esse bona omnia conprehensum est? licet illic omnem
laudauerit creaturam et uniuersitatis creatio sit probata, quo-
niam in homine naturae praedicata communitas est, tamen
non uidetur otiosum, qua ratione, ubi solus factus est Adam.
non solum nequaquam praedicatio boni conplacito operi adiecta
sit, sed etiam dictum sit non esse bonum solum hominem, B
cum sciamus quia antequam fieret mulier non errauerit Adam,
posteaquam uero mulier facta est, prior diuinum praeuaricata

1 Gen. 2, 18 cf. Philo Legg. alleg. II 1 sq. (66 sq.; I 90 sq. *C.*) Quaest. I 17 4 Gen. 1, 4 sqq. 10 Gen. 1, 31

1 dš *B* 2 esse *om. RV'* primo II*M* primum *cet.* 4 et (*s. u. m2 M*) uidit *N* deus *s. u. A* 5 si *om. RV'* dixisse (*om.* si) *APVD* 6 inuenitur II hoc *post* contrarium *transponit R* 8 hoc *om. RV'* 9 uirum II et uirum *N* 10 habes (s *ex* t) *M* et uidit *RV'* 11 dš (š *m2 in ras. 2 litt.*) *A* ecce erant *S* (ecce. *in mg.*) *P'C''* erant (*om.* ecce) *C* 12 et *pr. om. RV'* 13 rursus (sus *s. u.*) *A* 14 factus *AR et m1 P* factus est *P m2* (est *s. u.*) *cet.* bonum *om. RV'* 15 Adam *om. M* et *om. SBP'* 20 conplacito (*m. ant. ex* conpletio) *A* cõplaciti *SB* 22 quia *om. APV* errauerit (r *pr. s. u.*) *A* errauerat *RV'* 23 postea ·quęm (quem *s. u.*, a *s.* ę *m2*) ·uero *P* postea ·uero ·quam *D* postea uero quam *BP'CC''* uero *s. u. A*, *om. R*, uiro *V'* facta est *ABD* est facta *M* (facta *s. u. m2*) *cet.*

mandatum etiam uirum suum traxerit in errorem et incentiuum eius extiterit. si igitur uiro culpae auctor est mulier, quemadmodum pro bono uidetur adiecta? uerum si consideres quia deo uniuersitatis est cura, inuenies plus placere domino debuisse id in quo esset causa uniuersitatis quam condemnandum fuisse illud in quo esset causa peccati. et ideo quia C ex uiro solo non poterat humani esse generis propagatio, pronuntiauit dominus non esse bonum solum hominem esse. maluit enim deus plures esse quos saluos facere posset, quibus donaret peccatum quam unum solum Adam, qui liber esset a culpa. denique quia idem utriusque auctor est operis, uenit in hunc mundum, ut saluos faceret peccatores. postremo nec Cain parricidii rerum, priusquam generaret filios, passus est D interire. ergo propter generationem successionis humanae debuit mulier adici uiro. denique hoc ipsa uerba declarant dicentis dei non bonum esse solum hominem esse. nam si mulier prior peccatura erat, tamen redemptionem sibi paritura non debuit ab usu diuinae operationis excludi. quamuis enim Adam non est seductus, mulier autem seducta in praeuaricatione fuerit, salua tamen inquit erit per filiorum generationem, inter quos generauit et Christum.

2 Augustinus contra Iul. Pel. II 7, 20 (si igitur . . . adici uiro) 12 I Tim. 1, 15 13 Gen. 4, 15 sqq. 18 I Tim. 2, 14 sq.

1 mandatum . . . errorem et *om. P'* (*in quo in uerbo* incentiuum in *m2 s. u. scriptum est*) et *om. APVD* 2 uiri *SBP'* 3 si (i *s. u.*) *A* 4 domino] dō *B* 5 condemnandam *A et corr. m1 PV* 6 et *om. M Augustinus* 7 propagatio *m2 ex* probatio *A* 8 solum hominem esse *SP' Augustinus* hominem solum esse *M*, esse *om. cet.* 9 dñs *B* posset *A* (e *ex* i) *PVD* possit *RV'* posset et *MP'CC'* possit et *SB* 11 auctor est utriusque *M* (*in quo* et *ante* quia) utriusque est auctor *B* 12 nec] ne *SBC* 13 filios *om. B* pasus *A* 16 *alt.* esse *om. APVD*, esse hominem *α* si] etsi *N* 17 prior *om. APVD* prius *C* adtamen *M m1* attamen *M m2 P'* 18 enim] autem *B* 19 seducta *MBP'CC'* seducta et *APVD* seducta est *R* seducta** *V'* praeuaricatione uiri *M* (uiri *s. u. m2*) *P'* 20 inquit *om. B* regenerationem *APV* **generationem *V'*

48 Nec illud otiosum, quod non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adae costa facta sit mulier, ut sciremus unam in uiro et muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani. ideo non duo a principio facti uir et mulier neque duo uiri neque duae mulieres, sed primum uir, deinde ex eo mulier. unam enim naturam uolens hominum constituere deus ab uno principio creaturae huius incipiens multarum et disparium naturarum eripuit facultatem. faciamus inquit ei adiutorium simile sibi. adiutorium ad generationem constitutionis humanae intellegimus, et uere bonum adiutorium. nam si pro meliore accipis adiutorium, maior quaedam in causa generationis operatio mulieris repperitur sicut istius terrae, quae semina primo accepta cohibendo paulatim fotu suo adolescere facit et producit in segetem. in eo igitur adiutorium bonum mulieris, quamquam etiam inferior dicatur adiutor, ut et in usu repperimus humano, quia dignitate potiores plerumque adiutorem meriti inferioris adsciscunt. 167 A

11, 49 Specta nunc cur deus adhuc finxerit de terra omnes bestias agri et omnia uolatilia caeli et adduxerit ea ad Adam, ut uideret quid uocaret ea. qua ratione hoc factum est, cum tantummodo bestias agri et uolatilia caeli ad Adam adduxerit deus? erant enim pecora secundum suum genus. denique habes infra quia inposuit Adam nomina omnibus pecoribus et omnibus bestiis agri; Adae autem non est inuentus adiutor similis illi. quae igitur absolutio

1 Philo Quaest. I 25 8 Gen. 2, 18 18 Gen. 2, 19 23 Gen. 2, 20

1 odiosum *A* 2 adam *s. u. m2 M* Adae *om. M* 3 uiro (i *s. u.*) *A* muliere (e *alt. postea add.*) *A* 6 ex eo *om. RV'* hominem *A* (v *s.* e) *M* 9 adiutorem *RSBV'* simile *CC'D* similem *M* (m *alt. exp.*) *P'* (m *alt. eras.*) *cet.* 11 accipies *M* 12 cãsa *A* 13 sicuti *M* 14 fetu *MC et* (*m2* fotu) *P'* segetes *B* *uerba* in eo *usque ad* repperisti (*p. 309 u. 7*) *om. V'* 16 dicatur*** (d.. *eras.*) *A* et] etiam *MP'* reperimus *ABC* humano *s. u. m2 M* 17 menti *APV* 18 exspecta *P* finxerąt (i *s.* ą) *A* 19 ut] et *P* 22 genus suum *SBP'C'* 23 nomina *om. R* 24 et *SBP'C', om. cet.* 25 inuentos (o *ex* a *et* u *s.* o) *A*

est nisi quia indomitae bestiae et uolatilia caeli diuina potestate ad hominem deducuntur? de pecoribus autem domitis C
congregandis et homo habuit potestatem. itaque illud diuinae
operationis fuerit, hoc humanae diligentiae. simul accipe qua
causa omnia deducta sint ad Adam, ut in omnibus uideret ex
utroque sexu substantiam constare naturae, id est ex masculo
et femina et ipse usu exemploque cognosceret necessarium
sibi consortium mulieris adiectum.

50 Et inmisit inquit deus soporem in Adam, et ob-
dormiuit. quis est iste sopor nisi quia paulisper, ad con- D
iugium copulandum cum intendimus animum, ueluti intentos
oculos ad dei regnum inclinare atque inflectere uidemur ad
quendam somnum istius mundi et paulisper obdormire diuinis,
dum in saecularibus mundanisque requiescimus? denique
posteaquam soporem, inquit, inmisit in Adam et dormiuit,
tunc aedificauit dominus deus costam, quam sumpsit de Adam, in mulierem. bene aedificauit dixit,
ubi de mulieris creatione loquebatur, quia in uiro et muliere
domus uidetur quaedam plena esse perfectio. qui sine uxore E
est quasi sine domo sit sic habetur; sicut enim uir publicis
officiis ita mulier domesticis ministeriis habilior aestimatur.
considera quia ex corpore costam sumpsit, non ex anima portionem, hoc est: non anima ex anima, sed os de ossibus meis
51 et caro de carne mea haec uocabitur mulier. ergo causam
humanae generationis agnouimus. set quia plerosque mouet,

9 Gen. 2, 21 16 Gen. 2, 22 23 Gen. 2, 23

2 ad (*eras.*) ominem *A* 3 congregando *R* 4 operationis (ation *s. u. m2*) *V* · hoc *om. R* (illud *in mg. m2*) humanae (h *s. u. m. ant.*) *A* qua** *A* 5 adducta *BC'* sunt *MB* 6 constaræ (a *s. u.*) *A* 7 ipso *RP''* ipse (o *s.* e) *M* usu* *A* necesarium *P* 9 inquit *om. B* 10 quia *s. u. A* 11 uelut *R* ad (d *ex* t) *P* coniungium *P* (n *alt. eras.*) *V* (n *alt. exp.*) 14 cum *SBP'* 15 inquit *om. CC'* inmisit dš *N* 16 *et* 22 sumsit *AD* 17 muliere *RSBP'* dixit *om. R* 18 creationē (*om.* de) *R* & (*eras.*) quia *A* 24 cause *A* causă (ă *ut uidetur ex* a *m2*) *P* 25 sed *A* (d *ex* t) *cet.* ụọmouẹt *A*

qui diligentius intuentur, quomodo si uel primo magnum F
munus dei fuit circa homines, ut in paradiso homines
collocarentur uel postea magnorum remuneratio uideretur
esse meritorum, ut ad paradisum iustus unusquisque ra-
piatur, dicuntur etiam bestiae et pecora agri et uolatilia
caeli in paradiso fuisse. unde plerique paradisum animam
hominis esse uoluerunt, in qua uirtutum quaedam germina
pullulauerint, hominem autem et ad operandum et ad custo-
diendum paradisum esse positum, hoc est mentem hominis,
cuius uirtus animam uidetur excolere, non solum excolere, sed
etiam cum excoluerit custodire. bestiae autem agri et uolatilia 168 A
caeli, quae adducuntur ad Adam, nostri inrationabiles motus
sunt, eo quod bestiae uel pecora quaedam diuersae sint cor-
poris passiones uel turbulentiores uel etiam languidiores.
uolatilia autem caeli quid aliud aestimamus nisi inanes cogi-
tationes, quae uelut uolatilium more nostram circumuolant
animam et huc atque illuc uario motu saepe transducunt?
propterea nullus inuentus est menti nostrae similis adiutor
nisi sensus, hoc est αἴσθησις. similem sibi solam νοῦς noster B
potuit inuenire.

52 Sed forte arguas quia haec quoque deus in tali paradiso
locauit, hoc est passiones corporis et uanitatem quandam
fluctuantium uel inanium cogitationum, quod ipse nostri fuerit

13 Philo Legg. alleg. II 4 68, 30 et 42; I 92, 13 et 21 *C.*)

1 quia *R* uel si *RM* 3 locarentur *N* uideretur *V* (re *s. u. m2*) *D* (*in ras.*) uideatur *R* (*post* esse *transpositum*) *M* uidetur *SBP'P''* 4 iustus *A* (s *alt. postea add.*) 6 animę (a *s.* ę) *A* 7 hominis *om. R* 8 pullulauerint (i *ex* u) *V* et *pr. om. RMC'* ad *alt. om. R* 9 est *s. u. A* 10 uirtuțis *A* et non *BD* sed] **uerum** *SB et* (*ex* uero *m2*) *P'* 13 uel] et *R* corporeae *R* 14 etiam *om. B* 17 uarios motus *AVD* uario motuș *P* transducant *AV et* (-unt *corr.*) *P* 19 ΛЄCΘЄCIC *S* aesthesis *PV* ehesin *R* aestesin *P'* athe**** *M* aestesis *uel* estesis *cet.* NOϒC *M* NωHC *S* noys *cet.* 22 possessiones *APD et* (*corr.*) *m1 V m2 C'* 23 ipsi *AC'D* noster *R* fuerint *AD et* (n *del. m2*) *P*

auctor erroris. considera quid dicat. habete inquit potestatem piscium maris et uolatilium caeli et omnium repentium, quae repunt super terram. uides quod ille tibi tribuerit potestatem, ut de omnibus iudicare tu debeas, singulorum genera iudicii tui sobria definitione discernere. C uocauit ad te omnia deus, ut supra omnia mentem tuam esse cognosceres. cur quae tibi similia minime repperisti adsciscere tibi et copulare uoluisti? dedit tibi certe sensum, quo uniuersa cognosceres et de cognitis iudicares, meritoque de illo fecundo paradisi agro eiectus es, quia non potuisti seruare mandatum. sciebat enim deus esse te fragilem, sciebat iudicare non posse: ideo dixit quasi fragilioribus: nolite iudicare, ut non iudicemini. ergo quia sciuit infirmum te esse ad D iudicandum, uoluit oboedientem esse mandato: ideo praeceptum posuit. quod si non praeuaricatus esses, periculum incerti iudicii incidere nequiuisses. itaque quoniam iudicare uoluisti, ideo addidit: ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, ut sciat bonum et malum. uoluisti tibi adrogare iudicium: poenam praui iudicii refutare non debes. posuit tamen te contra paradisum, ne memoriam eius posses
53 abolere. denique iusti in paradisum rapiuntur, sicut Paulus rap- E tus est in paradisum et audiuit uerba ineffabilia. et tu si a primo

1 Gen. 1, 28 12 Matth. 7, 1 17 Gen. 3, 22 21 II Cor. 12, 2—6

1 considerat (si *s. u.*, t *eras.*) *A* habet *A* 3 reptilium *SBP'* uideor (s *s.* or) *A* 4 tibi *s. u. A* tu *s. u. A* 5 singulorumque *B* 6 esse *om. RC'* 7 similia (*m2* disimilia, *om.* minime) *R* 8 certū *RP'V'* quo] ut *M* 9 cogitatibus *R* 10 es *om. RV'* 11 te *MSBP' & R, om. cet.* 13 quia *in ras. P* sciebat *SBP'C* infirmante esse *A et* (ṽ *s.* ạn *m2*) *P et* (infirmū te *in mg. m2*) *V* 14 noluit *V'* uoluit te *RB* obedientem te *C* obedientē* (s *eras.*) *A* 15 es*ses (e *eras.*) *A* 16 iudicis *RV'* incidere| iudicare *A* itaque *om. RV'* noluisti *APVD* 17 quisi *A* (a *s.* i) quasi *CD, om. PVM*, tamquam *cet.* 18 scias *APVMC'* sciebat (eb *eras.*) *P'* sciat *R* (t *s. u.*) *cet.* 20 te tamen *SBP'*, tamen *om. R* 21 rapiuntur *APVD* saepe rapiuntur *cet.* sicut et *SBP'* 22 ineffabilia *A* (a *alt. ex* ū), que non licet homini loqui *add. P''*

caelo ad secundum, a secundo caelo ad tertium mentis tuae uigore rapiaris, hoc est quia primum unusquisque homo est corporalis, secundo animalis, tertio spiritalis, si ita rapiaris ad tertium caelum, ut uideas fulgorem gratiae spiritalis — animalis enim homo quae sunt spiritus nescit, et ideo tertii caeli ascensio tibi est necessaria, ut rapiaris in paradisum — F rapieris iam sine periculo, ut possis diiudicare omnia, quia spiritalis diiudicat omnia, ipse autem a nemine diiudicatur, et fortasse quasi adhuc fragilis audies uerba ineffabilia, quae non liceat homini loqui, et tunc quod acceperis reseruato et quod audieris custodi. Paulus apostolus custodiebat, ne laberetur uel alios certe faceret errare. aut fortasse ideo dixit Paulus: quae non licet homini loqui, quia erat adhuc in corpore constitutus, hoc est uidebat istius corporis passiones, uidebat legem carnis suae repugnantem legi mentis suae. hoc enim malo intellegi, ne uideamur quendam adhuc futuri periculi 169 A iactare terrorem; sit enim uel propter hanc uitam securitas, ut nullos praeuaricationis posthac futurae laqueos formidemus. ergo quicumque fuerit in paradiso ascensione uirtutis audiet mysteria dei arcana illa atque secreta, audiet dicentem dominum tamquam latroni illi a scelere ad confessionem et ad fidem a latrocinio reuertenti: hodie mecum eris in paradiso.

5 I Cor. 2, 14 8 I Cor. 2, 15 12 Augustinus contra Iul. Pelag. II 5, 13 (fortasse . . . mentis suae) 13 II Cor. 12, 4 14 Rom. 7, 23 20 Luc. 23, 43

1 a secundo *om. R* caelum *RV'*, caelo *om. C* 2 hunusquisque *A* (h *eras.*) 4 fulgore *P* 5 spiritus dei *N* (τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ). 6 rapieris (*om.* ut) *APVD* 7 rapieris *APVD* rapiaris *cet.* 8 autem] enim *R* iudicatur *RMCV'* 9 fragilis *A* (r *s. u.*) 11 custodito *N* 12 dicit *C* 13 quae *Augustinus* qui *V* quia *cet.* 14 passiones *A* (e *ex* i) 15 car**nis *A* (ci *eras.*) repugnantem . . . suae *om. hoc siglo ⁜ adscripto A* (*fuit in mg. inf. nunc absciso*) 16 intellegi malo *B* 17 siçut *A* sic *RC* 18 posthac *SBP'V'* post hanc *cet.* 19 fuerit *A* ascensionis (e *s.* is *m2*) *A* 20 audiet *pr.*] audit *APD* arcana *M* archana *cet.* dicente domino *M* 21 dnm *in ras. A* a] ab *RMSBV'* et ad fidem a latrocinio *m2 PP''*, *om. C*, et ad fidei latrocinium *m1 PP'' cet.* 22 peruertenti *R* reuerti *B*

12, 54 Serpens autem erat sapientior omnium bestia- B
rum, quae erant super terram, quas fecit dominus
deus. et dixit serpens mulieri: quid utique dixit
deus, ne edatis ab omni ligno quod est in paradiso?
cum dicit sapientiorem serpentem, intellegis quem loquatur, C
id est illum aduersarium nostrum, qui tamen habet huius
sapientiam mundi. sed et uoluptas atque delectatio bene
sapiens dicitur, quia et carnis appellatur sapientia, sicut habes
quia sapientia huius carnis inimica est deo et ad
exquirenda delectationum genera astuti sunt qui adpetentes
sunt uoluptatum. siue ergo delectationem intellegas, quaedam
est diuino aduersa mandato et inimica sensibus nostris, unde D
sanctus Paulus ait: uideo aliam legem in membris
meis repugnantem legimentis meae et captiuantem
me in lege peccati, si autem ad diabolum referas, uerus
inimicus est generis humani. quae causa autem inimicitiarum
nisi inuidia? sicut Solomon ait quia inuidia diaboli mors
introiuit in orbem terrarum. inuidiae autem causa
beatitudo hominis in paradiso positi et ideo, quoniam ipse
diabolus acceptam gratiam tenere non potuit, inuidit homini
eo quod figuratus e limo, ut incola paradisi esset, electus est. E
considerabat enim diabolus quod ipse, qui fuisset superioris

1 Gen. 3, 1 5 Augustinus contra Iul. Pelag. II 5, 13 (cum dicit ... lege peccati); cf. III 21, 48 9 Rom. 8, 7 13 Rom. 7, 23 17 Sap. 2, 24

1 erat *om.* *RV'* 2 erant] repunt *RV'* quas *RSBP'C''V'* quam *cet.* 5 quem] quae *RV'* loquebatur *BC'* *et* eb *exp.* *S* 6 illum] ilico *SB* *et* (*s.* *m2* illū) *P'* sapientiam huius *RCC'V'* 7 uoluntas *RMV'* 8 et II et sapientia *M* sapientia *cet.* 9 quia *A* (i *s.* *u.*) huius *om.* *SBP'CC'*, *fort.* *recte* in deo *R*, *om.* *V'* 11 sunt *s.* *u.* *m2* *M* 12 aduersata *RV'* mandato *A* (n *in* *ras.*, da *s.* *u.*) 13 paulus *AC'D* *et* *s.* *u.* *m2* *S* aplś *s.* *u.* *M* apostolus Paulus *P'*, *om.* *cet.* menbris *A* 15 me *om.* *RV'* 16 autem causa *SBP'* 17 solomon *M* salemon *V'* salomon *cet.* 18 introiuit *A* (i *alt.* *s.* *u.*) introuit (*m2* intrauit) *S* introibit (v *s.* b) *R* autem] enim *M* 19 beatitudo est *B* siti *RV'* et ipse *BP'* 21 est *om.* *PVCC'*

naturae, in haec saecularia et mundana deciderat, homo autem inferioris creaturae sperabat aeterna. hoc est ergo quod inuidit dicens: 'iste inferior adipiscetur quod ego seruare non potui? iste de terris migrabit ad caelum, cum ego de caelo lapsus in terras sim? multas uias habeo quibus hominem decipere possim. de limo factus est, terra ei mater est, coruptibilibus inuolutus est. etsi anima superioris naturae, tamen et ipsa lapsui potest esse obnoxia in corporis carcere constituta, quando ego lapsum uitare non potui. est igitur uia prima, ut decipiatur, dum condicione sua maiora desiderat. hic enim quidam est conatus industriae. deinde carnis est quod non habeat desiderare. postremo in quo uideor ego omnibus esse sapientior, nisi circumscribam hominem et uersutia et fraude contendam?' itaque machinatus est ut non primo Adam adoriretur, sed Adam per mulierem circumscribere conaretur, non adorsus est eum qui coram acceperat caeleste mandatum, sed eam adorsus est quae a uiro didicerat, non a deo quid obseruaret acceperat. neque enim habes quia mulieri dixit deus, sed quia Adae dixit, et ideo per Adam cognouisse mulier aestimanda est. cognoscens igitur hoc loco temptamenti genus plurima etiam aliis locis temptamenti genera repperies. alia sunt per principem istius mundi, qui quaedam uenena sapientiae in hunc mundum euomuit, ut uera putarent homines esse quae falsa sunt et specie quadam hominum caperetur affectus.

2 inferior *APRVMV', fort.* inferior creatura, *quod est in P'* aeterna (r *s. u.*) *A* inuidit *RP'V'* inuidens (dicit) *C* inuidet *P* (i *s.* e) *cet.* 3 adipiscetur *SBP'C'* adipiscitur *cet.* 4 e terris *RV'* migrauit *RV' et* (*corr. m2*) *S* migrabit *A* (b *ex* u) ergo *P* caelis *B* 5 terra *ARSD* terram *MBP'* 6 possǫm *A* (i *s.* ǫ) possum *C'* est (*pr.*) et *RP'* ei terra *P'* 7 etsi] si enim *B* anima est *MP'* 10 conditione *libri* 11 quiḍdam *P* 13 nisi *om. RMV'* 14 est *om. RV'* 15 adoletur *R* (v *s.* o *m2*, adoriretur *in mg. m2*) *V'* 16 est *om. RV'* curam *AD* 17 quid (d *s. u.*) *A* 18 et acceperat *SBP'C'* 19 ideoque (*om.* et) *B* per] ab *RV'* 20 tæmtamenta (æ *ex* a, i *s.* a *alt.*) *A* 21 reperies *A* reperiris *R* (e *s.* i *pr. m2*) *V'* repperiens *M* 23 euomuit *V* (e *s. u. m2*) esse *om. RV'* 24 quedam *A*

non enim semper quasi apertus hostis ingreditur, sed sunt quaedam potestates quae amorem simulent gratiamque praetendant, ut paulatim cogitationibus nostris uenenum suae iniquitatis infundant, a quibus oriuntur illa peccata, quae uel ex delectatione uel ex quadam mentis facilitate nascuntur. sunt etiam aliae potestates, quae ueluti conluctantur nobiscum. unde et apostolus ait: quia non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus et potestates et rectores huius mundi, C tenebrarum harum, aduersus nequitiam spiritalium, quae sunt in caelestibus; uolunt enim hac quadam contentione nos frangere et ueluti quoddam animae nostrae corpus elidere. unde et Paulus quasi bonus athleta non solum ictus aduersantium potestatum uitare cognouerat, uerum etiam aduersantes ferire. unde et ait: percutio pugnis, non ut aera caedens. et ideo quasi bonus athleta ad coronam meruit peruenire. ergo multiplicia temptamenta sunt diaboli. D et ideo bilinguis serpens habetur atque letalis, eo quod diaboli minister aliud lingua loquitur aliud corde meditatur. sunt et alii ministri, qui et cordis et uocis suae infectas ueneno ueluti uerborum suorum iactant sagittas, quibus dominus ait: generatio uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?

7 Ephes. 6, 12 15 I Cor. 9, 26 16 II Tim. 4, 8 22 Matth. 12, 34

1 ostis *A* 2 praetentdant *A* 3 suae *s. u. m2 M* infundant *R* (n *s. u. m2*) infundat *MP'V'* 5 quedam *A* noscuntur *RV'* 7 et *om. RC'DV'* est *om. RV'* 8 et aduersus *R* aduersus et *V'* aduersus (ad *s. u.*) *A* 9 rectores (s *s. u.*) *A* 13 eludere *MV'* elüdere *P'* ludere *R* (e *s.* u *m2*) atleta *AV et* (*corr. m1*) *C'* adleta *PB* 15 aduersitates *R* et *om. RMV'* ut *om. RMDV'* 16 aera (e *s. u.*) *A* aerem *SBP'* atleta *APV* 17 multiplicia (i *ult. s. u.*) *P* 18 laetalis *A et m1 S* loetalis *P* (o *s. u.*) *B et m2 S* 19 loquatur *N* meditetur *RMSP'* meditemur *V'* 20 suae *om. RV'* infectos *P* 21 uelut *PCC'* sagittas iactant *RV'* 22 potestis (s *alt. s. u.*) *A*

56 Et dixit serpens mulieri: quid utique dixit deus: ne edatis ex omni ligno quod est in paradiso? et dixit mulier serpenti: ex omni ligno paradisi manducabimus, de fructu autem ligni quod est in E medio paradisi dixit deus: non manducabitis ex eo neque tangetis ex eo, ne moriamini. cum audieris sapientiorem bestiis omnibus esse serpentem, hic eius iam quaere uersutiam. simulat se uerba dei dicere et proprios intexit dolos. cum enim dixisset deus: ex omni ligno quod est in paradiso edetis ad escam, de ligno autem quod est scientiae boni et mali non edetis, qua die autem manducabitis ex eo, morte moriemini, serpens quasi interrogans mulierem, cum dixisset deus: 'ex F omni ligno quod est in paradiso edetis, de ligno autem uno non edetis', inseruit mendacium, ut diceret: 'ab omni ligno non edetis', cum de uno tantum ligno scientiae boni et mali praeceperit deus non esse gustandum. qua ratione autem fefellerit nihil mirum, quia iis qui aliquem circumscribere conantur consuetudo est fallere. non est igitur interrogatio otiosa serpentis. sed ut scias in mandato nullum uitium esse potuisse, respondit mulier et ait: ex omni ligno paradisi manducabimus, de fructu autem ligni quod est in medio paradiso dixit deus: non manducabitis ex

1 Gen. 3, 2 sq. 9 Gen. 2, 16 sq. 21 Gen. 3, 3

1 et dixit ... 7 serpentem *om. C'* (*in quo deinde* hic iam quaero serpentis uers.) 2 ex] ab *RV'* in medio p. *SBP'C'* paradisi *P'* 4 ligni *om. BP'* 5 deus *om. APVD* 6 neque] nec *R* ne *V'* audieritis Π (ti *eras. D*) *RV'* 8 quęuero *A* quaero *PVC* 10 ad escam edetis *N*, ad escam *om. CC'* 11 quod est *om. MCC'* *et* (*in quo* de ligno ... boni *in ras.*) *P'* est *s. u. P* edatis Π et qua *C'* 12 autem] enim *C*, *om. C'* 14 paradoso (i *s.* o *pr.*) *A* 16 uno] ligno (g *s. u.*) *A*, *om. D* 17 esęse (e *pr. s. u.*) *A* 18 iis *C'* is *R* *is *S* (u *eras.*) his *M* (h *in ras.*) *cet.* 19 conantur (n *s. u.*) *AC* conatur *RSBC'* et (a *ex* ã) *V'* est *om. RV'* 20 uitiosa *R* *post* otiosa *add.* responsio (*om. ante* interrogatio) *B* 21 et ait Π ut habes *N*

eo neque tangetis ab eo, ne morte moriamini. in 171 A
mandato quidem nullum uitium est, sed in relatione mandati. etenim quantum praesens lectio docet, discimus nihil uel cautionis gratia iungere nos debere mandato. si quid enim uel addas uel detrahas, praeuaricatio quaedam uidetur esse mandati. pura enim et simplex mandati forma seruanda uel testimoni series intimanda est. plerumque testis dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adicit, totam testimonii fidem partis mendacio decolorat. nihil igitur uel quod bonum uidetur addendum B est. namque hic quid offensionis habet prima specie quod addidit mulier: neque tangetis ex eo quicquam? — tangetis enim deus non dixerat, sed non edetis — sed tamen lapsus incipit esse principium. nam quae addidit uel superfluum addidit uel addendo de proprio semiplenum intellexit dei esse mandatum. docet igitur nos praesentis series lectionis neque detrahere aliquid diuinis debere mandatis neque C addere. nam si Iohannes hoc iudicauit de suis scriptis: si quis adposuerit inquit ad haec, adiciet in illum deus plagas, quae scriptae sunt in libro isto, et qui dempserit de uerbis his prophetiae huius, delebit deus partem illius de libro uitae, quanto nihil diuinis mandatis est detrahendum! hinc ergo coepit praeuaricatio prima esse mandati. et plerique putant non mulieris hoc uitium esse, sed Adae fuisse. ita Adam dixisse mulieri,

17 Apoc. 22, 18 sq.

1 ab eo] ex eo *B*, ab eo (*s.* ex eo) *P'*, *in S ras. 4 litt.* ea *RV'* morte *om. RMV'* 2 mandatum *RV'* reuelatione *RV'* mandato (i *s.* o) *A* 3 dicimus *R* (*corr. m2*) *V'* 4 quid (d *ex* t) *P* 5 detraas *A* esse uidetur *P'* 6 enim] *malim* ergo testimonią *R* (i *m2 s.* ą) testimonii *A* (i *ult. s. u.*) *cet.* 7 gestorum seriem *RV'* 9 uidetur esse bonum *B* 11 addidit (i *pr. postea add.*) *A* addit *R* ea *A* 12 tęngetis (a *s.* ę) *A* sed *alt.*] et *RSBV'* 13 addit *SBP'* 16 detraere *A* mandatis debere *B* 19 scriptæ *A* (æ *ex* a) scripta *SP'* et *om. RV'* 20 delebit illum dñs *B* 21 quantum II·quanto magis *B* diuinis mandatis nihil est subtrahendum *B* 22 coepit *P* (o *s. u.*) *VMCP'* cepit *AC'* cępit *cet.* 23 mandati *om. B*

dum eam uellet facere cautiorem, ut adderet mandasse deum: D
neque tangetis ex eo quicquam. habemus enim quia Adam, non Eua mandatum acceperit a deo; non enim mulier formata fuerat. ipsa quidem uerba Adae, quibus mulieri dicit formam seriemque mandati, non prodit lectio, sed intellegimus per uirum ad mulierem seriem transisse mandati. uidero tamen quid alii sentiant; mihi tamen uidetur a muliere coepisse uitium, inchoasse mendacium. nam etsi de duobus uideatur incertum, tamen sexus prodit qui prius potuerit errare. adde E
quia praeiudicio illa constringitur, cuius et postea prior error inuentus est. uiro enim mulier, non mulieri uir auctor erroris est. unde et Paulus ait: Adam inquit non est deceptus, mulier autem seducta in praeuaricatione fuit.

57 Nunc uideamus utrum praeter adiectionem, quae mandato est adplicata, quod additum est obfuisse uideatur. nam re uera si bonum est neque tangetis ex eo et ad cautionem proficiebat, cur deus hoc minime interdixerit, immo non inter- F
dicendo permisisse uideatur? itaque utrumque quaerendum, qua ratione nec permiserit nec interdixerit. sunt enim qui dicant: qua ratione quod fecit uideri non iussit et tangi? uerum cum in eo ligno audieris naturam fuisse scientiae boni et mali, potest aestimari quia noluit te malum tangere. satis enim nobis uidere Satanan sicut fulgur de caelo cadentem

12 I Tim. 2, 14 23 Luc. 10, 18

1 uellet eam *M* facere uellet *C'* 3 adam (a *pr. s. u.*) *A* non (*alt.*) *APVD* necdum *RV'* nondum *cet.* 4 fuerat] erat *RMV'* uera de quibus mulier *RV'* 6 uidero (r *del. m2*) *S* tamen *post* uidero *secludendum esse uidetur utpote ex altero* tamen, *quod sequitur, ortum; fort. scriptum erat* uidero ⟨quidem⟩ 7 coepisse *MSP'* incipisse *R* incepisse *V'* cępisse *BP'D* cepisse *cet.* 8 inchoasse *C* (h *s. u.*) incoasse *M* 10 praestringitur *SP'* quę praestringitur *B* 12 et *om. RC'V'* 15 est *alt. om. RV'* uidetur a uera si bonus *RV'* 16 et *om.* Π 18 permississe *P* 20 dicunt *N* uideri] ederi *A et* (er *eras.*) *P* edere *V* edi *D* 21 natura *A et* (-ă *m. rec.*) *P* fuisset *A et* (t *exp.*) *V* 22 satis enim *scripsi* satis est *AVBD et* (est *in ras.*) *P* satis enim est *BC'* satis est enim *M* (est *s. u. m2*) *cet.* 23 fulgor *RMV'*

secundum uocem domini et dantem escam non luminis, sed noctis et tenebrarum filiis, quia scriptum est: dedit eum in escam populis Aethiopum. hoc igitur de eo dictum est quod non mandauerit tangi; quod autem non prohibuerit, 172 A quid intellegam accipe. sunt multa quae noceant, si ante uoluerimus haurire quam quae sint illa cognoscere. nam et de cibis et potu plerumque usu uenit, quippe si id quod amarum est ante cognoscas, indues patientiam et si intellegas illa quae sunt amara prodesse, indues tolerantiam, ne offendat amaritudo te repentina et incipias reicere profutura. prodest ergo ante cognoscere, ut ex eo quod cognoueris profuturum nec amara fastidias. sed haec minus nocere possunt, illud quod B 58 magis, nisi prouideatur, nocere possit aduerte. gentilis quidam est, ad fidem tendit: catechumenus est, uult maiorem accipere doctrinae et fidei plenitudinem: caueat ne dum uult discere male discat et discat a Photino, discat ab Ario, discat a Sabellio, tradat se huiusmodi magistris, quorum quaedam eum trahat auctoritas, et inductus quadam magistrorum praesumptione teneris sensibus inpressa diiudicare non nouerit. prius igitur C oculis mentis perspiciat quid sequatur, uideat ubi uita sit, tangat denique diuinarum uitalia lectionum, ut nullo prauo offendatur interprete. legit illi Sabellius: ego in patre et pater in me et dicit unam esse personam. legit Photinus quia mediator dei et hominum homo Christus

2 Psalm. LXXIII 14 22 Ioh. 14, 10 24 I Tim. 2, 5

3 escam (s *ex* c) *A* 4 manducauerit *R* (uc *exp. m2*) *V* (uc *exp.*) *C* (*in mg.*) *P*$''$ 6 aurire *APS* haurire (h *s. u.*) *C* 7 de potu *SB* quippe (p *pr. s. u.*) *A* 8 amarum (ma *s. u.*) *A* induis *RMP*$'$*V*$'$ et *om. RV*$'$ 9 induis *RP*$'$*V*$'$ *et* (is *m2 ex* es) *M* 10 te* *P* (r *eras.*) profuturam *APVC*$''$ 11 cognouerit *AVC*$''$ *et* (s *s.* ţ) *P* 12 haec] et *RV*$'$ possint *RV*$'$ 13 aduertere ̨ *P* 14 cathicuminus *AVD et m1 P* cathecuminus *P m2 M* catecuminus *CC*$''$ caticuminus *cet.* est *N* et Π 15 accipere *om. V* et fidei *om. PCC*$'$*P*$''$ 16 fotino *libri* arrio *libri semper* 17 quorum quae *A* (*hoc signo* ※ *adiecto; in quo* eum . . . qua[dam] *in mg. inf.*) 18 tradat *P* (h *s.* d̨) *AVD* teneat *cet., cf. p. 318 u. 5* inducetur *SBP*$'$ praesumtione *A* 20 qui *APVC* 23 me est *B* personam esse *P*$'$ fotinus *libri*

Iesus et alibi: quid me uultis occidere hominem? legit etiam Arius quia dixit: quoniam pater maior me est. legitur quidem manifestum, sed qua ratione dictum D sit debet ante pertractare secum, ut rationem dictorum possit aduertere. ducitur quadam magistrorum auctoritate, et profuisset ei non quaesisse quam talem inuenisse doctorem. sed etiam gentilis si quis scripturas accipiat, legit: oculum pro oculo, dentem pro dente, legit etiam: si scandalizauerit te dextera tua, abscide illam: non intellegit sensum, non aduertit diuini sermonis arcana, peius labitur quam si non legisset. et ideo docuit quemadmodum E dei uerbum inuestigare deberent, non perfunctorie, non inprouide, sed diligenter atque sollicite. quod erat inquit ab initio, quod audiuimus et quod uidimus oculis nostris, perspeximus et manus nostrae perscrutatae sunt de uerbo uitae: et uidimus et testamur et adnuntiamus uobis. uides quod ante manibus quibusdam perscrutatus sit dei uerbum et postea adnuntiauerit. et ideo nihil Adam et Euam fortasse nocuisset uerbum, si pertractantibus diligenter mentis quibusdam manibus ante F tetigissent; infirmi enim pertractando et diligentius requirendo uniuscuiusque quam non intellegunt possunt inuestigare naturam.

1 Ioh. 8, 40 2 Ioh. 14, 28 7 Leuit. 24, 20 8 Matth. 5, 30 13 I Ioh. 1, 1 sq.

3 *fort.* manifesto 4 rationum *A* 5 dicitur *ARSBV'* discitur *D* quidam *APV* et quodam *RV'* quidem *P''* 6 profuisset (t *s. u.*) *P* quaesisset *A* 7 quis *om. RV'* 10 auertit *RP'* *et* (*corr. m2*) *S* animaduertit (d *s. u.*) *B* sermonis archana *A* (r *alt. s. u.*) *D* archana (arcana *M*) sermonis *cet.* 13 atque] ac *B* 14 et *ante* oculis *transponit C'* oculis nostris perspeximus *om. N* 15 et manus . . . sunt *in mg. inf. A* et quod manus *SP'* 17 manibus *APVD* uelut manibus *cet.* 18 adnuntiaret *RV'* adnuntiarit *M* 19 adam et euam Π adae et euae *N* nocuiss*et (e *eras.*) *A* 20 dilienter *A* quibusdam (s *s. u.*) *A* 21 infirmą (i *s.* ą) *A* requirrendo *A* 22 *post* inuestigare *add.* sententiam inuestigare *N*, inuestigare sententiam *add. post* requirendo *C* inuestigare sententiam (*om.* inuestigare naturam) *C'*

certe illi infirmi id lignum, in quo scientiam mali esse cognouerant, ante quemadmodum tangerent, debuerant perscrutari. nam et mali saepe nobis potest prodesse cognitio. et ideo diaboli fraudes uel in hac legimus lectione uel prophetia, ut discamus quemadmodum artes eius cauere possimus; cognoscenda sunt enim temptamenta eius non ut sequamur, sed ut docti instructique caueamus.

59 Sunt hoc loco qui dubitationem habeant utrum ex omni 173 A ligno ita dixerit deus esse gustandum, ut cum de omni ligno ita de scientiae boni et mali ligno gustaretur, an uero de omni ligno gustandum, de solo ligno scientiae boni et mali dixerit non esse gustandum? qui ne id quidem putant inutilis esse rationis quod, quamuis noxia esca huius ligni fuerit, tamen si cum ceteris ederetur, noxia esse non posset, quandoquidem antidotum theriacum de corpore serpentis confici solere dicatur, quod utique uirus corpusque serpentis, cum solum sumitur, nocet, cum admiscetur aliis, sanitati est et saluti. scientia quoque boni et mali, si quis sapientiam habeat, si quis uitae semper intendat, si quis cetera uirtutum genera consequatur, nequaquam inutilis aestimatur. hac igitur ratione plerique putauerunt posse etiam illud intellegi, ut uideatur deus id inhibuisse, ne absque ceteris solum lignum scientiae boni et mali gustaretur, non prohibuisse cum ceteris. C et hoc ideo putant dictum, quia ait deus ad Adam: quis tibi indicauit quoniam nudus es, nisi de ligno a

24 Gen. 3, 11

1 cognouerunt *BP'* cognouerint *C* 2 tangere *SB* et perscrutari *SB* 5 discamus (s *pr. s. u.*) *A* 6 tæmptamenta (æ *ex* a) *A* 9 ut] aut *AVD et* (a *exp.*) *P* 10 scientia *APV* mali (li *s. u.*) *A* 11 de solo . . . gustandum *om. APVD* 14 possit *N* *post* quandoquidem *add.* etiam *N* 15 antidotum *BCP'* anthidotum *cet.* thiriacum *PVM* teriacum *R* teraicum *V'* tiricum *C* tyriacum *P'C'* de corpore *om. RV'* 16 utique (uti *in ras. m2*) *P* 17 sanitatis est et salutis *SBP'* 18 quoque *om. RV'* malis *P* quis *APVMD* quid *cet.* sapientiã *P* (ã *ex* æ) *D* sapientia *V* sapientiae *cet.* 19 *fort.* iustitiae 22 ne . . . prohibuisse *om. APVD* 24 dns *RV'* 25 quoniam] quod *SBP'* quod iam *M* nusdus est (t *eras.*) *A* es] esses *SBP'* a quo] de quo *RM* de quo de *V'* quod *SBP'*

quo praeceperam tibi, ab hoc solo ne manducares, manducasti? quod uideretur dare aliquem interpretandi locum, nisi mulier in superioribus dicente serpente: quid utique dixit deus, ne edatis ab omni ligno quod est in paradiso? respondisset: quod est in medio paradisi, dixit deus: non manducabitis ex eo. in quo quamuis mulieris praeuaricaturae fides uideatur infirmior, tamen non omnibus Adam spoliabo uirtutibus, ut uideatur in paradiso nullam adsecutus fuisse uirtutem, nihil de ceteris gustauisse lignis priusque culpam incidisse quam fructus esse aliquos consecutus. non spoliabo ergo Adam, ne genus humanum omne dispoliem, quod innocens est, antequam sensum accipiat scientiae boni et mali. neque enim otiose dictum est: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum caelorum. puer enim cum maledicitur, non remaledicit, cum percutitur, non repercutit, ambitionum et rapinarum temptamenta non nouit. ergo uerius puto quod ne cum aliis quidem fructibus lignum edendum esse praeceperit. nam etsi bona scientia perfecto, inperfecto tamen inutilis est. inperfectum auserim omnem hominem dicere, quando ipse Paulus quasi inperfectus dicat: non quo iam acceperim aut iam perfectus sim, sequor autem si conprehendam, et ideo inperfectis dicit dominus: nolite iudicare, ut non iudicemini. ergo

14 Matth. 18, 3 16 I Petr. 2, 23 22 Philipp. 3, 12 24 Matth. 7, 1

1 manducaueris *R* manducaris *V'* manducasses *S* (-ares *m2*) *BP'* 2 aliquem dare *BD* interp̃tanti *CC'P'* 3 quod *B et* (*corr. m1*) *PM* 5 paradisi] paradiso *NC'* 6 manducabis *RC* 10 priusquem (a *s.* e) *A* priusquam *P* (quam *del.*) *MCC'* incidisset *P* (e *s.* e̥t̥) *CC'* 11 consecutus *tacite Maurini* consecutum *libri* ne *s. u. A* 12 disomne dispoliens *A* 13 occiosum *A* ociosum *D* odiose *RV'* 17 temtamenta *A* 18 poto (v *s.* o *pr.*, o *alt. ex* a) *A* 19 preceperit (epe *s. u.*) *A* 21 quandoquidem *N* quasi *in mg. S*, *om. BP'* 22 non . . . conprehendam *om. B* quo iam *APV* quoniam *RV'* quod iam *cet.* aut iam II*M* aut qm̃ *RV'* aut quo iam *S* aut quod (d *s. u. m2*) iam *P'* 23 et *om. RBP'V'*, *post* ideo *collocat M*

inperfecto inutilis scientia. denique peccatum nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces et infra: sine lege enim peccatum mortuum est. quid enim mihi proderat scire quod uitare non poteram? quid mihi proderat scire quod lex carnis meae inpugnaret? inpugnatur Paulus et uidet legem carnis suae repugnantem legi mentis suae et captiuari se in lege peccati, nec de conscientia sua praesumit, sed per Christi gratiam confidit se a mortis corpore 174 A liberandum: et tu quemquam opinaris scientem non posse peccare? Paulus dicit: non enim quod uolo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago: et tu arbitraris homini prodesse scientiam, quae delicti augeat inuidiam? esto tamen ut perfectus peccare non possit: in Adam deus omnes homines praeuidebat et ideo promisce generi non conueniebat humano habere scientiam boni et mali, quam per carnis uitia
13, 61 ut oportebat exercere non poterat. discamus igitur temptamenta diaboli plena esse mendacii; uix enim unum uerum uidetur ex iis quae pollicitus est, reliqua falsa conposuit. sic enim habes: et dixit serpens mulieri: non morte moriemini. ecce unum falsum; nam morte mortuus est homo, qui secutus est promissa serpentis. deinde addidit: sciebat enim inquit deus quia quacumque die manducaueritis ex eo adaperientur oculi uestri. hoc solum uerum, quia infra habes quia manducauerunt ambo et aperti sunt oculi

B C

1 Rom. 7, 7 2 Rom. 7, 8 5 Rom. 7, 23 Augustinus contra Iul. Pelag. II 5, 13 (inpugnatur . . . inuidiam) 8 Rom. 7, 24 sq. 10 Rom. 7, 19 19 Gen. 3, 4 21 Gen. 3, 5 24 Gen. 3, 6 sq.

3 quid (d *s. u.*) *A* 4 quod . . . scire *in mg. inf. A, om. P'* 6 repugnantem (n *s. u.*) *A* 7 conscientię (a *s.* ę) *A* praesumpsit (praesumsit *A*) II 8 set (t *in ras., non satis certum*) *A* de Ch. gratia *RV'* confidet *R* (*corr.*) *V'* a *om. RV'* 9 opinares *A et* (*corr. m1*) *PV* opinare *RV'* 12 auget *R* augit *V'* 13 omnes (s *s. u.*) *A* 14 promisce *AV* promisc• (uo *s. ras.*) *P* promisse *RV'* promiscue *cet.* non] ut *P* 18 his *libri* 19 mortem *APS et* (m *exp.*) *V* 21 scit *SBP'CC'* enim inquid (inquid *s. u.*) *A* enim inquit *D*, enim *om. cet.*

eorum, sed hoc uerum quod noceret. denique non omnibus aperire oculos utile, quia scriptum est: uidebunt et non D uidebunt, sed statim adglutinatum mendacium est, quia adiunxit: et eritis sicut dii scientes bonum et malum. in quo licet aduertere idolatriae auctorem esse serpentem, eo quod plures deos induxisse in hominum uideatur errorem quaedam serpentis astutia. et hoc fefellit, quia homo sicut dii; non solum enim sicut dii esse homines desierunt, sed etiam qui quasi dii erant, quibus dictum est: ego dixi: dii estis, sui gratiam perdiderunt.

62 Et uidit mulier quia bonum est lignum ad manducandum et quia gratum oculis ad uidendum et speciosum est ad intuendum. infirma auctor iudicii. quae de eo quod non gustauerat iudicabat. et ideo non facile E nisi quod diligentius pertractauerimus, quod interiore probauerimus affectu uidetur ad opus aliquod esse sumendum. accipiens inquit de fructu eius manducauit et dedit uiro suo simul, et manducauerunt ambo. bene praetermissum est ubi decipitur Adam, quia non sua culpa, sed uitio lapsus uxorio est. F

63 et aperti sunt inquit oculi eorum, et cognouerunt quod nudi essent. et ante quidem nudi erant, sed non sine uirtutum integimentis. nudi erant propter morum simplicitatem et quod amictum fraudis natura nesciret; nunc autem multis simulationum inuolucris mens humana uelatur. ergo

2 Esai. 6, 9 4 Gen. 3, 5 9 Psalm. LXXXI 6 11 Gen. 3, 6 16 Gen. 3, 6 20 Gen. 3, 7 22 Philo Quaest. I 30, cf. Legg. alleg. II 15 (76, 1; I 100, 28 *C.*) et 16 (77, 49; I 102, 33 *C.*)

1 omnibus (s *ex* n) *A* 2 uidebunt te et *SBP'* 6 hominẹm (v *s.* ẹ) *A* 7 non . . . dii *om. RV'* 8 dii (i *alt. s. u.*) *A* homines esse *B* 12 gratum . . . auctor *om. RV'* 14 quod (d *s. u.*) *A* 15 pertræctaęuerimus *P* (æ *ex* a *m2*) pertrectauerimus *VB* quod int. probauerimus *om. B* 17 maducauit *A* 18 et] ei (*s.* enim) *P* 19 uxorio est *A* (o *postea add.*) *MP'D* uxoris est *P* (s *pr. s. u. m. rec.*) *V* (s *pr. s. u. m1*) *S* (s *pr. s. u. m2*) *C* est uxoris *RBV'*, bene . . . uxorio est *om. C'* 22 integumentis *SC'* tegumentis *C* tegimentis *D* 23 naturę *A* nescirent *APD* 24 ergo (r *s. u.*) *A*

posteaquam spoliatos se illa sinceritate et simplicitate uiderunt integrae incorruptaeque naturae, quaerere mundana et manu facta coeperunt, quibus nuda suae mentis operirent, delecta- 175 A
tiones delectationibus et mundi huius umbratiles uoluptates uelut folia foliis adsuentes, quibus obumbrarent genitale secretum. nam quomodo clausos oculos corporis habuit Adam, qui omnia animantia ita uidit, ut his et nomen inponeret? quomodo cognouerunt, id est interiore et altiore scientia non
64 tunicam sibi, sed uirtutum deesse uelamina. et adsuerunt inquit folia ficus et fecerunt sibi subcinctoria. B
ficum hoc loco pro qua specie debeamus accipere diuinarum nos docet series lectionum, quandoquidem sanctos esse qui sub uite et ficu requiescunt scriptura memorauerit et Solomon dixerit: quis plantat ficum et de fructu eius non manducat? et dominus ad ficum uenerit, sed ideo sit offensus, quia non inuenerit fructum, sed folia tantum. docet ergo me Adam quid sint folia, qui posteaquam peccauit, de foliis ficus fecerit sibi subcinctorium, qui de fructibus magis eius gustare debuerit. iustus fructum eligit, folia C
peccator. qui est fructus? fructus inquit spiritus est caritas gaudium pax patientia benignitas modestia continentia dilectio. non habebat fructum qui gaudium

9 Gen. 3, 7 12 Mich. 4, 4 14 Prouerb. 27, 18 20 Galat. 5, 22

2 corruptaeque *R* (*corr. m2*) *V'* 3 quibus (*eras.*) quibus *A* delectationes *om. RV'* 4 delectionibus *A* mundi . . . obumbrarent *om. RV'* 5 foliis *P* (i *alt. ex* a) quibumbrarent (*m2* que obumbrarent) *P* 6 clausos (a *s. u.*) *M* clusos *RV'* 7 ita *om. RV'* inponerent *A* 10 succinctoria *RMSCDV'* 11 debeamus (a *s. u.*) *R* debemus *BV'* 12 docens|eries (*corr. m2*) *P* 13 uitae *APMS* et ficu *om. B, in mg. m1 S* fico *RV'* requiescant *RV'* scriptura requiẹsçụnt *A* solomon *PM* salemon *V'* salomon *cet.* 14 quis . . . manducat *om. RV'* fructu] ficu *AV et* (*corr. graphio*) *P* ueniens (*om.* sed) *C* 16 tantum (n *s. u.*) *A* eius tantum *B* 17 me ergo *RV'* flolia (l *exp. m2*) *A* folia ficus *B* 18 folia *R* (o *s.* a *m2*) *V'* succinctorium *RMBCC'V'* 19 eius magis *RMBP'V'* fructum (r *s. u.*) *A* eligit *PVMC* elegit *cet.* flolia *A* 20 qui *AP* quid *VC'* quis *cet.* 22 habebat *SP'CC'* habeat *B* habent *V'* habet *cet.* fructum (r *s. u.*) *A*

non habebat, non habebat fidem qui praeuaricatus erat mandatum dei, non habebat continentiam qui de interdicto sibi
65 gustauerat ligno. ergo quicumque praeuaricatur mandatum dei spoliatur atque nudatur et fit ipse sibi turpis. uult se D operire quibusdam ficus foliis, fortasse quibusdam inanibus uel umbratilibus sermonibus, quos conpositis mendaciis adsuens et uerbum de uerbo struens ad operiendam conscientiam suae mentis factique uelamen peccator intexit, ut pudenda sua contegat. iacit enim supra se folia qui culpam uelare desiderans aut diabolum delicti memorat auctorem aut carnis praetendit inlecebras aut alium quempiam persuasorem prodit erroris. et de scripturis diuinis frequenter promit exempla, E quibus iustos in culpam perhibet incidisse dicens, si forte in stupris fuerit deprehensus: 'et Abraham cum ancilla concubuit et Dauid alienam adamauit et sibi adsciuit uxorem'; adsuit enim quaedam sibi exempla de propheticarum serie
66 scripturarum, fructum earum non putat requirendum. nonne tibi uidentur etiam Iudaei folia adsuere, dum legis spiritalis uerba corporaliter interpretantur? quorum interpretatio fruc- F tum omnem uiriditatis amittit damnata maledicto ariditatis aeternae. bona igitur interpretatio, hoc est spiritalis ficus, est fructuosa, sub qua iusti sanctique requiescunt. quam qui plantauerit in animis singulorum, sicut Paulus ait: ego plan-

3 Philo Legg. alleg. II 16 (77, 12; I 102, 7 *C.*) 14 Gen. 16, 1 sqq. Reg. II 11, 4 et 27 22 Mich. 4, 4 23 I Cor. 3; 6

1 non habet non habet *APRVDV'* non habet non habebat *M* non habeat non habeat *B* praeuaricatus (r *pr. s. u.*) *A* erat] est *B* 2 habet *V* habeat *B* 3 *post* praeuaricatur *add.* iudicia, *sed eras. A* 5 quibusdam] quibus *RMV'* 7 operiendum *A* 9 iacit (t *s. u.*) *A* culpam (l *in ras.*) *A* desiderat *RV'* 10 delicti diabolum *B* 12 promittit *A* 13 iustos *om. RV'* 14 habraham *A* (h *pr. exp.*) *R* 16 adsuit] adsciuit *P* quaedam sibi *VM* quaedam sibi quaedam *AP* quaedam sibi folia quaedam *D* sibi quaedam *SBP'C'C* quaedam *RV'* 17 earum (a *s. u.*) *A* •earum (a *s. u.*) *P* putant (n *eras.*) *A* 20 omnem fructum *B* uiriditatis ę̊. *P* amittis *A* (i *pr. in ras. 2 litt.*) *P* (en *s.* i *alt.*) dampnata ē (ē *s. u.*) *P* 21 est *pr.*] esse *AVC'* est si *M* est et *M* est de *R* (de *exp.*) *V'*

taui, Apollo rigauit, manducabit ex ea fructum; mala autem interpretatio fructum ferre, uiriditatem seruare non po-
67 terit. quod igitur grauius est hac se Adam interpretatione succinxit eo loci, ubi fructu magis castitatis se succingere debuisset. in lumbis enim quibus praecingimur quaedam semina generationis esse dicuntur: et ideo male ibi succinctus est Adam foliis inutilibus, ubi futurae generationis non fructum 176 A futurum, sed quaedam peccata signaret, quae manserunt usque in aduentum domini saluatoris. ceterum posteaquam dominus aduenit, ficum inuenit incultam. rogatus ne eam iuberet excidi ut coleretur permisit. et ideo iam non foliis, sed diuino sermone succingimur, quia ipse dominus ait: sint lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes. unde etiam pecuniam in zonis nostris portari prohibet; non enim saecularia, sed aeterna debet zona nostra seruare. B

14, 68 Et audierunt inquid uocem domini deambulantis C ad uesperum. quae est ambulatio dei, qui ubique semper est? sed puto deambulationem quandam esse dei per diuinarum seriem scripturarum, in quibus dei quaedam uersatur praesentia, cum audimus quia ipse aspicit omnia et oculi dómini super iustos, cum legimus quia Iesus sciebat

3 Augustinus contra Iul. Pelag. II 6, 16 (quod igitur . . . peccata signaret); cf. Baeda Hex. I (II 55 D *M.*) 10 Matth. 21, 19 Luc. 13, 6 sqq. 12 Luc. 12, 35 14 Matth. 10, 9 16 Gen. 3, 8 20 Psalm. XXXIII 16 21 Luc. 6, 8

1 appollo *A* manducauit *ACV' et* (-bit *corr.*) *PRM* 2 fructum ferre *RSBCC'V' et* (*in quibus* ferre et) *MP'* forma *AD* forme *P'* 3 grauius (ui *s. u.*) *A* haęc *A* succincxit *M* 4 loci *P* (o *m2 s.* i) *VC' Augustinus Baeda* loco *A* (i *s.* o *alt.*) *cet.* fructu *PMP'* fructus (magis est) *D* fructum *cet.* 5 praecingitur *APVC'D* praecingimus (r *s.* s *m2*) *M* semina (i *postea add.*) *A* 6 sibi *SBP'* est *om. Baeda* 9 salutaris *RV'* postquam *C'* postea cum *M* 10 iuberet (t *add. m. rec.*) *P* iubere *A et* (*in quo* excidi . . . sermone *in mg. sup. m2*) *V* 12 sint (t *s. u.*) *A* 13 sunccincti *P* succincti *RVSP'V', cf. in Luc. VII 132* 14 portare *RSBV'* 16 domini uocem *B* domini dei *C* 17 uesperam *RBCV'* uespera *S* (-ã *m2*) *P'* deambulatio *C* 18 deãbulationem (ã *s. u.*) *A* 20 audiuimus *A et* (ui *exp.*) *R*

cogitationes eorum, cum legimus: quid cogitatis mala in cordibus uestris? ergo dum haec recensemus, quasi deambulantem cognoscimus deum. fugerat ergo peccator, D non quo dei posset latere conspectum. sed intra conscientiam suam latere cupiebat, opera sua lucere nolebat. iusti enim faciem ad faciem uidere, quia iusti mens non solum deo praesens est, sed etiam cum deo disputat, sicut scriptum est: iudicate pupillo et iustificate uiduam et uenite disputemus, dicit dominus. ergo cum legit peccator has scripturas, audit uocem dei quasi ambulantis ad uesperum. quid est ad uesperum nisi quia culpam suam sero cognoscit E et sero uenit quaedam erroris praeteriti uerecundia, quae errorem praeuenire debuerat? nam dum culpa feruet in corpore et anima exagitatur corporis passionibus, non cogitat deum sensus errantis, hoc est non audit deum ambulantem in scripturis diuinis, ambulantem in mentibus singulorum. dicit enim deus: quoniam inhabitabo in illis et inter eos ambulabo et ero illorum deus. ergo cum in animae sensum redierit potestatis formido diuinae, tunc erubescimus, F tunc nos gestimus abscondere, tunc peccatorum nostrorum positi cogitationibus in medio ligni paradisi, ubi peccauimus, deprehendimur latere cupientes et arbitrantes quod deus non requirat occulta. sed scrutator animorum et cogitationum

1 Matth. 9, 4 5 Matth. 5, 16 6 Deut. 34, 10 I Cor. 13, 12 7 Esai. 1, 17 sq. 17 Leuit. 26, 12 23 Sap. 1, 6

3 dn̄m *M* 4 latere . . . suam *om. A* (*add. in mg. inf. m1 om.* latere) latere] effugere *D* conspectum . . . opera *om. B, add. in mg. m1 S* 5 nolebat (e *ex* i) *A* enim *APVD* est enim *NC* enim est *C' Uindob. 779 Monac. 2549* 6 faciem *pr. ARVMV'* facie *P* (e *ex* ẽ) *cet.* non (n *alt. s. u. m2*) *A* 8 et uenite et disputemus *R* 9 has *om. R* 10 scripturas diuinas *N* audiuit *APC* uesperam *NC* 11 uesperum *C'* uespera (*om.* ad) *V'* uesperam *cet.* quia *s. u. A* 12 erroris (r *pr. s. u.*) *A* uerecundia (e *pr. ex* &) *A* 14 anima (a *alt. s. u.*) *A* dn̄s *ante* deum *eras. A* 15 dn̄m *M* 17 in illis] inter illos *RMV'* in eis *B* 18 illorum *A* (o *ex* u) 19 sensū *ex* sensus *A* 21 ligni *suspectum* 22 cupientibus *A* 23 animarum *M*

usque ad diuisionem animae penetrans dicit: Adam, ubi
69 es? quomodo loquitur deus? numquid uoce corporea? non utique, sed uirtute quadam praestantiore quam uox corporis potest esse fundit oracula. hanc uocem eius prophetae audie-
5 runt, hanc uocem fideles audiunt, impii non intellegunt. denique in euangelio habes quia audiuit euangelista dicentem patrem: et clarificaui et iterum clarificabo, sed Iudaei non 177 A
audierunt. denique dicebant: tonitruum factum est. illic ergo sicut supra habes quia sentiebatur deambulans deus qui
10 non deambulabat, sic audiebatur loquens deus qui non loque-
70 batur. sed quid loquatur consideremus: Adam ubi es? adhuc in his remedium sanitatis est qui audiunt dei uerbum. denique Iudaei, qui sibi clauserunt aures ne audirent, hodieque non merentur audire. deinde habent remedium qui se abscon- B
15 derunt. nam qui absconditur erubescit, qui erubescit conuertitur, sicut scriptum est: confundantur et conuertantur omnes ualde uelociter. deinde hoc ipsum quod uocat indicium sanaturi est, quia dominus quos miseratur et uocat. dicendo autem: ubi es? non locum quaerit qui nouit arcanum;
20 neque enim deus clausos oculos habebat, ut non uideret latentem. denique ideo dixit: factus est Adam unus ex nobis, quia aperuit oculos. et hic quidem aperuit oculos, ut C culpam suam uideret, quam uitare non potuit; magis enim

1 Hebr. 4, 12 Gen. 3, 9 2 Philo Quaest. I 42 7 Ioh. 12, 28 8 Ioh. 12, 29 16 Psalm. VI 11 21 Gen. 3, 22

1 diuisionum *A* ad adam *N* (ad *s. u. m2 M*) 7 et *pr. om. SBP'* interum *A* 8 illic *P* (c *s. u.*) illi *AVCC'D* ille *BP'*, *om. RMV'*, *in S est ras. 4 litt.* 9 deambulans *A* (n *s. u.*) 12 in his *om. RV'* scitatis Π qui *MC*, *om. RV'*, quia *cet.* dei *s. u. m2 M* uerbum dei *VC'* 15 qui *alt.*] et qui *B* conuertantur] reuereantur *RB* reueantur *V'* 17 denique h. i. quia u. est inditium sanandi *B* 18 quos *PRP'V'* quo *A* quibus *cet.* miseretur *MBP''* miser•atur *S* 19 nouit (u *ex* b) *A* arcanum *PVM* archanum *cet.* 20 enim *om. APVD* 21 ideo *infra u. m. ant. A* ideoque ait (*om.* denique) *B* tamquam unus *N* (tamquam *s. u. m2 M*) 22 et . . . oculos *s. in mg. m1 A*

postquam peccauimus, nescio quomodo nostra delicta cognoscimus et tunc peccatum esse intellegimus, quod antequam peccaremus non putabamus esse peccatum, certe non quasi peccatum putabamus esse damnandum; nam si damnaremus, non admitteremus. deus autem omnium uidet culpas et omnium delicta cognoscit; super omnium animam, super omnium occulta oculos habet. quid ergo Adam ubi es? id est non D in quo, sed in quibus es? non interrogatio ergo est, sed increpatio. de quibus, inquit, bonis, de qua beatitudine, de qua gratia in quam miseriam recidisti? dereliquisti uitam aeternam et adtumulatus es morti, consepultus errori. ubi est illa tua bene sibi conscia confidentia? timor iste culpam fatetur, latebra praeuaricationem. ubi ergo es? hoc est non in quo loco quaero, sed in quo statu. quo te perduxerunt peccata tua, ut fugias deum tuum, quem ante quaerebas? fortasse E moueat cur ante increpatur Adam, cum mulier ante gustauerit? sed a praeuaricatione sexus infirmior coeperit, a uerecundia et excusatione fortior, ut femina erroris causa fuerit, uir pudoris.

71 Et dixit mulier: serpens decepit me, et manducaui. ueniabilis culpa, quam sequitur professio delictorum. ideo non desperata mulier, quae non reticuit deo, sed magis confessa peccatum est, quam medicabilis secuta sententia est. bonum

7 Philo Legg. alleg. III 17 (97, 21 sqq.; I 124, 9 sqq. *C*) Quaest. I 45 20 Gen. 3, 13

1 nescimus (mus *del. m2 et s. scr.* o) *A* 4 damnandū (ū *ex* ã *m2*) *A* dampnandum *PBC'V'* dampnaremus *PBC'V'* 5 autem] enim *M* 6 omnium *pr.*] omnem *Costerius* animas *MB* 7 quid est *R* (est *s. u. m2*) *MSBP'C* id est (est *s. u.*) *A* 8 in *pr. om. CC'*, quo sed in *om. APVD* est *A* ergo interrogatio *C*, ergo *et* est *om. BC'* 9 bonis inquit *C* 11 adtumula *A* consepultus (se *s. u.*) *A* es *AP* 12 confidentia (ṽ *m. ant. s.* oṇ) *A* timoris in (in *s. u.*) te *P* timoris (*om.* iste) *R* (*in quo* is *exp.*) *V'* 13 praeuaricationem (v *m2 s.* e *alt.*) *A* non *s. u. A* 14 quo (*alt.*) . . . moueat *in mg. inf. m1 A* 16 te moueat *B* cur] quare *RV'* 22 desperat *R et* (t *postea add.*) *B* non *s. u. m2 R, om. V'* 23 sententia (ten *s. u.*) *A*

est condemnari in peccato et flagellari in delicto, ut cum F
hominibus flagellemur. denique Cain quia uoluit crimen negare
indignus iudicatus est qui puniretur in peccato, sed remissus
est sine praescripto poenae, fortasse non tam maiori crimine
parricidii — illud enim conmisit in fratrem — quam sacri-
legii, quod deo credidit mentiendum dicens: nescio; numquid
ego custos fratris mei sum? et ideo accusatori diabolo eius
accusatio reseruata est, ut cum eius angelis flagelletur, qui
cum hominibus noluit flagellari. denique de talibus dictum: 178 A
non est declinatio mortis eorum, et cum hominibus
non flagellabuntur. alia ergo ratio mulieris, quae licet
culpam praeuaricationis inciderat, tamen de paradisi lignis
habebat adhuc uirtutis escam et ideo dixit peccatum suum, et
reputatum est ei ad ueniam. iustus enim accusator est
sui in principio sermonis; neque enim potest quisquam
iustificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus. unde
dominus ait: dic iniquitates tuas, ut iustificeris. B
72 ergo quia Eua ipsa confessa est delictum, mitior sequitur
et profutura sententia, quae condemnaret errorem et ueniam
non negaret, ut ad uirum suum conuersa seruiret. primum ne
eam facile delectaret errare, deinde ut sub fortiore uase locata
non transduceret uirum, sed magis uiri consilio et ipsa rege-
retur. in quo quidem mysterium Christi et ecclesiae euidenter

6 Gen. 4, 9 10 Psalm. LXXII 4 sq. 14 Prouerb. 18, 17
17 Esai. 43, 26 21 I Petr. 3, 7

1 condempnari *PBCC'* 4 poene (o *s. u.*) *A* maiore *M* 5 fratrem (r *alt. s. u.*) *A* sacrilegū *P' et* (-gi *m2*) *S* 7 custos (s *alt. m2 s. u.*) *A* custus *V' et* (-os *m2*) *PR* 8 acusato *A* accusatio (i *s. u.*) *m1 P m2 V* angelis eius *B* flagellętur *AP* flagellaretur *B* 9 dictum est *MBC' et* (*om.* non est) *C* 10 non *s. u. A* 11 ratio] gratia *RMV'* 13 uirtutęs (i *s.* ę) *A* ideo .... ei *om. RV'* 14 est *s. u. m. ant. A*, *om. P''* 16 quąmfessus (con *s.* quam *m2*) *P* 18 ipsa *s. u. A* confessa *m2 post* delictum est *R*, *om. V'* est delictum *AP'D* delictum est *cet.* sequitur *s. u. A* 19 condempnaret *PBC'* 21 uase (e *ex* a *m2*) *V* 22 transduceret (s *s. u.*) *A* traduceret *V* uiro (i *s.* o) *A*

agnosco. designatur enim ecclesiae ad Christum futura con- C
uersio et religiosa seruitus subdita dei uerbo, quae multo sit melior quam saeculi huius libertas. denique scriptum est: dominum deum tuum adorabis et ipsi soli seruies. haec igitur seruitus dei donum est. denique inter benedictiones numeratur huius seruitutis obsequium; nam et Isaac in loco benedictionis eam dedit Esau filio suo, ut seruiret fratri suo. denique benedictionem ille poscebat. etsi unam sibi cognouisset esse praereptam, tamen aliam postulabat dicens: numquid una benedictio tibi est, pater? per hanc D
igitur seruitutem ille qui per gulam primitias suas ante uendiderat et studio uenationis agrestis gratiam benedictionis amiserat credidit se ipsum futurum esse meliorem, si typum Christi uenueraretur in fratre. hac enim seruitute pollet populus Christianus, sicut et dominus ad discipulos suos ait: qui uult inter uos primus esse sit omnium seruus. denique hanc seruitutem operatur caritas, quae spe maior et fide est. unde scriptum est: per caritatem seruite E
inuicem uobis. hoc est ergo mysterium quod ait apostolus in Christo et in ecclesia. haec enim uere in praeuaricatione ante fuit, sed salua erit per filiorum generationem in fide et caritate et sanctificatione cum castitate, praeuaricata utique in patribus generatio hominum salua per filios, ut quod in Iudaeis offenderat in Christiana posteritate corrigeret.

4 Deut. 6, 13 Luc. 4, 8 7 Gen. 28, 40 10 Gen. 27, 38 11 Gen. 25, 27 et 30 15 Matth. 20, 27 17 I Cor. 4, 13 18 Galat. 5, 13 19 Ephes. 5, 32 20 I Tim. 2, 15

1 decclesiae (d *eras.*) *A* et ecclesiae *VV'* 4 ipsi *APRP'CV'* illi *cet.* 6 nominatur *RV'* uirtutis *V* 8 agnouisset *M* 9 ereptam *RV'* postolabat *A* 11 igitur *om. RV'* ille *RV'* illū (e *s.* ū *m2*) *PM* illum *cet.* per gula *BP'* pro gula (u *in ras.*) *S* 12 uendiderat *P* (di *s. u.*) uenderat *C* 13 credit *APVD* ipsum *B* ipso *M* (ū *s.* o *m2*) *cet.* tipum *A* 14 hæc (a *s.* æ) *A* haec (e *eras.*) *R* 15 sicut *om. RV'* •et (e *eras.*) *A* 16 u̥o̥uos *A* 17 et spe *R* (et *s. u.*) *SBP'V'* est et fide *RBP'C'V'* •et fide est (est *in mg. m1*) *S* 18 unde et *B* 20 in *pr. APVD* esse in *cet.* praeuaricationem *APC* 23 saluata *MP'* saluat *C* (t *s. u. m3*) saluatur *D*

15, 73 Serpens inquit suasit, et hoc ueniabile deo uisum est F
eo quod nosset multas ad decipiendum uias esse serpentis,
quia transfigurātur in angelum lucis et ministri eius sicut
ministri iustitiae sunt falsa inponentis rebus singulis nomina, 179 A
ut temeritatem dicat esse uirtutem et auaritiae nomen inponat
industriae. serpens enim mulierem decepit, uirum mulier ad
praeuaricationem de ueritate deduxit. serpentis typum accepit
delectatio corporalis. mulier symbolum sensus est nostri, uir
mentis. delectatio itaque sensum mouet, sensus menti trans-
fundit quam acceperit passionem. delectatio igitur prima est
origo peccati, ideoque non mireris cur ante serpens damnetur
iudicio dei, secundo mulier, tertio uir. secundum erroris B
ordinem damnationis quoque ordo seruatus est; delectatio enim
sensum, sensus autem mentem captiuam facere consueuit. ut
scias autem quia serpens typus est delectationis, damnationem
74 eius aduerte. supra pectus inquit tuum et in utero tuo
ambulabis. qui sunt qui in utero suo ambulant nisi qui uentri
et gulae uiuunt, quorum deus uenter et gloria in pudendis
eorum, qui terrena sapiunt et cibo onerati ad terrena curuantur? C
bene ergo delectationi ait, quae cibis intenta terram uidetur man-
ducare: supra pectus tuum et in utero tuo ambu-
labis et terram manducabis omnibus diebus uitae

3 II Cor. 11, 14 sq. 7 Philo Legg. alleg II 18 (79, 14 sqq.; I 104, 18 sqq. *C.*) 11 Philo Quaest. I 47 16 Gen. 3, 14 18 Philipp. 3, 19 Philo Legg. alleg. III 47 (114, 30; I 143, 12 *C.*) 21 Gen. 3, 14

1 suasit *APVD* me persuasit *RV'* me decepit *C'* me suasit *cet.* uenerabile (i *s.* e) *A* est *om. RV'* 2 no**sset *S* ad *om. A* 3 transfiguratur (s *s. u.*) *P* 4 eiusticiae *A* Iponentis *D* inpotentis *A* (in *s. u.*) *PV* imponentes *cet.* 5 auariae (a *pr. s. u.*) *A* auaritiã *RP'V'* 7 accipit *APVC'D* 9 mouet et *BP'* mouet* *S* transfundit (n *alt. s. u.*) *AM* 11 ideo (*om.* que) *RV'* dampnetur *PBC' et* (p *s. u. m2*) *C* damnatur *R* dampnatur *V'* 12 iuditio (ti *s. u.*) *A* secundum (cu *s. u.*) *A* 13 dampnationis *PBC' et* (p *s. u. m2*) *C* (*sic semper*) 15 tipus *A* 17 ambulabant *MS* 18 uenter est et *NC'* 19 ad terrã *R* ad terra *V'* 20 intenta *SBP'CC'* interita *APRVV'* interdicta *M* nutrita *D* terrarum *SP'* uideatur *M* manducare uidetur *B*

tuae. tollenda est omnis excusatio diaboli, ne forte malitiae suae aliquid possit optendere, ut dicat iniquitatem suam ex condemnatione uenisse et ideo ad nocendum hominibus pertinaciter obniti, quia ideo damnatus est, ut noceret. quod uidetur esse proximum opinioni, si tamquam damnationis acci- D
pimus istam sententiam; non enim deus ad hoc serpentem damnauit, ut noceat, sed quid futurum esset ostendit. et quidem temptatio illa quod amplius hominibus prosit superius demonstrauimus; si tamen cognouerimus quia scriptum est dicente deo: honorificantes me honorificabo, et contemptor mei honore priuabitur, licet nobis ex his uerbis aliquid aestimare. deus enim operatur quod bonum est, non quod malum; ergo doceant te uerba diuina quia E
operatur gloriam, poenam relinquit. honorificantes me inquit honorificabo honorem bonorum operationis suae esse declarans. et contemptores, inquit, mei — non dixit honore priuabo, sed honore priuabuntur, non suae operationi deputans eorum iniuriam, sed quid futurum esset ostendens. ergo hic non dixit: facio te supra pectus tuum et in utero tuo ambulare et terram manducare omnes dies uitae tuae, F
sed: ambulabis inquit et manducabis, ut praedixisse magis de serpente quae futura sunt uideretur quam praescripsisse quid faceret. terra, inquit, tibi cibus erit, non anima; nam et hoc peccatoribus prodest. unde et apostolus tradidit huiusmodi in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. pectore autem et uentre

10 I Reg. 2, 30 21 Gen. 3, 14 23 Gen. 3, 14 24 I Cor. 5, 5

1 colligenda *APVCDP'* diabolo *N* 2 ut] et *RV'* 3 condemnationem *A* condempnationem *C'* uenisse (ni *in ras.*) *A* 5 proxi*mum (n *eras.*) *A* opinionis *RP'* opinione (i *s.* e) *M* si *om. N* accipiamus *RMP'V'* 6 istam *om. RV'* dampnauit serpentem *B* 7 futurum *V'* futurus *cet.* 8 temtatio *A* 9 si *APVD* st *C* sed *cet.* cognouerimus *APVCD* cognosce *M* cum legerimus *cet.* 11 contemtor *A* 13 ergo (r *s. u.*) *A* doceant te (t *pr. s. u.*) *P* doceante *A* doceant *RMV'* 14 glo*riam *A* 15 inquit me *N* 18 ostendit *RMV'* 19 ergo et hic *N* 24 nam *om. RV' et* (*in quo* et *s. u. m2*) *M*

ait reptare serpentem non tam propter corporis figuram quam quia propter terrenas cogitationes de illa caelesti benedictione sit lapsus; pectus enim frequenter recessus quidam accipitur sapientiae. et ideo apostolus supra pectus Christi reclinat caput, non in terram deicit. ergo si sapientia diaboli feris 180 A inmanissimis conparatur, quibus intra pedes pectus sit, si etiam homines qui terrena sapiunt nec interiore affectu eriguntur ad caelum utero uidentur reptare per terram, utique uentrem animae nostrae non corruptibilibus saeculi huius implere, sed magis dei uerbo satiare debemus. bene igitur Dauid personam suscipiens Adae dicit: humiliata est in puluere anima mea, adhaesit in terra uenter meus; adhaesit enim dum configuratur serpenti, qui pascitur iniquitate terrena. ideoque nos apostolus configurari dicit oportere Christo, B ut uirtus Christi praetendat in nobis. quae sententia non putatur in serpentem grauis, cum etiam Adam, qui leuius peccauit, tali condemnatur sententia. scriptum est enim: maledicta terra in operibus tuis; in tristitia manducabis eam omnes dies uitae tuae. uidetur certe similitudo quaedam esse sententiae, sed tamen in ipsa similitudine magna discretio. interest enim utrum manducet aliquis terram sicut serpenti dictum est quia terram manducabit C an uero sicut homini dictum est: in tristitia manducabis. adiectio enim ista in tristitia discretionem

4 Ioh. 13, 25; 21, 20 11 Psalm. XXXIII 26 14 Philipp. 3, 16 18 Gen. 3, 17

1 reptare ait (*om.* serpentem) *RV'* 2 beatitudine *α*, *recte puto* 4 sapientia *A et* (-ae *corr.*) *P* 6 si *scripsi* sed *libri* 7 interiori *R* (i *ult. s. u. m2*) interior *V'* 8 per] super *BC'* itaque *RSBP'V'* 11 adęa *P* 13 configiratur (v *s.* i *alt.*) *A* configurati *R* configuratus *V'* 14 configurarę (i *s.* ę) *A* 15 pretendat (ten *s. u.*) *A* quae sententia *om. RV'* 16 uidetur *RV'* serpente *RMBV'* gradus *RV'* 17 condempnatur *APBC' et* (p *s. u. m2*) *C* 18 tristitiã *RM* 19 per omnes *SBP'* 20 tamen (n *ex* m) *A* 22 est *om. RV'* manducauit *ARCV' et* (*corr. m1*) *P* manducabis *S* (*m2* ex -bit) *MP'D* 24 manducabit Π

facit: discretio quam uim habeat considera. bonum est mihi in tristitia magis terram manducare quam in delectatione. hoc est ut in actu quodam et sensu corporis contristari uidear quam delectari in peccato; multi enim propter nimias iniquitates non suscipiunt peccati conscientiam. at uero ille qui ait: castigo corpus meum et seruituti redigo contristatur in nostrorum paenitentiam peccatorum, quia sua tanta delicta non habuit, ut in his contristari deberet. denique et nobis suadet utilem istam esse tristitiam, quae secundum deum, non secundum saeculum est. oportet, inquit, uos contristari in paenitentiam secundum deum; nam secundum deum tristitia salutem operatur, saeculi autem tristitia mortem operatur. sed et de ueteri testamento accipe illos ad gratiam E peruenisse qui contristabantur in operibus corporalibus, illos uero supplicio remansisse qui delectabantur huiusmodi operibus. denique Hebraei, qui ingemiscebant in laboribus Aegypti, iustorum gratiam consecuti sunt et quia panem in tristitia manducauerunt, esca donati sunt spiritali, Aegyptii uero, qui talia opera cum exultatione celebrabant, regi detestabili seruientes
76 nullam ueniam sunt adepti. sed est et illa distinctio, quod F serpenti dicitur quia terram manducabit, Adae autem in tri-

6 I Cor. 9, 27 10 II Cor. 7, 9 sq. 16 Exod. 2, 23 17 Tob. 2, 5 18 I Cor. 10, 3 Exod. 16, 14 sqq., cf. Philo Legg. alleg. III 60 (121, 23 sqq.; I 151, 14 sqq. *C.*) 21 Gen. 3, 17—19

5 ad *P* (t *s.* d) *RVM* 6 seruitute *A et* (e *alt. m2 ex* i) *S* (*in quo m2 ex* et *factum est* in *ut uidetur*) in seruitutem *D* in seruitute *V'* 7 paenitentiam *Monac. 2549* paenitentia *cet.* 9 utillæm *A* istam *s. u. R* *post* tristitiam *add.* sed eam tristitiam *MSBP'* 10 est *post* deum *transponunt N* nos *M* 11 paciencia Π nam secundum deum *om. RB* 12 saeculi . . . operatur *om. RV'* 13 ueteri (i *ex* e) *V'* 14 peruenisese *A* contristabuntur *P* 15 in supplicio *N* quąę (i *s.* ąę) *P* delectabuntur *P* huius mundi *S* (huiusmodi *m2*) *BP'* 16 ingemiscebant *A* (e *s.* į *alt. m2*) *R* (i *alt. ex* e *m1*) *S* (i *alt. ex* e *m2*) ingemescebant *MC* 17 manducarunt *PC* 18 dominati *P* aegypti *R* 19 celebrabant (r *s. u.*) *A* celebrant *RMP'V' et* (*corr. m1*) *S* 20 est et *om. R*, est *om. SBP'V'*, et *om. M* 21 manducabis *RMP'C'V'*

stitia inquit manducabis faenum agri, ut quendam intellegamus in his processum et, quando terram manducamus, in quadam malitia esse uideamur, quando faenum, in quodam processu, quando uero panem, tum consummata fuerit fortitudo. ergo et nos habeamus processum uitae huius, sicut habuit et Paulus, qui dicit: uiuo autem iam non ego — hoc est non ego, qui terram ante manducabam, non ego qui faenum, quia omnis caro faenum — set uiuit in me Christus, hoc est uiuit panis ille uiuus, qui uenit e 181 A caelo, uiuit sapientia, uiuit gratia, uiuit iustitia, uiuit resurrectio.
77 deinde considera quia non est maledictus homo, sed maledictus est serpens, nec terra in se maledicta est, sed maledicta inquit in operibus tuis ad animam dictum est. tunc terra maledicta, si habeas opera terrena, id est opera saecularia, et maledicta non in uniuersum, sed ut spinas et tribulos generet, nisi fuerit humanae studio operationis exercita. 182 A quod si eam exercuerimus, in labore quidem et sudore, sed tamen panem manducabimus. repugnat enim lex carnis legi mentis, et laborandum nobis est ac desudandum, ut castigemus corpus et seruituti redigamus et quae sunt spiritalia

6 Gal. 2, 20 8 Esai. 40, 6 Gal. 2, 20 9 Ioh. 6, 50 sq. 12 Gen. 3, 17 17 Gen. 3, 19 18 Augustinus contra Iul. Pelag. II 5, 13 (repugnat . . . seminemus) Rom. 7, 23 19 I Cor. 9, 27 20 I Cor. 9, 11

1 *post* manducabis *add.* et cum sudore manducabis (*tum* manducabis *add. MSB*) *N* faenum *RCP'* foenum *S* fenum *cet.* 2 esse in his *RMV'* in his esse *SBP'* 3 malia *A* alia *D* militiae *R* (e *eras.*) malitiae *MV'* fenum *V'* foenum *RSBP'* fenum *cet.* 4 tum *scripsi* cum *libri* 5 habemus *RV'* 7 ante *s. u. A* 8 fenum *pr. C* fenum *MC'D* foenum *cet.* fenum *alt. CD* fenum *AMC'* foenum *cet.* s& (d *s.* &) *A* sed *cet.* 9 e *s. u. m2 R* 10 iniustitia (in *eras.*) *P* 11 non maledictus est *RV'* maledictus (c *s. u.*) *A* 13 inquit *s. u. m2 V* *post* est *add.* id est *RMV'* 14 maledicta est *SBP'CC'* habeas (a *alt. s. u.*) *A* 15 in *s u. A* uniuersū (ū *ex* a) *A* 16 exercitata *S* (ta *alt. s. u. m2*) *BC'* excita *R* (*in mg. m2* exculta ł exercitata) 17 eam] etiam *SBP'* 18 manducauimus *RV'* 19 atque desudandum *SBP'* atque sudandum *RV'*

seminemus. si enim carnalia seminauerimus, quae carnalia sunt metemus: si uero spiritalia seminauerimus, metemus ea quae sunt spiritalia.

1 *carnalia (s *eras.*) *A* 3 *post* spiritalia *add.* amen *MCV'*, pr̃ante dn̄o n̄ro ih̄u x̄po. Cui ẽ honor laus (s *s. u.*) et ip̄iū in scła sc̄orum a᷑n *C'*. EXPLICIT LIBER DE PARADISO BEATI ĀBROSII *A* EXPL̄. DE PARADISO LIBER SECUNDUS *P* EXPLICIT PARADI (LIBER PARADISI *V'*) *RV'* EXPLĪC (LIB. I. *add. P'*) DE PARADISO *SP' et* (*qui add.* ADAM ET EUA) *D* EXPLICIT LIBER S̄CI AMBROSII ĒPI DE PARADYSO *P''* EXPLICIT LIBER PARADISI BEATI AMBROSII ARCHIĒPI *C. in VMBC' non est subscriptio*

DE CAIN ET ABEL.

S = Senensis F. V. 8 saec. XI ineuntis f. 139^{r}
M = liber basicilicae Modoetianae C $\frac{1}{61}$ saec. XI ineuntis f. 151^{r}
B = Bruxellensis 1782/4 saec. XI f. 87^{u}
A = liber bybliothecae Ambrosianae R 82 sup. saec. XI f. 104^{r}
A' = liber bybliothecae Ambrosianae F 117 sup. saec. XI f. 77^{u}
$P_{\bullet}$ = Parisiacus 11624 saec. XI f. 50^{u}
M' = liber s. Marci, nunc Laurentianus 511, saec. XII f. 107^{u}
P' = Parisiacus 2637 saec. XII f. 134^{r}
V = Vindobonensis 779 saec. XII f. 113^{r}
μ = editio Mediolanensis a. 1477
α = editio Amerbachiana

Librorum S et M scripturas omnes adscripsi, ex ceteris selectas.

[LIBER PRIMVS.]

1, 1 De paradiso in superioribus pro captu nostro ut potuimus 183 A
quod dominus infudit, sensus inuenit digessimus, in quibus B
Adam atque Euae lapsus est conprehensus. nunc quoniam
illa penes auctores non stetit culpa, sed quod peius est dete-
riorem inuenit heredem, sequentem adoriamur historiam et ea
quae secundum scripturas sunt adnexa diuinas nostro opere
2 prosequamur. Adam autem cognouit Euam mulierem
suam, quae concepit et peperit Cain et dixit: adqui-
siui hominem per deum. quae adquirimus ex quo et a C
quo et per quid adquiramus considerari solet, ex quo tam-
quam ex materia, a quo quis auctor, per quid tamquam per
aliquod instrumentum. numquid hic sic dicit: adquisiui
hominem per deum, ut deum intellegas instrumentum?
non utique, sed ut intellegas auctorem et operatorem deum.
unde deo magis detulit, quia dixit: adquisiui hominem
per deum, ut et nos, cum aliquid adquirimus, uel omnes
euentus secundos deo magis deferre quam nobis adrogare debe- D
3 mus. et adiecit parere Abel. cum adicitur aliquid, quod
prius erat tollitur. idque colligitur ex arithmeticae portionibus
aut animae cogitationibus; addito enim numero fit alius

8 Gen. 4, 1 10 Philo de Cher. 35 (162, 1 *M.*; I 199, 26 *C.*), cf. Quaest. in Gen. I 58 19 Gen. 4, 2 Philo de sacr. 1 (163, 1; I 202, 1 *C.*)

INCIPIT LIBER SCI AMBROSII DE CAIN ET ABEL PRIMUS *S* INCIPIT DE CAIN ET ABEL LIBER PRIMUS *M* (*qui add.* EIUSDEM AMBROSII SANCTI EPISCOPI) *P* (*in quo* LIBER SECUNDUS) *P'* (*in quo* LIBER UNUS EIUSDEM) *M'* INCIPIT LIBER PRIM' SCI AMBROSII DE CAIM (CAYN *A'*) ET ABEL *AA'* DE CHAIN ET ABEL AMBROSIUS *B* INCIP DE CAIN ET ABEL *V* 4 adae *B* 7 sunt *ante* secundum *transponit B* 11 adquirimus *M* 13 aliquid *AA'M'P'* *et* (*corr. m1*) *S* sic dicit hic *B*

numerus, aboletur superior et cogitatio accedens noua excludit superiorem. ergo cum adicitur Abel, aufertur Cain. quod 184 A nominum interpretatione plenius deprehenditur. Cain etenim dictus est adquisitio, quod omnia sibi adquireret, Abel qui omnia referret ad deum pia deuotus mentis adtentione, nihil sibi adrogans ut superior frater, sed totum tribuens conditori quod accepisset ab eo.

4 Duae itaque sectae sunt sub duorum fratrum nomine conpugnantes inuicem et contrariae sibi, una quae totum menti suae deputat tamquam principali et quasi cuidam cogitationis B et sensus et motus omnis auctori, hoc est quae omnes inuentiones humano adscribit ingenio, altera quae tamquam operatori et creatori omnium deo defert et eius tamquam parentis atque rectoris subdit omnia gubernaculo. illa prior Cain significatur, haec posterior Abel dicitur. has duas sectas anima una parturit et ideo germanae habentur, quod uno fundantur utero, sed contrariae sunt, quia oportet eas, cum quodam C animae partu editae fuerint, diuidi ac separari; conpugnantibus enim hospitium esse unum perpetuo non potest. denique Rebecca, cum duas naturas humani ingenii parturiret, unam mali alteram boni, easque exilire intra uterum sentiret suum — Esau enim typus erat malitiae, Iacob figuram bonitatis gerebat —, mirata quid illud esset quod discordiam quandam concepti cerneret fetus, consuluit deum, ut passionem proderet, medellam daret. itaque precanti est responsum editum: duae D

3 Philo de sacr. 1 (163, 13; I 203, 3 *C.*), cf. de sacr. 10 (197, 29; I 265, 10 *C.*) 8 Philo de sacr. 1 (163, 8; I 202, 6 *C.*) 15 Philo de sacr. 1 (164, 1; I 203, 4 *C.*) 19 Philo de sacr. 2 (164, 10; I 203, 11 *C.*) 22 Philo de sacr. 2 (164, 30; I 204, 8 *C.*) 25 Gen. 25, 23

1 et cogitatio *om.* *B* 2 cum *s. u.* *S* 3 plenius *om.* *B* 8 *post* conpugnantes *add.* ee *M* 9 menti suae *BP* mentis*uae *V* mentis suae *SM* (*hi* s *bis eras.*) *cet.* 10 quidam . . . auctor *M* 11 omnis motus *A'* 17 e- contrariae *S* 19 denique (*s.* deinde *m1*) *M* 21 sentiret *in mg. m1 S* 23 quid *om.* *M* 25 medellam *SMM'* medelam *cet.* est *om.* *M* editum ẽ *M* (ẽ *s. u. m2*)

gentes in utero tuo sunt et duo populi de uentre tuo exibunt. quod si ad animam referas, eandem generatricem boni et mali intelleges, quia ex quodam fonte animae utrumque demanat, sed hoc sobrii solet esse iudicii, ut repudiato malo uelut enutriat quod bonum est atque confirmet. prius ergo quam pariat bonum, hoc est reuerentiam deo debitam, ut 185 A ipsi totum deferat, sua praefert; cum uero genuerit confessionem, quae defertur deo, deponit sui cordis tumorem. adiciens ergo deus bonum animae dogma Abel abstulit inprobum dogma Cain. ego tamen hoc loco secundum scripturam mysterium ma- B gis duorum populorum intellego, quod deus adiciendo ecclesiae suae fidem piae plebis abstulit perfidiam populi praeuaricantis, quando quidem uerba ipsa hoc significare uideantur dicente deo: duae gentes in utero tuo sunt et duo populi de uentre tuo exibunt. haec figura synagogae et ecclesiae C in istis duobus fratribus ante praecessit, Cain et Abel. per Cain parricidalis populus intellegitur Iudaeorum, qui domini et auctoris sui et secundum Mariae uirginis partum fratris, ut ita dicam, sanguinem persecutus est, per Abel autem intellegitur Christianus adhaerens deo, sicut et Dauid ait: mihi autem adhaerere deo bonum est, ut se caelestibus adtexeret, a terrenis separaret. et alibi defecit inquit anima mea in uerbum tuum, eo quod ordinem uiuendi atque D usum non in terrenis uoluptatibus, sed in uerbi cognitione posuisset. ex quo cognoscitur nec illud otiose scriptum esse, sed perpense et examinate quod legimus in Regnorum libris:

9 Phil. de sacr. 2 (164. 23; I 204, 3 *C.*) 20 Psalm. LXXII 28 22 Psalm. CXVIII 81

2 generatricem (ra *s. u.*) *MB* genitricem *Monac. 14399* 4 demanat *M et* (e *ex* i *m2*) *V* dimanat *cet.* *post* esse *add.* ueri *B* (*interpretatio est uerbi* sobrii) 5 uelut *MAA'* uel *cet.* 7 praefert *B* (ert *in ras.*) *P'* (*ras. s.* rt) 8 qua *SMBM'P'* 10 mysterium *SAP'* ministerium *M* misterium *cet.* 17 parricidialis *BP et* (i *tert. exp.*) *V* populis *M* ppl*s (i *ut uidetur eras.*) *A* 18 et *pr. om. B* 20 populus christianus *AA'* 21 se *s. u. M* 22 terrenis *AA'* μ terris *libri* 26 legimus *M* (i *ex* e) regum *V*

et adpositus est ad patres suos. intellegi enim datur quod patrum similis fuerit fide. unde claret non ad sepultu-
6 ram corporis, sed ad consortium uitae relatum. denique de Isaac non perfunctorie scriptum putatur quod relinquens corporis istius speciem, quae animae suae adtexebatur, 5 E adpositus sit ad genus suum, eo quod patris sui moribus adhaeserit. pulchre autem ad genus ait, non ad populum sicut alibi. nam legimus aliis locis adpositos fuisse ad populum suum, sed isti non tam praestantes; praestantior autem qui paucorum similis fuerit et non plurimorum — plures in 10 populo suo quam in genere — et praestantius ducitur paucorum similem esse quam plurimorum. qui ergo dei erat generatus promissione, qui ad sacrificium probandae pietatis electus, qui F unius uxoris, hoc est solius sapientiae societate contentus superni illius generis, quod est unum sibique semper con- 15 ueniens, non plebeiae uilitatis imitator adstruendus fuit scripturae diuinae testimonio. etenim ubi labor doctrina meditatio, illic cum pluribus commune collegium et quoddam populare consortium est. audiendo enim plerique proficiunt, quos nominauit populum. ubi autem non humana traditione, 20 sed ingeniosa collectione sine usu laboris disciplina percipitur, illic sublimis generis incorrupta sinceritas est. et ideo Isaac 186 A tamquam dei munus ad genus suum magis quam ad populum adpositus legitur, ut diuinorum potius quam humanorum imitatorem fuisse sedulum recognoscas. 25

1 Reg. III 2, 10 3 Philo de sacr. 2 (164, 31; I 204, 9 *C.*) 6 Gen. 35, 29 7 Deut. 32, 50 Macc. I 14, 30 22 Philo de sacr. 2 (164, 33; I 204, 11 *C.*)

2 fidem *M* (m *del.*) declaret *S* (de *eras.*) *PV* declararet *M'* 4 relinquens *Mangey* (ἐκλείπει *Philo*) requirens *libri* 6 adhaereret moribus *B* 11 dicitur *MBM' et* (*corr. m2*) *A'* 15 super nullius *AA'M'V et* (*corr. m2*) *P'* 16 utilitatis *S* (*m1 ex* uilitatis) *M* 17 doctrinae *S* (e *m2*) *AA'* 18 illi cõpluribus *P* collegiũ *S* (ũ *in ras.*) collegio *A'* 20 non *om. M* 23 dī ^{m}*unus *S* (*s.* su*** *et m2* de his) dī sumus *M*

7 Beata et illa mens, quae species et ipsum genus supergrediens meretur audire quod dictum est ad Moysen, cum separaretur a populo: tu autem sta mecum. nam sicut in Isaac dominicae incarnationis typus humanae generationis supergressus consuetudinem uicit priores ita, ut in eo B non uulgaris popularisque gratia, sed specialis praerogatiua praecelleret, sicut lectio docet: Abrahae enim dictae sunt repromissiones et semini eius. non dicit et seminibus tamquam in multis, sed sicut uni, hoc est semini tuo, quod est Christus, ita etiam in Moyse uenturi doctoris figura, qui legem doceret, euangelium praedicaret, inpleret testamentum uetus, nouum conderet, caeleste populis alimentum daret, humanae dignitatem condicionis excessit eo usque, ut dei donaretur nomine, sicut habemus C scriptum dicente domino: posui te in deum Pharao. etenim uictor passionum omnium nec ullis saeculi captus inlecebris, qui omnem istam secundum corpus habitationem caelestis puritate conuersationis obduxerat, mentem regens, carnem subiciens et regia quadam auctoritate castigans, nomine dei uocatus est, ad cuius similitudinem se perfectae uirtutis 8 ubertate formauerat. et ideo non legimus de eo sicut de ceteris quia deficiens mortuus est, sed per uerbum dei mor- D tuus est; deus enim neque defectionem aut diminutionem patitur neque adiectionem capit. unde et addidit scriptura quia nemo scit sepulturam eius usque in hodiernum

1 Philo de sacr. 3 (165, 3; I 205, 5 *C.*) 3 Deut. 5, 31 7 Gal. 3, 16 12 Matth. 5, 17 14 Philo de sacr. 3 (165, 19; I 205, 16 *C.*) 15 Exod. 7, 1 18 Philipp. 3, 20 22 Deut. 34, 5 25 Deut. 34, 6

2 mereatur *M* mereretur (re *alt. s. u.*) *B* 8 promissiones *AA'PV et* (-es *ex* em) *B* 9 tamquam inutilis *M* 12 uetus testamentum *B* 13 condicionis (*ex* dicioni) dignitatem *B* 15 in *om. B* Pharao *scripsi* faraoni *MM'* pharaoni *cet.* 16 ullis *B Monacensis 2549* α illius *S m1* uliius *S m2 cet.* 18 conuersationis *B* α conuersionis *cet.* 21 firmauerat *M et* (i *ex* o *m2*) *S* 22 est *om. P* 23 aut] neque *B* diminutionem (i *pr. ex* i) *S* deminutionem *MM'P*

diem, ut translationem magis quam interitum eius intellegas; mors enim secessio quaedam est animae et corporis. mortuus igitur est per uerbum dei, ut ait scriptura, non secundum uerbum, ut aduertas non nuntium mortis, sed gratiae munus expressum, qui translatus magis quam derelictus est, cuius nemo nouit sepulturam. quis enim in terris reliquias eius potuit deprehendere quem secum esse dei filius in euangelio demonstrauit? denique et Helias simul est uisus, qui translatus curru est, non sepultus nec mortuus legitur; uiuit enim qui cum dei filio est. Moyses autem mortuus quidem legitur, sed per uerbum dei mortuus, per quod facta sunt omnia. uerbo autem dei caeli firmati sunt; per uerbum igitur dei non lapsus operis, sed firmamentum est. non ergo tamquam relapsus in terram deprehenditur corporis solutione, sed tamquam uerbi caelestis operatione donatus et munere, ut quietem magis caro eius quam bustum acceperit. bene autem inter dominum et seruum seruatur distantia, ut praerogatiuam domini intellegas, serui gratiam. de Moyse legitur quia sepulturam eius nemo scit, de Christo autem <quia> sepultura eius de terra sublata est, quia ille secundum mysterium legis expectabat redemptionem, ut resurgeret, hic secundum euangelii donum redemptionem non expectabat, sed donabat. et ideo sepultura eius non ignorata est, sed eleuata, quam diutius creatura tenere non potuit, quia per ipsum omnis creatura properauit a corruptionis seruitiis eleuari. nemo ergo scit sepulturam Moysi, quia uitam eius omnes

7 Matth. 17, 3 8 Reg. IIII 2, 11 12 Psalm. XXXII 6 20 Esai. 53, 8 Marc. 16, 19 25 Rom. 8, 21

2 successio (s *alt. s. u.*, secessio *m2*) *S* 3 est igitur *AA'M'* 6 terris *Monac. 14399 et Uindob. 758* terrenis *S* (en *eras.*) *cet.* 8 *post* est *add.* a quibusdam *B* *malim* quom translatus 9 est *om. Monac. 2549* 10 mortus *M* mortuus autem moyses (*om.* quidem) *B* 17 inter dñi *M* 19 quia *addidi* 20 misterium *MBA'* 22 euangeliū *S* (ū *eras. et s. ras.* i) *V* euangeli *B* (i *in ras.*) 26 sepulturam scit *B*

nouerunt, Christi autem sepulturam uidimus, sed nunc iam non nouimus, quia resurrectionem eius agnouimus; debuit enim cognosci tumulus eius, ut resurrectio manifestaretur. et ideo in euangelio tumulus summa expressione describitur, in lege B non quaeritur, quia licet resurrectionem eius lex adnuntiauerit, nobis tamen euangelii series plenissime conprobauit.

3, 10 Ergo, ut quod proposuimus conpleamus, adiecit inquit C parere Abel, hoc est meliorem Eua, quae grauiter ante peccauerat, ex se generauit sententiam, ut superioris sententiae aboleret errorem. mentior, nisi hoc in uniuersis probatur. ita enim nascimur, ut ante infirmus infantiae sensus in nobis sit, postea pueritiae corporis tantummodo curam sciens, nullum cultum, nullam habens obseruantiam diuinorum. unde et eui- D denti naturae nouitate ortum Iesum Christum ex uirgine ut probaret propheta ait: ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium, et uocabunt nomen eius Emmanuhel. butyrum et mel manducabit, priusquam sciat ma- lum aut bonum: quoniam priusquam sciat bonum aut malum non credit malitiae, ut eligat quod bonum est et infra: priusquam sciat puer uocare patrem aut matrem, accipiet uirtutem Damasci et spolia Samariae contra regem Assyriorum. solus enim fuit qui non est captus saeculi huius uanitate et carnali tumore, utpote qui se humiliauit factus oboediens E usque ad mortem, longe uniuscuiusque nostrum dissimilis, qui nos frustra extollimus mente carnis inflati. unde et nemo sine peccato nec uniŭs diei infans, ille autem peccatum

4 Matth. 27, 60 5 Esai. 11, 10 15 Esai. 7, 14 sq. 20 Esai. 8, 4 24 Philipp. 2, 8 27 Iob 14, 4 sq. I Petr. 2, 22, cf. I Ioh. 3, 5

1 ina nunc iam *M* nuntium *M'* iam nunc *SAA'* 2 quia *M* (a *s. u.*) *V* qui *cet.* 5 licet *eras. S, om. MAA'* eius *eras. S, om. MAA'* 6 euangelii *M* (i *alt. s. u.*) euangeli *B* comprobabit *P* 16 uocabitur *P* uocab *V* 17 malum aut bonum quoniam priusquam sciat *om. BP'V* 18 bonum aut malum *M* malum aut bonum *SAA'M'PP'V* bonum et malum *B* 24 utpute *M et* (*corr. m2*) *SP* 26 quia *BP*

non fecit. et ideo in nobis ante Cain nascitur se ipsum praeferens, postea Abel generatur, in quo sit reuerentia diuinitatis. prius ergo inrepit quod malum est, postea agnoscitur quod bonum. ubi autem bonum ibi iustum, ubi iustitia ibi sanctitas, hoc est Abel, qui adhaeret deo. 5 F
11 et factus est inquit Abel pastor ouium, Cain autem operabatur terram. non est otiosum quod cum ante generatus sit Cain, ut lectio docet, praelatus sit hoc loco Abel, nec idem sit ordo nominum qui est ordo naturae. quid sibi uult mutatio ordinis, ut prius iunioris meminerit, ubi describitur uitae status operisque usus? interrogemus officiorum distantiam, ut colligamus causam praelationis. operari terram usu prius est, gratia inferius quam oues pascere. hoc enim instar cuiusdam est doctoris et principis meritoque senior a uetustioribus inchoauit, iunior recentiora praetulit, quae nullas spinas, nullos tribulos germinarent, nulli sententiae essent 188 A obnoxia. denique peccati reus Adam de paradiso dimissus est uoluptatis, ut operaretur terram. recte ergo ubi nascuntur hi fratres, seruatur etiam in praedicando ordo naturae: ubi uero exprimitur disciplina uiuendi, seniori iunior antefertur, quia etsi tempore iunior uirtute praestantior est. innocentia enim tempore posterior est quam malitia et quadam suppar aetate, sed meritorum nobilitate antiquior; senectus enim uenerabilis est, non annis incana, sed moribus. et B aetas inquit senectutis uita inmaculata. ubi ergo generatio exprimitur, praeueniat Cain, ubi disciplinarum fit praedicatio, praecurrat Abel. adulescentiam igitur et ipsam in

6 Gen. 4, 2 Philo de sacr. 4 (165, 35; I 206, 12 *C.*) Quaest. I 59 15 Gen. 3, 18 17 Gen. 3, 17 21 Philo de sacr. 4 (166, 14; I 207, 8 *C.*) 23 Sap. 4, 8 25 Philo de sacr. 4 (166, 16; I 207, 9 *C.*) 27 Philo de sacr. 4 (166, 19; I 207, 11 *C.*)

4 agnoscitur *α* cognoscit ***M*** agnoscit *cet.* bonum est ***MBV*** 7 non est] none ***M*** 14 senior ***MAA′*** *et* (nior *s. u. m1*) ***SP′*** se *cet.* 15 incoauit ***P′V*** 16 nullos *om.* ***S*** 17 dimissus ***V*** demissus ***P*** (e *ex* i) *cet.* 18 hi ***BPV*** hii *cet.* 27 adulescentiam ***P*** adolescentia ***M*** adolescentiam ***M′*** (o *ex* u) *cet.*

exordiis iuuentutem uariarum inlecebris passionum feruere quis abnuat, sed ubi maturior aetas successerit, tamquam pubescentis lasciuiae tempestate discussa tranquillitatem refundi et in quosdam portus quietos lassae nauigium animae subducere? itaque graues motus nostrae adulescentiae fida senectutis statione placidantur. C

4, 12 Ne ergo dubites talibus naturae admonitus exemplis quod malitia praecedat tempore, sed iuuenculescat infirmitate. habet illa aetatis stipendium, uirtus autem praerogatiuam gloriae, quam plerumque iusto iniquus iudici cedit. cuius rei testis est fidelis diuina scriptura, quae docet Esau cognomine stultitiae uirum cessisse patienter primatus suos fratri suo Iacob, ita ut diceret: ut quid mihi primatus? sed quos iste posthabuit hos uir cognomento exercitationis praeditus quaesiuit mereri. nonne tibi uidetur Esau tamquam in agone uictus et propriae mentis infirmitate inparem se existimans cessisse uictori coronam, quem uidebat nullis passionum inlecebris inflecti, quarum ipse puluerem sustinere non poterat? ut quid mihi inquit primatus? apud ignauos enim nulla sunt insignia uirtutis, apud sapientes prima habentur; studia enim uirtutis quaedam instrumenta sunt. itaque sicut bellator sine armis esse non potest ita nec sine exercitatione uirtus. unde et dominus in euangelio ait: a diebus Iohannis Baptistae regnum caelorum cogitur, et cogentes diripiunt illud et alibi: quaerite regnum dei, et ecce omnia praesto sunt uobis. non dormientibus nec otiantibus, sed uigilantibus et laborantibus pollicentur praemia, ... sed labori merces parata D E F

7 Philo de sacr. 4 (166, 34; I 208, 3 *C.*) 11 Philo de sacr. 4 (166, 37; I 208, 5 *C.*) 13 Gen. 25, 32 14 Philo de sacr. 4 (166, 41; I 208, 7 *C.*) 23 Matth. 11, 12 25 Matth. 6, 33

9 qua *P* (a *ex* à) 10 est *om. MAA'* testis*** *S* (*eras.* ẽ in) fidelis est *S* (est *s. u.*) *MAA'* 26 neque otiantibus *B* non otiantibus *V* 27 *lacunam significaui; fort. scribendum* ⟨non inertiae⟩, sed ...; et labori *α*

est, qui, licet non sit suauis ad gratiam, tamen fructuosus ad praemium est. docet hoc sermo legis, sicut scriptum inueni-
13 mus: si fuerint inquit uni homini duae uxores, una earum dilecta et altera odibilis, et pepererint ei ambae filios, dilecta et odibilis, et fuerit primitiuus filius mulieris odibilis, qua die heredes reliquerit filios in substantia sua, non poterit primatum dare filio mulieris dilectae omittens filium odibilis, sed primitiuum filium mulieris 189 A odibilis cognoscet dare illi dotem ex omnibus, quae inueniuntur ei, quia ipse initium filiorum eius est et ipsi debentur primitiae. quam profunda latent mysteriorum secreta in litteris! recognosce, anima, tuos partus et odibilis istius mulieris quaere mysterium. intra te ea inuenies, si requiras. repete cogitationes, relege sensus tuos et cui primitiae debeantur agnosces. duae enim mulieres unicuique nostrum cohabitant inimicitiis ac discordiis dissidentes, uelut quibusdam zelotypiae contentionibus nostrae B replentes animae domum. una earum nobis suauitati et amori est, blanda consiliatrix gratiae, quae uocatur uoluptas. hanc nobis opinamur sociam ac domesticam, illam alteram inmitem asperam feram credimus, cui nomen uirtus est.

14 Illa igitur meretricio procax motu, infracto per delicias incessu, nutantibus oculis et ludentibus iaculans palpebris retia, quibus pretiosas iuuenum animas capit — oculus enim C

3 Deut. 21, 15—17 Philo de sacr. 5 (167, 11; I 208, 15 *C.*) 13 Philo de sacr. 5 (167, 22; I 209, 9 *C.*) 16 Philo de sacr. 5 (167, 28; I 209, 11 *C.*) (de merc. mer. 2 II 265, 28) 23 Philo de merc. mer. 2 (II 265, 35; I 210, 1 *C.*)

7 relinquerit *S* (n *eras.*) relinquid *M* filios mulieris *M* 10 cognoscet *ed. Rom.* (ἐπιγνώσεται *LXX*) cognoscit *libri* (cognoscat *Uindob. 4601*) illi dare *A'B* 11 initium ipse *B* ipse ẽ *S* (ẽ *s. u., in quo* est *post* eius *eras.*) *A* 12 mysteriorum *SAP'* misteriorum *cet.* 14 misterium *BV* 15 requires *M* (r *alt. s. u.*) 25 animas iuuenum *B*

meretricis laqueus peccatoris — quemcumque uiderit sensu dubio praetereuntem in angulo transitus domus suae sermonibus adoritur gratiosis faciens iuuenum uolare corda, domi inquieta, in plateis uaga, osculi prodiga, pudore uilis, amictu diues, genas picta. etenim quia uerum decorem naturae habere non potest, adulterinis fucis adfectatae pulchritudinis lenocinatur speciem, non ueritatem. uitiorum succincta comitatu et D quodam nequitiarum choro circumfusa, dux criminum talibus uerborum machinis murum mentis adgreditur humanae: sacrificium pacis est mihi, hodie reddo uota mea. hac ex causa progressa sum obuiam tibi desiderans faciem tuam, inueni te. institis texui lectum meum et tapetis ab Aegypto straui. aspersi lectum meum croco, domum autem meam cinnamo. ueni fruamur amicitiam usque in diluculum, ueni et conluctemur cupidine. hanc enim per os Solomonis speciem fornicariae E uidemus expressam. nam quid tam meretricium quam saecularis uoluptas, quae a fenestra domus suae intrat oculis prima temptamenta praeludens et penetrat cito, si tu in plateam prospiciens, id est in publicas transeuntium uias, non in legis interna mysteria obtutum tuae mentis intendas? ea profecto est quae ualidioribus uinculis uelut cubile quoddam consociatae nobis communitatis intexit, ut qui reclinauerit se ligetur, et obprobriosae fraudis uelamine operit corporis sui F stratum ad sollicitandos animos iuuenum, absentiam uiri, hoc

1 Prouerb. 7, 8 sqq. 4 Prouerb. 7, 12 10 Prouerb. 7, 14—18

1 laqueus est *B* peccatoris, *ut Exp. in Luc. IIII 10, sed de paenit. I 14, 73 et de bono mortis 6, 24* amatoris, *quod magis conuenit. subest fortasse huic dicto poetae cuiusdam comisi uersus ex florilegio petitus; ceterum confer Iudith 9, 13 uulg.* 4 osculi *M* oculis *B* osculis *cet.* 6 fucis *M* (c *in ras.*) adspectate *M* (s *s. u.*) pulcritudinis *MAA'B* 13 tappetis *S* (p *pr. eras.*) *MM'P'* 14 cinnamomo *P* (mo *alt. s. u. m2*) *M'P'V* 15 amicitiã *S* amicitia* *M'* amicitia *P* (a *alt. ex* ã) *cet.* conletemur *A* conlectemur *A'* 16 libidine *V* salemonis *V* salomonis *cet.* 21 misteria *MA'BV* 24 obprobriosae α obprobrosae *libri* operit *Erasmus* operiat *libri*

est incuriam legis obtexens. lex enim absens peccantibus est; nam si adesset, non delinqueretur. et ideo ait: non enim adest uir meus in domo, abiit autem uiam longissimam inuolucro pecuniae accepto in manu. quid hoc esse dicam nisi forte quia diuites putant nihil esse quod non suae cedat pecuniae et in gratiam sui legem uelint esse uenalem? spargit odores suos uoluptas, quia Christi odorem non habet, thensauros demonstrat, regna promittit, amores spondit continuos, inexploratos concubitus pollicetur, sine paedagogo disciplinas, sine monitore sermones, uitam sine sollicitudine, mollem somnum, inexplebilem cupiditatem. seducens inquit eum multo blandimento sermonum et laqueis labiorum suorum adligans domum adusque adtraxit. at ille secutus est eam circumuentus. nitebat aula regio luxu splendida caelatis parietibus et solo umido natabant pauimenta uino. fraglabat unguento humus, spinis cooperta piscium et marcentibus iam floribus lubrica. illic commessantium tumultus, concertantium clamor, litigantium caedes, concentus canentium, saltantium strepitus, ridentium cachinnus, lasciuientium plausus, confusa omnia, nihil naturae ordine. saltatrices tonsae et crispantes pueri coma, epulantium cruditas, edentium ructus, ebriorum sitis, hesterna crapula, hodierna temulentia, repleta uomitu bibentium pocula maiore odore ebrietatis quam si recentia tantum uina fraglarent. ipsa in medio stans 'bibite' inquit 'et inebriamini, ut cadat

190 A B C

2 Prouerb. 7, 19 sq. 7 II Cor. 2, 15 8 Philo de merc. mer. 2 (II 266, 10; I 211, 2 *C.*) 11 Prouerb. 7, 21 sq. 15 cf. de Helia 8, 25 et 13, 46 25 Hier. 32, 13 (25, 27)

2 derelinqueretur *A'* (re *pr. exp.*) *P'* derelinquerent *P* (n *alt. s. u.*, t *ex* t̃) 5 ni forte *M* 7 uenalem *V m2* uenalium *V m1 cet.*, *quod fort. defendi potest* 8 thesauros *libri* spondet *A'BP' et m2 V* 9 concubitos *MPM'* 11 somnium *M* 14 est *M Monacc. 2549 et 14399 Uindob. 758, om. cet.* circumuenitur *AA'B* 15 umido *MM'P'* humido *cet.* 16 fraglabat *P Monac. 2549* flagrabat *cet.* 19 canentium *AA' Uindob. 3925* caenantium *S* cenantium *cet.* 24 fraglarent *AP Monac. 2549* flagrarent *cet.*

unusquisque et non resurgat. ille apud me primus qui omnium perditissimus, ille meus est qui suus non est, ille mihi gratior qui sibi nequior. calix aureus Babylonis in manu mea inebrians omnem terram; a uino meo biberunt omnes gentes. qui est ergo insipientior deuertat ad me, et indigentibus sapientia praecipio dicens: panibus absconditis suauiter utimini et aquam furtim dulciorem bibite. manducemus et bibamus; cras D enim moriemur. transiet uita nostra tamquam uestigia nubis et tamquam nebula dissipabitur. uenite ergo et fruamur bonis quae sunt et utamur creatura tamquam iuuentute celeriter. uino pretioso et unguentis nos impleamus, et non praetereat nos flos temporis. coronemus nos rosis, antequam marcescant. nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra; ubique relinquamus signa laetitiae. hic omnia relincuntur, nihil secum quis feret nisi quod corporis uoluptate perceperit. denique ipsam ego institui E philosophiam. nec est alia uerior nisi ea quae bonum adserit [nisi] quod suaue atque iocundum sit. ergo uel philosophiae uel sapientiae Solomonis credite'.

5, 15 His auditis uelut ceruus sagittatus in iecore haeret saucius. F quem miserans uirtus et casurum cito uidens inprouiso occurrit uerita ne inter moras inlecebris demulcentibus mens capiatur humana. 'palam' inquit 'adparui tibi non quaerenti me, ne

3 Hier. 28, 7 (51, 7) 5 Prouerb. 9, 16 sq. 8 Esai. 22, 13 9 Sap. 2, 4—8 17 cf. Cic. de fin. II 106 disp. Tusc. V 101 22 Prouerb. 7, 23 23 Philo de merc. mer. 3 (II 267, 1; I 212, 4 *C.*)

5 quis *S* (s *exp.*) *AA'* est *om. V* diuertat *A'BV* 9 moriamur *B* transiet enim uita *V* 12 in iuuentute *BP'V* 14 coronemur *SA' et* (nos *om.*) *M* 17 relinquuntur *AA'PV* relinquantur *B* 18 ergo *S* (r *eras.*) *P'* (*s. m2* ł ego) *MP* 20 nisi *deleuit Erasmus; uix credibile Ambrosium scripsisse* ⟨non⟩ adserit nisi uel *om. SAA'* filosofiae *MM'* 21 salemonis *V* salomonis *cet.* 24 uerita *AA'* ueritate *M'* (te *eras.*) *cet.*

fallat inprudentem et circumueniat te mulier effrenata et luxu- 191 A
riosa, quae non nouit pudorem. sedet in foribus domus in sella palam in plateis aduocans praetereuntes. nunc igitur, fili, audi me et intende uerbis oris mei. non declinet in uias eius cor tuum; multos enim uulnerando deiecit, et sunt innumerabiles quos trucidauit. uiae inferorum domus eius deducentes in secessum mortis. aufer igitur tibi prauum os et iniusta labia a te longe propelle. oculi tui recta uideant; noli intendere fallaci mulieri. mella enim destillant a labiis mulieris fornicariae, quae ad tempus B
inpinguat fauces tuas, postea uero amariorem felle inuenies. dies me citius defecerit quam uitia eius exponam, quae tamen in Prouerbiis ore sapientiae descripta atque expressa sunt. non te uincat formae concupiscentia. adulterina est, fucis inlita, nequaquam uero ac sincero fulgens decore. neque capiaris oculis; circumfusa enim retia sunt. esto magis similis illius et sequere eum qui salit super montes et transilit super colles, prospiciens per fenestras, eminens super retia. mala C
sunt uoluptatis uincula. oculos delectat, demulcet aures, sed mentem inquinat. multa mentitur, falsa adiungit, uera subducit, spondit pecuniam, aurum offert, sed aufert disciplinam. tu autem accipe potius disciplinam quam pecuniam et scientiam super aurum probatum; melior est enim lapidibus pretiosis. non te celabo quae summa eius feruntur, ne uidear

1 Prouerb. 9, 13 2 Prouerb. 9, 14 sq. 3 Prouerb. 7, 24—27 8 Prouerb. 4, 24 sq. 10 Prouerb. 5, 3 14 Prouerb. 6, 24 sq. Philo de merc. mer. 4 (II 267, 36; I 213, 10 *C.*) 18 Cant. 2, 8 sq. 23 Prouerb. 8, 10 sq. 25 Philo de merc. mer. 4 (II 268, 4; I 214, 1 *C.*)

6 deicit *BV* 8 ergo *P'V* os prauum *B Monac. 14399 Uindob. 758* 9 repelle *B* 11 destillant *M et m2 S* distillant *AA' et* (i *pr. ex* e) *P'* destillabunt *Sm1 B* destillabant *M'* distillabunt *cet.* 13 mei *S* (i *eras.*) *MA* defeceri.t (n *eras.; in mg. m2* deficiet) *S* deficiet *P'* 19 prospicies *M* 21 mentitu. *S* (r *eras.*, s *s. ras. m2*) mentitus *M* 22 spondet *SB et m2 V* 24 laboribus *M*

deoperire quae displiceant in uoluptate et obumbrare quae placeant. eleuat enim et extollit mentem suasoriis uerbis, D ostendit omnia regna terrae dicens: haec omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. ibi tu caue ne capiaris praeterlabentibus et non manentibus, quibus magna temptatio 16 est. docuit te certe dominus Iesus quemadmodum aduersus huiusmodi temptationes resistas. tetenderat diabolus primum laqueum gulae dicens: si filius dei es, dic lapidi huic ut fiat panis: respondit dominus: non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. laqueum soluit E hoc dicto. posuit iterum diabolus secundum iactantiae laqueum, qui etiam bonam mentem prosperis currentem semitis solet strangulare. et duxit illum inquit in Hierusalem et statuit eum supra pinnam templi et dixit illi: si filius es dei, mitte te hinc; scriptum est enim quod angelis suis mandauit de te ut conseruent te, quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. itaque cum posset sine ullo periculo mittere se dominus Iesus, cui suppeterent spiritales uolatus, tamen F ne iactantiae genus esset, respondit diabolo: non temptabis dominum deum tuum. simul docuit nos cauere ne faciamus uoluntatem diaboli. si ergo ueri iactantia declinanda est, quanto magis nemo debet falsa iactare pro ueris? tertius superest laqueus auaritiae atque ambitionis. ostendit in monte posito omnia regna orbis terrae in momento tem-

3 Matth. 4, 9 Luc. 4, 7 8 Matth. 4, 3 Luc. 4, 3 9 Matth. 4, 4 Luc. 4, 4 13 Matth. 4, 5 sq. Luc. 4, 9 sqq. 20 Matth. 4, 7 Luc. 4, 12 25 Matth. 4, 8 Luc. 4, 5

1 dō perire *SM'* dō aperire *P'* (a *add. m1*) 5 a praeterlabentibus *AA' fort.* in quibus 9 solo pane *M Monac. 14399 Uindob. 758* 10 homo *om. M* 11 diabolus *M* (o *ex u*) 13 stranguilare *SMM'A et* (i *eras.*) *P* stranguillare *B* (g *s. u.*) *A'* inquit illum *A'B* 14 pinnaculum *BV* 15 dei es *MAA'B* te *om. M* quia *B* 16 te conseruent *M* 17 te ne] te tene *M* 20 diabolo *M* (o *pr. ex* u) 22 ueri *MA A'* uer* *S* (e *eras.*, i *s. ras. m2*) uere *P'* (a *m2 s.* e *alt.*) *BPM'* uera *V*

poris. bene in momento, quia diuturna esse non possunt. paululum expecta, et cito transeunt. itaque qui secuntur ea in monte sibi uidentur, sed non sunt perpetui, sicut habes scriptum: uidi impium superexaltatum et eleuatum super caedros Libani: et transiui, et ecce non erat. sed qui maximi ea facit adorare uidetur diabolum, cuius deus uenter est et in pudendis gloria. tu autem in deo gloriam quaere, qui tibi ait: dominum deum tuum adorabis et ipsi soli seruies, a quo aeterna accipias, non temporalia. 192 A

17 Tamen si quem etiam ista delectant, ab eo moderatius petantur qui uerus omnium fons est. nam et ipsa peculiaria quae possidere sibi uidetur diabolus aliena sunt, sicut ipse dixit: tibi dabo potestatem hanc uniuersam et gloriam illorum, quia mihi tradita sunt. ab eo ergo spera, licet breuis uitae non sit longum uiaticum requirendum, tamen ab eo spera qui uniuersam creaturam condidit, qui diabolo ea ad tempus tradidit, non ut possideat, sed ut temptet; non enim poterat corona esse sine certamine. pro-
18 bandi erant dubii, ut iusti coronarentur. dedit itaque diabolo ea, quia in his ipsis poena accipientis est, si uti nesciat. quid est enim thensaurus luxurioso nisi sumptus luxuriae? sed non luxuriosus, sed frugi probatur. et ideo utere quasi frugi his quae tibi adponuntur, ut non cum manducas multum, odibilis fias; uigiliae enim et tormenta uiro edaci et infra: si coactus fueris in edendo, surge et uome, et refrigerabit te et non adduces corpori tuo in-

B C

4 Psalm. XXXVI 35 sq. 7 Philipp. 3, 19 8 Matth. 4, 10 Luc. 4, 8 14 Matth. 4, 9 Luc. 4, 6 19 II Tim. 2, 5 25 Sir. 34, 20 (31, 23) 26 Sir. 34, 21 (31, 25)

1 non possunt *V* (non poss *ex* neque) 2 sequuntur *P'* 3 sibi esse (esse *s. u. m2*) *S* 5 sup*ra *S* (a *s. u.*) supra *AA'BV* caedros *S* cedros *cet.* 6 maximi *M* maxime *cet.* 7 uester *M* (n *s.* s) 9 illi *BP* 12 petantur *Monac. 14399 Uindob. 758* petuntur *cet.* peculiaria *α* pecuniaria *libri* 15 eorum *B* 22 thesaurus *libri* 23 luxoriosos *M* (v *s.* o *tert.*)

firmitatem. plurimos itaque gula sua occidit, nullum frugalitas: innumeris uina nocuerunt, nulli parsimonia. plerique D inter epulas fudere animam et mensas proprio replerunt sanguine. aliis cruditas uocem simul rapuit et sensum, et si aliquibus cruditas noxia non fuit, his ruinam fecit ebrietas. alios in crimen egit ebrietas, etsi ipsa crimen sit, alios ad egestatem redegit. postremo audi quos Christus excludat. cum intrauerit inquit pater familias et clauserit ostium, incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes: aperi nobis. et respondens dicet: nescio uos unde estis; recedite a me omnes operarii ini- E quitatis. tunc incipietis dicere: manducauimus coram te et bibimus et in plateis nostris docuisti. et dicet uobis: nescio unde estis. audisti quid de manducantibus dixerit: audi nunc quid de ieiunantibus dicat: beati qui nunc esuriunt et sitiunt, quia saturabuntur et infra: uae uobis, qui saturati estis, quoniam esurietis. sed uis manducare, uis bibere? ueni ad conuiuium sapientiae, quae inuitat omnes cum magna praedicatione dicens: uenite et edite panes meos et bibite F uinum, quod miscui uobis. delectant cantica, quae epulantem demulceant? audi hortantem, audi cantantem ecclesiam non solum in canticis, sed etiam in Canticis canticorum: manducate, proximi mei, et bibite et inebriamini, fratres mei. sed haec ebrietas sobrios facit, haec ebrietas gratiae, non temulentiae est. laetitiam generat, non titubantiam. nec uerearis ne in conuiuio ecclesiae aut grati

2 cf. de Helia 8, 22 sq. 8 Luc. 13, 25—27 16 Luc. 6, 21 17 Luc. 6, 25 20 Prouerb. 9, 5 24 Cant. 5, 1

2 innumeris *M* (num *ex* mun *m2*) 3 repleuerunt *P* (ue *s. u.*) *P'* 6 alios . . . ebrietas *om. M Monac. 2549, in mg. Uindob. 758* 11 sitis *V* 12 manducabimus *MAA'M'* *et* (*corr. m2*) *S* 13 et bibimus *ante* coram te *transponunt B Monac. 2549* 14 quod *M* 25 fratres *ed. Rom.* (ἀδελφοί *LXX*) patres *libri* (patres mei *in ras. B*) 27 uerearis (is *ex* es *m2*) *SM*

odores tibi aut dulces cibi aut diuersi potus aut conuiuae nobiles desint aut decentes ministri. quid Christo nobilius, qui in conuiuio ecclesiae et ministrat et ministratur? istius conuiuae recumbentis adnecte te lateri ac te deo iunge; 193 A non fastidias mensam, quam Christus elegit dicens: introiui in hortum meum, soror mea sponsa. uindemiaui murram cum aromatibus meis, manducaui panem meum cum melle meo et bibi uinum cum lacte meo. in horto, hoc est in paradiso est conuiuium ecclesiae, ubi erat prius Adam quam peccatum committeret. ibi recumbebat Eua, priusquam culpam crearet et pareret. ibi uindemiabis murram, hoc est Christi sepulturam, ut consepultus cum illo B per baptismum in mortem quemadmodum ille surrexit ex mortuis et tu resurgas. ibi manducabis panem, qui confirmat cor hominis, mel gustabis, quo tuarum dulcescat meatus faucium. uinum bibes cum lacte, hoc est cum splendore ac sinceritate, siue quod pura simplicitas sit siue quod inmaculata gratia quae in remissionem sumitur peccatorum, siue quod paruulos consolationis suae lactet uberibus, ut ablactati in deliciis in plenitudinem perfectae aetatis adolescant. succede C ergo in hoc conuiuium. an metuis ne angustior domus et breuis conuiuii locus te conprimat? o Istrahel, quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius! magnus et non habet finem, altus et inmensus. ibi fuerunt gigantes illi, qui ab initio fuerunt staturā magna scientes proelium. non hos elegit deus. et merito non elegit, quia proelium, non

5 Cant. 5, 1 12 Luc. 23, 56 Rom. 6, 4 14 Psalm. CIII 15 15 Cant. 4, 10 sq. 19 I Cor. 3, 2 22 Baruch 3, 24—27

1 cibi *S* (c *ex* t *m2*) tibi *P et* (c *s.* t) *P'* 2 magistri *B* 4 coniunge *V* 6 hortum *M* ortum *V* (*in ras.*) *cet.* 7 murram *M et m1 S* mirram *M'* (*ex* muram) *AA'BV* myrram *S m2 PP'* 12 mirram *M'* (i *ex* u) *B* myrram *cet.* 13 mortem *AA'P'* morte *cet.* 16 bibis *MPV et* (*corr. m2*) *SM'* ac] et *MM'* 19 uberius *S* (*corr. m2*) *MM'PP'* 22 isrł *libri* 23 dī *MBM'* dn̄i *cet.* 25 ibi *P'* ubi *cet.* 27 dš *SMAA'BM'V* dn̄s *PP'*

pacem sciebant, et ideo tu pacem disce, ut eligaris a deo. sed ne forte incomptam domus magnitudinem putes et diuer- D
soria te columnata delectent, sapientia aedificauit sibi domum et fulsit columnas septem. ipse etiam dominus
5 Iesus multas mansiones apud patrem suum esse commemorat. in hac ergo domo epulaberis animae cibos potusque mentis, ut postea non esurias neque sitias umquam; qui enim manducat manducat usque ad satietatem et qui bibit usque ad
20 ebrietatem bibit. sed haec ebrietas pudicitiae custos est, illa
10 uini ebrietas fomes libidinis, quo per carnes uaporantur interna E uiscera, animus ignescit, anima exuritur. saeuus criminum stimulus libido est, quae numquam manere quietum patitur affectum. nocte feruet, die anhelat, de somno excitat, a negotio abducit, a ratione reuocat, aufert consilium, amantes inquietat, lapsos
15 inclinat, castis insidiatur, potiendo inflammat usuque accenditur. nullus peccandi modus et inexplebilis scelerum ‹sitis› nisi morte amantis extingui non potest. et ideo ait apostolus: F fugite fornicationem, ut ueloci fuga tamquam furiosae dominae declinare saeuitiam et tetro seruitio exire possimus.
21 20 nam quid de auaritia dicam, insatiabili pecuniae cupiditate et quadam aeris libidine, quae quo plura abstulerit eo magis inopem esse se credit? omnibus inuida, sibi uilis, in summis diuitiis inops affectu extenuat quod censu abundat. nullus rapiendi modus, ubi nulla mensura cupiendi. sic inflammat
25 animum, sic igne suo pascit animum, ut hoc solo distet, quod illa formarum adultera sit, ista terrarum. elementa concutit,

3 Prouerb. 9, 1 5 Ioh. 14, 2 7 Esai. 23, 18 (?) 18 I Cor. 6, 18

1 eligaris *S* (i *pr. et* a *in ras. m2*) 2 incomptam *BPV* incompta *S m1 MM'P'* incomptae *S m2 AA'* 4 suffulsit *S* (suf *s. u. m2*) *V* 6 epulaueris *S* (*corr. m3*) *MP'* potusque *M* (s *s. u. m2*) 9 haec *om. M* pudicitiae ... ebrietas *om. AA'* 15 *post* potiendo *ras. 5 litt. in M* (*eras.* modus) undique (d *s. u.*) adcenditur *M* 16 ‹sitis› *Costerius; in P' post* scelerum *ras. 2 litt.* 17 et extingui *M* 22 inuidia *S* (i *tert. eras.*) *A'* (i *tert. exp.*) *M* 23 censu *Costerius* sensu *libri* 25 animum *alt. om. B*

mare sulcat, terram effodit, caelum uotis fatigat, nec sereno grata nec nubilo condemnat prouentus annuos fetusque terrarum arguit. sed haec aegritudo est animae, non sanitas. denique Ecclesiastes dicit: est languor malus, quem uidi sub sole, diuitias custodiri in malum possidentis eas et supra: qui diligit argentum non satiabitur argento. nec est finis adquisitionis eorum. si quaeris thensauros, accipe inuisibiles et occultos, quos in caeli altissimis, non quos in terrarum uenis requiras. esto pauper spiritu et eris diues qualicumque censu, quia non in abundantia diuitiarum uita est hominis, sed in uirtute ac fide. istae te diuitiae uerum diuitem facient, si sis in deum diues.' 194 A B

6, 22 Audisti uoluptatis mysteria, audisti etiam nostrarum copiarum munera, quas ego non superlectili operiendas, sed scripturae nudis sermonibus demonstrandas putaui, ut sua luce fulgerent et ex se ipsae uocem emitterent sui inuicem. neque enim sol et luna interprete indigent; habent interpretem fulgorem sui luminis, quo totus repletus orbis est. illis inluminatio est fides, sine indice quaedam ut ita dicam intestata testis, quae alieno non indiget testimonio et subito se uniuersorum oculis offundit. non ergo nuntiantur opera nostra, sed clamant et se ipsa nuntiant. sane ut et hoc quod laboriosum in nostris ducitur non praeteream, fides exigitur, studium desideratur, facta quaeruntur. his enim tribus dominus Iesus deuotionis humanae officia definiuit dicens: petite, et dabitur uobis; quaerite, et inuenietis; pulsate, et C D

4 Eccl. 5, 12 6 Eccl. 5, 9 7 Baruch 3, 17 10 Matth. 5, 3 11 Luc. 12, 15 12 Luc. 12, 21 14 Philo de merc. mer. 4 (II 269. 16); de sacr. 5 (167, 36; I 215, 21 *C.*) 17 Philo de sacr. 6 (168, 1: I 216, 9 *C.*) 23 Philo de sacr. 6 (167, 47; I 216, 8 *C.*) et 6 (168, 6: I 216, 13 *C.*) 26 Matth. 7, 7

4 dicit *S* (*in mg. m2* ait) ait *M* 15 suplectili *M* subpellectile *P* suppellectile (e *tert. ex* i *m2*) *V* supellectili *cet.* operienda . . . demonstranda *SAA'MP et* (*corr. m2*) *P'* 17 et *P'* ut *cet.* 21 subite *M* 22 offundit *scripsi* effundit *libri*

aperietur uobis et infra: omnis ergo qui audit uerba
23 mea haec et facit ea similis est uiro sapienti. haec E
qui studiose fuerit prosecutus primatus benedictionis accipiet
sicut patriarcha Iacob, qui continentia et fide humanarum
supplantauit uestigia passionum. iste ait: misericordiam
mei habuit deus, et sunt mihi omnia. hanc itaque
misericordiam nos fide, studio operibusque mereamur, quibus
disciplinis inuenit Istrahel gratiam dei et per ipsam omnia;
non enim mundi huius copias, sed uirtutum disciplinas sibi
suppetere gaudebat. has nobis substituamus heredes, quas F
sanctus Abraham in Isaac filio suo substituit sibi, omnem
operum suorum deputans hereditatem sapienti et iusto uiro
nec ullum ius hereditarium ancillis uel ancillarum filiis dere-
linquens, sed tantummodo donationis munera. perfectae enim
uirtutes totum accipiunt gloriae patrimonium, usitatis et
mediocribus uile aliquid aspergitur. et ideo Agar, quae aduena
latine dicitur atque accola, et Chettura, quae odorifera signi-
ficatur, heredes non sunt. qui enim mediis utitur disciplinis
accola, non inhabitator est sapientiae. odore aspersus non
fructu expletur. sanitatem autem cibus, non odor inuehit,
quia odor fructuum nuntius est. principales itaque discipli-
nas sequentibus et indigenas accolis agnoscimus praeferendas. 195 A

1 Matth. 7, 24 2 Philo de sacr. 9 (169, 31; I 217, 11 *C.*) 5 Gen. 33, 11 Philo de sacr. 9 (169, 39; I 219, 8 *C.*) 10 Philo de sacr. 10 (169, 40; I 219, 11 *C.*) 13 Gen. 21, 10 14 Philo de sacr. 10 (169, 46; I 219, 14 *C.*) 16 Philo de sacr. 10 (170, 2; I 220, 1 *C.*) 17 Gen. 25, 1 Philo de sacr. 10 (170, 4; I 220. 2 *C.*) 20 Philo de sacr. 10 (170, 7; I 220, 5 *C.*) 21 Philo de sacr. 10 (170, 11; I 220, 8 *C.*)

1 uerba *om.* *M* 3 fuerit studiose *AA'* 4 continentie *M* 6 haec *M* 8 isrł *libri* 9 huius mundi *B Monac. 14399 Uindob. 758;* mundi *in mg. V* disciplinas *in mg. S* 10 quas *BV* qua* *S* (m *eras.*, s *s.* m *m2*) quã *cet.* 13 ullo *M* (ṽ *s.* o) 14 tantumodo *M* munere *P'* (a *s.* e *alt.*) *cet.* 17 chettura *S m2* chectura *S m1 P'* cetura *MV* caethura *A'* cethura *cet.* 19 habitator (*om.* in) *M* 21 itaque (que *s. u.*) *S*

24 hoc secundum ingenium. at uero secundum mysterium Abraham pater gentium semini suo legitimo, quod est Christus, hereditatem omnem fidei suae detulit, qui in hac terra uelut aduena fuit, ut uitae huius odorem magis quam fructum referret. haec cum audit mens, auertit se a uoluptate uirtutique adiungit ueri decoris admirans gratiam purum affectum, simplicem sententiam, mediocrem uestem, hoc est non in persuasione sermonis, sed in ostensione spiritus, qualis est apostolicae forma sententiae, amictum sapientiae atque pietatis omni pretiosiorem auro refulgens, tum chorum prudentiae temperantiae fortitudinis iustitiae suscipiens, quae fraglant odorem disciplinarum incutientes reuerentiam, infundentes gratiam. itaque talibus mota eligit studia uirtutis, quibus Iacob uir plenus exercitationis mentem intendit suam. et ideo ouium pastor inducitur, eo quod inperitare corpori et sensibus eius ac uoluptatibus uocisque modum tenere, ne uelut ouis uagetur incerta, praestantius aestimatur quam regere populos, praeesse urbibus; difficilius enim se quispiam quam alterum regit. animum uincere, iracundiam cohibere conpugnantesque leges carnis et mentis in unum cogere inmortalis cuiusdam est uiri, quem inferni porta non ceperit. denique ipse sibi legis lator uindicauit hoc munus, ut oues pasceret Iothor, qui dicitur

1 Galat. 3, 16 5 Philo de sacr. 10 (170, 13; I 220, 9 *C.*) 7 I Cor. 2, 4 13 Philo de sacr. 11 (170, 23; I 220, 16 *C.*) 14 Gen. 30, 31 sq. Philo de sacr. 12 (171, 12; I 221, 19 *C.*) 22 Exod. 3, 1 Philo de sacr. 12 (171, 21; I 222, 4 *C.*)

1 aut *M* misterium *BM'* ministerium *S* (ni *eras.*) *PP'V* abraham *P'* (h *s. u.*) 9 amictu *V* amictus est *B* 10 pretiosiore *V* pretiosior est *B* refulgen* *S* (s *eras.*, te *s. ras. m3*) refulgentem *AA'* tum *MBV* tuno *cet.* 11 fraglabant *Monac. 2549* flagrabat *V et* (*s.* flagrant) *Monac. 14399* flagrabant *cet.* 12 odore *M* incutientes *BV* incutiens *cet.* infundentes *MBPV et* (te *exp.*) *P'* infundens *S* (s *m2 ex* tes) *cet.* 13 eligit *SAA'P'* elegit *B* (i *s.* e *alt.*) *cet.* 16 uocisque *frustra temptatum est; cf.* καὶ γλώττης *apud Philonem et p. 361 u. 2* nec *M* 19 legis *MM'* 21 latorū *M* 22 iethro *S m2 A'* (e *ex* o) *et* (h *s. u.*) *P'* ietro *BV* iothro *A*

superfluus, et ageret in desertum, eo quod inrationabilem et superflui uulgarisque sermonis loquacitatem in secreta quaedam sobriae doctrinae coegit mysteria. ideoque Aegyptiis abominationi erant pastores ouium; omnes enim qui corporis dediti passionibus huiusmodi et uoluptatibus indulgent suis disceptatorem uerbi doctoremque uirtutis quadam execratione declinant. et ideo per aegnimata haec docuit Moyses apta deo esse sacrificia, quae refugit omnis insipiens, id est opera et E praecepta uirtutis. ideoque pastor Abel, Cain autem operator terrae legitur, qui in fratre suo uir insipiens formam speciemque uirtutis expressam ferre non potuit.

7, 25 Et factum est post dies optulit Cain ex fructibus F terrae munus domino. duplex culpa: una quod post dies optulit, altera quod ex fructibus, non ex primis fructibus, sacrificium autem et celeritate conmendatur et gratia. unde praeceptum est: si uoueris uotum, non facias moram reddere illud; melius est enim non uouere uotum quam uouere et non reddere; cum enim moram facis, non reddis. uotum est autem postulatio bonorum a deo cum soluendi muneris promissione. et ideo cum inpetraueris quod petisti, ingrati est tardare promissum. sed interdum aut neglegentibus inrepit obliuio impetratorum aut tumidis et elatis adrogare euentus sibi [hebi] cordi est et propriis 196 A uirtutibus uindicare nec auctoris deputare gratiae, sed ipsos

5 Gen. 46, 34; 47, 3 Philo de sacr. 11 (171, 6; I 222, 9 *C.*) 7 Gen. 4, 4 9 Gen. 4, 2 12 Gen. 4, 3 13 Philo de sacr. 13 (171, 41; I 223, 1 *C.*) 16 Deut. 23, 21 Eccl. 5, 3 sq. Philo de sacr. 13 (172, 7; I 223, 9 *C.*) 19 Philo de sacr. 13 (172, 8; I 223, 10 *C.*)

3 misteria *BPV* 12 *et* 14 optulit *SAA'P'V* obtulit *cet.* 16 uolueris *M* 17 est *om. AA'* inuouere *M* 22 repit (*om.* in) *M* inpetraturum *M* 23 hebi *inclusi utpote ex* sibi *ortum* hebicordiẽ *S* (ẽ *ex* em *m2*) hebicorde est *M* hebicordi est *AM'* hebicordis est *A'B* hebicordiem *P* hebicordẽ *P'* ****cordi est *V* hebeti corde est μ hebetis cordis est α *post* et *add.* bonum quod agit uel quod a deo consequitur α· 24 ipsos *S m2 P' m2 AA'M'V* ipso *S m1 P' m1 MP* ipse *B*

se suorum bonorum auctores ducerè. tertium genus est peccati quidem minoris, sed supparis adrogantiae, eorum scilicet qui datorem bonorum deum non negant, sed quae acciderint ea sibi propter prudentiam suam ceterarumque merita uirtutum iure delata arbitrantur. propterea etiam diuina dignos habitos gratia, quod nequaquam uiderentur indigni quibus talia di- B
26 uinis beneficiis prouenirent. ne quid ergo huiusmodi accidat, unde uotum tuum tibi in peccatum fiat, lex te informauit atque instruxit dicente domino, qui legem dedit: adtende tibi, ne obliuiscaris beneficia domini dei tui et non custodias mandata et iudicia et iustitias illius, quae ego praecipio tibi hodie: ne cum manducaueris et repletus fueris et cum domos bonas aedificaueris et habitare coeperis in eis et oues tuae et C boues tui cum repleti fuerint, aere, argento et auro conpletus fueris et omnia possidere coeperis et plena fuerint horrea tua, exaltes cor tuum et obliuiscaris dominum deum tuum. tunc ergo obliuisceris dominum, cum oblitus fueris tui. si autem cognoscas infirmum te esse, cognosces deum esse supra omnia et inmemor esse non poteris, ut ei reuerentiam debitam soluas.

27 Disce nunc quemadmodum unusquisque moneatur, ne se ipse auctorem suorum putet bonorum. ne dicas inquit in D corde tuo: uirtus mea et potentia mea fecit mihi uirtutem hanc magnam, sed in mente habebis dominum deum tuum, quoniam ipse dat uires, ut facias uirtutem. unde bene apostolus quasi legis interpres non gloriabatur in uirtute sua, sed minimum se apostolorum esse dicebat et quicquid esset gratiae diuinae esse non meriti sui nihilque nos habere quod non acceperimus. quid enim

1 Philo de sacr. 13 (172, 17; I 224, 2 *C.*) 8 Philo de sacr. 14 (172, 23; I 224, 6 *C.*) 9 Deut. 8, 11—14 18 Philo de sacr. 14 (172, 30; I 224, 11 *C.*) 23 Deut. 8, 17 sq. Philo de sacr. 14 (172, 33; I 224, 13 *C.*) 28 I Cor. 15, 9 sq. 30 I Cor. 4, 7

9 dedit legem *P* 16 cũpletus *B* cum repletus *V* 29 quidquid *B* (c *s.* d *pr.*)

inquit habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? didicisti E
ergo humilitatem magis sequi quam adrogantiam, sedulitatem affectare quam potestatem. accepisti salutaria praecepta,
noli neglegere utilia instrumenta medicinae, quibus fibra omnis
28 letalis uulneris exsecatur. ille quoque qui se iustificat ne
inflętur cordis sui tumore; et ipse accepit salubre mandatum
in huiusmodi sententiam resultante oraculo: ne dicas in
corde tuo, cum consumere coeperit dominus deus F
tuus gentes illas a conspectu tuo, dicens: propter
iustitiam meam induxit me dominus possidere terram
istam: sed propter iniquitates gentium harum extirpabit illos dominus a facie tua. non propter
iustitiam tuam nec propter aequitatem cordis tui
intrasti possidere terram istam, sed propter iniquitatem gentium disperdet eos dominus a conspectu
tuo et restituet testamentum suum, quod iurauit
patribus uestris. testamentum perfecta dei gratia est;
nihil enim inperfectum dat deus, perfecta autem uirtus
est et opera uirtutis. testamentum autem dicitur quo defertur bonorum hereditas. merito et testamentum dicitur et
diuinum, cum ea quae úere bona sunt adtestatione mandatorum caelestium conferuntur. et testamentum dicitur, quo- 197 A
niam sanguĩne dedicatum est, uetus in typo, nouum in ueritate.
quo testamento diuinae gratiae pignus tenemus, quia sic

6 Philo de sacr. 14 (172, 39; I 225, 2 *C.*) 8 Deut. 9, 4 et 5 18 Philo de sacr. 14 (172, 47; I 225, 7 *C.*) 19 Philo de sacr. 14 (173, 1; I 225, 8 *C.*) 25 Ioh. 3, 16 Rom. 8, 32

9 consumere α consumare *AA'P* consūmare *cet.* 11 dš *M* 12 harum *S m2 BM'P* illarum *V* horum *S m1 cet.* extirpabit *scripsi* (ἐξολεθρεύσει *cod. Alex.*) exstirpauit *BV* extirpauit *cet.* 14 *post* tuam *add.* non propter bonitatem tuam *B* α cordis . . . iniquitatem *om. M* 15 *fort.* intras tu (σὺ εἰσπορεύῃ *LXX*) 16 disperdet *S m1 V* dispersit *P* disperdidit *P'* disperdit *S m2 cet.* 18 uris *m2 ex* nris *S* 21 et diuinum . . . dicitur *om. V* (*in quo* et merito) 22 uera *M*

lilexit deus hunc mundum, ut unicum filium suum pro nobis omnibus daret. unde perfectionem gratiae praedicans apostolus ait: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

8, 29 Prima igitur uoti gratia est celeritas solutionis. denique B
Abraham filium suum ad holocaustum iussus offerre non post
dies ut Cain optulit, sed exsurgens mane strauit asi-
nam suam et adhibuit secum duos pueros et Isaac C
filium suum et concidens ligna ad holocaustum
surgens abiit et uenit ad locum quem ei dixerat
deus die tertia. primo aduerte immolaturi studium matu-
rum atque festinum, ut mora expectationis non esset nisi
donec audiretur oraculum, deinde ut sterneret asinam suam,
obsequium omne ipse susciperet et sacrificio necessaria prae-
pararet, duabus quoque fidei uirtutibus comitantibus hostiam
suam duceret, de potestate dei certus et de bonitate securus. D
quod autem ait die tertia, uel quod continua esse debeat
et perpetua deuotio — tripertitum est enim tempus, praeteritum,
praesens et futurum, quo admonemur quod nec praeteritorum
beneficiorum dei uel praesentium uel futurorum inrepere
ulla debeat obliuio, sed tenax gratiae memoria perseuerare
et oboedientia non deesse — uel quia is qui sacrificat in unum
splendorem, unam lucem debeat credere trinitatis; ei enim E
qui fideliter sacrificat dies lucet, nox nulla est. sic et in
Exodo Moyses ait: uiam trium dierum ibimus et im-
molabimus domino deo nostro. sed etiam alibi cum

3 Rom. 8, 32 5 Philo de sacr. 15 (173, 10; I 225, 15 *C.*) Quaest. I 60 7 Gen. 22, 3 sq., cf. Philo de sacr. 15 (173, 11; I 225, 15 *C.*) 25 Exod. 3, 18

1 deus dilexit *B Monac. 2549* 6 abraam *M* abraham *A* (h *s. u.*) 7 optulit *SAA'P'V* obtulit *cet.* 10 ei] enim *M* dixerit *S* (a *s.* i *alt.*) 11 immolaturi *AA' et m2 SP'* immolantis *BM'* immolationis I' immolatur *MP et m1 SP'* 14 sacrificia *B* necessario *P* 18 tri-p:itum *S* (i *pr. ex* e *m2*) 22 is *PV* his *S* (h *eras.*) *AM'* (h *exp.*) *cet.* 23 splendore *MM'* 25 uiam *om. M*

uisus esset deus Abrahae ad ilicem Mambrae, respiciens inquit Abraham oculis suis uidit, et ecce tres uiri stabant super eum. et uidens occurrit obuiam illis ad ostium tabernaculi sui et adorauit super terram et dixit: domine, si inueni gratiam ante te. tres uidet, unum adorat, tres mensuras offert similaginis. nam etsi F inmensus deus, tamen mensuram omnium tenet, sicut scriptum est: quis mensus est manu aquam et caelum palmo et uniuersam terram clausa manu? perfectae igitur in personis singulis trinitati interiore mentis arcano, hoc est similaginis spiritalis sanctus patriarcha sacrificium deferebat. haec est similago, quam in euangelio molit illa mulier, quae adsumetur; una enim adsumetur inquit altera relinquetur. adsumetur ecclesia, relinquetur synagoga uel mens bona adsumetur, inproba derelinquetur. ut scias autem quia 198 A et Abraham in Christum credidit, Abraham inquit diem meum uidit et gauisus est. et qui credit in Christum credit et in patrem et qui perfecte credit in patrem credit in filium et spiritum sanctum. tres ergo mensurae, una similago, hoc est unum erat sacrificium, quod uenerabili trinitati pari quadam mensura deuotionis et congrua plenitudine pietatis oblatum est.

31 Adhuc cognosce celeris studia deuotionis. cucurrit inquit B et accepit uitulum unum tenerum et bonum et dedit puero et festinauit facere eum. ubique inpigra

1 Gen. 18, 2 sq. 6 Gen. 18, 6 Philo de sacr. 15 (173, 13; I 225, 17 *C.*) 7 Phil. de sacr. 15 (173, 19; I 226, 3 *C.*) 8 Esai. 40, 12 13 Matth. 24, 41 16 Ioh. 8, 56 23 Gen. 18, 7

1 habrahae *A* 2 abraam *M* habraham *A* 6 unã *M* 7 inmensos *M* 8 *et* 9 manũ *M* 9 perfecta *M* perfecta ei *B* 10 interiori *A'* 12 molet *M'* (i *s.* e) *cet.* 15 adsumetur . . . derelin|quetur μ adsumitur . . . derelinquitur *libri* (*Uindob. 758* -quitur *ex* -quetur) 16 et *om. A'B* abraam *M* habraham *AA'* abraham (*alt.*) . . . qui credit *om. BV* abraam *M* abraham *P* (ha *s. u. m2*) 17 credit *M'* credidit *cet.* 23 celeris *SMAA'* celerius *cet.* 24 unum *om. B Monac. 2549* 25 puerũ *S* (*corr. m2*) *M*

deuotio et ideo deo fuit munus eius acceptum. habes et alibi ut solis ortum oratione praeuenias; occurre inquit ad solis ortum. habes in euangelio dicentem dominum Iesum: Zacchaee, festinans descende. et ille qui inpetrauerat quod uolebat, ut Christum uideret, et amplius inpetrauerat ut uideretur et uocaretur a Christo, festinans descendit et excepit illum gaudens. et ideo probauit dominus eius affectum et eum celeri remuneratione donauit dicens: quod hodie salus domui huic facta est. festinauit enim et dominus ad beneficium et ideo non expectauit, ut promitteret et inpleret postea, sed ante fecit et postea declarauit. dixit enim: facta est salus, quod utique praeuenientis fuit, non promittentis. iustus igitur uotum suum celeritate commendat. et ideo patres nostri festinantes manducabant pascha, succincti lumbos et pedes suos calciamentorum <non> exuentes uinculis et tamquam onus corporeum deponentes, ut essent parati ad transitum; pascha enim domini transitus est a passionibus ad exercitia uirtutis. et ideo pascha domini dicitur, quoniam et tunc in typo illo agni ueritas dominicae passionis adnuntiabatur et nunc eius celebratur gratia. cito igitur hoc quaere, anima, ut cito etiam audias, sicut audiuit et Iacob: quid est hoc quod tam cito inuenisti, fili? et ille secundum dogma respondit: quod tradidit dominus deus

2 Sap. 16, 28 3 Luc. 19, 5 8 Luc. 19, 9 13 Exod. 12, 11 Philo de sacr. 17 (174,.26; I 227, 14 *C.*) 17 Philo de sacr. 17 (174, 35; I 227, 16 *C.*) 20 Philo de sacr. 17 (174, 38; I 228, 6 *C.*) 21 Gen. 27, 20 23 Gen. 27, 20

2 *et* 3 ortu *M* 2 ratione *MP* peruenias *M* 3 zacchee *B* zachee *P* (e *pr. s. u.*) *M'* zacheae *cet.* 4 festina *A'* 6 a *s. u. m2 M* 8 eum *F'* (*l* ill *s.* e) 12 quod] quia *B* praeuenientis fuit *P* (f *m2 in ras.*) *Monac. 14399* μ praeuenientis saeuit *S* (a *bis exp.*) *AA'* praeuenienti seuit *MP' et m1 M'* praeuenientis est *B et m2 M'* praeuenientis (is *ex* i *m4*) seuit (se *m4 in ras.*) *V* praeuenienti seruit *Monac. 2549* 13 celeritate uotum suum *B* 14 pasca *B* 15 non *addidi* 17 pasca *BP* pascha *P'* (h *s. u. m2*) 18 pasca *B* 22 hoc est *B*, hoc *om. A' Monac. 2549*

tuus in manus meas. cito dat deus, quia dixit et facta sunt, mandauit et creata sunt. uerbum enim dei non, sicut quidam ait, opus est, sed operans, sicut habes scriptum: pater meus usque modo operatur, et ego operor. praeuenit omnia; est enim ante omnia sicut pater et in omnibus sicut idem pater, penetrans omnia. ualidum enim et acutum et omni gladio acutius est, penetrans usque ad diui- F
sionem animae et spiritus artuumque et medullarum, praeueniens omnium cogitationes. de quo ait deus pater: iam uidebis si conprehendit te uerbum meum aut non. ubi enim deus, et uerbum, sicut dixit: ueniemus et mansionem apud eum faciemus. et sicut habes in aliis de deo lectum: ego steti hic prius quam tu, ita et uerbum dicit: priusquam stares sub arbore fici, uidi te. et de ipso dictum est uerbo, hoc est filio dei: medius uestrum stat quem uos nescitis. ubicumque enim sancti, illic in medio dei uerbum in singulorum praecordiis 199 A
conplens maria et terras. et cum hic est, et alibi est non mutato loco, sed repleto ubique sui praesentia; ubique enim est qui est per omnia et in omnibus nullum locum inmunem sui relinquens et ubi adest erat et ubi erat adest. et ideo qui nouit uelox esse uerbum dei cito petit et cito inpetrat.
9, 33 At uero Pharao, qui opinionibus uanis et inanibus studium B
inpendebat suum ranis repleta Aegypto sonum inanem rerum

1 Psalm. XXXII 9 Philo de sacr. 18 (175, 13; I 228, 19 *C.*) 3 Philo de sacr. 18 (175, 18; I 229, 2 *C.*) 4 Ioh. 5, 17 5 Philo de sacr. 18 (175, 19; I 229, 3 *C.*) I Cor. 15, 28 6 Hebr. 4, 12 9 Num. 11, 23 11 Ioh. 14, 23 13 Exod. 17, 6 Philo de sacr. 18, (175, 37; I 229, 14 *C.*) 14 Ioh. 1, 48 15 Ioh. 1, 26 18 Philo de sacr. 18 (175, 38; I 230, 2 *C.*) 23 Philo de sacr. 19 (176, 7; I 230, 9 *C.*)

2 dn̄i *B* (n *eras.*) dn̄s *M'* 7 acutus (*corr. m2*) *SP* 8 et *pr.*] ac *P* 9 pater dn̄s *BPM'P'V* 11 enim est *M, fort. recte* 17 illic *scripsi, nisi forte* ilico *scribendum est* ibi *Monac. 2549* in deo *Uindob. 758* ideo *S* (*antea* i̇ḋe̊o̊ *eras.*) *cet.* 21 adest erat et ubi *om. M* 23 farao *SMB* 24 somnum *S*

et strepitum uanum reddentibus, dicenti Moysi: constitue C
mihi quando pro te orem et pro famulis tuis et
pro populo tuo, ut exterminet dominus ranas, cum
debuerit in tanta positus necessitate rogare, ut iam oraret
nec differret, respondit: crastina die, otiosus et neglegens
morae poenam Aegypti soluturus excidio. itaque iste ubi impe-
trabat, inmemor fiebat gratiae et exaltatus mente carnis suae
34 obliuiscebatur deum. humilitas autem commendabat orationem,
siquidem et Pharisaeus ille reprehensus est, qui ieiunia sua D
uelut beneficia enumerabat et tamquam obiectabat deo et se
criminum memorabat exortem, publicanus autem praedicatus
est, qui a longe stans nolebat oculos ad caelum
leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: do-
mine deus, propitiare mihi peccatori. et ideo diuina
eum sententia praetulit dicens quia descendit hic pu-
blicanus iustificatus magis quam ille Pharisaeus.
ille enim iustificatur qui peccatum proprium confitetur,
sicut locutus ipse est dominus: dic iniquitates tuas E
ut iustificeris. et Dauid ait: sacrificium deo spiritus
contribulatus et iterum: cor contribulatum et humi-
liatum deus non spernit. Hieremias quoque ait: anima
in angustiis et spiritus ancxius clamat ad te. ergo
et Pharao et Assyrius, qui dicebat: quis deorum gen-
tium istarum liberauit terram suam de manu mea,
quoniam liberabit deus tuus Hierusalem de manu

1 Exod. 8, 9 5 Exod. 8, 10 9 Luc. 18, 11 sq. 12 Luc. 18, 13 15 Luc. 18, 14 18 Esai. 43, 26 19 sq. Psalm. L 19 21 Baruch. 3, 1 23 Exod. 5, 2 Reg. IIII 18, 35

4 debuerat *M* 8 cō̃mendat *V* 9 fariseus *MM'* 11 praedicatus est autem publicanus *P* 14 propitius esto *P* (*s. m2* ł propitiare) *P'* eum diuina *MB* 16 fariseus *MM'* 17 enim *om. V* 18 est ipse *BV* 20 contritum *P* 21 *fort.* spernet (ἐξουδενώσει *LXX*) 22 ancxiatus (at *s. u.*) *S* anxius *AA'BV* 23 farao *MM'* et *Monac. 2549 et s. u. m2 P'V, om. cet.* assirius *M'PV* 24 liberauit *S m2 AA'P' et B* (*in quo* liberauit istarum terrārū̃) liberabit *S m1 cet.* 25 liberauit *A* (*corr. m2*) *A'B* dn̄s dn̄s *V*

mea? exaltatione sua deiecti sunt, iustus autem sicut Iacob ad auctorem deum refert quaecumque bona fuerit consecutus dicens de omnibus quae sibi prosperare cogno- F
uerit quoniam tradidit ea dominus deus tuus in manus meas. haec igitur melior uotorum solutio est, sicut et Dauid ait: immola deo sacrificium laudis et redde altissimo uota tua. laudare deum commendare est uotum et soluere. unde et Samaritanus ille aliis antefertur, qui cum leprosis aliis nouem secundum praeceptum domini mundatus a lepra solus regressus ad Christum amplificabat deum et agebat gratias. de quo Iesus ait: non fuit ex illis qui rediret et gratias ageret deo nisi hic alienigena? et ait illi: surge et uade, quia fides tua te saluum 200 A
fecit.

35 Est etiam illa commendandae orationis et uoti disciplina, ut non diuulgemus orationem, sed abscondita teneamus mysteria, sicut tenuit Abraham, qui subcinericias fecit. tenuerunt et patres, qui coxere conspersum quod extulerant de Aegypto subcinericia facientes azyma, quae graece ἐγκρύφια dicunt, eo quod abscondantur in cinere, significantes ‹sicut› fermentum illud, quod abscondit mulier illa euangelica mensuris tribus, B
donec fermentetur totum, mysteriorum quoque premendam esse doctrinam. quod apertius dominus in euangelio docuit suo dicens: tu autem cum orabis, intra in cubiculum

4 Gen. 27, 20 6 Psalm. XXXXVIIII 14 8 Luc. 17, 14—16 11 Luc. 17, 18 sq. 17 Gen. 18, 6 18 Exod. 12, 34 Philo de sacr. 16 (174, 15; I 227, 9 *C.*) 21 Luc. 13, 21 24 Matth. 6, 6 sq.

3 quaecumque *P* 4 tuus *AA'* meus *Pm2 in ras.* suus *Pm1 cet.* 13 surgite *S* (it *eras.*) 16 misteria *BPV* 17 abraam *M* subcinericios *V* 18 extulerant *M* (a *m2 ex* u) 19 azyma *S* azima *cet.* ENΓΡΙΦΙa *S* ENΓΡΥΦΤa *P*^{1} (*in mg.* engrifia) engrifia *MM'PV* engriphya *AA'* euphrigia *B* (*in mg.* engriphia) dicuntur *AA'V* dicunt *ex* dr̃ *P* 20 sicut *add. Henricus Schenkl,* innuentes *post* quoque (*u. 22*) *add. α* 21 in farinae mensuris *ed. Rom., ac sane* farinae (ἀλεύρου) *hoc loco requiri uidetur* fermetitetur *M* fermentaretur *α* 22 misteriorum *BM'PV* 24 suo] sic *B*

tuum et clauso ostio patrem tuum ora in abscondito, et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. orantes autem nolite multum loqui et infra: scit enim pater uester quid uobis opus sit antequam petatis ab eo. cubiculum tuum mentis arcanum animique secretum est. in hoc cubiculum tuum intra, hoc est intra in alta praecordia, totus ingredere de corporis tui exteriore uestibulo et
36 claude ostium tuum. quod sit ostium tuum disce: pone, domine, custodiam ori meo et ostium circuitus labiis meis. et Paulus petit orari pro se, ut aperiatur inquit mihi ostium uerbi ad loquendum mysterium Christi. sed ille utpote electus ad euangelii praedicationem recte sibi ostium uerbi optabat aperiri, quia de ore eius exibat salus gentium, de ore illius prodibat uita populorum: nos autem claudamus ostium, ne culpa intret, ne lapsus aliquis sermonis exeat. intrat culpa, si lapsus exierit. audi quomodo intret culpa. ex multiloquio inquit non effugies peccatum. exiuit multiloquium, peccatum intrauit, quia in multiloquio nequaquam qui exeat sermo trutinatur. inprudenter labitur, licet ipsum
37 ultra mensuram aliquid loqui grande peccatum sit. et ideo caue ne inprudenter loquaris; labia enim inprudentis inducunt eum ad mala. caue ne in oratione te extollas; oratio enim humiliantis se nubes penetrauit. caue ne incaute symboli uel dominicae orationis diuulges mysteria. an nescis quam graue sit in oratione contrahere peccatum, ubi speras remedium? certe dominus per prophetam docuit hoc graue

3 Matth. 6, 8 8 Psalm. CXXXX 3 9 Coloss. 4, 3 16 Prouerb. 10, 19 19 Sir. 21, 25 (28) 21 Eccl. 10, 12 22 Sir. 32 (35), 21

1 ora patrem tuum *PP'* in abscondito ora *B* 5 arcanum *MM'* archanum *P* (h *exp.*) *cet.* 8 tuum *om. M'* quid *B* tuum *om. PP'* 10 mihi inquit *P* 11 misterium *A'BM'* 13 exiebat *M* 14 illius *SMAA'* eius *cet.* prodiebat *M* procedebat *AA'* 17 tuum peccatum *B* 18 intrauit peccatum *B* 22 in mala *AA'* 23 penetrat *B* penetrabit *Monacc. 2549 et 14399* 24 simboli *BV* misteria *MBV* 26 ppñam *M'* (*om.* per), per *om. B*

esse maledictum dicens: et oratio eius fiat in peccatum, nisi forte mediocre id tibi putas esse. diffidere est enim de potentia dei aestimare quod non audiaris, nisi clamaueris. clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament F
passiones tuae, clamet sanguis tuus, sicut sancti Abel, de quo dixit deus ad Cain: uox sanguinis fratris tui ad me clamat. audit te in occultis qui mundat in occultis. nos nisi loquentem audire non possumus: apud deum loquuntur non uerba, sed cogitationes. et ut hoc uerum scias, dicebat dominus Iesus ad Iudaeos: quid cogitatis mala in cordibus uestris? non interrogantis uox ista est, sed scientis. quod tibi manifestat euangelista dicens: Iesus autem scie- 201 A
bat cogitationes eorum. sicut ergo filius nouit, nouit et pater. filium nosse cognouisti, patrem nosse audi consiliarium et testem patris dicentem: scit enim pater uester quid uobis opus sit, antequam petatis ab eo. coque ergo subcinericiam tuam uapore spiritus sancti, coque etiam animi passiones uerbi calore. etsi crudiores sunt passiones tuae nuper fortasse de Aegypto egredientes, operito eas et lento calore excoque, ne fortiorem ignem ferre non possint et semusti- B
lentur potius quam coquantur; sunt enim plurima quae cruda displiceant, cocta delectent. foue pectore tuo alta mysteria, ne praematuro sermone et infidis auribus uel infirmis quasi incocta committas atque auertatur auditor et cum horrore fastidiat. <at> si coctiora gustaret, spiritalis cibi perciperet
38 suauitatem. diuine autem dominus Iesus et bonitatem te do-

1 Psalm. CVIII 7 6 Gen. 4, 10 7 Psalm. XVIII 13 10 Matth. 9, 4 12 Luc. 6, 8 15 Matth. 6, 8

4 clamet et fides *B* 7 audite eum (*om.* te) *B* audit enim te *A'* 8 loquentes *A'* loquuntur *SBM'V* locuntur *cet.* 16 quoque *V* 17 subcinericia tua *Monac. 2549* quoque *M* 18 calore *S* (e *ex* i) 20 exquoque *MM'P* semustilentur *SM* semiustilentur *MP'* semiustulentur *cet.* 21 quae . . . mysteria *om. BM'PP'* plurima . . . mysteria ne *om. V Uindob. 758 Monacc. 2549 et 14399* 22 foue igitur *S* (igitur *s. u. m2*) misteria *MA'* 24 cocta (*om.* in) *M* horrorè *m2 ex* honore *S* 25 at *addidi*, qui *ed. Rom.*; si contra *Monac. 2549* si**** *V*

cuit patris, qui bona nouerit dare, ut quae bona sunt a bono C
poscas, et inpense et frequenter monuit orandum, non ut
fastidiosa continuetur oratio, sed adsidua frequenter. offun-
duntur plerumque inania longae precationi, intermissae autem
prorsus obrepit incuria. deinde monet, ut cum ipse ueniam
tibi poscis, tum maxime aliis largiendam noueris, quo pre-
cem tuam operis tui uoce conmendes. apostolus quoque docet
orandum sine ira et disceptatione, ut non turbetur, non D
interpoletur oratio tua. docet etiam orandum in omni loco,
cum saluator dicat: intra in cubiculum tuum. sed intel-
lege non cubiculum conclusum parietibus, quo tua membra
claudantur, sed cubiculum quod in te est, in quo includuntur
cogitationes tuae, in quo uersantur sensus tui. hoc orationis
tuae cubiculum ubique tecum est et ubique secretum est, cuius
39 arbiter nullus est nisi solus deus. orandum autem praecipue
et pro populo doceris, hoc est pro toto corpore, pro membris E
omnibus matris tuae, in quo mutuae caritatis insigne est. si
enim pro te roges, tantummodo pro te rogabis, et si pro
se tantum singuli orent, minor precatoris quam intercedentis
est gratia; nunc autem quia singuli orant pro omnibus, etiam
omnes orant pro singulis. ergo ut concludamus, si pro te
roges tantum, solus, ut diximus, pro te rogabis, si autem
pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt, siquidem et tu
in omnibus es. ita magna remuneratio est, ut orationibus F
singulorum adquirantur singulis totius plebis suffragia. in quo
adrogantia nulla, sed humilitas maior est et fructus uberior.
10, 40 Sed iam tempus est alio transire, quoniam de eo quod post 202 AB
dies optulit Cain plene diximus fastus esse indicium resupini,

1 Luc. 11, 13 2 Matth. 26, 41 5 Matth. 18, 33—35 7 I Tim. 2, 8 10 Matth. 6, 6 15 I Tim. 2, 1 sq.

2 pascas *MM'* 3 effunduntur *Sm2* offenduntur *BP'V* 5 inrepit *M* 12 intra te *Monac. 14399* 13 tuae *om. V* 14 ubique *pr.*] ubicumque *M* 17 est insigne *B* 19 p̃catoris *V Monacc. 2549 et 14399 Aurelianensis 33* peccatoris *cet.* 28 optulit *SAA'P'V* obtulit *cet.* fastus esse *SMAA'* factus est *BPP'* factū est *M'* facta est *V* indicium resupinata *Vm1* inde res opinata *Vm2*

cum ipsa postulatio uoti matura esse debeat, ne uideamur de humanis artibus, hoc est medendi peritia herbarumque sucis sperasse magis remedium quam de deo subsidium poposcisse. ad ipsum enim prius est confugiendum, qui nostrae curare C possit animae passiones. uerum homines praepostero ordine ante sibi opem ab hominibus arcessunt, ubi autem humana subsidia defecerint, tunc opinantur diuini postulandam fauoris
41 gratiam. concluso ergo illo et conuicto Cain crimine aliud oblationis uitium discutiamus. optulit a fructibus terrae. non a primis fructibus primitias deo: hoc est primitias sibi prius uindicare, deo autem sequentia deferre. itaque cum D anima corpori tamquam seruo domina sit praeferenda, utique primitias eius, hoc est animi prius quam corporis offerre debemus. primitiae animae primi motus sunt bonarum disciplinarum. quae licet tempore posteriores sint quam corporis primitiae, quae sunt esca, incrementum, uisus, auditus et tactus, odor, uox — mens autem et sensus pars animae, pars corporis est —, tamen priores sunt disciplinis. quarum primitiua est puro corde et simplici sermone oblata deo gratiarum E
42 actio. haec munera optulit Abel, et ideo respexit deus in munera eius, quoniam a primitiuis optulit. accedit ergo quia de primitiuis ouium et de adipibus earum. considera quia non de insensibilibus, sed de animantibus optulit. plus est enim animalis quam terrenus, siquidem animalis proximus spiritali est. non enim prius quod spiritale est, sed quod animale,

1 Philo de sacr. 19 (176, 22; I 231, 2 *C.*) 9 Philo de sacr. 20 (176, 46; I 232, 2 *C.*) 15 Philo de sacr. 20 (177, 11; I 232, 11 *C.*) 20 Gen. 4, 4 Philo de sacr. 27 (180, 41; I 238, 16 *C.*)

5 homines quidam *B* 6 sibi *om. M* arcescunt *MPP'* accersunt *B et m2 V* 9 optulit *SAA'P'V* obtulit *cet.* a *m1 SP* (*m2* de) 10 a *m1 SP* (*m2* de) 11 *post* cum *add.* uero *B* 13 animae *B* 14 primi motus *SMAA'M'* primatus *BPP'V* 15 qui *M* 20 optulit *SP'V et* (p *ex* b) *B* obtulit *cet.* 21 a *S m1* (*m2* de) optulit *SAA'P'V et* (p *ex* b) *B* obtulit *cet.* 23 optulit *AA'P'V et* (p *ex* b) *B* occurrit (*in mg.* obtulit) *P* obtulit *cet.* est *om. M* 25 est *alt. om. V*

deinde quod spiritale. quod animale spirat, habet uitalem F
spiritum, non item quod de terrarum est fructibus. deinde optulit non secunda, sed prima, non exigua, sed pinguia. qualia enim lex probauit et iussit offerri, sicut scriptum est: et erit inquit, cum induxerit te deus in terram Chananaeorum, sicut iurauit patribus tuis, et dabit tibi. et tolles omne quod aperit uuluam masculinum domino. omne quod aperit uuluam de armentis et pecoribus tuis quaecumque nata fuerint tibi masculina sanctifica domino. omne quod aperit uuluam asinae mutabis illud oue; si autem non mutabis, 203 A redimes illud. quid tam profundi mysterii, tam altae secretaeque sapientiae quam <quod> in quibusdam uenis uerborum simplicium deprehendas licet atque haurias ubertatem gratiae spiritalis? Chananaei etenim mobiles, inquieti sunt. cum gitur in eorum terram fueris ingressus, quos aduertis propter euitatem et inquietudinem instabilitatemque morum possessione deiectos, tu teneto constantiam. non te uilis ratio, leuis sermo perturbet — hoc est enim Chananaeus, mobilis sermo, affectus instabilis et inquieta contentio —, sed magis tranquilli- B
tatem cordis et animi serenitatem placidus seruato, ut tamquam in salo maris tutam nauibus stationem portu quodam
43 tuae mentis exhibeas. hanc possessionem tibi dominus pollicetur et quodam sacramenti promittit uinculo, ut constantiam tuam firmet. neque enim deus ideo iurat, quod fide credentis indigeat aut testimoniorum adstipulationibus destitutus suffragium sacramenti requirat sicut homines, qui fidem nobis C

4 Philo de sacr. 27 (180, 46; I 239, 3 *C.*) 5 Exod. 13, 11—13
15 Philo de sacr. 27 (181, 10; I 239, 13 *C.*)

2 idem *V* ita *B* 3 optulit *SAA'P'V et* (p *ex* b) *B* obtulit *cet.* 9 fuerint nata *B* 10 sanctificata (ta *eras.*) *B* 13 quod *addidi*, ut *add. ed. Rom* in quibusdam inuenis *libri* quibusdam in uenis μ 15 et inquieti *B et* (et *m4*) *V* atque inquieti *Monac. 14399 Uindob. 758* 19 conturbet *M* cananeus *M* 21 placidus μ placitus *libri* 25 ideo ds *A* 26 aut stipulationibus *M*

adsciscimus sacramento et ideo iuramus, ut credamur uera dixisse. deus autem et cum loquitur fidelis est, cuius sermo sacramentum est; non enim propter sacramentum fidelis deus, sed propter deum etiam sacramentum fidele est. qua ratione igitur Moyses iurantem deum inducit? quia nos usu quodam mortalium claudimur et uelut echini cortice quodam nos uulgaris opinionis inuoluimus aut uelut cocleae, quae nisi D intra testae operimentum sint spirare non possunt nec aerem liberum carpere aut sustinere, sic nos <non> nisi intra quaedam humanae consuetudinis latibula terrena uersamur. unde quia illud uerius solemus credere quod iure iurando firmatur, ne nostra claudicet fides, iurare scribitur deus, qui ipse non iurat, sed iurantium iudex et ultor est periurantium. denique scriptum est: iurauit dominus, et non paenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum. seruauit utique quod iurauit, E dedit nobis aeternum principem sacerdotum, ut et tu quod iuraueris ita noueris esse seruandum, ut quia per eum iuras
44 qui non mentitur scias futurum si mentiaris ultorem. expulsis igitur inquietis et mobilibus cogitationibus dabit tibi deus uacuam possessionem cordis et mentis, ut eam cultu quodam tranquillitatis exerceas et fructum ex ea capias nec sustineas in eam Chananaeos, hoc est turbidos sensus recurrere, eradices F gentilicium uitiorum omne consaeptum, lucos eorum diruas, quibus obumbratur ueritas et quidam liber caelestis uisus cognitionis horrore tenebrosae disceptationis absconditur.

2 Philo de sacr. 28 (181, 35; I 240, 14 *C.*) 3 Philo de sacr. 28 (181, 39; I 241, 3 *C.*) 4 Philo de sacr. 29 (181, 40; I 241, 4 *C.*) 14 Psalm. CVIIII 4 16 Hebr. 5, 6; 7, 17

3 fidelis omnipotens dš est *B* 4 etiam *om. V* fidelis *M* 7 uulgaribus *P' m2* uulgaribus populi *V* opinionibus *P' m2 M'V* inuoluimur *MV* 9 carpere *M'* (r *pr. s. u.*) capere *V* aut] ac *B* non *add. Costerius* 10 uersąmur *P'* (e *s.* ą *m1*) uersemur *cet.* 12 ipse qui *M* quia ipse *A'B* 13 perierantium *A* pe*ierantium *S* peierantium *M'PV* peiurantium *B* periurantium *cet.* 22 ea *V* 23 gentilicium *SM* gentili**um *P'* gentilium *cet.* conceptum *M* consepultum *B* 25 cogitationis *BV*

45 Sed hoc nisi diuino donatus munere efficere non potes. et ideo ait: dabit tibi deus, hoc est cogitationes optimas placida consilia, tranquillas inuentiones. cum dederit haec, tolles omne quod aperit uuluam masculinum et sanctificabis domino. non totum exigit a te deus, qui totum donauit. multa enim ad usum substantiae largitur humanae, et hoc non potest esse diuinum sacrificium, ubi est usus naturae. edere bibere dormire aliaque ministeria corporis dono sunt tibi conlata, non a te relata deo munera. quicquid autem sanctum cogitaueris, hoc dei munus est, dei inspiratio, dei gratia, sicut e contrario illa quae [cum] in usu naturae humanae sunt non coinquinant hominem, sed quod exit de ore, furta, falsa testi-
46 monia, sacrilegia, haec sunt quae coinquinant hominem. interiora ergo nostra mundemus, ut possit oblatio non displicere. ibi quaeramus omne quod aperit uuluam masculinum, hoc est iustum et principale, quod sanctificare domino debeamus. neque enim hi nos corporei coetus atque conceptus partusque sanctificant, quibus uulua feminae deflorato pudore uirginitatis aperitur. nam etsi mulier sanctificet uirum et uir mulierem, tamen plerumque contingit uirginis uuluam etiam sine coniugii sanctitate reserari. neque rursum sola uirilis est gratia, mulier autem sanctificationis aliena est, aut utriusque sexus confusa natura est, ut uterque corporeos fundatur in partus. habent sua munia uiri, habent mulieres sexus sui officia discreta. generatio ista successionis humanae mulierem decet,
47 inpossibilis eadem uiro. ergo si carnis usui non quadrat hic sensus, officia animae discutiamus. istam sane inuenio, quae

204 A B C D

2 Exod. 13, 11 5 Philo de sacr. 30 (182, 27; I 242, 8 *C.*) 11 Matth. 15, 11 et 18 sq. 19 I Cor. 7, 14 21 Philo de sacr. 30 (183, 4; I 243, 8 *C.*)

8 aliaque etiam misteria *B* 9 non a te relata *om. M* 11 cum *inclusi*; *aut* quaecumque *scribendum* 17 hii *SMAA'* coetus *SMP'* coitus *A* cogitus *A'* cętus *P* cetus *M' et m1 V* fętus *B* fetus *V m2* 19 etsi *S* (et *in ras. ex* s) sanctificet *SMAA'* sanctificat *cet.* 21 reseruari *SAA'* resecari *P* rursus *AA'* 27 ista *PV*

nullo discreta sit sexu. et cum sexum non habeat, utriusque sexus munera repraesentat, nubit concipit parit. et sicut feminis dedit uuluam natura, in qua uniuscuiusque animantis generatio per menstruas formatur aetates, ita est quaedam uirtus animae, quae uelut quodam uuluae genitalis secreto cogitationum E nostrarum suscipere semina, conceptus fouere partusque solet edere. neque enim aliter diceret Esaias: in utero accepimus et parturiuimus spiritum salutis, nisi uuluam animae nouisset. harum generationum quaedam femineae sunt: malitia petulantia luxuries intemperantia inpudicitia aliaque huiusmodi uitia, quibus animi nostri quaedam eneruatur uirilitas. masculinae sunt castitas patientia prudentia temperantia fortitudo iustitia, quibus mens nostra et caro F ipsa firmatur et ad obeunda inpigre munia uirtutis erigitur. hos partus aluus ille propheticus parturiuit. et ideo ait: in utero accepimus et parturiuimus spiritum salutis. masculinum igitur et parturiuit et peperit qui spiritum salutis effudit.

[LIBER SECVNDVS].

1, 1 Hos partus anima nostra parturiat, nec solum parturiat, 205 AB sed etiam pariat et diebus pariat inpletis, ne inmaturos partus

2 Philo de sacr. 31 (183, 23; I 244, 1 *C*) 7 Esai. 26, 18
9 Philo de sacr. 31 (183, 27; I 243, 4 *C*.)

1 sit *α* sint *libri* sexum . . . nubit *om. BPM'P'V* 13 nostra mens *A'* 14 ob*eunda *S* obẹdienda *P* inpigriae *S m1* inpigritiae *S m2 AA'* 18 effudit *om. B* EXPLICIT. LIBER . I . DE CAIN ET ABEL. INCIPIT UNDE SUPRA SCI AMBROSII LIB. II. *S* LIBER SECVNDVS EIUSDEM *M* EXPLICIT LIBER PRIM' DE CAIN ET ABEL. INCIP UNDE SUPRA SANCTI AMBROSII. LIBER SECUNDUS *A* EXPLIC DE CAIN ET ABEL. INCIPIT UNDE SUPRA BEATI AMBROSII EPI LIB. II'. *A'* EXPLICIT DE CAIN ET ABEL LIBER PRIMUS. INCIPIT UNDE SUPRA LIBER SCDS *M'P'* EXPLICIT DE CAIN ET ABEL. INCIPIT ALIUS LIBER *P* EXPLIC. DE CAIN ET ABEL LIBER . I . INCIP . II . VNDE SUPRA *V*. *in B non est subscriptio* 20 *post alt.* parturiat *add.* secundum quod legitur *B*

dies iudicii deprchendat. de his enim partubus dixit dominus Iesus: uae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. maturius igitur absoluatur hic partus et cogitationes nostrae bonorum operum processibus explicentur, ut nihil inperfectum finis noster inueniat, nihil inexplicatum terminus uitae nostrae offendat, nihil tamquam in incude positum usus nostri operis derelinquat. festina igitur, anima, formare partus C
2 tuos, properatius absoluere, celerius quos genueris enutrire. quae tanti forma sit partus demonstrat apostolus dicens: filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. in hanc formam tota mentis nostrae coalescant uiscera et in illo genitali aluo animae nostrae Christus refulgeat. partus noster fides sit, nutrimenta nostra praecepta doctrinae sint. his quaedam cordis nostri inbuatur D infantia, instituatur pueritia, iuuenculescat adulescentia, senecta canescat; aetas enim senectutis uita inmaculata. itaque ea demum bona est animae senectus, quam nulla perfidiae inquinamenta maculauerint. et ideo partus suos ab hac macula Paulus defendit — ego uos inquit genui in euangelio —, ne cuius saeua insusurratio rudis fidei temptaret infantiam. masculina igitur generabat, qui in uirum perfectum populos quos docebat fidei gestiebat unitate concurrere et in E agnitione fili dei perfectam plenitudinis Christi tenere mensuram. hoc enim sacrificium acceptabile deo nouerat, de quo scriptum est: omne quod aperit uuluam masculinum

2 Luc. 21, 23 10 Galat. 4, 19 16 Sap. 4, 9 19 I Cor. 4, 15 21 Ephes. 4, 13 25 Exod. 13, 12 Philo de sacr. 32 (183, 35; I 244, 10 *C.*)

1 partibus *M* 6 positum *om. V* 7 derelinquat *SMAA'* relinquat *cet.* par*tus *S* (a *eras.*) 8 properantius *α* 9 demonstrans *M* 11 in uobis..... Christus *om. V* (refulgeat *exp. m3;* in uobis *add. in mg. m4*) *Monac. 2549* (*in quo* et fulgeat *legitur*); in hanc..... refulgeat *om. Monac. 14399 et Uindob. 758* totâ *M* 12 illa *B* genitalia *M* (a *alt. eras.*) 15 iuuenculascat *S* 20 ne cuius *AA'* ne huius *P'* nec huius *M'* (c *exp.*) *cet.* 23 fili *M et m1 SAV* filii *S m2 A m2 V m3 cet.* 25 omne . . . addidit *om. V* (*in quo post* uuluam *inserenda in mg. m3 haec adiecta sunt* masculinū dno et quia addidit aperit uuluam)

domino. et quia addidit: omne quod aperit uuluam de armentis et de pecoribus quae sunt tibi masculinum domino, ne quid obscuritatis habeat consideremus.

3 Dixerat de principalibus generationibus, hoc est plenis capacibusque rationis, addidit et de gregalibus, hoc est reliquis F uelut plebeis sensibus, qui inrationalibus conparantur iumentis. quae tamen cum a rectore aliquo gubernantur, facile mansuescunt et inperata exequi et iugum subire et ad uocem magistri aut celerare gradum aut sistere aut deflectere aut aliqua munia sui operis quae iubentur humano quodam famulatu obire consuerunt. tantum ualet institutio, ut uincat naturam. itaque illa quae consortium nostrae substantiae non 206 A habent agnoscunt tamen nostrae uocis imperium et, cum suae naturae rationem nullam habeant, nostrae rationem naturae capessunt et quodammodo transfusam adquirunt. equos uidemus popularibus incitari studiis, gaudere plausibus, blanditiis delectari magistri. toruos leones cernimus naturalem feritatem imperata mutare mansuetudine, suam rabiem deponere, nostros mores sumere, et cum sint ipsi terribiles, discunt timere. caeditur canis, ut pauescat leo, et qui sua iniuria exasperatur B coercetur aliena alteriusque exemplo frangitur. quotiens parata praeda et cibo obuio famem perpeti malunt, dum offensam magistri uerentur, quotiens repentino inpulsi motu aperta ad morsus ora iussi resoluunt! ita dum nostrae uoluntati obsecuntur, suae obliuiscuntur. non item illae ferae uel illa armenta equorum uel genus omne pecudum, quae sine rectore uagantur ullo et omni domitoris gubernaculo de ituta exasperantur. et C

1 Exod. 13, 12 4 Philo de sacr. 32 (183, 39; I 244, 13 *C.*) 7 Philo de sacr. 32 (183, 43; I 245, 3 *C.*) 9 Uerg. Aen. IIII 641 16 Uerg. Georg. III 185 sq.

2 de *s. u. P'*, *om. V* tibi *om. B* 5 de *om. AA'* gregibus *B* 6 inrationabilibus *MAA'M'P* 11 constitutio *B* 15 capacessunt *PP²* capescunt (e *ex* i) *B* transfusam *P'* transfusa *cet.* 17 uidemus *Monac. 14399* 18 mansuetudinẽ *M* 19 illi *B* 21 coercitur *S* (*corr. m3*) *MAA'* cohercetur *P* alteriusque *S* (iu *ex* u)

ideo adpositi sunt armentarii, opiliones ceterique pastores quidam magistri gregum, officia sua singuli pro animantium
4 commissorum sibi condicione formantes. uidetur ergo et sensuum nostrorum quoddam genus aliud domitum mansuetum, aliud indomitum, quod armentario quodam motu mentis uelut deside atque resoluto proruat ad inrationabiles corporis delectationes, mansuetum autem, quod uelut duci cuidam moderationi mentis se subiciat et subdat. quaecumque ergo eius naturae reguntur, ea sunt masculina atque perfecta, quaecumque autem sine duce ullo plebeia quadam praesumptione dominantur. uelut ciuitatis alicuius, quae regis optimatiumque consilio priuata sit, ita corporis sui omnem statum et uirilem uigorem muliebri quadam dissolutione effeminant. ex his illa lex carnis est, quae legem apostolicae mentis inpugnans captiuam trahebat quadam lege peccati. et ideo ut de illo mortis corpore liberaretur, spem suam Paulus omnem non in sua uirtute, sed in Christi gratia reponebat. unde liquet quod hae conmotiones quae secundum legem mentis sunt <ex> diuino fauore pro-
5 cedunt, alii autem sensus ex uoluntate corporea. illa igitur quae sancta sunt primitiua sunt nostrorum sensuum, ista uelut de quodam grege sunt et uilitate plebeia, quod uarie uidetur Moyses nominibus significasse Iudaeis. hoc enim declarat etiam illa area legis mystica, de qua ait: initia areae tuae et lacus tui non nouissima facies; primitiua filiorum tuorum dabis mihi. sanctae conmotiones sensuum nostrorum, quae secundum uirtutem sunt, ipsae

3 Philo de sacr. 32 (183, 48; I 245, 6 *C.*) 8 Philo de sacr. 32 (184, 7; I 245, 9 *C.*) 14 Rom. 7, 23 15 Rom. 7, 24 16 Rom. 7, 25 23 Exod. 22, 29 25 Philo de sacr. 33 (184, 33; I 246, 10 *C.*)

2 singuli pro *SMA* singulis *cet.* 6 delectationes corporis *BM'PP'V* 9 masculina *S* (in *s. u.*) 11 optimatiumque *S* (i *alt. eras.*) *BM'* optimatumque *cet.* 17 respondebat *SAA'* haec *A* (c *eras.*) *M'P'* 18 <ex> *tac te Maurini* 19 uoluptate *ed. Rom.* 21 quod] que *P* (e *in ras. m2*) uarie *l: Monac. 2549* uana *M* uaria *cet.* iudaeis *SAA'* diuersis *MBM'PP'V* 26 uirtutes *AA'B et* (es *ex* ē) *M'*

sunt primitiae areae spiritalis; propterea etiam rurali areae conparantur, in qua uentilantur frumenta. sicut enim in hac rurali area excutitur triticum atque hordeum et, dum 207 A saepius uentilatur, separatur a paleis, quia paleae ceteraque purgamenta messis in diuersum leuis aurae spiramine dissipantur, illa uero quae solidiora sunt in locum eundem excusso puluere relabuntur, ita cogitationum nostrarum quae sunt solidae atque optimae puram atque sinceram exhibent uirtutis alimoniam, sicut scriptum est: quia non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei, quae autem inutiles ac uacuae disperguntur ut fumus ac nebulae, quia B sicut fumus oculis sic iniquitas utentibus ea. et recte fumo iniquitas conparatur, quae uelut quadam saeculari caligine aciem mentis obducit. et ideo dicit dominus: cum intraueritis in terram, in quam induco uos, et cum manducare coeperitis de panibus terrae illius, offeretis oblationem separatam domino, primitias conspersionis uestrae panem: sicut oblationem de area sic auferetis primitias confusionum uestrarum et dabitis domino. confusio nos sumus diuersorum elementorum qua- C dam commixtione conpositi, siquidem frigidum calido et umidum sicco miscetur in nobis. haec conspersio multas habet carnis inlecebras, plurimas delectationes, sed non sunt hi primitiui huius corporis sensus. et quia ex anima et corpore constamus et spiritu, haec conspersio principalis, in qua sanctificari nos apostolus cupit, sicut ait: ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia, et integer spiritus uester et anima et corpus sine querela in die domini D

1 Num. 15, 20 9 Luc. 4, 4 12 Prouerb. 10, 26 14 Num. 15, 18—21 Philo de sacr. 33 (184, 19; I 246, 1 *C.*) 26 I Thess. 5, 23

1 rurali (li *s. u.*) harene (n *eras.*) *S* 3 harea *S* (a *alt. in ras. 2 litt. m3*) 10 uiuit *BM'PV* uiuet *cet.* 17 separatam . . . oblationem *om. B* 19 auferetis *S m1 MBM'V* afferetis *P'* offeretis *S m3 AA'P* 22 humidum *libri* 23 hi *BV* hii *cet.* 24 et quia *scripsi* usque *V* ut quia *cet.* 26 nos sanctificari cupit apostolus *B* 27 pacis *PV* pater *cet.*

nostri Iesu Christi seruentur. cuius conspersionis primitiae spiritales sunt, hoc est inuentiones et generationes sensuum, qui ex uigore animae procedunt. sed non omnes primitiui sensus nisi qui malitiae et inprobitatis atque omnis erroris exortes sint. sunt etiam necessariae corporis delectationes, ut dormiendi edendi bibendi deambulandi et ceteri sensus huiusmodi, sed non in his primitiae. et ideo non in his, sed in illis domini sacramentum, ubi castitas, ubi pietas, ubi E fides atque deuotio. cuius rei manifestum et euidens exemplum est oblatio patriarchae Isaac, quem sacrificii modo optulit pater nullius motu passionis inflexus humanae, mundam offerens deo hostiam uacuamque formidinis et corporeae cupiditatis inmunem, cum ipsa pietas patris deuotioni cederet immolantis.

2,7 Nunc consideremus quae sit uis primitiarum et utrum F tempore aestimentur primitiae an sanctitate, hoc est utrum omnia primogenita sanctificationem habeant primitiarum. primitiae etenim fructuum sanctae secundum legem, quia in his 208 A optimum festinae fidei sacrificium est, sed fiunt sanctae deuotione, non tempore. non prouentus sanctificat, sed deuotio. denique ubi celer prouentus est, si deuotio moretur, offensa contrahitur. non ergo omnia primogenita sancta, sed omnia quae sancta sunt etiam primogenita. denique Cain primogenitus, sed non sanctus. sanctus quoque Istrahel dei populus, sed B non primus aetate. et tamen primogenitus appellatur, sicut scriptum est in prophetis: primogenitus meus Istrahel. et Leui sanctus, sed non primogenitus; nam tertius Liae filius

9 Philo de sacr. 33 (184, 47; I 247, 4 *C.*) 17 Num. 18, 8 et 10 26 Exod. 4, 22 27 Gen. 29, 34

5 exsortes *MP'V et* (s *pr. s. u.*) *P* sint] sunt *MA' et* (sint *m3*) *V* etiam] enim *A'* 10 isac *S* optulit *SAA'P'V* obtulit *cet.* 19 festinae *M'PP'V* festina *cet.* 20 *fort.* non ⟨enim⟩ pr.; ⟨quas⟩ non *α* ⟨quia⟩ non *ed. Rom.* 21 si *om. AA'* 22 *uerba* omnia quae *usque ad p. 392 u. 7* copulatur. habes *desunt in S; exciderunt folia quattuor*, sancta . . . primogenita *om. M'* 23 sunt ⟨sunt⟩ *α* 24 *sqq.* isrl *libri* (*sic fere semper*) 27 filius *om. M*

legitur. et tamen Leuitae primogeniti nuncupati, quibus ab eo nomen est deriuatum. scriptum est enim in Numeris: ecce tuli Leuitas de medio filiorum Istrahel pro omni primogenito, qui aperit uuluam a filiis Istrahel, et erunt mihi Leuitae; mihi enim omne primitiuum. in qua die percussi omne primogenitum Aegypti, C sanctificaui omne primogenitum Istrahel. ergo Leuitae primogeniti nuncupati, qui sanctificatione utique ceteris Istrahel filiis antelati sunt. qua ratione primogeniti audi apostolum dicentem: sed adpropinquastis Sion monti et ciuitati dei uiui Hierusalem, quae in caelo est, et decem milibus laetantium angelorum et ecclesiarum primitiuorum, quae scripta sunt in caelo. quattuor ordines fecit, montis Sion, ciuitatis Hierusalem, celebritatis angelorum, ecclesiarum primitiuarum. tulit ergo dominus deus de medio D populi Istrahel Leuitas, quia non humanarum eos consortes uoluit esse curarum, sed diuinae religionis ministros, et primogenitos sibi fecit qui uuluam aperiunt spiritalem et ideo non erant ab utero naturae sicut diuersorum criminum peccatores, sed destrictis saecularibus eliguntur. unde non habent cum plebeia possessione consortium nec in medio populi conputantur, quia uerbum dei in medio sui possident, sicut E scriptum est in euangelio: ubi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum et alibi: medius uestrum stat quem uos nescitis.

2 Num. 3, 12 sq. Philo de sacr. 36 (186, 26; I 250, 2 *C.*) 10 Hebr. 12, 22 sq. 23 Matth. 18, 20 25 Ioh. 1, 26

11 hierusalem . . . scripta sunt *om. V* 12 *et* 15 *scribendum esse puto* ecclesiae primitiuorum, *cf. Epist. XXXIII 4* 15 ecclesiarum *M* ecclesiam *A* et ecclesiam *A'* et ecclesiarum *cet.* 16 israhel *M'* israel *PP'* isrł *BV*, *om. MAA'* 19 erant *P'* errant *cet.* 20 destrictis saecularibus *scripsi* destructis saecularibus *A Laudunensis et Uaticanus alter Maurinorum* destructis (is *ex* ib') saccularibus *A'* destructi saecularibus *M* destructis (-tris *M'*) se cultoribus *BM'P'V* destructis cultoribus *P*

8 Hinc ergo cognoscimus quod ante omnia fides nos commendare deo debeat. cum fidem habuerimus, elaboremus ut opera nostra perfecta sint, siquidem hoc plenum est et perfectum sacrificium, sicut ipse dominus docet dicens de donis et datis suis: obseruabitis offerre mihi in diebus 5 F festis meis nihil detrahentes neque dispertientes, sed plena et integra et perfecta offerentes. festus autem dies domini est, ubi perfectarum uirtutum gratia est. quae tunc perfectae sunt, si sollicitudinum saecularium et corporalis inlecebrae uictor animus delenimenta uoluptatis excludat, liber a saeculo, deo 10 deditus, nihil de tramite directae intentionis inminuens nec affectus sui tempora nunc luxuriae diuidens nunc labori. solus 209 A itaque sapiens hanc celebrat sollemnitatem, nullus alius; inmunem enim huiusmodi passionum animam repperire difficile est. diuide ergo secundum rationem animae principalia et 15 oboedientia, et tunc quid masculinum quidue femininum sit deprehendes; nulla enim sine labore uirtus, quia labor processus uirtutis est. quod etiam legis ipsius uerba significant, quae dicit: omne quod aperit uuluam asinae mutabis oue; inmunda enim animalia lex a sacrificio sepa- 20 B rauit et pro his ad uicem munda iussit offerri. asinae ergo partum, hoc est inmundum iubet mutare oue, quae munda et apta sacrificio est. hoc est secundum litteram. ceterum si quis sensum spiritalis legis altius persequatur, considerabit quod asina laboriosum animal sit, ouis fructuosum. fructu 25

2 Philo de sacr. 33 (185, 2; I 247, 6 *C.*) 5 Num. 28, 2 7 Philo de sacr. 33 (185, 6; I 247, 9 *C.*) 12 Philo de sacr. 33 (185, 8; I 247, 11 *C.*) 15 Philo de sacr. 34 (185, 12; I 248, 1 *C.*) 17 Philo de sacr. 34 (185, 15; I 248, 3 *C.*) 19 Exod. 13, 13 Philo de sacr. 34 (185, 17; I 248, 5 *C.*) 24 Philo de sacr. 34 (185, 19; I 248, 7 *C.*)

4 docet nos *P* 5 tuis *V;* dicens: de donis et datis meis *ed. Rom.* mihi offerre *B* 10 delenimenta *M et m1 M'* deliniamenta *B et M m2* delinimenta *cet.* deditus deo *B* 12 *post* sui *add.* quoque *B* 14 *post* enim *add.* mihi *B* animę *M* 22 mutari *B* 24 quis (s *m2*) *PP'* qui *A* considerabit *AA'B* considerauit *M'* (uit *s. ras.*) *P* (*m2* libet considerare) *cet.* 25 sit animal *B*

ergo dicit mutandum laborem, ut finis operis sui fructus sit. uel certe hoc modo: omnem laborem tuum, omnem industriam
9 puro et simplici commendabis affectu. si autem non mu- C
tabis, inquit redimes. iubetur ergo secundum litteram, ut animal aliud pro inmundo animali offeratur aut pretium, ne inter decimas fructuum uel minus aliquid uel inmundum uideatur offerri. intellectus autem profundior liberandam animam tuam docet, ut desistat ab iis quae fructum non habent; qui enim redimit se liberat et quodam exuit debito. relin-
10 quenda sunt opera, quae uerum fructum bonosque processus D habere non possunt, qualia sunt mundana ista, quorum usus non potest esse diuturnus. in quibus ipse nudus et ueri uacuus effectus est et, quamuis summo fuerit quaesitus labore, nihil animam iuuat. ea enim quae seruitutem animae
15 inferunt inutilia sunt omnia, etsi non desit effectus. magna uidetur proeliantium uictoria, triumphantium gloria, sed frequenter ipsos uidemus qui uicerint rursus bellorum subia- cere incertis et transferri ad hostem euentu proelii et eo ipso E quo uictores ante fuerint fieri miseriores. opus est ergo ut
20 opera tua ad deum dirigas et eius tibi adspiret fauor. athleta ipse, qui suis, non alienis decernit uiribus, quotiens congreditur, dubios casus subire se credit et, cum ad coronam peruenerit, intellegit citius hanc mundi gloriam tamquam coronae ipsius folia marcescere. gubernator cum in portus
25 nauem subduxerit, uix finem inpositum labori putat et statim quaerit laboris exordium. soluitur corpore anima et post F finem uitae huius adhuc tamen futuri iudicii ambiguo suspen-

3 Exod. 13, 13 Philo de sacr. 34 (185, 35; I 248, 17 *C.*) 7 Philo de sacr. 34 (185, 38; I 249, 2 *C.*) 10 Philo de sacr. 35 (185, 41; I 249, 5 *C.*) 20 Philo de sacr. 35 (186, 8; I 249, 12 *C.*)

7 liberandum *MM'* liberandã *P* (ã *in ras.*) 8 iis *M'* his *cet.* 9 relinquenda ergo *P* (ergo *s. u. m2*) 10 bonusque *M et* (*corr. m2*) *PP'* 11 mundana ista *MAA'* ista mundana *cet.* 14 animam nihil *B* 15 magna enim *B* 16 proeliantium *M* (i *alt. s. u.*) 18 euentũ *B* 24 portum *Monacc. 2549 et 14399* portu* *P'* 25 nauim *BV*

ditur. ita finis nullus ubi finis putatur. unde uotis et pura conscientia et spiritu caritatis adhaereamus deo nostro et diuinum nobis conciliemus fauorem precantes ut saecularibus curis tamquam ab inmitibus et agrestibus dominis possimus absolui atque exui mundanoque exire seruitio, in libertatem supernae cognitionis, quae uera et sola est libertas, uocati.
3, 10 et ut praeceptum legis exemplo adstruamus, cum deprimerent Aegyptii Iudaeorum populum in operibus uariis et luto ac lapide, ingemuerunt filii Istrahel et domini prouocauerunt in se misericordiam. et dixit ad Moysen: ego exaudiui gemitum filiorum Istrahel, quomodo Aegyptii in seruitutem deprimunt eos, et memor factus sum testamenti mei. uade et dic filiis Istrahel: ego dominus et educam uos de potentia Aegyptiorum et eruam uos de seruitute eorum et liberabo uos in brachio excelso et iudicio magno et sumam uos mihi in plebem et ero uester deus, et scietis quoniam ego sum dominus deus uester, qui educam uos de potentia Aegyptiorum et inducam uos in terram, in quam extendi manum meam. ecce quomodo populus Hebraeorum fructu mutauit laborem, ut qui in luto operabatur spem regni operaretur aeterni. ideo et dominus in euangelio inanem populorum gentilium miseratus laborem, qui lateres construerent lutulentae superstitioni et uoluptati corporis dediti, solidum fidei murum aedificare non possent, uelut ad quosdam asinae fetus locutus ait: uenite ad me omnes qui laboratis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animis uestris. qua uocatione

210 AB C D

5 Uerg. Ecl. I 40 8 Exod. 2, 23 10 Exod. 6, 5—9 26 Matth. 11, 28 sq.

3 a saecularibus *ed. Paris. a. 1661* 16 summam *M' et* (m *eras*) *MP* 21 spem *MAA'* spe *cet.* 22 ideo et *MAA'* et ideo *cet., fort. recte* gentilium populorum *P* 23 lateris *M et* (*corr. m1*) *P'* constituerent *BM'* 29 animabus *AA'BPV*

plenius mihi uideor uerba legis et mysteria recognoscere, quia asinam aut commutandam oue docuit aut redimendam pecunia, ut non solum asinae partum oue, hoc est mundis E inmunda mutemus, sed etiam redimamus. quod uidetur exprimi, si prius sacrificio purificationis et mysterio baptismatis delictorum nostrorum inquinamenta lauemus, crimina quoque nostra bonis operibus fideique pretio et miseratione redimamus.

11 Pretium nostrum sanguis est Christi. unde et apostolus Petrus ait: non auro uel argento redempti estis, sed pretioso sanguine. et Paulus dicit: pretio empti estis; nolite effici serui hominum. unde non otiose mirantur F in euangelio quod pullum asinae sederit dominus Iesus, quia populus gentilis coepit esse Christi hostia, qui secundum legem habebatur inmundus. unde et de Leuitis scriptum est quod sint redemptiones eorum, eo quod et sanctitate uitae suae et oratione peccata plebis leuarent. in quibus figura agni praecessit mysteriis uerum Leuitem uenturum, qui proprii corporis passione tolleret peccatum mundi. Leuites significatur 'susceptus pro me' uel 'ipse mihi leuis'. ipse perfectae uirtutis habet inpertiendae populo sanitatis indicium. ipse ergo qui pro salute uniuersorum expectatus aduenit pro me utero editus uirginali, pro me oblatus, pro me gustauit mortem, pro me 211 A resurrexit. in quo omnium hominum suscepta redemptio, adsumpta est resurrectio. ipse est uerus Leuites, ut nos Leuitas faceret adhaerere deo, ipsi continuas preces fundere, de ipso salutem sperare, fugere terrena negotia, in dei possessione

10 I Petr. 1, 18 11 I Cor. 7, 23 13 Marc. 11, 7 15 Exod. 13, 13 16 Philo de sacr. 36 (186, 22; I 249, 21 *C.*) 19 Ioh. 1, 29

3 pecuniã *M* ut *AA'BP'* aut *P* (a *eras.*) *cet.* 12 miramur *AA'* in sco miramur euangelio *B* 14 hostia xpi *B* 16 redemptionis *M* ęt *s. u. P'*, *om. A'* *post* sanctitate *add.* et *M* 17 lauarent *P* (a *pr. in ras. m2*) *AA'M'V* 18 misteriis *MV* misterii *B* leuitam *P* (a *m2 in ras.*) *A* pro proprii *M* 19 leuite *M* leuita *AA'* 20 ipse ‹enim› perfectae *α* 22 me ‹est› *α* 25 et (v *s.* e) *M*

numerari, sicut scriptum est: domine, posside nos. ea est enim sola possessio, quae nullis obnoxia tempestatibus perpetuae gratiae ferat fructus. redemptor Leuites est, quia uir sapiens redemptio insipientis est, qui tamquam medicus B aegrum insipientis animum fouet et quaedam adspergit solidiori menti prudentiae medicamenta imitatus illum medicum, qui de caelo uenit, ut demonstraret hominibus prudentiae uias et sapientiae semitas paruulis reuelaret. uidebat enim laborantes non posse sine remedio saluari et ideo medicinam tribuebat aegris, ideo omnibus opem sanitatis detulit, ut quicumque perierit mortis suae causas sibi adscribat, qui curari noluit, cum remedium haberet quo posset euadere, Christi C autem manifesta in omnes praedicetur misericordia, eo quod ii qui pereunt sua pereant neglegentia, qui autem saluantur secundum Christi sententiam liberentur, qui omnes homines uult saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire. denique et Sodoma si habuisset quinquaginta iustos, non esset euersa et si decem habuisset, esset redempta, eo quod sermo remissionis peccatorum animam seruitute exuat et disciplinae plenitudo perfectae mentem non sinat edaci libidinum uapore D consumi.

12 Plurimum tamen refert et moralem aedificat affectum, si etiam numerum iustorum simpliciter accipiamus prodesse populorum saluti. conprimit et resecat inuidiam, confundit inprobitatem, uirtutem incitat, auget gratiam. nemo enim debet inuidere alteri laudem, quae sibi prosit, atque inprobus quisque redemptorem suum dum suscipit frequenter imitatur, certe ueneratur, plerumque etiam diligit. ipse etiam, si se E

1 Exod. 34, 9 4 Philo de sacr. 37 (187, 9; I 251, 3 *C.*; 187, 12; I 251, 6 *C.*) 8 Psalm. XVIII 8 Matth. 11, 25 14 Ioh. 3, 16 sq., Luc. 19, 10 15 Ioh. 3, 17 17 Gen. 18, 24 sqq. Philo de sacr. 37 (187, 17; I 251, 9 *C.*)

1 munerari *M* 5 solidiora *Bα*, *fort.* solidioris 14 hii *MA'P'* hi *cet.* 16 et ad *P* 18 redempta esset *P* 19 seruitute *Bα* seruituti *cet.* 21 consūmi *MM'* 24 confudit *MP*

aliis profuturum sciat, studiis augetur eaque gratia conectit populos, adcumulat caritatem ciuium, urbium gloriam. quam beata ciuitas, quae plurimos iustos habet, quam celebrabilis ore omnium, quomodo benedicitur tota de parte et beatus atque perpetuus status eius existimatur! quam gaudeo, cum aliquos mites ac sapientes diu uiuere uideo, cum uirgines castas, uiduas graues aspicio longaeuas uelut quandam incanam ecclesiae curiam, quae praetendat ipso quoddam uultu F et specie grauitatis quod reuereantur, quod imitentur, quo ad omnem morum gratiam colorentur! non enim ipsis gaudeo, cum uiuenti multa subeant taedia saeculi huius, sed quia prosunt pluribus. similiter cum aliquis huiusmodi decidit quamuis longa senectute depositus, adficior, quia destituitur grex iuuenum muro senili. denique perituraе urbis aut malorum inminentium uel futurae labis hoc primum indicium, si decidant uiri consultiores uel etiam grauiores feminae, hinc primum ingruentium porta aperitur malorum. sicut ergo urbs tota solidatur atque augetur coetu sapientium uel obitu labefactatur, ita sermo grauis et quidam senilis plenus prudentiae 212 A stabilire uniuscuiusque animam solet, confirmare mentem. iam si accedat multarum lectionum usus, plurimorum praeceptorum et consiliorum quidam senatus, uel perpetuum urbis eius, quae in singulorum est praecordiis, statum efficit.

4, 13 Ideo ergo primogenitos et redemptores ceterorum Leuitas B Moyses appellauit, quod maturioris et utilis sententiae uiri

2 Philo de sacr. 37 (187, 36; I 252, 4 *C.*) 12 Philo de sacr. 37 (188, 1; I 252, 12 *C.*) 13 Uerg. Aen. XII 395 17 Philo de sacr. 37 (188, 12; I 253, 3 *C.*) 24 Num. 3, 12 Philo de sacr. 37 (188, 17; I 253, 7 *C.*)

8 curam ***MP*** quoddam ***M'*** (d *pr. eras.*) ***P'*** quodam *cet.* 9 quo (quod *m2* ***M'***) reuereantur ***M'P*** quo imitentur ***P*** quod ad ***M*** 11 uiuenti *Henricus Schenkl* uiuendi *libri* huius saeculi ***B*** 12 decedit ***MAA'*** 15 indicium est ***M'PP'V*** iudicium est ***B***. 16 decidant ***AA'*** *Monac. 14399 Uindob. 758* decidantur *cet.* 17 aperitur porta ***B***

altero senectutem quandam animae praeferant, altero redemptionem conferant. unde et ciuitates Leuitarum in ueteri testamento redemptrices significauit Moyses, quia is qui confugit ad eam animam, in qua habitat dei uerbum, quae urbis modo munita atque uallata sit, perpetuam libertatem adquirit sibi. sicut enim in ciuitatibus Leuitarum erat poenarum remissio, ut si quis ad eas confugeret, qui non uoluntariam necem hominis admiserat, nulli eum occidere liceret intra urbes dumtaxat positum Leuitarum, ita quem peccati proprii paenitet, quod aut inprudenter aut inuitus admisit, si Leuitarum adhaereat incolatui et ab his praeceptoribus, qui dei mandata dispensant, recedendum non putet, lex ipsa ab omni eum commissi flagitii poena supplicioque liberat. nec absurdum putes quod facinorosi cohabitant piis ac maculosi sacratis; opus enim habent purificari qui aliquo polluti sunt delictorum contagio. et quodammodo diuerso genere causa concurrit. sicut enim Leuites mundanis uoluptatibus abdicatus exul est culpae, ita reus sanguinis fugitiuus est patriae. sed hoc interest, quod iste necessitate suos deserit propter metum legis, minister autem dei humanarum consortiis renuntiat passionum et quadam carnalis inlecebrae se abdicat necessitudine propter studia uirtutis. etiam illud non abhorret a uero, quod etiam iste uelut quasdam in se manus inicit, ut interficiat uoluptates sui corporis et quendam suae carnis operetur interitum. interfecit nempe Moyses Aegyptium et fugax factus est de terra Aegypti, ut declinaret eius terrae tyrannum. sed non ante illum interfecisset Aegyptium hominem, nisi prius in se Aegyptium nequitiae spiritalis interemisset et abdicasset se

2 Num. 35, 6 sqq. Philo de sacr. 37 (188, 35; I 253, 15 *C.*) 4 Ioh. 1, 14 13 Philo de sacr. 38 (189, 14; I 254, 19 *C.*) 16 Philo de sacr. 38 (188, 38; I 254, 4 *C.*) 22 Philo de sacr. 38 (189, 2; I 254, 11 *C.*) 25 Exod. 2, 12 26 cf. Philo de sacr. 38 (189, 5; I 254, 13 *C.*) 28 Exod. 2, 10 sq.

3 is *ABV et* (i *in ras.*) *P* his *cet.* 4 urbis *AA' Uindob. 4601* uerbis *Uindob. 758* (e *eras.*) *cet.*

regalium luxu honorum, maius patrimonium aestimans thensauris Aegypti obprobrium Christi. quod stultis quidem uidetur obprobrium, nobis autem illud obprobrium dominicae crucis uirtus dei est atque sapientia.

15 5 Accedit eo quod duo quaedam in deo principalia sunt genera uirtutum, unum quo remittit, aliud quo uindicat. remittuntur peccata per dei uerbum, cuius Leuites interpres et quidam exsecutor est, remittuntur per officium sacerdotis 213 A sacrumque ministerium, puniuntur quoque per homines, sicut 10 per iudices, qui potestate ad tempus utuntur, sicut apostolus docet dicens: uis autem non timere potestatem? bonum fac et habebis laudem ex illa; dei enim minister est tibi in bonum. si autem malum feceris, time. non enim sine causa gladium portat; dei 15 enim minister est uindex in iram ei qui malum egit. puniuntur peccata etiam per populos, sicut legimus, quia saepe ab alienigenis dei iussu excitatis propter diuinae B maiestatis offensam subactus est populus Iudaeorum. ne is quidem qui inuitus aliquod fecerit homicidium extra ministerium 20 est, siquidem lex ait de eo quia deus dedit eum in manus eius. manus ergo eius instrumenti modo diuinae ultioni ministerium praebuerunt. Leuites igitur minister remissionis est, percussor autem, qui tamen non ex dispositione, sed praeter uoluntatem fecerit homicidium, diuinae minister 25 est ultionis. illud quoque specta quia, cum interficitur impius, C Christus infunditur et, ubi abominatio aboletur, sanctificatio

2 I Cor. 1, 23 sqq. 5 Philo de sacr. 39 (189, 18; I 254, 22 *C.*) 11 Rom. 13, 3 sq. 16 cf. Esai. 13, 17 18 Philo de sacr. 39 (189, 29; I 255, 8 *C.*) 20 Exod. 21, 13

5 sint *AA'* 6 genera] opera *AA'* 8 exsecutorum *M* 15 iram *AA'P'* ira *cet.* 16 agit *AA'* 17 dei iussu *om. B* 18 subactus *MAA'* subiectus (factus *add. Monac. 2549*) *cet.* ne *MAA'* nec *cet.* his *AA'B* 22 ultioni *B α* ultionis *cet.* 26 abominatio *M'* abhominatio *cet.*

congregatur, quia dominus dixit: in ea die, in qua interfecero omne primogenitum Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Istrahel. quod non ad unum diem adflictionis Aegypti referes, sed ad omne tempus. cum enim renuntiatur inprobitati, statim adsciscitur uirtus; egressus enim malitiae uirtutis operatur ingressum eodemque studio quo crimen excluditur innocentia copulatur. habes hoc in D euangelio quia ubi Satanas inmisit se in cor Iudae, Christus recessit ab eo momentoque eo quo illum recepit hunc amisit. denique sic scriptum est: et post bucellam introiuit in illum Satanas. dixit ergo illi Iesus: quod facis fac celerius. quid illud? ut quia introierat Satanas in illum, ipse abiret a Christo. eicitur itaque et extruditur, eo quod iam cum domino Iesu esse non possit qui coeperat esse cum diabolo; nulla enim communicatio Christi cum Belial. unde E statim imperio expulsus abscessit, sicut legimus dicente euangelista quia cum accepisset bucellam, exiuit continuo; erat enim nox. non solum exiuit, sed continuo et nocte exiuit. nec mirum si noctis tenebras habebat qui Christum deserebat. uerum sicut ipse receptus a diabolo exclusus a Christo est, ita Zacchaeus renuntians auaritiae Christum recepit. meritoque uidens studium eius, quod in arborem ascendisset, ut transeuntem Iesum uideret, dicit dominus: F Zacchaee, festinans descende, quia hodie in domo tua manere me oportet. et descendit festinans et excepit illum gaudens. sed excipiendo Christum exclusit

1 Num. 3, 13 (cf. Exod. 13, 15) Philo de sacr. 39 (189, 39; I 255, 15 *C.*) 5 Philo de sacr. 39 (190, 1; I 256, 5 *C.*) 7 Ioh. 13, 2 10 Ioh. 13, 27 15 II Cor. 6, 15 17 Ioh. 13, 30 24 Luc. 19, 5 sq.

1 consegratur *M* consecratur *AA'* in qua *MAA'PP'* *et* (*add. m3*) *V* qua *BM'* 2 Aegypti ... primogenitum *om. V* 3 isrł *libri* 10 sic *om. B* buccellam *V* introibit *M* 11 in eum *B* 13 excluditur *BM'PP'V* 16 dicentē euangelistā *M* 17 buccellam *APV* 21 *et* p. 393, 4, 13 zacheus *libri* 24 zachee *libri* 25 oportet me manere *BPP'*

auaritiam, relegauit perfidiam, renuntiauit fraudibus; aliter enim non ingreditur Christus nisi ut uitia excludat, quia non cohabitat erroribus. denique de templo eiciebat nummularios, quia ipse uolebat habitare. unde Zacchaeus hoc intellegens quia Christum uetere suo suscipere non poterat affectu, superiora uitia exire suo iussit hospitio, ut Christus intraret. merito igitur obmurmurantibus quod dominus Iesus ad 214 A hominem peccatorem diuertisset manere dixit ad dominum: ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, et si cui aliquid fraude abstuli, reddo quadruplum. in quo illis respondit qui dicebant peccatorem Christo hospitium non debuisse praebere, hoc est: 'iam non sum publicanus, non ille Zacchaeus, non praedo, non fraudator. reddo quae sustuli, reddo qui auferre consueueram. iam dono pauperibus, quos ante nudabam, iam mea confero, qui aliena B rapiebam.' fugerunt crimina, postquam Christus intrauit; discussa est omnis carnalium caecitas passionum, ubi aeternae
5, 17 uitae lumen infusum est. diximus de primogenitis, dicamus etiam de adipibus, de quibus satis docet Dauid dicens: sicut C adipe et pinguedine repleatur anima mea. et supra ait: et holocaustum tuum pingue fiat, hoc docens acceptabile esse sacrificium, quod pingue, quod nitidum et quodam pabulo fidei ac deuotionis uerbique caelestis uberiore alimonia saginatum. frequenter pingue opus dicimus quod spissum et operosum uelimus intellegi et opima hostia praedicatur quae non sit tenuis et exilis. unde et sacrificium pingue recte nuncupamus, quod opimum cupimus declarare. sed etiam illud documento est quod pingues D

3 Matth. 21, 12 (Marc. 11, 15 Ioh. 2, 15) 7 Luc. 19, 9 9 Luc. 19, 8 18 Philo de sacr. 40 (190, 11; I 256, 13 *C.*), cf. Gen. 4, 4 19 Psalm. LXII 6 21 Psalm. XVIIII 4

1 religauit *M'* (*s.* i *pr. ras.*) *AA'P'. et m3 S* 7 $\overline{\text{ihs}}$ *BM'* μ $\overline{\text{xpc}}$ *cet.*, *nisi forte* Christus *delendum est* 8 ad $\overline{\text{ihm}}$ *B* 9 *post* bonorum *add.* omnium *B*, *post* meorum *add.* $\overline{\text{dne}}$ *P Monac. 2549 et 14399* 14 quod (*om.* sustuli reddo qui) *B*

uaccae prophetica interpretatione annis fertilibus comparatae sunt.

6, 18 Nunc consideremus quid sit quod ait dominus: si recte E
offeras, non recte autem diuidas, peccasti; quiesce. quod indicium est deum non muneribus oblatis placari, sed offerentis affectu. denique condemnati oblator muneris Cain pro conscientia insincerae oblationis intellexit deo suum sacrificium non probatum et tristis est factus. quando enim mens sibi recti est conscia, gratulatur uelutque infusione quadam spiritali repletur animus gaudio, cum alicuius uel studia F
uel opera deo <non> inprobantur. tristitia igitur Cain conscientiae testimonium, repulsae indicium est. et quia optulit munus, tamen quia non recte et iure diuisit, culpam incidit.
19 quattuor enim genera sunt quibus sacrificia commendabantur: si aut noua nouorum essent aut frixa aut diuisa aut continua. noua nouorum primo tempore anni, quae specie in primogenitis fructibus aestimabantur; nunc autem reuelatum est eos significari qui per baptismatis sacramenta renouantur. hoc 215 A
est enim uere sacrificium primitiuum, quando unusquisque se offert hostiam, a se incipit, ut postea munus suum possit offerre. noua igitur fides renouatorum, ualida, pubescens, incrementum uirtutis adquirens, non remissa, non fessa, non senio quodam marcida et uigore ignaua apta sacrificio est, quae pullulet quodam uirenti germine sapientiae et iuuenali diuinae cognitionis feruore pubescat, habeat tamen sucum doctrinae ueteris; sicut enim noui ita et ueteris testamenti B
debet doctrina concurrere, quia scriptum est: manducate

1 Gen. 41, 26 Philo Quaest. I 64 3 Gen. 4, 7 8 Gen. 4, 5 Philo Quaest. I 63 9 Uerg. Aen. I 604 15 Leuit. 2, 14 Philo de sacr. 21 (177, 37; I 233, 10 *C.*) 19 Rom. 12, 1 27 Leuit. 26, 10 Philo de sacr. 23 (178, 33; I 234, 15 *C.*)

9 uelutque *scripsi* uel quia *B* uel quod *cet.* 11 a deo *V* non *addidi* probantur *B α* 12 optulit *SP'V* obtulit *cet.* 21 renouatorum *usque ad* sacrificio etiam *p. 397, u. 7 om. S; excidit folium* 24 iuuenili *BV* 27 *post* quia *add.* sicut *M'PV et* (sic *corr.*) *P'*

uetera ueterum et uetera a facie nouorum auferte. cibus nobis sit cognitio patriarcharum, epuletur animus in prophetarum ‹libris› oracula. tali sagina mens pascatur interior, sed iam non species agni sit, sed ueritas corporis Christi. non legis umbra praestringat oculos, sed aperte dominicae gratia passionis, splendor resurrectionis aciem mentis inluminet.

Si autem offeres sacrificium de primitiuis ouibus, frixum C in igne, frixum pingue, offeres sacrificium primitiuorum, sicut scriptum est, quod significat fidem tuam uelut igni probatam esse debere et sancto feruentem spiritu. denique coxit lentem Iacob et fratri primatus benedictionis eripuit, quos utique solida consequeretur fides. hic ergo robustus et uiuidus augebatur, ille autem qui cibum suum coquere nesciebat fatigatus atque deficiens defluebat. uratur igitur uerbo domini D sicut igne uirtus animae tuae. uide ustum Ioseph, sicut scriptum est: eloquium domini ussit eum. torreatur fides tua sicut spicae messium; tunc enim maturitatem fructuum praeferunt, cum eas primo solis processu tempora aestiua torruerint. sermo igitur plurimus scripturarum animam confirmat et quodam spiritalis gratiae colorat uapore, rationabilia quoque inuenta conroborat dissoluitque omnem uim inrationabilium passionum. ideoque Esau laxatis uirtutis suae nexibus E dissolutus est, illi autem qui succincti lumbos non crudum neque coctum in aqua, sed assatum in igni caput agni edere iubebantur, sicut habes in Exodo, forti ac fideli animo pede-

5 Hebr. 10, 1 8 Philo de sacr. 23 (178, 47; I 235, 2 *C.*) 11 Gen. 25, 29 Philo de sacr. 24 (179, 6; I 235, 10 *C.*) 14 Gen. 25, 30 17 Psalm. CIIII 19 26 Exod. 12, 9

3 libris *addidi* oraculo *V* oraculis *ed. Paris. a. 1569* 6 et splendor *B* 11 feruentem *M* feruente *AA'* feruere *cet.* 13 consequentur *M* consequetur *AA'* robustus *B* rubeus *Monacc. 2549 et 14399* rubus *cet.* 14 fatigatus *B* fatigatus autem *cet.* 16 iustum *V* (i *eras.*) 20 torruerunt *P* (-int *m2*) *P'* 25 igne *B et* (i *s.* e *m2*) *M'* agni caput *B*

stri itinere maria transfretarunt. in euangelio quoque assos pisces dominus Iesus manducabat, sicut scriptum est, in quo plenitudo sancti spiritus redundabat. et fortasse ideo deficiebat Esau, quia coctum in aqua desiderabat cibum, quem
21 Iacob quasi inhabilem sibi donauit infirmo. oblationem autem F
atque orationem oportet non confusam esse, sed conpetenti diuisione distinctam. in omni enim confusione melior distinctio, multo magis in oratione atque oblatione, quae nisi certas diuisiones habeat, fit obscurior. ideoque hostiae plerumque membra lex diuidi iubet et holocausta offerri, ut sine admixtione et operimento atque nudum sacrificium sit, eo quod nuda atque omnibus exuta inuolucris debeat fides nostra feruere, ne uagis et fallacibus opinionibus induatur, sed pura atque sincera simplicitas mentis appareat. deinde in partes diuidatur congruas. uirtus enim genus est, quae diuiditur in 216 A
plurimas species; sed principales quattuor sunt, prudentia temperantia fortitudo iustitia. redoleat igitur oratio tua prudentiam erga cognitionem dei et ueritatem fidei, redoleat temperantiam, quam etiam a coniugibus exigendam putauit apostolus dicens: nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. et lex castificatos ante hesternum et nudiustertianum diem ad sacrificium accedere iubet. fortitudinem teneat oratio, ut nullo B
interpoletur metu, nulla lassitudine deficiat; tunc enim debet esse intentio ad precandum robustior, cum urguemur aduersis. iustitiam custodiat precatio, quam si tenuisset Iudas, non in

2 Luc. 24, 42 sq. 5 Philo de sacr. 24 (179, 17; I 235, 14 *C.*) 9 Leuit. 1, 6 Philo de sacr. 25 (179, 37; I 236, 13 *C.*) 14 Philo de sacr. 25 (179, 41; I 237, 6 *C.*) 20 I Cor. 7, 5 21 Exod. 19, 10 sq.

7 enim *om. V* enim ⟨re⟩ *ed. Rom., fort.* enim ⟨actione⟩ 8 oblatione atque oratione *B* 11 atque *MM'* aque (aquę) *cet.* aliquo *ed. Rom.* 15 diuidantur *M* 19 a *om. BM'PP'V* 25 p̃candum *AA'B Monac. 14399 Uindob. 758* praedicandum *cet.* urgemur *AB et m1 M'* urguetur *P* urgetur *P et m2 M'* 26 p̃catio *AA' Uindob. 758 Monac. 14399* deprecatio *B* praedicatio *cet.*

peccatum facta esset eius oratio. quando enim magis ab iniustis operibus ac studiis abstinere debemus quam tunc quando dei iustitiam precamur? et ideo dominus, ut cordi nobis esset iustitia, beati inquit qui persecutionem patiuntur propter iustitiam; ipsorum est regnum C caelorum. haec defuit Iudae; nam si adfuisset, non tradidisset dominum, non prodidisset magistrum. defuit sacrificio etiam Cain istius, qui si tenuisset iustitiam, domino debuit primitiua munera, non posteriora deferre. defuit itaque ei diuisio, ideoque responsum ait: si recte offeras, non recte autem diuidas, peccasti; quiesce. uides quantum sit uitii. ubi deest diuisio, ibi totum sacrificium refutatur.

22 Superest ut de continua et iugi oratione dicamus, quod D inmorari nos et uacare orationi oportet. pernoctabat dominus in oratione, non ut sibi prodesset, sed ut nos doceret. frequens enim oratio quandam operatur disciplinam orandi, quia ipse usus docibiles dei facit, indocibiles neglegentia. bona igitur exercitatio. denique corporis uirtus exercitatione augetur frequenti, at inexercitata minuitur et labitur; plurimi enim exercitii dissuetudine etiam naturalem dissoluere uirtu- E tem. similiter animae fortitudo exercitationis adsiduitate solidatur, ut labor ipse disciplinae sit non oneri futurus, sed usui. hunc cibum menti nostrae deferamus, qui multa adtritus meditatione ac politus cor hominis sicut illud caeleste manna

3 Matth. 6, 33 4 Matth. 5, 10 14 Philo de sacr. 26 (180, 19; I 238, 1 *C.*) 15 Luc. 6, 12 18 Ioh. 6, 45 22 Philo de sacr. 26 (180, 12; I 237, 11 *C.*) 25 Ioh. 6, 32

2 tunc etiam *B* 3 precamur *scripsi* praedicamus *M Uindob. 758 Monac. 14399* deꝑcamur *cet.* 5 quoniam ipsorum *P* (quoniam *s. u. m2*) *P'V; fort.* ipsorum ⟨enim⟩ 14 quod *B* quod sic *Monac. 14399* quodsi *cet.* 16 ut non sibimet *B* 18 dō *M* 20 aut *P* (u *eras.*) *cet.* 21 dissuetudinem *S* (e *pr. ex* i *m3*) dissuitudine *M et* (*corr. m3*) *P'* dissuetudines *P* (s *ult. eras.*) *V* desuetudine *B* 23 disciplinae *B* disciplina *cet.* honeri *S* (h *eras.*) futuris *S* (v *s.* i)

confirmet. quod non otiose tritum ac politum accepimus, eo quod caelestium scripturarum alloquia diu terere ac polire debemus toto animo et corde uersantes, ut sucus ille spiritalis cibi in omnes se uenas animae diffundat. ergo si tam- F
quam pubescens adolescat fides, quae defectum senescentis deuotionis ableget et spiritu ferueat et congrua distinctione teneatur mensura legitimae diuisionis, et assiduitas conmendet gratiam, tunc fit illud pingue et tamquam adipale precationis genus, de quo dicit propheta: inpinguasti in oleo caput meum. sicut enim agni multo lacte pinguescunt et sicut oues bene pastae adipe nitent, ita apostolico suco pasta
23 fidelium pinguescit oratio. horum si desit aliquid quae supra diximus, sacrificium non probatur. ideoque dictum est ad Cain: si recte offeras, non recte autem diuidas 217 A
namque mundus ipse distincte factus legitur, cum esset ante incomposita pars eius, quia terra erat inuisibilis et inconposita. nempe lux primum facta est et uocauit deus lucem et separauit deus inter lucem et tenebras et uocatae
sunt tenebrae nox. et per ordinem singula quod facta sint legimus, caelum, terra, ligna fructifera, animalia diuersa. distributa autem sunt leuiora superioribus, ut aer et ignis et grauiora inferioribus, hoc est aqua et terra. utique simul B
omnia fieri iubere potuit deus, sed distinctionem seruare maluit, quam nos in omnibus imitaremur negotiis et maxime in uicissitudinibus gratiarum, in quibus non satis est reddere quod acceperis, sed conmendare quod reddas. nam si quis debitum soluat et in referendo faciat iniuriam creditori, intolerabilius est utique quam non reddidisse quod debebat. non ergo quantitas solutionis, sed animus reddentis et qua-

9 Psalm. XXII 5 16 Gen. 1, 2 sqq.

1 accepimus *SBP'* accipimus *P* (i *pr. ex* e) *cet.* 2 terrere *S* 5 adulescat *MM'* seniscentis *S* 7 mensurae *S* (e *alt. eras.*) *PP'* 9 profeta *M* 12 superius *PV* 14 recte autem] rec (te autem *om.*) *M* 18 *puto* lucem ⟨diem⟩ 21 autem *om. B* 24 imitaremus *S* 26 acciperis *S* (*corr. m2*) *M* 29 et *B* μ, *om. cet.*

litas consideratur et affectus. recte igitur optulit, quia oblatio C
insigne deuotionis et indicium gratiarum est, sed non recte
diuisit, quia ante omnia deo debuit deferre primitias, ut a
gratia inchoaret auctoris. etenim diuisionis hic ordo est, ut
prima secundis, non primis secunda praecurrant et caelestia
terrenis, non terrena caelestibus praeferantur.

7, 24 Sed quia Cain confudit hunc ordinem, dicitur ei: pec- D
casti; quiesce. omnia docet deus, primum ne pecces, ut
in Adam monuit, secundo, si peccaueris, quiescas, ut in Cain
doceris. erubescere enim debemus et condemnare peccatum,
non defendere, quoniam pudore culpa minuitur, defensione
cumulatur, et silendo corrigimur, contentione prolabimur. sit E
saltim uerecundia, ubi non est absolutio. inde illud: iustus
in exordio sermonis accusator est sui. et iterum
alibi ab ipso domino dictum legimus: dic iniquitates
tuas, ut iustificeris. quanta pudoris gratia, ut iustitiam
teneat uerecundia, quam culpae reatus abstulerit! ideo autem
ait: quiesce, quoniam non habes quod excuses. culpae ipsius
ad te conuersio est. non enim frater ei addicitur, sed error
adscribitur, cuius ipse sibi auctor est. in te inquit reuertitur F
crimen, quod a te coepit. non habes in quo necessitatem
magis quam mentem tuam arguas. in te retorquetur inpro-
bitas tua, tu princeps es illius. bene ait: tu princeps
es illius. etenim inpietas mater quaedam est delictorum, et
qui grauiora peccauerit in cetera facile prolabitur. quomodo
enim potest ab humanis temperare qui diuina uiolauit et

7 Gen. 4, 7 Philo Quaest. I 65 13 Prouerb. 18, 17 15 Esai. 43, 26 20 Gen. 4, 7 23 Gen. 4, 7 Philo Quaest. I 66

1 et *om. M* igitur cain *B α, fort.* obtulit Cain, *quod praeferam* optulit *SV* obtulit *cet.* 2 et indicium *om. M* 7 confudit *BM'P'* confundit *cet.* 8 quiesce *M* (esce *in ras.*) 9 *fort.* ⟨ut⟩ si 12 fit (*in mg.* sit) *S* 13 saltem *BPM'V* 15 alibi *hoc loco M, in S: eras.* (*in mg. m1* alibi, *sed eras.*); alibi *post* dictum *transponunt S* (*punctis subpositis, sed erasis deletum*) *cet.* 17 culpae *S m3* culpe *MAA'* culpa *S m1 cet.* abstulerat *B* 23 illius es *M* bene . . . illius *in mg. S* 24 es *eras. S, om. MAA'*

hominibus bonus esse qui deum laesit? atrociorem igitur scelerum reatum uitia reliqua secuntur, quoniam quo flagitiosa propenderint eo inclinant cetera. tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis. non te inuitum, non inprudentem error 218 A
adtraxit, sed uoluntarius reus iudicio, non lapsu fecisti dolum,
8, 26 quo te diuinae iniuriae reum ipse conuincis. admonitus igitur
ut quiesceret auget insolentiam, acerbat flagitium. quid B
igitur sibi uult quod ait: eamus in campum nisi quia locus nudus gignentium eligitur parricidio? ubi enim frater habebat occidi nisi ubi fructus deesset? tamquam praesagiens natura tanti sceleris loco germina denegauerat, quia non conueniebat ut idem solum et contagia parricidalis sanguinis reciperet praeter naturam et fructus secundum naturam germinaret. merito ipse dicit: eamus in campum, non dicit: eamus in paradisum, ubi poma florent, non in C
aliquem cultum et fructiferum locum. ipsi parricidae indicant fructum se sceleris habere non posse nec penes eos fructum manere qui tantae impietati praebuerint officium. nam ipsam refugiunt elementorum benignitatem, ut iste Cain, qui uidetur ueritus, ne largior boni terra prouentus triste facinus
inpediret et liberalitatis adsuetudine genitalis, qua facit sibi fetus et fructus uarios germinascere, in hoc quoque criminis apparatu uel muta specie sui fraternum reuocaret affectum. D
latro diem refugit quasi criminis testem, lucem adulter quasi erubescens consciam, parricida terrarum fecunditatem. quomodo enim poterat communis partus uidere consortia qui consortem sui sanguinis trucidabat? Ioseph in lacum mittitur

8 Gen. 4, 8 Philo Quaest. I 67 9 Sall. Iug. 79, 6 27 Gen. 37, 24

1 bonus *S m3 P' m2 AA'B* bonorum *M* bonum *SP' m1 PV* bononũ (no *del.*) *M'* 5 in indicio *S* (in *exp. et* iudicio *scr. m2*) indicio *PM'P'V* 6 est igitur *P* 7 aceruat *PV* 9 elegitur *SMAA'* 15 paradysum *SPP'* 21 quae *PV* 22 germinascere *B Monac. 14399* germinescere *Monac. 2549* (i *ex* a) μ germanescere *cet.* 23 muta *SMB* mutua *cet.* 25 erubescens *S* (cens *s. u. m3*) *AA'M'P* erubes *M* erubescit *BP'* consciam *B* conscilia *M'* conscia *cet.* fecunditatem fugit *B*

siccum, Amnon intra domum occiditur. iustum igitur natura est inpertita iudicium ea loca, in quibus erat futurum parricidium, muneris sui dote priuando, ut ex innocentis soli quadam damnatione ostenderet quanta essent futura supplicia E noxiorum. propter scelus igitur hominum et ipsa elementa damnantur. denique Dauid montibus, in quibus Ionatha cum patre interemptus est, perpetuae poenam sterilitatis optauit dicens: montes qui estis in Gelbue, neque ros neque pluuia cadat super uos, montes mortis!

9, 27 Nunc consideremus qua ratione interrogauit deus Cain ubi F esset frater suus, quasi nesciret occisum. sed quod ad scientiam dei spectat, negantem arguit et infitianti quasi sciens respondit: uox sanguinis fratris tui ad me clamat, quod autem ad rationem profundam adtinet, peccantes admonet 219 A paenitentiae; confessio enim poenarum conpendium est. inde in iudiciis saecularibus inpositi eculeo torquentur negantes, et quaedam tangit iudicem miseratio confitentis. est quaedam in peccatis uerecundia et paenitentiae portio crimen fateri nec deriuare culpam, sed recognoscere. mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. uult te prouocare ad ueniam deus, uult de se sperari indulgentiam, uult demonstrare tua confessione quod non sit auctor malitiae. nam B qui peccatum suum ad quandam referunt, ut gentiles adserunt, decreti aut operis sui necessitatem diuina arguere uidentur, quasi ipsorum uis causa peccati sit; qui enim necessitate aliqua coactus occiderit quasi inuitus occidit. ea

1 Reg. II 13, 28 sq. 8 Reg. II 1, 21 10 Philo quod det. pot. ins. 17 (202, 31; I 271, 14 *C.*) Quaest. I 68 13 Gen. 4, 10

1 amnon *P'* agnū *M* (nū *in ras.*) ammon *B* amor *V* amon *cet.* 2 inperitia (inpertita *in mg.*) *S* inpertira *M* 4 esset *S* (*corr. m3*) *MM'P'* esse (*corr. m2*) *P;* quanta essent *om. B* 5 noxiorum *Laudunensis Maurinorum* noxiora *cet.* 6 ionathas *P'* 8 gelbuę *M* gelbo*e *V* gelboe *cet.* 12 spectat *Monacc. 2549 et 14399 Uindob. 758* expectat *cet.* 13 tui fratris *P* 15 paenitentiae *M* ad paenitentiam *B* paenitentiam *cet.* 16 equuleo *P* 17 confidentis *M* 23 referunt *B* refert *MP* (*in quibus* t *in ras.*) *cet.* 25 sit peccati *B* 26 coactus aliqua *B*

uero quae a nobis sunt excusationem non habent, quae autem praeter nos sunt excusabilia sunt. sed quanto grauius peccato ipso ad deum referre quod feceris et reatus tui inuidiam C
28 transfundere in auctorem non criminis, sed innocentiae. perpende autem parricidae responsionem. nescio inquit; numquid custos fratris mei ego sum? etsi contumaciam prodat hic sermo, sonat tamen quia, si bonum fratrem considerasset, custos debuit esse pietatis. quem enim magis quam fratrem seruare debuerat? sed quomodo germanitatis seruaret officium qui necessitudinis non agnouisset affectum? aut qui fieri posset, ut naturae oboedientiam deferret qui deo D
reuerentiam non exhiberet? negat primum quasi apud ignorantem, recusat fraternae munus custodiae quasi exsors naturae, declinat iudicem quasi liber arbitrii. quid miraris si pietatem non agnouit qui non agnouit auctorem? et ideo doceris hac serie scripturarum fidem esse radicem uirtutum omnium. unde et apostolus ait quia fundamentum nostrum Christus est et quicquid supra hoc fundamentum aedificaueris hoc solum ad operis tui fructum et uirtutis proficere merce- E
29 dem. congrue igitur respondit dominus tam inprudenter neganti dicens: uox sanguinis fratris tui ad me clamat, hoc est: 'cur nescis ubi est frater tuus? soli eratis cum duobus parentibus, inter paucos frater te latere non debuit. an quia parentes tui accusatores esse non possunt? nolo enim ut ea necessitudo quae est auctor salutis fiat auctor periculi, in te solo leges suas natura amiserit. ideo ergo putas crimen latere, F

5 Gen. 4, 9 Philo quod det. pot. ins. 18 (203, 26; I 272, 15 *C.*) Quaest. I 69 17 I Cor. 3, 11 sq. 21 Gen. 4, 10

1 sunt *om. V* 2 grauius est *B* 3 erratus *V* tui *MBM'V* sui *S* (tui *in mg.*) *cet.* 6 custus *M* sum ego *A'* (go *s. u.*) *et* (*m4* ego sum) *V* 7 quasi bonum *M* (asi *in ras.*) *V* 10 necessitatis *M* affectum *MAA'* effectum *S* (a *s.* ę *pr.*) *cet.* 11 qui *pr.*| quia *P'* (a *exp.*) *P* (qualiter *m2*) *M'* (*s. m2* quomodo) *SMAA'* quomodo *BV* 16 radicem esse *B* omnium uirtutum *MB* 17 ihs xps *B* 23 te latere frater *B* potuit *B* 24 possint *M* nol* *S* (i *eras.*, o *s. ras.*) 26 amiserat *B*

quia parentes accusare non debent? sed eo maior est condemnatio tua. nam si cara necessitudinis nomina accusare non debent, multo magis non debent occidere. sed si me testem abnuis et refugis arbitrum, uox sanguinis fratris tui testis est, quae ad me clamat. illa te maiore auctoritate arguit quam si frater uiueret. soli eratis: quis eum potuit alter occidere? si accusas parentes, parricidam probas. potuit fratrem occidere qui non parcit parentibus, potuit parricida esse qui 220 A
de parricidis se ortum probare desiderat. et bene ait: uox sanguinis clamat, non frater clamat, hoc est innocentiam et gratiam germanitatis etiam in ipsa morte seruat, non accusat frater, ne uideatur parricida, non accusat uox ipsius, non anima eius, sed accusat uox sanguinis, quem ipse fudisti. tuum te ergo facinus, non frater accusat.' simul querella criminoso adimitur. non potest de alieno testimonio queri qui B
crimen proprio facinore confitetur. minor est sermo quam factum. est tamen etiam terra testis, quae cepit sanguinem. et bene ait: uox sanguinis fratris tui clamat de terra, non dixit: 'de fratris clamat corpore,' sed 'de terra clamat'. etsi frater parcit, terra non parcit: si frater tacet, terra condemnat. ipsa est in te et testis et iudex: testis acrior, quae adhuc parricidii tui sanguine madet, iudex asperior, quae tanto scelere coinquinata est, ut aperiret os suum et exciperet C
sanguinem fratris tui de manu tua. et illa quidem aperuit os suum quasi exceptura de fratribus uerba pietatis, nihil timens, cum fratres uideret, quae sciret ius germanitatis amoris

18 Gen. 4, 10

1 condempnatio nra *B* 2 non debent accusare *B* 3 occidere non debent *V* 4 arbitrem *S* (v *s.* e) *M'PP'V* 8 parcit *in mg. S* 10 sanguinis fratris (fratris *s. u. m2*) *P* sanguinis fratris tui *α* innocentiă et gratiă *AA'PV* innocentia et gratia *cet.* 11 etiam *om. P* seruatur *B* μ 12 frater Abel *P* 14 querella *M et* (l *pr. eras.*) *P* querela *cet.* 15 ademitur *MP' et* (*corr. m3*) *S* 16 proprio facinore *om. B* 17 *post* factum *add.* est *B* 19 de *alt. B Monacc. 2549 et 14399, om. cet.* 20 frater parcat *B* 22 sanguine *BP'V* sanguinem *SM'* (*in quibus* m *eras.*) *cet.*

incentiuum esse, non odii. nam quomodo poterat parricidium suspectare, quae adhuc non uiderat homicidium? sed tu effudisti sanguinem, cuius dolens illa contagium non augebit inquit uirtutem suam dare tibi. quam innocens ultio, ut quae tam grauiter uiolata fuerit satis habeat non prodesse, D non quaerat nocere!

31 Non mediocre etiam dogma quod ait: uox sanguinis fratris tui ad me clamat, quia deus iustos suos audit etiam mortuos, quoniam deo uiuunt. et merito pro uiuentibus habentur, quia etiamsi corporis gustauerint mortem, uitam incorpoream tamen carpunt et inluminantur suorum splendore meritorum, luce quoque fruuntur aeterna. iustorum ergo audit et sanguinem, auertit se autem a precibus inpiorum, quoniam etiamsi uideantur uiuere, miseriores sunt tamen E omnibus mortuis, carnem sicut tumulum circumferentes, cui infelicem infoderunt animam suam. quid enim aliud quam sepulta est quae intra humum uoluitur et terrenae auaritiae cupiditatibus ceterisque uitiis includitur, ut gratiae caelestis auram spirare non possit? huius modi peccator a terra maledictus est, quae est infima et postrema pars mundi. superius utique caelum et quae in caelo sunt, sol, luna et stellae, throni, dominationes, principatus est potestates, Cherubin et F Seraphin. non est ergo dubium quod eum et superiora damnauerint quem inferiora damnarunt. nam quomodo absoluitur purae illic caelestique sententiae quem nec terrae potuerunt absoluere? et ideo gemens et tremens iubetur esse
32 super terram. euidens generalisque ratio, quia omni in-

3 Gen. 4, 12 7 Gen. 4, 10 Philo Quaest. I 70 9 Rom. 6, 10 sq. 19 Philo Quaest. I 71 22 Coloss. 1, 16 26 Gen. 4, 12 Philo Quaest. I 72

2 homicida *M* 3 augebit *S* (i *ex* a) augebat *M'P'* audebat *PV* 5 quae *hoc loco* α, *om. V*, *post* uiolata *cet.* habeat *S* (at *eras.*, re *in ras. m3*) habere *M'P et* (*in quo* non habere) *V* haberet *P'* habens α 13 se *s. u. M* 22 cęrubim *M* cherubim *PV* 23 seraphin *S* seraphim *cet.* 24 damnauerunt *M* 25 pura (a *ex* ę *m2*) ... sententia (a *ex* ę *m2*) *P*

probo mala et adsunt et adfutura sunt. quae adsunt tristitiam operantur, quae futura formidinem, sed inprobum plus praesentia quam futura sollicitant. unde et Cain dixit ad dominum: 221 A
maior causa mea est. si derelinques me hodie, a facie tua abscondam me. nihil enim grauius quam errantem a deo deseri, ut se reuocare non possit. mors peccatoris finem peccandi adfert, uita autem diuino gubernaculo destituta praecipitatur et in grauiora prolabitur. ut si gregem pastor relinquat, incursant bestiae, ita cum deus deserit hominem, ingruit diabolus. graue praesertim insipientibus non habere rectorem. serpit malitia, uulnus augetur, ubi medicina defuerit. B
abscondit se autem qui uelare uult culpam et tegere peccatum. qui enim male agit odit lucem et tenebras suorum quaerit ut latibula delictorum, iustus autem non abscondere se a domino deo suo, sed ipse se magis offerre consueuit dicens: ecce sum ego, qui non habet criminosam conscientiam,
33 quam timeat deprehendi. merito ergo se abscondit male conscius et ait: omnis qui inuenerit me occidet me. an- C
gustae mentis homo praesentem mortem ueretur, perpetuam neglegit et diuinum iudicium non reformidat, interitum solum corporis deprecatur. sed a quo timebat occidi qui solos parentes habebat in terris? potuit quidem et incursus bestiarum timere qui legis diuinae iura uiolauerat nec praesumere de subiectis animalibus ceteris qui hominem docuerat occidi, potuit et parentes parricidas timere qui docuerat parricidium

4 Gen. 4, 13 sq. 5 Philo Quod det. pot. ins. 39 (213, 41; I 290, 23 *C.*) 7 Philo Quod det. pot. ins. 39 (218, 29; I 290, 15 *C.*) 17 Gen. 4, 14 Philo Quaest. I 74 18 Gen. 4, 15 Philo Quaest. I 75

3 dnm̄ *M* dm̄ *cet.* 6 possit *AA'BV* posset *cet.* 9 deserit *ex* dixerit *S* 10 graue *M'V* graue est *AA'BP'* grauem *cet.* 12 autem se *P* 13 suorum quaerit ut *scripsi* suorum quaerit et *S* (quaerit *in mg. m1*) *MAA'* suorum et *P* (quaerit *ante* et *s. u. m2*) *P'* (quaerit *ante* tenebras *s. u. m1*) *BM'V et* (quaerit *post* latibula) *Monac. 2549* 15 ipse se *P* (se *s. u. m2*), se *post* magis *Monac. 2549*, *post* offerre *Monac. 14399*, se *om. cet.* 21 qui] quo *S* (i *s.* o) solus *M* (o *s.* u) 23 de subiectis *om. B*

posse committi; potuerunt enim et parentes de filio discere quod didicerunt posteri de parente. D

34 Nunc consideremus qua causa dixerit deus: omnis qui occiderit Cain septies uindictam exsoluet et qua ratione signum super eum ponitur, ne occidatur parricida, cum prospectum non fuerit, ne innocens occideretur. octauus est homo, habet rationabile, quo praestet ceteris, habet et quinque corporis sensus, habet etiam uocem, habet et generandi gratiam. haec septem nisi illo rationabili regantur, subiecta morti sunt. et ideo stultus in his habet omne periculum sui. qui ergo rationabile illud amiserit frustra de istorum sibi usu septem carnalium munerum blandietur. dissoluuntur haec omnia, nisi habenis quibusdam rationis adstricta sint. mors itaque rationis mortem operatur inrationabilium passionum. sed illud melius quod septimus numerus quietis et remissionis est. ergo qui alii non pepercerit peccatori et munus ei remissionis peccatorum inuiderit ipse sibi spem remissionis eripiet, et erit in eo pari mensura uindicta de gratia. quod autem signum posuit super Cain, ne quis eum occideret, reflectere uoluit errantem et beneficio suo inuitare ad correctionem; ipsis enim nos facilius committere solemus, quorum habemus gratiam. nec tamen magna concedit, sed in eo ipso inprudentiam insipientis ulciscitur, qui cum esset perpetuis suppliciis obnoxius, non remitti sibi poenam poposcit, sed uitam corporis huius obsecrandam putauit, in qua plus aerumnae est quam uoluptatis. mors enim una est in secessione animae et corporis et in fine istius uitae, quae simul ut uenit, omnes corporis dolores auferre, non augere consueuit. metus uero, qui hanc uitam uiuentibus frequenter ingruunt, maestitiae, dolores, gemitus diuersique cruciatus, grauitatum E F B 222 A

6 Philo Quod det. pot. ins. 46 (223, 18; I 296, 6 *C.*) 15 Gen. 2, 2 19 Gen. 4, 15 Philo Quaest. I 76

7 praestat (t *alt. s. u.*) *M, fort. recte* 9 subiectam *M et* (m *eras.*) *S* 10 mortis *S* 16 pepercerit *Mon. 14399* pepercit *cet.* 22 nec tamen ... inprudentiam *om. M*

et aegritudinum uulnera plurimas mortes generi humano inferunt, ut ista mors remedium uideatur esse, non poena; non enim peremptoria est, per quam non adimitur uita, sed ad meliora transfertur. nam si nocentes moriuntur, qui gradum a peccatis reuocare noluerint, uel inuiti tamen finem non naturae, sed culpae adipiscuntur, ne plura delinquant quibus C uita faenus est delictorum. si autem bonae spei compotes
36 sunt, migrare magis quam deficere credendi sunt. inseritur hoc loco dogma de incorruptione animae, quod ipsa uera et beata uita sit, quam unusquisque bene conscius uiuit multo purius ac beatius, cum huius carnis anima nostra deposuerit inuolucrum et quodam carcere isto fuerit absoluta corporeo, in illum superiorem reuolans locum, unde nostris D infusa uisceribus conpassione corporis huius ingemuit, donec commissi gubernaculi munus impleret, ut carnis huius inrationabiles motus rationabili ductu regeret et coherceret. inde est quod postea prophetae in captiuitatem cum Iudaeorum populo transierunt, ne reliqua plebis sanctorum destituta praesidio consilioque uiduata grauiorem subiret aerumnam, sed magis frequentibus oraculis conmonita prophetarum ad dominum deum suum pio rediret adfectu nec aduersis captiuitatis E adtrita prorueret in perfidiae peccatum salutisque perpetuae
37 remedium desperaret. redarguuntur itaque hoc loco qui unicam hanc uitam putent esse quae sit in hoc saeculo, <quo> omnia plena lapsus, plena maeroris sunt, et redarguuntur simplici serie gestorum. ecce enim iustus innocens pius propter gratiam deuotionis odia fratris incurrens inmaturus adhuc aeui sublatus est parricidio, et iniquus sceleratus inpius, F etiam fraterna caede pollutus longaeuam duxit aetatem, duxit uxorem, posteritatem reliquit, urbes condidit et hoc meruit permissione diuina. nonne in his aperte uox dei clamat?

12 Cic. de rep. VI 14 21 Thren. 3, 39 29 Gen. 4, 17

2 esse uideatur *B* 10 uiuet *SAA'P'* 12 isto *eras. S, om. MAA'* 16 coherceret (c *alt. s. u.*) *SPP'* cohereret *V* 20 profetarum *M* 23 redarguuntur *V* sed arguuntur *cet.* 24 putent *SAA'* putant *cet.* quo *addidi* 30 reliquit posteritatem *B*

erratis qui putatis hic esse omnem uiuendi gratiam. non intellegitis, non aduertitis senectutem hanc miseriarum esse ueteranam processionemque aetatis aerumnarum stipendia et Scyllaeo quodam usu circumsonari nos cotidianis naufragiis, tundi fluctibus, in scopulosis habitaculis degere et in his delectari sicut illud non tam aeternum animal quam inmortale malum? ergo et isti Cain longaeuitas indulta uindicta est, eo quod uixit in metu et prolixum spatium multo cucurrit et infructuoso labore, qua poena nihil grauius quam ut quis ipse sibi maiorum 223 A causa poenarum sit. uide igitur quam perpetua uita iustorum et nulla sit inproborum. iusti sanguis clamat et mortui, uita
38 autem peccatoris absconditur. tertium est quoniam cum parricidium esset admissum, hoc est scelerum principatus, ubi peccatum obrepsit, statim et lex diuinae mansuetudinis prorogari debuit, ne si continuo uindicatum esset in reum, homines quoque in iudicando nullam patientiam moderationemque seruarent, sed statim reos supplicio darent. diuinae autem sententiae prouidentia huiusmodi est, ut magnanimitatem et B patientiam doceret iudices, ne quis praepropere raperetur studio uindictae et ipsa deliberationis inmaturitate puniret innoxium aut poenam acerbaret ingrati nec tamen penitus indultum esse pateretur in eo qui nullam paenitentiam sceleris induisset. reppulit enim eum a facie sua et a parentibus 224 A abdicatum separatae habitationis quodam relegauit exilio, eo quod ab humana mansuetudine transisset ad saeuitiam bestiarum. uerum tamen non homicidio uoluit homicidam uindicari, qui mauult peccatoris correctionem quam mortem. unde

3 Philo Quod det. pot. ins. 48 (224, 44; I 298, 4 *C.*); cf. Odyss. XII 118
23 Gen. 4, 16 27 Ezech. 33, 11

1 intellegetis *M* 2 aduertetis *M* hanc senectutem *V* 3 scylleo *P* scilleo *cet.* 21 aceruaret *PV* ingrati *AA' et m3 SM'* inrati *MP et m1 SM'* irati *BP'*, *om. V* 27 mauult *SAA'M'P'V et* (magis uult *s. u. m2*) *P* magis uult *MB* *in uerbo* mortem *desinit V* (*in f. 115*[u]), *in quo folium ultimum excidisse uidetur, atque Mon. 2549, qui add.* EXPLICIT LIBER SECUNDUS DE CAIN ET ABEL, *et Monac. 14399, qui add.* EXPLICIT DE CAIN ET ABEL LIBER SECUNDUS

in Lamech septuagies septies uindicatur, quia grauior culpa eius est qui nec post damnationem se correxit alterius. Cain impetu quodam inprouido ante peccauerat, Lamech utique quod in altero reprehensum aduerterat cauere debuerat. suo B sententia iudici debebatur, ne quis passim reum putaret esse feriendum. et ut ad mysterium uenias, non debuit interimere eum qui usque ad naturalem terminum mortis suae agendae habebat spatium paenitentiae. excusare posset quod se redemisset uel sera actione paenitentiae, nisi eum praematura poena rapuisset.

1 Gen. 4, 24 Philo Quaest. I 77

3 peccauerit *S* (*corr. m3*) *M* 5 esse feriendum putaret *B* 7 *in uerbo* naturalem *desinit M* (*in f. 180*^{u}); *excidit folium* 10 rapuisset. amen. EXPLICIT DE CAIN ET ABEL LIBER SECUNDUS *SA et A'* (*qui add.* BEATI AMBROSII FELICITER DEO $\overline{\text{GRAS}}$. AMHN) *et P'* (*qui om.* LIBER SECUNDUS) rapuisset. amen. AMBROSII $\overline{\text{EPI}}$ MEDIOLANENSIS DE CAIN ET ABEL LIBER SECUNDUS FELICITER EXPLICIT. LAUS DEO *M'* EXPLICIT *P. in B non est subscriptio*

DE NOE.

P = Parisiacus 12137 saec. VIIII f. 1^r
T = Trecensis 550 saec. XI ineuntis f. 273^r
T' = Trecensis 284 saec. XII f. 1^r
D = Duacensis 226 saec. XII f. 16^r (inde a sectione 44)
N = Nouariensis (XLVIII) 20 saec. XIII p. 22
B = Brugensis 101 saec. XIII f. 18^r
C = Parisiacus 1723 (olim Colbertinus) saec. XIIII, f. 433^r (inde a sectione 44)
M = Parisiacus 1728 (olim. Mazarineus) saec. XV f. 42^u (inde a sectione 44)
α = editio Amerbachiana

Libri P scripturas integras adieci, libri T multas, ex ceteris delectum. librum T^v, qui plane conspirat cum P, rarius commemoraui.

1, 1 Noe sancti adorimur uitam mores gesta, altitudinem quoque 227 A
mentis explanare, si possumus. nam cum ipsa philosophia B
dixerit nihil difficilius quam hominis interiora comprehendere,
quanto magis difficile iusti uiri mentem cognoscere? etenim
5 quem dominus deus ad renouandum semen hominum reser-
uauit, ut esset iustitiae seminarium, dignum est ut nos quo-
que eum describamus ad imitationem omnium et requiescamus
in eo ab omni istius mundi sollicitudine, quam cottidie diuersis
exagitationibus sustinemus. pudet filiis superuiuere, taedet, C
10 cum tot aduersa audiamus carissimorum, lucem hanc carpere:
ipsarum ecclesiarum diuersos fluctus tempestatesque uel prae-
sentes subire uel recipere animo quis tam fortis ut patienter
ferat? et ideo nobis quoque adfectanda haec requies fuit, ut
dum Noe sanctum maiore intentione consideramus, reficiamur
15 et nos, sicut omne genus in illo requieuit ab operibus suis
2 atque maestitia. unde et Noe dicitur, quod latine dicitur D
iustus uel requies. denique et parentes eius dixerunt quia
hic nos faciet requiescere ab operibus et a tristitia
et a terra, cui maledixit dominus deus. quod utique
20 si ad ea quae facta sunt referendum putes, cum diluuium sub
eo factum sit, non requies homiuibus, sed interitus uideatur

4 Gen. 6, 9 16 Gen. 6, 9 Philo Legg. alleg. III 24 (I 102, 22 *M.*; I 129, 22 *C.*) 17 Gen. 5, 29 Philo Quaest. in Gen. I 87

INCIPIT DE NOE LIBER PRIMUS BEATI AMBROSII EPISCOPI *PT'* INCIPIT DE NOE ET ARCHA *N* INCIPIT LIBER BEATISSIMI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE PATRIARCHE NOE *B. in T non est inscriptio* 2 filosophia *P* phylosophia *TT'B* 4 difficile *om. N* uiri iusti *N* 7 describamus eum *N* hominum *T* 8 cottidie *P* cotidiae (*transpositum post* sustinemus) *T* cotidie *cet.* 11 diuersos *P* (s *alt. s. u.*) 12 subire *s. u. P* animo recipere *N* 13 quoque nobis *B* 14 consideremus *P* (a *s.* ę)

inlatus nec remissio malorum, sed cumulus miseriarum. uerum si iusti uiri mentem consideres, aduertes iustitiam solam esse, quae aliis potius nata quam sibi non quod sibi utile est 228 A quaerat, sed quod omnibus. haec nos requiescere facit ab operibus iniquitatis, haec reuocat a tristitia, quia dum ea quae iusta sunt gerimus, nihil timemus purae conscientiae securitate, non dolemus dolorem grauem; nihil enim est quod maioris doloris sit quam culpae reatus. requiescamus etiam ab omni cura terrenae conuersationis, quae corpus nostrum atque animam frequentibus uexat doloribus uitamque adterit.

2, 3 Huic uero tres filii nati, Sem Cham Iapheth. quae nomina B significant 'bonum' et 'malum' et 'indifferens', ut et naturae C gratia bonitatem habuisse et malorum ei temptamenta nequaquam defuisse et indifferentibus, hoc est . . . uelut supellectili uirtutum abundasse uideatur. qua ratione autem malum in medio posuerit, ratio euidens est, quia naturae bonum omnibus inest nec quasi naufragos in lucem proicit, sed et suffulcit uiribus, ut non opprimantur temptamentis malitiae nec tamquam inualidi subcumbant, et munit et uestit uelut quibusdam integumentis indifferentibus, quae sunt salus, ualitudo bona, D pulchritudo, inpigritia, diuitiae, gloria, generis claritudo, ut ea dote muniti tueantur bonitatem naturae et malum illud includant, ne possit nocere, et quasi clausum strangulent. nonne cernimus uelut aciem quandam uirtutum ordinatam in proelium, ut inferiores in medio sint, dextra laeuaque uelut

11 Gen. 6, 1 et 10 Philo Quaest. I 88 17 cf. de excessu fratris II 29

1 remissio *P* (re *ex* se *m3*) 2 consideras *T* (e *s.* a) aduertas *B et* (*corr.* aduertes) *T* iustitiă *P* (ã *ex* ae) 3 nata est *P* (est *s. u. m1*) *T'* (est *exp.*) *cet.* utile sibi *N* 4 faciat *P* (a *alt. exp.*) *B* facit (t *ex* at) *T'* 7 dolemus *PTNB* etiam *T'* graui dolore *N* 11 huic *cx* huius *P* iapheth *B* iafeth *cet.* 13 temptamenta ei *N* 14 *lacunam significaui; excidisse uidetur* neque bonis neque malis uelut *s. u. P* 16 est *postea add. P, fort. delendum* 19 inualidi *P* (nu *in ras.*) subcumbant *P* succumbant *P corr. cet.* et munit *scripsi* sed munit *libri* 20 tegumentis *TNB* 21 gloria *om. N* 25 dextera *T'NB*

in cornibus ualidiores, per quos tota acies robur accipiat? unde et quidam poeta Graecus ait: κακοὺς δ' εἰς μέσσον ἔλασσεν, 229 A
hoc est: malos autem in medium inseruit. ita ergo et natura quasi bonus dux imperante deo, quae nos ad huius mundi proelia generari nouerit, quae bona habet primo ordine constituit, quae officiant secundo, quae adiuuent tertio, ut tamquam in medio inclusus hostis geminatis quocumque se contulerit opprimatur uiribus, ne singula eorum uelut aequatis fatigaret proeliis et euadendi de angustiis naturalibus ac serpendi latius facultatem haberet. B

Sed quia ubi generantur, hic ordo est, ubi autem generant, Iapheth primo loco scribitur, tertio Cham, ideo ne quis contraria nos posterioribus dixisse arbitretur, etiam illius loci explananda ratio est. bonum quidem quod uelut in quadam naturae nobilitate est praecedit, malum autem sequitur. sunt enim mentis cogitationes contrariae, quae utique oriuntur postea. haec quamdiu uelut intus clausae sunt nec tamquam in herbis germinant, quodam sinu bonae mentis fouentur, ne C prodeant. nam quamdiu in uoluntate est malum, non in entelechia, hoc est in opere atque effectu, bonitas mentis gubernatoris uelut aurigae modo cohibet uel refrenat malitiam temptantem prorumpere, cum uero efferbuerit atque in ulcus eruperit, ne possit latius serpere et finitima contaminare, tunc iusta succedit prouidentia, ne illud indifferens, quod uulgo

2 Hom. Il. IIII 299 11 Gen. 6, 1; cf. 10, 2 sqq.

1 tota *P* (ta *in ras.*) tort** *T* (as *eras.*), *om. B* 2 kakωc δЄIC (deιc *T* deyc *B*) MЄCON (MЄCωN *B*) CAΔΛCCЄN (CAΛCCЄN *corr.* CAΛACCEN *T'* CAΛACCЄy *B*) *PT'B* kakoιsdeΓeMeCONOΛBACTEN *T* kakωcdeιcMNCωNCadCCHN *N* 4 modi *T* 5 generari *P m1 T* generare *P m2 cet.* 8 singula *TT'* singulae *PN* singulare *B* 9 fatigarentur *N* euadendi *P* (e *pr. s. u.*) 12 iaphet *B* iafhet *P* iafet *TN* iafeth *T'* 15 sunt autem *B* 16 cogitationes mentis *N* 17 clausa *N* 19 eatelechia *libri* (h *s. u. T'B*) 20 affectu *N* 21 uelut aurigae *TT'B* |: uel aupingę (*ante* p *parua ras.*) *P* (*infra in mg.* |: uelut aurigae) uel aurigae *N* uel *T'NB* uelut *P* (ut *eras.*) *T* 22 cum uero *in mg. m1 P* 24 uulgo *om. N*

secundum bonum dicunt, uelut loco cedat, cum iam feruenti D
malo non possit resistere. itaque ne latius fundat uirus noxium
et plurimas inficiat generando corruptiones, illud primum
bonum, quod natura bonum est, dum locum mutat, ordinem
mutat, ut quasi laboranti cornui opem ferat et eam partem
acie suscipiat, quae plus laborat; uirtus enim bellatoris dif-
ficilioribus locis est necessaria, sicut etiam boni custodis
praesentia ibi frequentior, ubi muri fragiliores. ac ne qua pars
sine defensore sit, dum illud bonum inclinatiora sustentat, E
tunc illud indifferens superiorem locum suscipit uelut deputante
sibi eam partem perfectiore bono; nihil enim uirtute perfec-
tius. indifferentia autem non habent robur ualidae uirtutis, sed
eius augent et diffundunt gratiam. unde Iapheth dictus est,
quod 'latitudo' significatur latine.

3, 6 Nec solum sanctus Noe abundauit filiorum generatione, sed F
etiam uniuersa se effudit eo quam maxime tempore generatio.
quod non otiosum uidetur. secuturo enim diluuio non debuit
aestimari defuisse gratiam fecunditatis illi generationi, quam
diluuia absorbuerunt, ut quod fuit humani generis abundantia
diuinae deputetur gratiae, quod diluuium secutum est nostris 230 A
adscribatur iniquitatibus, qui peccatis nostris auertimus domini
misericordiam. sic et in posterioribus inuenies quod secuturam
Aegypti sterilitatem praecessit totidem annorum fecunditas.
principale est enim uirtutis inchoare a beneficiis et praesemi-
nare gratiam. unde et Dauid ait: misericordiam et iudi-
cium cantabo tibi, domine. praecedit beneficii gratia,
sequitur censura sobriae disciplinae. diuinum est igitur
7 quod praemittuntur bona, nostrum quod mutantur. ipse hoc B

15 Gen. 6, 1 Philo Quaest. I 89 22 Gen. 41, 29 sq. 25 Psalm. C 1

2 elatius *P* (e *eras.*) 3 plurimas *P* (s *s. u.*) 6 acie *T* aciei *P* (i *alt. s. u.*) *cet.* 7 etiam *s. u. P* 11 perfectiori *N* 12 habent *P* (n *in ras. m3*) ualidae *P* (ae *ex* a) 13 iapheth *B* iafyph *P m1* iafeth *P m2 cet.* 14 latinae *P* 16 effundit *PT'* maximae *P* 18 gratiam *N* gratia *cet.* 21 auertimus *om. T* dni] dī *N* 28 bona praemittuntur *N*

declarat deus dicens: non permanebit spiritus meus in hominibus, quia carnes sunt. spiritus sanctus spiritus sapientiae est, spiritus cognitionis. habet ergo sapientiam, habet et disciplinam, sicut et de Beseleel, qui sacrum tabernaculum diuino oraculo iussus est facere, ait scriptura quia repletus est spiritu prudentiae et disciplinae. hic ergo spiritus datur hominibus, sed non permanet. qua ratione autem non permaneat causa proditur quia caro sunt; carnis enim C natura disciplinae repugnat, quia uoluptati optemperat. denique de solo domino Iesu scriptum est: super quem uideris spiritum descendentem de caelo et manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. in eo enim manebat quem nulla corruptelae carnalis inpedimenta reuocabant, quominus incorruptae et inpermixtae ordinem disciplinae teneret cuius caro non uidit corruptionem.

7b Per unum igitur dominum Iesum salus uentura nationibus 278 declaratur, qui solus non potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi natus ex uirgine generationis obnoxiae priuilegio minime teneretur. ecce inquit in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea dicit is qui iustus prae ceteris putabatur. quem igitur

1 Gen. 6, 3 Philo Quaest. I 90 5 Exod. 31, 3 10 Ioh. 1, 33 19 Psalm. L 7

2 carnes *P* (es *ex* is *m2*) caro *N* 4 beselehel *T'* (h *s. u.*) *N* 6 sps *T* 8 quia *in ras. B* 14 *ante* ordinem *add.* in *P, quod erasum post u. 15 in archetypo excidit folium, cuius partem seruauit Augustinus duobus locis, contra duas epist. Pelag. IIII 11, 29 (uerba* Per unum . . . teneant) *et contra Iul. Pelag. II 2, 4 (locum totum). prius excerptum littera A, alterum littera A' significabo* 16 igitur *om. A'* 17 non *liber Floriacensis, om. codd. cet. A et A'; cf. Augustinus contra sec. Iul. resp. I 66, quo loco haec ex libro de Noe profert:* quomodo solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi natus . . . teneretur? 18 erraret non ob aliud nisi quia natus *libri quidam Gallici A interpolati*

iam iustum dixerim nisi horum liberum uinculorum, quem naturae communis uincula non teneant? omnes sub peccato ab Adam, in omnes regnabat mors. ueniat solus iustus in conspectu dei, de quo iam non cum exceptione dicatur: non peccauit in labiis suis, sed: peccatum non fecit.

4,8 Gigantes autem erant in terra diebus illis. non 230 DE
poetarum more gigantas illos terrae filios uult uideri diuinae scripturae conditor, sed ex angelis et mulieribus generatos adserit quos hoc appellat uocabulo uolens eorum exprimere magnitudinem corporis. et consideremus ne forte gigantum similes sint homines cultu studentes carnis suae, animae autem nullam curam habentes, sicut illi qui de terra secundum poeticam orti fabulam mole corporis sui freti feruntur habuisse contemptum superorum. an dispares aestimandi sunt qui, cum F
ex anima constent ac corpore, mentis uigorem, qua nihil habet anima pretiosius, auersantur et se carnis huius imitatores uelut maternae exhibent stoliditatis heredes? itaque in uanum laborant caelum uotis usurpantes superbis et terrenis operibus incubantes, qui electione inferioris et contemptu superioris conscrtii tamquam uoluntariis obnoxii peccatis grauiore con-
9 demnantur seueritate. plerumque angelos filios dei scriptura 231 A
uocat, quia ex nullo homine generantur animae. itaque uiros

2 Rom. 3, 9; 5, 14 4 Iob 1, 22 5 I Petr. 2, 22 6 Gen. 6, 4 Philo Quaest. I 92 21 Gen. 6, 2 et 4

4 *puto* conspectum 6 in diebus *T'N* 7 gigantas *P* (e *s.* a) gigantes *cet.* 9 corporis exprimere magnitudinem *N* 11 sint similes *N* cultui *P* (i *m2*) *cet.* 14 superiorum *PB* 15 constant *T* et corpore *B* uigori* *N* (i *alt. in ras.*) quia *P* (i *eras.*) quo *B* qua *ex* quia *N* 16 auersentur *T* aduersantur *T'* 17 stoli (*del. m1*) stoliditatis *P* 19 inferis *T'* 20 grauioi *N* 21 securitate *N* uocat scriptura *N* 22 animae *P* (a *pr. in ras. m2*)

fideles filios suos dicere deus non aspernatus est. sicut ergo uiri probabilis uitae filii uocantur dei, ita quorum carnalia sunt opera hos filios carnis dicimus scripturarum auctoritate. dicit enim Iohannes euangelista quia quotquot Iesum dominum receperunt, dedit iis potestatem filios dei fieri qui credunt in nomen eius, qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. ideo postea habes quia iratus B est dominus, quoniam quamuis cogitaret, hoc est sciret quia homo in terrae positus regione carnem portans sine peccato esse non posset — terra enim uelut quidam temptationum locus est caroque corruptelae inlecebra —, tamen cum haberent mentem rationis capacem uirtutemque animae infusam corpori, sine consideratione aliqua in lapsum ruerunt, ex quo reuocare se nollent. neque enim deus cogitat sicut homines, ut aliqua ei noua succedat sententia, neque irascitur quasi C mutabilis, sed ideo haec leguntur, ut exprimatur peccatorum nostrorum acerbitas, quae diuinitatis meruerit offensam, tamquam eo usque culpa increuerit, ut etiam deus, qui naturaliter non mouetur aut ira aut odio aut passione ulla, prouocatus ad iracundiam uideretur.

Minitatus est praeterea quod deleret hominem. ab homine inquit ad pecus et a reptilibus usque ad uolatilia delebo. quid laeserant inrationabilia? sed quia propter homi- D

1 Psalm. LXXXI 6, LXXXVIII 7 2 Iob 1, 8 4 Ioh. 1, 12 sq. 8 Gen. 6, 6 Philo Quaest. I 93, cf. Philonis fragm. ex libr. alt. quaest. in Exod. II 669 ult. *M.* (VI 232 *R.*) 18 Philo Quaest. I 95 22 Gen. 6, 7 Philo Quaest. I 94

1 dici non est aspernatus dš *N* 3 dicimus carnis *N* auctoritatem *P* 4 quia *om. B* dnm ihm *NB* 5 his *PB* eis *N* ** *T* (is *ut uidetur eras.*) 6 nomen *scripsi* nomine *libri* 9 dns est *N* quia] quod *B* 10 positus in terrae *NB* terrae (ae *ex* a) *P* 11 posset *P* (s *pr. s. u.*) possit *N* 14 illapsam irruerunt (*om.* aliqua) *B* 15 cogitat dš *B* 16 ei *P* (i *s. u.*), *om. B* 18 meruit *B* 19 increpauerit *T* 20 prouocatus *P* (us *ex* ur) 21 uideretur *TT'* prouocaretur *P* (uide *s.* prouoca) uideatur *NB* 22 est *s. u. m2 P* deleret *P* (e *pr. ex* o) ohomine *P* (o *pr. eras.*) 23 ad *pr.*] usque ad *N*

nem illa facta erant, eo utique deleto propter quem facta sunt consequens erat ut etiam illa delerentur, quia non erat qui his uteretur. sensu autem altiore illud manifestatur quia homo mens est, quae est rationis capax; homo enim definitur animal uiuum mortale rationabile. principali igitur extincto etiam sensus omnis pariter extinguitur, eo quod nihil reliqui ad salutem supersit, cum salutis fundamentum uirtus defecerit. ad condemnationem autem ceterorum et ad expressionem pietatis diuinae dicitur Noe apud deum inuenisse gratiam. simul ostenditur quod hominem iustum non obumbret aliorum offensio, quando ipse ad totius reseruatur generis seminarium, qui non generationis nobilitate, sed iustitiae et perfectionis merito laudatur. probati enim uiri genus uirtutum prosapia est, quia sicut hominum genus homines ita animarum genus uirtutes sunt. etenim familiae hominum splendore generis nobilitantur, animarum autem clarificatur gratia splendore uirtutis.

5, 11 Corrupta est autem terra coram deo et impleta est inquit iniustitia. causa terrenae corruptelae manifesta est, eo quod iniustitia hominum terram corruperit. unde et dominus deus ait: tempus omnis hominis uenit ante me, quia impleta est terra iniquitatibus suis. tempus quidem omnium hominum in conspectu dei et in eius uoluntate est. non enim, ut uulgo aiunt, fatale decretum allegatur, sed tamen specialiter hic dictum puto, quia in euangelio suo dominus redempturus hominum genus passione sui corporis et emundaturus sanguine suo sacramentoque baptismatis ait:

5 Stob. Ecl. I 49, 3 9 Gen. 6, 8 Philo Quaest. I 96 17 Gen. 6, 11 Philo Quaest. I 98 20 Gen. 6, 13

1 erant] sunt *T'* 5 uiuum *om. B* rationale *B* (*in quo* rationale mortale) *N* ergo *B* extinctio *P* (i *alt. eras.*) 6 pariter *om. N* 9 gratiam inuenisse *N* simulque *T* 13 uirtutum *T* uirum (*del. T'*) uirtutis *PT'B* uiri uiri uirtutis *N* prosapientia *T* prosapie (*om.* est) *B* 16 autem *om. T'* 18 iniquitatis iniustitia (*om.* inquit) *B* manifesta *B* manifestata *cet.* 19 iniustitiam *P* 23 uulgo *P* (ut *s. ras.*, a *uel* e *eras.*) 23 fatali (i *in ras.*) decreto (o *in ras.*) *T'* allegatur *scripsi* alligatur *libri* 24 suo *om. N* 26 suo sanguine *B*

pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut et filius clarificet te. ergo quia in diluuio per arcam Noe seruatae C sunt reliquiae generis humani ad seminarium reparationis et renouationis futurae, ideo praemisit hic: tempus omnis hominis uenit, quia repleta est terra iniquitatibus suis. hoc in figura; in ueritate autem ait: reliquiae per dilectionem gratiae saluae factae sunt. ideoque exclamat apostolus dicens: superabundauit peccatum, ut superabundaret gratia. corrupit inquit omnis caro uiam suam. carnem hic pro homine posuit terreno, in quo carnis inlecebra uiam eius corruperit. qui si intellexisset D quod munus accepisset a deo, non utique passus esset ut caro obstaret animae uirtutibus. itaque caro causa fuit corrumpendae etiam animae, quae uelut regio quaedam et locus est uoluptatis, ex qua uelut a fonte prorumpunt concupiscentiarum malarumque passionum flumina lateque exundant. quibus demergitur animae quoddam excusso gubernatore remigium, cum ipsa mens uelut quibusdam tempestatibus et E procellis uicta loco suo cedit. pulchre autem ait quia homo uiam naturae suae corrupit. nam uia sua in paradiso erat in illo beatitudinum tramite, in illo uirtutum flore, in illa incorruptibili gratia, quam uiam terrenis inquinauit uestigiis. alii habent: uiam ipsius, hoc est dei. hoc solet uerbo 'domini' declarare.

6, 13 Sed iam de ipsa Noe arca dicendum arbitror, quam si qui F

1 Ioh. 17, 1 6 Rom. 11, 5; 9, 27 8 Rom. 5, 20 9 Gen. 6, 12 (αὐτοῦ) Philo Quaest. I, 99 25 Philo Quaest. II 1

1 et *om. B* filius tuus *T'NB* 4 et ideo *PNB* 7 delectionem *T* *et* (e *pr. ex* i) *T'* 10 posuit pro homine *B* 12 dn̄o *T* 14 regio quaedam et locus est] origo et locus est quidam *N* 15 a *om. B* prorumpunt *T'* (o *ex* e) *NB* praerumpunt *PT* 17 dimergitur *libri* 21 corruptibili *T'* 22 terrenis *om. B* 24 declarare *PB* declarari *T''* (i *ex* e) *cet. post hoc uerbum add.* DE ARCA NOE *P* de archa noe, *sed eras. T'* 25 sed etiam *B* arcam *P* (m *eras.*) arbitror *om. N* qui *P m1 T* quis *P m2 cet.*

uelit inpensius considerare, inueniet in eius exaedificatione discriptam humani figuram corporis. quid est enim quod ait 233 A deus: fac tibi arcam de quadratis lignis? quadratum certe hoc appellamus, quod omnibus bene consistat partibus et conueniat sibi. itaque et deus auctor nostri corporis naturaeque fabricator adstruitur et opus ipsum perfectum esse his sermonibus significatur. quadrata autem membra hominis esse euidens ratio. si consideres pectus hominis, consideres uentrem pari mensura longitudinis et latitudinis, nisi cum uoluptatibus et epulis uentre distento mensura naturalis exceditur. iam B pedes et manus brachia femora et crura quadripertita quis non ipso uisu aduertat? sunt autem pleraque eorum etsi non eiusdem longitudinis aut latitudinis, tamen quae analogiam quandam ita seruent, ut in his quoque congrua mensura ratioque concurrat. longitudo prolixior quam latitudo sit, latitudo quam altitudo. et sicut ligni arcae trina distantia est, si quidem trecentorum cubitorum longitudinem et quinquaginta <cubitorum> latitudinem et triginta cubitorum altitu- C dinem seruandam esse praescripsit, ita et in nostro corpore summa est et media et minima distantia, summa secundum longitudinem, media secundum latitudinem, minima secundum altitudinem, totum tamen corpus adtextum ex singulis membris quadratum uidetur. nam et usu ita est, ut eos quadratos dicamus, quos nec enormes proceritate et ualidos robusti
14 qualitate corporis aestimamus. quid etiam sibi uelit quod ait: D nidos facies in arca nequaquam silendum uidetur. natu-

3 Gen. 6, 14 Philo Quaest. II 2 16 Gen. 6, 15 26 Gen 6, 14 Philo Quaest. II 3

1 impensius uelit *B* eius *P* (u *s. u.*) eis *B* exaedificatione *PB et* (ex *eras.*) *T'* aedificatione *TN* 2 discriptam *P m1 T* descriptam *P m2 cet.* quid . . . ait dñs *in mg. m1 P* 3 fac igitur *T'* lignis quadratis *N* 6 perfectū (ū *ex* us) *P* 7 hominis membra *NB* 8 ratio ē *T* 9 latitudinis et longitudinis *N* 10 aepulis *P* 14 quandam congrua ratio *om. NB* quoque mensuraque *P* quoque congrua mensuraque ratioque *T'* 17 trecent ·rum *T'NB* .CCC. *P* CCC^rū *T* 18 <cubitorum> *ed. Paris. a. 1642, cf. p. 425, 3* 22 ex *in ras. N, & T*

raliter enim dictum arbitror eo quod omne corpus nostrum adtextum est sicut nidus, ut spiritus uitalis omnis partes uiscerum penetret atque de principali nostro fundat se per artus singulos. nidi quidam sunt oculi nostri, quibus se uisus inserit. nidi sunt nostrarum sinus aurium, per quos se auditus infundit et uelut in foueam altam deicit. nidus est narium, qui ad se odorem adtrahit. nidus est quartus maior ceteris E hiatus oris, in quo nutritur donec adolescat sapor et unde uox euolat, in quo latet lingua, quae uelut organum uocis sonos eius artifici suauitate modulatur et, cum sit ipsa inrationabilis, rationabilem uocem exprimit. nidus est emicranium, nidus est membrana illa, quae cerebrum fouet et intra se cohibet. nidi sunt uiscera pulmonis et cordis. spiritus quidem nostri, hoc est eius quem carpimus et quo alimur in hac uita, nidus est pulmo, sanguinis autem et spiritus nidus F est cor. duo sunt enim eius uteri, unus quo sanguinem uelut quodam sinu suscipit et transfundit in uenas, alter quo rigatus ex illo superiore deducit in arterias iugi meatu. ossa quoque ualidiora nidos habent; sunt enim intus cauata, in quibus foraminibus est medulla. in uisceribus ipsis mollioribus nidi cupiditatis aut doloris sunt. et alia si quis consideret, et plures nidos repperiet in hac fabrica humani corporis. unde puto et illum in psalmo non solum mystice, sed etiam naturaliter dixisse: etenim passer inuenit sibi domum et turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. est enim iam in 234 A hoc corpore nidus pudicitiae, in quo erat nidus inrationabilis concupiscentiae. sed ubi ante partus deformes nutriebat libido,

2 Uerg. Aen. VI 726 24 Psalm. LXXXIII 4

2 omnes *T'NB et* (e *ex* i) *PT* 4 singulos artus *B* nidi quidam sunt oculi *om. P in textu* (*in mg. m1* nidi . . . nostri; nostri *in textu del.*) 5 inserit *ed. Rom.* inseruit *libri* 11 emicranium *PB* emigraneum *T* enucranium *N* 13 se *TT'*, *om. cet.* 15 hanc uitam *PB* 16 enim *om. B* 17 rigat' *T'* rigatur *E* 18 superiori *N* superiore et *P* (et *s. u. m3*) *T'B* 21 et *alt. P, eras. T'', om. TB* etiam *N* 24 sibi inuenit *B* 25 sibi *om. B* 27 nutribat *T*

15 ibi nunc decorae castitatis adolescit hereditas. inlinies inquit eam bitumine. ex multis ossibus neruisque et ceteris aliis constat humanum corpus. et foris igitur et intus apta conpage conexum sibi adhaeret et habitudine propria, quam ἕξιν Graeci dicunt, tenetur, ut intus clausus spiritus qui infunditur uel spiritalis substantia quae intus operatur ueluti geminis constricta uinculis non euagetur, sed ad unitatem aptam et concinentem conexionemque ualidam cohibeatur. ideo bitumine arca constringi iubetur; est enim bitumen uehementis ad constringendum naturae. unde graece ἄσφαλτος dicitur ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, hoc est tutamine, quod disiuncta conectat nexuque constringat indissolubili, ita ut naturali unitate sibi credas conuenire. ob hanc causam intus et foris bitumine arca constringitur, ne conexio illa facile rumpatur.

7, 16 Alibi autem, hoc est in Exodo etiam deauratur intus et foris arca illa, quae in sanctis est mundi intellegibilis imitatrix imago. sicut enim pretiosius aurum bitumine ita illa quae in sanctis est arca quam ista praestantior. denique hic simpliciter ligna posuit, ibi autem ligna quidem, sed inputribilia conprehendit declarans merita sanctorum. addidit etiam illic supportatoria immobilia esse, quod sanctorum statio stabilis et firma sit, quia uitae probabilis tramitem uirtutis ductu secuti sunt corruptelae declinantes consortia. haec autem arca utpote in diluuio huc atque illuc motu inpellebatur incerto, eo quod peccatorum status mobilis sit et uita eorum quodam redundantium passionum diluuio corruptioni obnoxia

1 Gen. 6, 14 Philo Quaest. II 4 15 Exod. 25, 10

1 decorae (ł a *s.* ae *m2*) *T'* inlinies (e *s. u.*) in inquid (t *s.* d) *P* 2 eam *N* eam arcam *P* cam archã *B* eam arcam *T'* arcam *T* 4 ξξιν *scripsi* ezcin *T* ezein *cet.* graece *T* 7 diuinitatem *P* 8 cohibetur *TN* 9 constringi archa (h *s. u.*) *N* 10 asfaltos *T* faltos *PB*, *om. N* 11 ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας *scripsi* aΠOTHCACΦAAIAIAC *PT'* AITOTHCaCΦANAIAC *T* anωTHCaCΦaatatas *N* a. potes arfaltites *B* tutamine *P m1 TB* bitumine *P m2 cet.* 15 exordo *P* (r *eras.*) foris et intus *T'* 17 enim] etiam *T* 25 *sq.* uitae . . . obnoxiae *NB*

17 errore inconstanti uagetur. nec illud praetereundum, quod cum dixisset: et facies arcam trecentorum cubitorum longitudine et quinquaginta cubitorum latitudine et triginta cubitorum altitudine, addidit: colligens facies arcam et in cubitum consummabis eam a summo, ut reliquo corpori quod mensurae sibi conuenientis ad gratiam decore quadraret caput hominis tanquam F regalem arcem adiungeret, ex quo cum sensus omnes ad ceteras partes corporis transfunderentur, tum maxime oculi uelut speculatores et custodes naturae adpositi prouidentia prope totum urbis nostrae statum desuper contuerentur. ipsaque mens illic locata secundum plurimorum sententiam et maxime Solomonis, qui ait: oculi sapientis in capite eius, quasi in aula imperiali uirtutum concilium sibi contrahat, quo stipata comitatu et ipsa munitior sit et tamquam ex adyto quodam tuenti totius corporis regimen inpertiat <et sciat> responsa proferre, per quae possimus non solum nos 235 A ipsos retro respicere nec solum quod ante pedes est uidere, sed etiam caeli ipsius secreta profundo obtutu spectare sapientiae. ibi igitur omnis summa nostrae salutis, ibi gratia: inde custodia, inde etiam pulchritudo corpori toto adquiritur, quae primum in uultu uernat; decet enim praestantiorem esse aulae regalis nitorem, in qua sicut usus maior ita splendor est.

2 Gen. 6, 15 4 Gen. 6, 16 10 Cic. de nat. deor. II 140 13 Eccl. 2, 14

1 uagęrętur *P* uagentur *N* 2 et *om. T* 3 longitudinem *P* (m *exp.*) *T* latitudinem *T* 4 altitudinem *P* (m *exp.*) *T* 5 cubito *N* 6 quod *om. N* conuenientes *P* (-is *corr. m1*) *T'* 7 quadrarent *T'* tanquam *P* tamquam *cet.* 8 regalem arcem *T* regalem̓ arcę̣a̓m *P* regale archę *T'* (h *s. u.*; ł is *s.* e *m2*) *NB* 9 oculi *om. B* 11 orbis *P* (v *s.* o *m2*) *cet.* nostri *NB* 13 maximąe *P* salomonis *libri* oculis *P* (s *eras.*) 16 adito *P* (i *ex* y) *TNB* abdito *T'* quodam loco *N* tuenti *scripsi* tuendi *libri* 17 et sciat *addidi* quę *ex* quē *T'* quam *T* quem *cet.* nos ipsos non solum *N* 19 secta *N* (e *s. u. m2*) sapientię spectare *N* 21 toto *P m1 N* toti *P m4 cet.* 23 aulae *P* (ae *ex* a *m3*) uisus *N* splendor ē *T* (*ex* splendorem)

18 Namque si spectes singula quae in hominis forma ad usum B
aliquem composita uidentur, ut oculi ad uidendum, aures ad
audiendum, nares ad odorandum, os ad loquendum, ita usus
ministrant, ut praestent decorem. quam deformes sunt uultus
caecorum! et quid mirum si uultus hominis sine oculis
deformis est, quando ipsum caelum sine sole non habet suum
decorem? tristes sine sole dies ducimus, noctes sine luna non
placent; ipsi enim sunt quidam mundi oculi. detrahe stella-
rum lumina, et quaedam est in caelo ipso caecitatis defor- C
mitas. pili ipsi, qui orbem oculorum praetexunt et uelut
quadam acie praetendunt, ne sorde aliqua et pulueris caligine
pupilla laedatur, et ipsi excipiunt, si quid fuerit inlatum quod
oculum possit laedere, si lippitudine intercidant, quam dede-
cet, si palpebra contractior fuerit, si radantur supercilia, quae
19 pretiosorum monilium specie uelut intexta gemmis refulgent.
aurium quoque ut necessarius usus ita decora species, quas D
si qui truncauerit, toti uultui inferet deformitatem. in qui-
bus ita elaborauit opus suum natura, ut ipsi anfractus cauer-
narum mira prouidentia sinuati plurimum utilitatis adferant,
ne repente feriat secreta capitis sonus. denique saepe multos
inprouiso clangore consternari uidemus et adtonitos aut uocis
alicuius aut tumultus sono expauescere. sordes ipsae, quae
intra eosdem gignuntur amfractus, uelut quodam glutino audi-
tum ligant. simul si uehementior pulsus fuerit alicuius soni- E
tus, infringitur ac retardatur, ut praenuntiatus potius mulceat
quam inprouisus interna concutiat. uermiculi quoque si aurem

8 Secundi sent., cf. Mullach. Fragm. phil. Graec. I 518, 29 et 33

1 expectes *T* 5 sine] absque *N* 6 deformis sit *B* 7 dicimus *T* 9 ipso caelo *B* caecitatis *P* (ti *s. u. m3*) 10 praetegunt *B* 11 quandam aciem *N* aliquę *P* (a *s.* ę) 13 possit *P* (i *ex* e *m3*) 15 munilium *P* (*corr. m3*) *T* 17 qui *scripsi* quis *B* (*ut uidetur in ras.*), *om. cet.* truncauerit *T'* (is *s.* it) toto *N* infert *T'* (*corr.* infers) 18 elaborauerit *T* laborauit *N* 19 mira *s. u. m3 (?) P* adferant *P* (e *s.* a *alt.*) 23 intra *scripsi* infra *libri* inter *α* anfractus *T'* (n *ex* m) *N* 24 sonus *N*

20 penetrare temptauerint, quodam sordium uisco tenentur. nares simae contra naturam uidentur. iam si incisae fuerint, quomodo potest uita subsistere sublato spirandi meatu? quemadmodum pecudis magis facies quam uultus hominis aestima-
21 5 tur! capilli capitis quam grato amictu caput uestiunt uelut F quidam aulae regiae stipatores, ne cerebrum aura laedat aut imber feriat aut sol adurat. quos ita tamen dedit natura, ut et pro sexu aut prolixiores placeant aut recisi et pro aetate aut plerumque pro temporis et anni qualitate. in senibus 10 grata canities, in pueris prodigiosa; aestate delectat tonderi pressius, hieme indulgentius; mulieribus ornamento est coma, dedecori est uiris. denique apostolus hoc euidentius expressit dicens: nec ipsa natura docet uos quod uir qui-dem si comam habeat, ignominia est illi, mulier
22 15 uero si capillos habeat, gloria est illi? quid de ipsa 236 A regia loquar, per quam aulici sermones prodeunt, quidam mentis nostrae indices animique internuntii? quid de ipso dentium ordine, qui cum suo opere toti corpori quidem uires ministrent, tum etiam modulatores sunt uocis ipsius? de qui-
23 20 bus si qui ceciderit, uox claudicat. haec de capite prolixius diximus, quia oportuit sensus omnes in summo locari, unde omnia per reliquas partes officia diuiderentur. capiti autem B nostro a tergo ceruix proxima, dextra laeuaque bracchia sunt, quae arcem imperialem tamquam fida tuentur custodia, deni-

13 I Cor. 11, 14 sq. 21 Cic. de nat. deor. II 140

1 quadam *B* uisco *P* (s *s. u. m3*) potestate *B* 2 simae *P m2 N* semae *P m1 T* ornare *in spatio uacuo m2 add. B, qui om.* contra. *in T spatium 5 litt.* nam *B* 6 aura letalis (*in spatio uacuo add. m2*) *ut (om.* imber) *B* aut *P* (a *s. u.*) 7 adurat *P* (a *alt. ex* u) 8 et *pr. om. T* et *alt. PTN* aut *B* 10 tonderi *om. N* 11 praessius *P* ornamentum *B* 12 dedecoris *PB* uiri *B* euidentius hoc expressit *N* 13 nec *T* nã *P* (ã *m2 in ras.*) *cet.* quod] q̃ *B* 14 habeat] nutriat *N* 16 sermones *P m2 TT'N* sermonis *P m1 B* 17 iudices *P* (*corr. m2*) *B* quid *P* (d *s. u.*) 18 ordin s *P* (s *s. u., eras.*) quidem corpori *N* 19 uoci *N* 20 qui *B* quid *cet.* ceciderint *ed. Rom.* 23 dextera *T'* bracchia *P* (c *pr. eras.*) brachia *cet.*

que haec in nobis ualidiora quae propiora capiti sunt, haec praestantiora. pectus quoque uelut quoddam sacrarium sapientiae et stomachus uelut quidam testis, ut medici aiunt, et conscius secretorum capitis conpassionisque consors, cui sua omnia uel salubria uel aduersa transfundat. latera naticae femora et crura mensurae latitudinem ipsa specie significant pedumque gressus, qui etsi exsiliores uidentur, fiunt tamen cum incedimus latiores. C

8, 24 Pulchre autem addidit: ostium ex transuerso facies, eam partem declarans corporis, per quam superflua ciborum egerere consueuimus, ut quae putamus ignobiliora esse corporis, his honorem abundantiorem circumdaret. quod multo gratius scriptura expressit quam Socrates in libro Platonis dixisse legitur. nam cum istud in Moysi scriptis siue ipse Socrates siue Plato, qui in Aegypto fuit, potuerit uel legere uel ab iis percipere qui legerant, decoro motus inuento ostium sibi apertum putauit, ut operatoris nostri consilium praedicaret laudans eo quod id potissimum decoro conuenerit, ut ductus quosdam atque exitus cuniculorum nostrorum a tergo auerteret, ne in purgationibus uentris conspectus noster offenderetur. at uero apostolus quae uidentur inquit membra corporis infirmiora esse necessaria sunt, uno ac simplici uerbo descriptiones philosophiae supergressus, et quae putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abundantiorem circumdamus, et quae D E F

9 Gen. 6, 16 10 Xen. Comm. I 4, 6 12 I Cor. 12, 23 13 errauit Ambrosius eis quae apud Philonem Quaest. II 6 leguntur in errorem inductus. 21 I Cor. 12, 22 23 I Cor. 12, 23

1 propriora *P* (r *alt. eras.*) *T'* (r *alt. exp.*) sunt *om. N* 5 uel *pr. TN* uelut *T'* (ut *eras.*) *cet.* 6 latitudinem *P* (em *m3 ex* aē) 7 exsiliores *P* (s *pr. eras.*) exiliores *cet.* 9 aduerso *N* 10 superflua ciborum] cybos *N* 11 consuaeuimus *P* 16 hiis *B* his *cet.* 17 praedicarent *T et* (n *exp.*) *PT'* 18 eo *om. B* decoro *T* decori *P* (i *ex* o) *T'NB* conuertit *P* (*corr. m2*) *B* 19 atque] uel *N* 21 ad (t *s.* d) *P* 22 infirmiora (a *s. u.*) *P* 23 filosophiae *PT* phylosophiae *T'B* 24 membra *om. B*

inhonesta sunt nostra honestatem abundantiorem habent. sobrietatis enim nostrae et temperantiae indicium praecipue illic cognoscitur; helluones enim aut distenduntur cruditatibus usque ad periculum aut plerumque soluuntur uisceribus exinanitis. quod pulchre etiam ad ecclesiae membra apostolus rettulit. quae enim inhonesta sunt nostra ac superflua nisi luxuria, nisi lasciuia? quibus si quis iuuentae inretitus tempore, cum ad maturiorem aetatem processerit, ueniat ad baptismum, renuntiet superioribus moresque priores exuat, peccata deponat, consepeliatur cum domino Iesu, crucifigatur 237 A ei mundus et ipse mundo, nonne is peccatorum remissione donatus abundantiorem honestatem habet quam ille catechumenus, cuius uita innocentior aestimabatur? et ut apostoli ipsius exemplo utamur, Iudaeus erat, persecutor erat: uocatus ad gratiam Christi coepit esse apostolus. et quia plus ei dimissum est, plus diligere coepit, abundantius apostolis omnibus laborare, uas electionis factus, doctor gentium missus. nonne etiam B apostolorum ipsorum plurimis uberiorem et honestiorem consecutus est gloriam, qui ante et inhonestus et ingloriosus erat, cum persequeretur ecclesiam dei? pauper iste, debilis in ecclesia ipse te redemit suis uotis. et ut maiora aperiamus mysteria, quid tam ignobile quam gentilis populus? pauper, utpote qui nulla haberet eloquia dei, debilis et utroque pede claudus, qui nec in legem nec in euangelium credidisset, uocatus tamen credidit et baptizatus accepit gratiam. itaque C quia plus ei dimissum est, plus diligit. remansit Iudaeorum populus, licet uno pede claudus, quamquam et in ipsa lege

5 I Cor. 12, 27 sq. 10 Rom. 6, 4 Galat. 6, 14 14 Philipp. 3, 5 sq. Gal. 1, 15 15 *et* 26 Luc. 7, 47 17 Act. 9, 15 I Tim. 2, 7

3 helluones *P* (*in mg. m1* HELLUONES GLUTTONES) 6 rettulit *B* retulit *cet.* inhonestas (*om.* sunt) *B* 11 his *P* (h *exp. m2*) his qui *T* 12 donatus *P* (s *ex* r? *m2*) donatur *T* habet *om. N* catechuminus *PB* catecuminus *T* catechuminus *N* 13 aestimatur *N* 16 cepit diligere *N* 19 est] & *P* (s *eras.*) ẽ (*in ras.*) *T'* 20 erat] fuit *N* 25 et *T* ei *cet.*

claudicet. itaque ille, qui gloriosissimus habebatur, amisit omnia, mirabilem consiliarium et prudentem architectum et sapientem auditorem, iste, qui ignobilis erat, adeptus omnia fidei titulo, tropaeo martyrum, angelorum gloriatur consortio. ergo Plato quod potuit sermonis nitorem adhibuit, apostolus autem, qui habebat dei spiritum, reuelauit mysterium. satis dictum de ostio, quoniam qui retro erant priores facti sunt.
9,27 Nunc illud quaeramus, quid sit quod dixerit dominus: inferiora arcae bicamerata et tricamerata facies. inferiora quidem dicendo aduertimus quod pulchre sentire nos uoluerit inferiore loco aestimanda ciborum receptacula, hoc est ea uiscera, quae acceptum conficiunt cibum. corruptibilis enim esca est, quod autem corruptibile non superioribus conparandum, sed inferioribus. simul quia deorsum cibus fertur, cuius exigua portio uiribus corporis alimoniaeque proficit, reliqua pars aluo purganda deducitur, quia intestina sunt, per
28 quae descendunt ciborum superflua, ita operator noster instituit, ut non extenta a stomacho ad imum, sed insinuata sint ac reflexa, quo uitae nostrae usus propagaretur. nam si extenderentur intestina hominis, quae suscipiunt et deducunt cibum, statim sine ulla pertransiret mora et necesse esset iugiter esurire nos, iugiter epulari aut desistente alimentorum substantia deficere ilico. nunc autem in illa intestinorum reflexione ac sinuatione bipertita ac tripertita haeret cibus et descendendo paulatim uires ministrat, sucum infundit corpori, tenet satietatem, differt edendi appetentiam, nec subita effusio ac repentina euacuatio est nec inexplebilis adpetentia est nec

6 I Cor. 7, 40 7 Luc. 13, 30 8 Gen. 6, 16 Philo Quaest. II 7

4 tropheo *P* (h *s. u.*) *cet.* 7 dictum *T* dictum est *P* (est *s. u. m2*) *T'NB* 8 quaeremus *NB* dixit *N* 9 et tricamerata *om. T* 10 nos sentire *N* 11 inferiori *N* 14 sed inferioribus comparandum *N* 18 a] ad (d *exp. m2*) *P*, *fort.* ab insinuata *P* (in *del. m2*) sinuata *cet.* 21 iugiter] semper *N* 22 desistente *B* (sistent *in ras.*) deficiente *N* 24 haeret *scripsi* habet *T* haberet *P* adhaeret *P corr. m1 cet.* et *om. T* 26 effusione *P* (ne *eras.*) ac] aut *N* 27 uacuatio *T'*

insatiabilis epulandi libido. primum ergo indigentia esset et fames, deinde ex his sequeretur edendi sine intermissione continuatio. quid autem deformius quam semper uentri studere, qui cum repletur uacuandus est, cum uacuatur replendus? tertium quid superat nisi mors inter ipsos cibos epulasque B permixta? quomodo enim poterant diutius uitam producere simul edentes et esurientes, bibentes sitientesque et priusquam replerentur exinanientes omne quod sumpserant statimque esurientes? nunc autem dum paulatim descendit esca, famem et cruditatem naturalis temperat prouidentia. primum enim in stomacho, quem plerique uentrem appellant superiorem, conficitur cibus, deinde coquitur in iecore atque eo uapore C digeritur. sucus eius diuiditur certis uiscerum portionibus, ex quo omne corpus ualescit. quod satis iuniorum incrementa, senum testificatur perseuerantia. reliquum cibi in uentrem defluit, quem omnes uentrem appellamus sine adiectione, plerique uentrem dicunt inferiorem, ex quo fimus necesse est, qui plenus iam corruptionis descenderat, egeratur per illud ex transuerso ostium.

29 Haec cum ita fabre naturali institutione ad dei praeceptio- D nem composita uidentur, tamen nisi a nobis edendi agendique mensura seruetur, tamquam exuberantibus passionibus generatur diluuium et quaedam totius labes corporis; intemperantia enim accendit libidinem, cruditatem generat, corruptelam creat. itaque aut duritie interna tenduntur et quatiuntur doloribus aut incocto ciborum umore et indigestionis asperitate interior quidam intestinorum amictus raditur, quia uelut

1 indigentię *T'* indigentie *B* esset et *T* est et *P m1 N* esset *P m3 T'* e͞e *B* 5 cibos *P* (o *ex* u) 6 procedere *N* 7 et bibentes *T* et *om. B* 10 temperet prudentia *B* 11 superiorem appellant *B* 12 quoquitur *T* digeritur uapore *N* 13 sucusque *B* 20 fabre *TT'B* frabre *P*, *om. N* 21 uideantur *T'* (a *s. u.*) *N* nisi *om. N* edeNdi *P* (N *ex corr. m2*) edendi a nobis *N* 22 mensura *om. N* 25 duritie *scripsi* duritiae *PT'* duritia *cet.* 26 umore *T*, humore *P* (hum *s. u. m2*) *cet.* 27 qua *P*

chartae specie geminus eorum amictus adseritur: unus exterior, E
quem continuum aiunt periti uel qui curiosius scrutati sunt,
a summo ad imum directus, alius interior tamquam lateribus
adtextus, unde aiunt non totum solui cum raditur; nam si
continuus esset interior, inmedicabilis scissura eius foret. illic
per moram adiunctionum adhaerere ciborum reliquias; quae si
adiunctiones soluantur, transire semesos cibos et potus defluos.
hoc est hominis diluuium. unde mihi uidetur per arcae huius F
figuram uoluisse deum nos edocere quemadmodum ab hoc
speciali tuti simus diluuio. corruptela enim diluuii causa est.
ea ubi inrepserit, aperiuntur aquae, ebulliunt omnes fontes
cupiditatum, ut totum corpus tanto et tam profundo uitiorum
profluuio mergatur. nihil est enim quod tam miserae seruituti subiciat hominem quam libido atque eiusmodi cupiditates,
quae iugo quodam criminum graui deprimunt miseram conscientiam, ut se nequeat adtollere, utpote quae innocentiae
libertatem amiserit. maximum ergo in hoc diluuio remedium,
ut iustum praeferas eumque mandati caelestis exsecutorem 239 A
eligas. quis est iustus in nobis nisi mentis uigor, qui intra
istam arcam includat omne animantium genus, quod est super
terram? cohibe ergo et tu omnes inrationabiles passiones tuas
omnesque sensus tuos menti subice animique imperiis adsuesce. euolare foras non sinas cupiditates tuas, exire in uulgus libidinem: et per rationabilem mentem poteris etiam
inrationabilia tua et inmunda peccata ab omni periculo diluuii B
liberare.

10,31 Omnia inquit quae sunt in terra morientur. quid
utique muta deliquerant animantia? qua causa subiecta sunt C
poenae, quae peccandi sensum non habent? sed quemadmo-

27 Gen. 6, 17 Philo Quaest. II 9

1 chartaae *P* (charthae *corr. m1*, tae *s.* thae *graphio*) chartae *T'* carthae *T''* cartae *NB* 10 enim] autem *B* 11 eam *P* (m *exp.*) *T* inrepsit *B* 13 fluuio *NB* est *om. B* 14 hominem subiciat *B* huiusmodi *TT''* 16 libertatem innocentiae *N* 17 diluuio est *N* remedium ẽ *P* (ẽ *s. u*) *B* 28 itaque *N* qui (a *s.* i) *P*

dum in bello cum imperator ab hoste occiditur, commoritur eius exercitus atque omnis comminuitur uirtus militaris, sic non discrepare a iustitia uisum est, cum interiret homo, cui regalem quandam dominus deus in omne animantium genus potestatem dedit, ut omnibus uolatilibus feris bestiis imperiali praeesset auctoritate, quod etiam pecudes et quaecumque erant inrationabilia commorerentur animalia. denique si D quando est pestilentia corrupto caeli tractu, prius ea quae sunt inrationabilia lues dira contaminat et maxime canes equos boues atque ea inficit quae cum hominibus conuersari uidentur, sic morbi uis etiam genus humanum inplicat. haec
32 igitur prima causa iustae, ut arbitror, adsertionis, secunda illa quia nemo accusat naturam cur reliqua corporis nostri membra moriantur solo capite sublato, cum multos uideamus E amputatis manibus et pedibus superuiuere. sed non eadem ceterorum membrorum est praerogatiua quae capitis, ideoque absciso eo, unde sensus nostri in reliquum corpus prodeunt, commoriuntur etiam membra omnia, nec in eo aut operatoris prouidentia desideratur aut substantiae humanae fragilitas redarguitur. similiter ergo nemo nunc arguat quia caput et principale quoddam ceterorum animalium homo est, quo moriente non debet mirum uideri si cetera commoriantur F
33 animantia. tertium illud est quia rationis expertia non propter se, sed propter hominem generata sunt animalia; hominis enim causa esse praecepta sunt, ut eorum subiectione humana praestaret condicio. denique gratiae hominis adtribuit propheta dicens: omnia subiecisti sub pedibus eius,

8 Uerg. Aen. III 138 sq. 9 Il. I 50 (Lucr. VI 1222) 27 Psalm. VIII 7—9

5 ualatilibus *P* (o *s.* a *pr. m2*) 6 auctoritatem *P* (m *eras.*) 11 et sic *T'* hominum *T* humanum inplicat *ex* humanûplicat *P* 12 ut arbitror iustae *N* 13 nostri corporis *N* 15 pedibus et manibus *N* 16 ideo (*om.* que) *B* 18 moriuntur *N* omnia membra *N* 19 desideratur *scripsi* desiderator *T* des**erator *P* deseritur *T'* (i *ex* a) *NB* 23 animalia *NB* 25 enim *P* (n *in ras.*)

oues et boues uniuersas, insuper et pecora campi, uolucres caeli et pisces maris, quia propter ipsum illa omnia, alia propter utilitatem, alia delectationis gratia, alia uoluptatis. consequens ergo erat, ut cum deleretur homo a facie terrae, propter quem facta sunt, etiam illa pari delerentur occasu. haec secundum simplicem lectionis expositionem. 5 240 A

34 Altior autem et profundior interpretatio illud adtexit, quod ubi anima mole passionum curuatur graui et quasi diuersarum cupiditatum aestu mergitur, terrenae omnes cogitationes et concupiscentiae in praeceps ruunt, quia peccator unusquisque quo grauiora flagitia commiserit eo fit insolentior. namque usu atque exercitatione inprobitas augetur et inpunitate nutritur audacia. recedit itaque ab omni respectu honestatis et in eo terrena moriuntur omnia letalis peccati acerbitate, quae uera et perpetua morte peccatorem deleat; nemo enim grauius moritur quam qui peccato uiuit. moriuntur in eo passiones singulae, moritur uisus, qui peccatum adnuntiat, qui intendit mulieri fallaci, qui capitur alieni uultus decore, quem oculi meretricis ligauerint, quem aspectus inlaqueauerit fornicariae. an non uidetur mori qui sibi libidinis telum inpresserit, qui spontaneus in foueam mortis inruerit? moritur et auditus, cum refert crimina, cum sollicitantis adulteri sermonem adnuntiat, cum inserit animis uerba meretricis, quae seducit iuuenem multo blandimento sermonis, laqueis autem labiorum suorum inligat eum. moritur uox silentio, si non confiteatur deo: moritur multiloquio, quia scriptum est tibi: ex multiloquio non effugies peccatum: moritur per B C D

25 Prouerb. 7, 21 28 Prouerb. 10, 19

5 illa] ipsa *N* 6 simplex (*in ras.*) l. exemplum *B* 9 animae *P* (e *eras.*) 10 mergitur estu *N* 14 aspectu *B* honestatis (s *alt. add. m3*) et (*ex* est) *P* 16 morteṇ *P* (m *exp. m3*) 19 mulieri fallaci intendit *N* 22 impresserit *P in ras.* 23 adulteri *P* (i *ex* is *m2*) 25 multo *ex* mulia *m2 P* oblectamento *T'* laquaeis *P* 26 uox| ex *N* 27 est tibi *P* (t *alt. s. u.*) *TB* ẽ'// *T'* est *N*

iracundiam, cum praetergreditur mensuram ultionis: omnis
35 postremo sensus moritur, si minister sit iniquitatis. et ideo
quia terrena omnia moriuntur diluuio, solus autem iustus in
aeternum manet, ad ipsum dicitur: statuam testamentum
5 meum ad te, quia ipse diuinae est heres gratiae, ipse
caelestis possessor hereditatis, beatissimorum consors bono-
rum. et homines quidem cum moriuntur, patrimonium suum
testamento transcribere solent, nec cedit hereditas, donec uiuit E
testator: deus autem cum sit sempiternus, transfundit iustis
10 diuinae hereditatem substantiae et ipse non indigens donat
sua sine ullo donationis dispendio, quem non grauant suorum
consortes bonorum, magisque fruitur eo quo nos utimur. deni-
que dominus Iesus pauper factus est, cum diues esset, ut
illius inopia nos ditaremur, qui testamentum utrumque suo
15 consummauit sanguine, ut nos uitae suae coheredes et mor-
tis faceret heredes, quo et uitae haberemus consortium et F
mortis beneficium. multum autem tribuit iusto dicendo: sta-
tuam testamentum meum ad te, eo quod rationabilis
et fidelis uir ipse sit testamentum dei. ipse est enim here-
20 ditas dei, ipse possessio, in quo uirtus diuini testamenti est,
in quo fructus iudicii, in quo hereditas promissionis, de quo
dixit Dauid: ecce hereditas domini filii, merces
fructus uentris. sed iam salua expositione profundioris
mysterii ad reliqua pergamus.

11, 36 25 Intra inquit tu et omnis domus tua in arcam, quia 241 A
te uidi iustum in generatione ista. manifeste fides B
propheticae sententiae etiam hoc adstruitur loco, quia stultus

3 Prouerb. 10, 30 4 Gen. 6, 18 13 II Cor. 8, 9 15 Rom. 8, 17 22 Psalm. CXXVI 3 25 Gen. 7, 1

5 heres est *B* 6 consors *P* (s *alt. s. u. m2*) 8 transcribere *P* (ri *m2 s.* i) 11 vllo *P* (v *s. u. m2*) 12 deneque (i *s.* e *alt.*) *P* 14 nos *om. B* 15 suae uitae *N* 16 quo (o *ex* ae *m3*) *P* et *pr. s. u. P* haberemus *P* (re *s. u.*) 19 et fidelis *om. N* 20 dei *om. NB* 22 dicit *N* dauid *om. B* merces *P* (e *alt. ex* i) 24 magist^{i} *B* 25 tu et *P* (*m3 in ras. 3 litt.*) 26 manifesta *T'* 27 profeticae *P*

sibi soli stultus est, sapiens autem sibi et plurimis sapit. itaque Noe iusti merito etiam domus eius in diluuio seruatur. sic in mari nauigantes et in bello exercitus, si illis non desit gubernatoris peritia, istis imperatoris prudentia, a periculo tuti sunt aliena ope. sed quia boni imperatoris bonus exercitus est, ideo etiam in eo laudem iusti intellegimus non praeteriri, qui talem instituit domum suam, ut uirtutis fulgeret consortio, meritoque inuenit salutem cognatio. nec repugnat quia postea aut filius aut uxor offendit. dormiebat iustus, cum erraret filius. femina quoque utpote sexus fragilioris mole periculi turbata, quae totum orbem diuino incendio perire crederet, quid miraris si uirum non potuit sequi, cum ipse iustus ab angelis monitus uix euaserit? quid autem mirum si homini obrepat error aut se relaxet intentio? argue
37 ergo quia et iustus inebriatus est. sed haec loco suo reseruanda arbitror. nunc quod superest consideremus. pulchre enim dixit: quia te uidi iustum in generatione ista. multi hominibus iusti uidentur, pauci deo: aliter hominibus, aliter deo: hominibus secundum uitae speciem, deo secundum puritatem animi, uirtutis ueritatem; homines quae foris sunt probant, deus quae intus examinat. perpense autem addidit: in generatione ista, ut neque superiores condemnaret neque posteriores excluderet recteque diluuium factum adstrueret interitu generationis eius, quae non haberet aequitatis
38 consortium. haec secundum litteram. altior autem sensus prouocat nos, ut hoc putemus uigorem mentis in anima esse et animam in corpore quod est pater familias in domo sua. quod

1 Prouerb. 9, 12 7 Prouerb. 15, 6 9 Gen. 9, 22 10 Gen. 19, 26 12 Gen. 19, 15 sqq. 15 Gen. 9, 21 17 Gen. 7, 1

1 soliş *P* (s *exp. m3*) 5 alien$^{a}_{*}$ *P* (e *eras.*) 6 est *om. N* laudem iusti in eo *N* 7 quia *B* 14 obrepit *N* aut *P* (a *s. u. m3*) ut *B* relaxet *T* relaxat *cet.* argu$_{*}$e *P* (a *eras.*) 18 deo pauci *B* 20 et uirtutis *P* (et *s. u. m3*) *T'* uirtutisque *T* 24 ex interitu *T* 24 consortium aequitatis *N* 26 putemus *P* (u *pr. ex* o *m3*) 27 est *om. N*

enim in anima mens, hoc anima in corpore. si mens tuta est, tuta est domus, tuta est anima: si anima incolumis, incolumis F caro. mens enim sobria passiones omnes cohibet, sensus gubernat. sermonem regit. ideoque bene dicit dominus iusto: intra tu, hoc est: in te ipsum intra, in tuam mentem, in tuae animae principale. ibi salus est, ibi gubernaculum, foris diluuium, foris periculum. si autem intus fueris, et foris tutus es, quia ubi mens sui arbitra est, bonae sunt cogitationes, bonae exsecutiones. si enim nihil uitii mentem obumbret, sincerae cogitationes sunt. si studio sit castitas, cordi sit temperantia, 242 A nulla flamma inardescit libidinis, nulla ulcera proserpunt aegritudinis; sobrietas enim mentis medicina est corporis.

12, 39 Nunc consideremus qua ratione induci in arcam iubet a B iumentis mundis septem et septem, masculum et feminam, ab inmundis autem duo et duo, ut nutriatur semen in omnem terram. et, ut ego arbitror, inire mundam adserit ebdomadam, quia mundus et sacer septimus numerus; nulli enim miscetur nec ab alio generatur. ideoque uirgo dicitur, quia C nihil ex se generat, meritoque tamquam materni exsors inmunisque partus et muliebris copulae, etsi ebdomas femineo nuncupetur uocabulo, uirilis habet sanctificationis gratiam; omnis enim masculus adaperiens uuluam [sanctus] domino uocabitur, hoc est sanctus. et in propheta habes: effugit peperitque masculum, id est sanctum. secundus autem numerus non est plenus, quia diuisus. quod autem

13 Gen. 7, 2 Philo Quaest. II 12 17 Philo Legg. alleg. I 5 (I 46, 13; I 64, 19 *C.*) de uita Moys. III 27 (II 166, 39) 22 Exod. 13, 12 24 Esai. 66, 7

1 anima ẽ *T'* hoc** *P* (in *eras.*) hoc est *B* 2 incolomis (*bis*) *T* 6 principale *P* (al *in ras.*) 8 cogitationes *P* (gi *ex* mi *m3*) bonae sunt *N* exsecutiones (*in ras.*) *B* 10 sunt cogitationes *B* sit (*alt.*) *B ed. Rom.* si *cet.* (cor̈di si̋ *T'*) 11 inardescit flamma *N* 16 hebdomadam *B* 17 nomerus *P* 20 ebdomadas *T* (s *eras.*) *T'* (da *exp.*) epdomas *N* 22 sanctus *om. B, inclusi* 23 hoc est sanctus *om. N* 24 effudit *T'* (d *ex* g) *N* peperitque] peperit et *N*

non est plenum uacuum habetur. septimus autem numerus plenus, quia ebdomas ut decas, et similis illius primi, quia alpha ad similitudinem est illius qui est semper, a quo profluunt et mouentur quae sunt in omni genere uirtutes. haec naturalia. de moralibus autem ut dicamus, non est dubium quod inrationabile animae nostrae in quinque sensus diuidatur et uocem et generatorium, quae natura uidentur esse feminea, quia sensus nostri in materialia et saecularia cito repunt. unde claret eos mollioris naturae habere substantiam. sed erudito et industrio uiro munda omnia, quia sapientia exercitati uiri et uirtus firmamentum his uirile transfundit. iudicio ergo prudentis et proposito gubernantis ex inferioris sexus qualitate in fortiorem substantiam transferuntur. ualida enim sapientis et fixa sententia est, non mutabilis, ut insipientis et stulti, qui consilio nutat incerto, ut inprobi, qui non quod uerum et iustum sit eligit, sed quod sibi commodum uel ut<ile> scindit a uero, secernit a iusto. iustitia enim singulare est bonum, per se ipsa suo tantum spectatur pretio, iniquitas uero uelut diuidua parit nunc odio inflexa, nunc quaestu et ea quae sunt diuidenda confundit. stultus enim ut luna mutatur et uersicolora umorum uarietate deformis animam suam

3 Apoc. 1, 8 (21, 6; 22, 13) 4 Act. 17, 28 20 Sir. 27, 11

2 aebdomas *P* ebdomadas *T'* (da *exp.*) epdomas *N* 3 alpha *B* alfa *PT* falsa *N* est ad similitudinem *N* profluunt] fluunt *T'* 4 quae sunt *s. u. m3 P* atque sunt *B* in] bine *T* genere *P* (ne *s. u. m3*) uirtutis *B* 5 autem *om. B* 7 et *alt. om. T* 9 melioris *B* 11 uiri* *P* (a *eras.*) firmamentụm *P* (i *s.* ụ, *sed deletum*) uirile *P ante corr. T* uirili *P corr. cet.* transfudit *B* indicio *N* 12 propositū *N* 13 in inferiorem *B* transferuntur *P* (s *s. u.*) 15 quod *N* quid *cet.* 16 et iustum *om. B* uel utile *scripsi* uelut *P* (*corr.* uelit) *T'B* uelit *N* uelse *T*, *quod si recte se habet, restituendum esse uidetur* uel secundum 18 tantū *T'* tanti *T' corr.*, *PTN*, *om. B* 19 hodio *P* (h *eras.*) 21 et] aut *B* uersicolora ụmọrụm *P* (uth *del. m2*, *quae simul exp.* umorum *et s. scr.* aut humorum) uersicolor umorum *T* uersicolor aut humorum *T'* (h *del. m1*) *N* uersiculo aut humorum *B* (morum *in ras.*)

in leprosi corporis speciem turpi contagione commaculat salubres cogitationes noxiis saepe permiscens.

41 Sed fortasse quia munda et inmunda induci in arcam prae- 243 A
cipi cernis animantia iure mouere te possit, quia dixi honestis disceptationibus indecoras non esse miscendas. nec ego abnuo inrationabilium quidem, mundorum tamen motuum esse aliqua semina et quasi principia in anima nostra et eorum qui mundi non sint. natura enim hominis contrariorum est capax, ut et malitiae in eam sit et uirtuti ingressus, meritoque in principio libri huius, qui est Genesis, per arboris speciem in paradisi medio legisti boni et mali scientiam. de quo ligno B
scientiae boni et mali praeceptum est non esse gustandum, eo quod mens nostra, in qua est cognitio et disciplina, boni et mali recipit notionem. itaque naturae opifex sicut ad propagandum uel etiam reparandum genus animantia reseruauit, ut uniuersae terrae animantium semine replerentur, ita etiam corporis nostri terrenam substantiam uacuam non putauit passionum huiusmodi tamquam inmundorum animalium relinquendam, quae cum deliciis et luxurie tamquam uice diluuii C
ingurgitatur, memoratis fluctuat passionibus. ubi autem sobrietate et continentia unusquisque inundantium euacuauerit diluuium passionum et quandam animae retexerit siccitatem, uiuificare incipit suum corpus et animae puritatem, cui regimen sapientia est.

13, 42 Illud quoque studio est quaerere, quae causa est cur, postea- D
quam ingressus est Noe arcam et induxit animantia, post E
septem dies diluuium factum sit. non enim otiosum uidetur

10 Gen. 2, 9 et 17 25 Philo Quaest. II 13

2 salubres *P* (s *alt. s. u. m2*) 4 te *om. N* 5 non *TNB* nō *ex* nos *T'* nos *P* 6 tamen . . . et eorum *om. T* aliqua esse *N* 8 capax contrariorum est *B* capax est *N* 9 ut et *ed. Paris. a. 1569* et ut *libri* malitiae in eam *P m1 T* malitiae uis in eam *P m2 T'* malitia in ea *NB* uirtuti *α* uirtutis *libri* 10 huius *P* (h *s. u. m3*) 19 luxuriae *libri* 24 est sapientia *B* 26 in archam *N* in arcam *B* inanimantia *P* (in *eras.*) 27 otiosum *P* (o *pr. s. u. m2*)

quod non aut plures aut pauciores interpositi sint dies, sed tot quot in constitutione mundi fuerunt. sex enim diebus factus est mundus, septimo die requieuit deus ab operibus suis. quo declarauit indicio ipsum se esse auctorem mundi atque diluuii. mundum propter bonitatem suam condidit, diluuium fecit nostrorum merito delictorum. admoniti sunt igitur homines uel ex numero dierum, quibus mundus est conditus, quod conditorem suum non lacrimis solum et precatione, sed correctione morum reconciliare debuerant. ergo spatium dedit ad paenitentiam dominus magis uolens ignoscere quam punire, ut imminentis diluuii terrore suspensos ad ueniam cogeret postulandam, quo dum periculum futurae mortis horrescunt, inpietati atque iniustitiae renuntiarent. secundum est, ut hinc quoque domini supra modum misericordis clementiam colligamus, quia multorum annorum offensionem a constitutione mundi in finem usque contractam paucis diebus, si paenituisset eos, uoluit relaxare. est enim deus peccati inmemor, uirtutis remunerator, sicut ait ipse in propheta: ego sum, ego sum qui deleo iniquitates et memor non ero. tu autem memor esto et iudicemur; dic iniquitates tuas, ut iustificeris. cum enim aduerterit ueram animae refusam esse uirtutem, tantum ei honoris adtribuit, ut non solum ueniam superiorum indulgeat peccatorum, uerum etiam gratiam et iustificationes inpertiat. expectauit ergo et septimo die, ipso quo ab operatione requieuit, ut si uenia posceretur, sequeretur correctio, et ab indignatione requiesceret.

43 Illud quoque curae fuit non praetermittere eo quod diluuium factum dixerit quadraginta diebus et addiderit

3 Gen. 2, 2 19 Esai. 43, 25 sq. 29 Gen. 7, 12

1 sunt *B* 3 die *om. B* dns̄ *P* (n *exp.*) *B* 4 *declarauit *P* (d *in ras.*) se *om. TN* 8 prąecatione *P* 14 hinc *om. B* 17 uoluit *P* (i *ex* n) 18 ipse ait *N* 19 *alt.* ego sum *om. B* delebo *B* 21 aduertit *B* 22 ei *P* (i *in ras. ex* t *m2*) honoris (i *ex* e) *P* 29 *sq.* ·XL· *PT*

quadraginta noctibus. scimus enim diem dici quem sol terram illuminans signat, noctem quam circumfusae tenebrae a diei claritate disterminant et plerumque ita a nobis diem significari ut noctem non conprehendamus, plerumque ut con- C plectamur. significantes enim mensem triginta dierum significamus et noctes. unde cum satis fuisset Moysi dixisse diluuium fuisse quadraginta diebus, cur addiderit et quadraginta noctibus quaeritur. et aliqui ita acceperunt, qui ante nos fuerunt, ut et uirorum et mulierum factus diluuio interitus demonstraretur, diem ad uirum referentes, qui sit purior, similis lucis, noctem ad mulierem, quae uiro dormiente creata describitur, simul quia uir prior quasi auctor, qui uir- D tutem moueat mulieris atque in partus excitet, actu ille clarior publico, ista obscurior tamquam domesticis clausa parietibus et nocti proxima, secundo orta loco et creationis suae formata in costa uiri debens gratiam superiori, numeri quoque potioris obnoxia priuilegio et pariendi usu materialibus comparanda. consonans autem in utroque numerus periculi, quia peccata etiam consonantia, meritoque non distant spatia temporum, quia non distant merita delictorum. E

44 Non mediocriter etiam scrutantur plerique qua ratione quadraginta dies diluuium fuerit. et possumus dicere materialem numerum tristioribus, hoc est delendae creaturae deputatum, ebdomada autem constitutioni totius mundi, hoc est laetioribus. sed fortasse referat quid quod etiam lex quadraginta

8 et 21 Philo Quaest. II 14 11 et 16 Gen. 2, 21 sq. 25 Exod. 34, 28

3 a nobis ita *B* 5 ·XXX· *PT* 6 fuisset *P* (t *s. u. m2*) 7 ·XL· *PT* XXXX *P* (*quartum* X *add. m2*) ·XL· *T* 11 lucis *P* (s *eras.*) luci *T'B* 12 ita creata *B* simul* *T* 13 actus *T* auctu *N* 15 secundą *P* (o *s.* ą) 16 costa *scripsi* costam *libri* et superiori *B* numeri *T*, *om. cet.* 18 autem *om. N* 19 *sq.* distant *P* (i *ex* e *m2*) 20 *post* delictorum *add.* DE XL DIEBUS *PT* 21 *inde a uerbis* Non mediocriter *incipiunt DCM.* INCIPIT DE NOE ET ARCHA *D* INCIPIT LIBER TERTIUS *C et* (*qui add.* QUI LIBER EST DE NOE) *M* ·XL· *PTCM* (*item u. 25 et p. 442, 7*) 24 ebdomadam *TT'* epdomadam *N* mundi totius *N* 25 referat *scripsi* referatur *libri*

diebus lata est. tot dies obseruauit Moyses in monte Sina ac demoratus est, cum praescripta legis acciperet. recte igitur eodem numero declinandorum peccatorum praecepta tribuuntur, quo poenae culpa est persoluta, ut cognoscamus quod eodem uitae tempore debeat ex correctione laus comparari, quo potest punienda culpa committi. unde nunc iam non poenae praescripti sunt dies quadraginta, sed uitae, ut hoc numero ieiuniis et orationibus crebrioribus nostrorum leuemus subplicia peccatorum atque ad praescripta legis intenti deuotione ac fide nostrum corrigamus errorem. itaque per domini resurrectionem quadragesimus dies iam non habetur nouissimus, sed primus atque inde uita numeratur, ubi ante mortis numerus ad consummationem mundi et humani generis excidium conputabatur. F 245 A

45 Et delebo inquit omnem resurrectionem carnis a facie terrae. o caelestium pulchritudo uerborum, si quis ea decoro intellectu piae mentis examinet! indignatur deus peccatis nostris, sed non obliuiscitur pietatis: minatur supplicium, sed non permisit excidium: moderatur uindictam, reuocat seueritatem. deleturum se dicit carnem non a terra, sed B a facie terrae. florem decutit, radices reseruat: sinit ut in profundo substantiae uirtus maneat humanae, quae in superficie laboret, intus inpassibilis perseueret inmunisque noxae ad eorum substitutionem qui non sint reatu obnoxii reseruetur. pulchre autem posuit delebo tamquam litterarum apices, qui delentur sine fraude librorum et sine inminutione

15 Gen 7, 4 Philo Quaest. II 15

3 ergo *BC* eodem *om. N* 4 *et* 7 poenae *TBC* paenae *P* pene *M* penae *cet.* 5 quod de *D* quos de *C* 6 nunc *P* (c *ex* t *m2*) *TBCM* numet (*del. m1*) *T*^{v}, *om. N* (*in quo* non iam) iam (*eras.*) iam *T* 9 lauemus *T* 12 inde *om. N* 15 inquit dns *DCM* 16 qui se a *P m1 T* quis se a *P m2 B et* (*corr.* quis ea) *T*^{v} quis se *D* quis *CM* 17 mentis piae *B* 19 permisit *P m1 TCM* promittit *B* permittit *P m2 N* (ittit *in ras. m2*) *DT*^{v} 20 deletorum (v *s.* o *m2*) *P* se *TT*^{v}*DNCM, om. PB* omnem carnem *D* 21 terae *P* radicem *D* reseruat *B* (er *s. u.*, res *in ras.*) 23 noxiae *T*^{v}*CM* 24 sunt *DNM* reatui *P* (i *s. u.*, *eras.*)

tabularum. atramentum deletur, sed lignum manet. delentur elementa, ut scribantur plerumque meliora, atramentum tol- C
litur, substantia non exterminatur. 'delebo' inquit 'corruptelam carnis, ut scribam incorruptionem. delebo resurrectionem carnis a facie terrae, ut scribam in caelestibus resurgentes. delebo de libro terrae, ut scribam in libro uitae'. deleantur, domine meus, domine, deleantur cito elementa ferri, ut scribantur elementa Christi. aboleatur resurrectio terrena, ut caelestis gratia redundet. ueni, Moyses, praepara gremium, legem accipe, suscipe apices, quos iam miseri- D
cordia diuina non deleat. suscipe tabulas, quas dominus statuat in aeternum. utinam ipse non frangas! et ipsas mihi mea culpa sustulerat, nisi dominus reddidisset. iure quidem, Moyses, indignatus es, ne haberent diuina priuilegia qui non deferrent obsequia, sed puto quod non mihi eas, sed Iudaeis fregeris. fregisti Iudaeis, recepisti mihi. fractae sunt priores, ut posteriores manerent. fregisti eas in pectoribus Iudaeorum; E
quid enim proderat ut tabulas tenerent, quarum praescripta tenere non possent? ecce secundas tabulas dicunt se tenere, sed non tenent. dicunt se legere diuina elementa, sed non legunt. digito dei scriptas esse tabulas Moyses dicit: illi digitum dei non legunt, ferrum legunt. atramentum uident, spiritum dei non uident: sed ecclesia nescit atramentum, spiritum nouit. ideoque Paulus nouit scribere non atramento, sed spiritu dei uiui. o sacrilegum ineptum populum Iu- F
daeorum! homo spiritu dei scribit et homo sub lege nutritus, et illi uolunt deum atramento scripsisse, non spiritu.

3 I Cor. 15, 42 6 Psalm. LXVIII 29 12 Exod. 32, 19 21 Exod. 31, 18 Deut. 9, 10 24 II Cor. 3, 3 26 Gal. 1, 14 Philipp. 3, 5 sq.

2 aut *P* (a *eras.*) 3 corruptelam *P* (c *s. u., ante* co *ras.*) 5 faciem *P* (in *eras.*) 6 in] de *T* 8 aboletur *T* 9 gratiam *P* (in *eras*) redundetur *P* refundatur *T* redundet** *B* moses *T* 12 mihi *om. N* 14 moses *T*, *om. CM* es *scripsi* est *libri* 17 manerent posteriores *B* 23 nouit spm *B* 25 populum *P* (po *postea. add.*)

46 ergo, ut ad superiora redeamus, delet deus resurrectionem carnis tamquam apicum scriptionem. quo declaratur quod superfluam hominum natiuitatem propter impietatem eius deleuerit specie litterarum, substantiam autem et conuersationem generis seruarit humani uelut perpetuitate tabularum, ut ex ea semen reliquum pullularet. cui sententiae conuenire etiam illud uidetur, quia ait: delebo inquit omnem resurrectionem carnis. resurrectioni autem communi usu naturae contraria uidetur esse purgatio, quia purgatione reciditur et reprimitur resurrectionis luxuria. omne tamen quod purgatur speciem amittit, substantiam suam seruat atque meliorat. repressit igitur dominus iam purgatione diluuii corporeum usum conuersationemque generationis eius, quae degenerauerat a decore naturae et accepti muneris uenustate. haec secundum litteram. quod autem ad altiorem pertinet sensum, diluuii species typus est purgationis animae nostrae. itaque cum mens nostra [corporalibus] se a mundi istius inlecebris, quibus ante delectabatur, abluerit, bonis cogitationibus ueteris conluuiem cupiditatis absterget tamquam purioribus absorbens aquis turbidorum prius amaritudinem fluentorum.

47 Et fecit inquit omnia Noe quae mandauit ei dominus deus. iustus mandata accipit, seruus imperia. hic amici censetur loco qui fecerit quaecumque exsequenda susceperit, ille qui nutat obsequiis oneri seruitutis addicitur. denique et dominus Iesus dicit in euangelio: uos amici mei estis,

246 A B C

20 Exod. 15, 23 21 Gen. 7, 5 Philo Quaest. II 16 25 Ioh. 15, 14 sq.

2 declarat *CM* 4 uelut spem *B* 5 seruarit *P* (it *ex* et) *T'* (t *s. u.*) *T* seruaret *BM* seruare *DNC* uelut] uoluit *DN* 6 pullularet *P* (l *s.* r) 7 quia *P m1* qui *T* quod *P m2 cet.* 12 iam *T* qui iam *PT'C* qdē *B* quadam *N, om. M. in D spatium est 5 litt.* 13 a *DN* quae *P* (*eras.*) *T, om. T' cet.* decorem *T* 14 uenustate *N* uenustatem amiserat *T* uestat *C* uenustat *cet.* haec *P* (h *s. u. m2*) 15 sensum pertinet *B* 16 corporalibus *seclusi; uix probabile scribendum esse* a corporalibus se 18 bonisq; *D* (q; *exp.*) *CM* bonis quoque *N* 22 deus *om. PTT'B* accepit *T* (*corr.* accipit) *NCM* 24 et *om. B*

si feceritis quae ego praecipio uobis. iam non dicam uos seruos. mandatur ergo ut amico, mandatur ut ei qui ualida caritate, sobrio consilio quae mandata sunt exequatur. nec fefellit dominum iudicium suum. inpleuit iustus uniuersa, non partem, sed uniuersa quae mandata sunt ei, et D ideo scripturae diuinae accipit testimonium. nec superfluum putes quia simul posuit dominum et deum — nam et deus in domino et dominus in deo —, sed ut patris et filii intellegas commune praeceptum. aliqui tamen ante nos sic interpretati sunt, eo quod dominum et deum hoc loco dicendo et uindicaturi et ignoturi geminam expresserit potestatem et, quia hic uindicat prius in peccatores, ideo ante dominum dixerit, quo- E niam uero postea ut iusti seminarium propagetur indulget, ideo deum postea nominauerit. denique facturus mundum deus dicitur: in principio fecit deus caelum et terram. et dixit deus: fiat lux.

14, 48 Est etiam illa non perfunctoria consideratio, quod sescen- F tesimo anno Noe <mense septimo> uicensima et septima mensis fit diluuium. septimum mensem uerni esse temporis non ambigitur, quando augentur nascentia, ager parturit, terrarum pariter atque animantium fetura se fundit. tunc ergo fecit diluuium, quando dolor maior eorum foret qui in sua 247 A abundantia puniebantur, tunc ultio terribilior tamquam dicentis dei: 'ecce omnia secundum liberalitatis diuinae prouidentiae gratiam diues natura generauit, omnia in usum hominum

9 Philo Quaest. II 16 15 Gen. 1, 1 et 3 17 cf. Gen. 7, 11 Philo Quaest. II 17 20 Uerg. Georg. II 330

2 dico *TCM* ut *pr. om. N* 5 *ante* uniuersa *pr. ras. P* sed uniuersa (a *m2 in ras.*) *P* 6 diuinae scripturae *B* accepit *NM* 7 dominum posuit *B* 8 *expectes* sed posuit 11 ignoturi *T* ignosciturі *P* (sci *s. u.*) *cet.* 12 prius uindicat *B* ante *om. B* 16 deus fiat (fiat *in ras.*) lux et facta est *B* 17 sescentesimo *P* (x *s.* s *alt., sed eras.*) sexcentesimo *cet.* 18 mense septimo *addidi*, mense secundo *M s. u. m. rec.* uicensima *P* uicesima *cet.* 19 septimum *libri* (*s. l* secundum *D et m2 N, s.* al' secundum *m. rec. M*) 21 fetura (e *in ras.*) se* *P* 24 liberalitatis *P* (tis *s. u. et* ralità *in ras. m3 ex* rtatis)

germinauit terra fecundior, segetes spectantur tritici, hordeo campi replentur, comae arborum uenturi fructus floribus uestiuntur: non deest terra obsequiis suis, non bestiae muneribus suis, quae sollemnes soluuntur in partus, ut homini B nihil desit: homo solus partibus suis deest, nescit auctorem suum, a quo ei omnia ministrantur, neglegit conditorem. despicit homo remuneratorem suum, cum deus opus suum non despexerit. pereant cum homine omnia, propter quem nata sunt omnia. in suis diuitiis consumatur homo, cum sua dote moriatur'. nihil ante hominem terra deliquerat, nullis errauit in fructibus: in homine solo se degenerasse cognoscit, spinas et tribulos pro fructibus ferens. quod solum munus C admirabile est, principale mentis interiit. cur igitur omnia illa seruantur? ideo non post collectos fructus infunditur aqua, ne beneficium magis quam diluuium terra sentiret. denique uerno apud Aegyptios tempore, sed mense diuerso Nilus exundat, ut iaciendis seminibus terra mollescat et blandiore sinu, clementiore gremio semina missa suscipiat. quod autem sescentesimo anno Noe fit diluuium, illud uidetur ostendere, quia sexto die Adam creatus est. idem numerus, hoc est qui par D dicitur, et in auctore et in reparatore seruatur, quia fons sexagesimi et sescentesimi sextus est numerus. idem autem et primus et septimus mensis dicitur. sed magis primum obseruare debemus quod post diluuium uerno tempore colendorum cura reparetur agrorum et placidi atque uberis soli incipiat fetura procedere. quo significatur numquam deum eo numero uel tempore interitum hominum fuisse facturum, quo E

12 Gen. 3, 18 20 Gen. 1, 27

1 spectantur *P* (sp *m2 ex* p^{s}) tritici hordeo (ordeo *TB*) *PT'T'B* tritico et hordeo (ordeo *DNM*) *cet.* 2 fructibus *P* (ib *eras*) 3 bestiae desunt *T'DN* 6 necgligit *T* (g *pr. eras.*) 11 errabit *P* (v *s.* þ) *T* 12 ferens *P* (n *s. u.*) 14 poţeşt *P* (st *m2 s.* ţeşt) 17 mollescat *P* (l *pr. s. u.*) 18 suscipiat *TT'B* suscipiat̃ *P* suscipiantur *cet.* sescentesimo *P* sexcentesimo *cet.* 20 hoc est qui par dicitur] est par *DN* par *CM* 22 sescentesimi *P* sexcentesimi *cet.*

fecit exordium, nisi inmanibus delictis esset offensus. simul ueniam temporis et numeri ratio promittit, quod etiam iratus admoneatur tam praecedentibus causis beneficiorum suorum, ut non penitus deleat eorum substantiam quos ipse donauit.
49 5 Et erupti sunt omnes fontes abyssi et cataractae caeli apertae sunt. uim diluuii scriptura conueni-
enter expressit dicens caelum et terram pariter esse commota, ex quibus elementis constat istius mundi omne principium. F
undique ergo influentibus aquarum molibus conclusum genus
10 hominum perurgetur. haec secundum litteram. quod autem ad altiorem pertinet sensum, caeli symbolo mens humana significatur, terrae autem appellatione corpus et sensus. magna igitur naufragia, quando mentis pariter et corporis sensuumque omnium turbo et procella miscentur. diligenter dicta
15 pensemus. plerumque fraus mentis et dolus suum exercent uenenum, sed tamen sobrietas corporis et continentia obumbrant mentis improbitatem. frequenter incerto fidei atque opinionis suae mens lubrica est, sed tamen caro deliciis et luxuria 248 A
uacat, ut frugalitas errorem mentis excuset, sicut multi sunt
20 haereticorum, qui praetendere uolunt corporis continentiam, ut adsertioni suae fidem testimonio sobriae carnis adquirant. etsi sensu lubrici, tamen quo minus turpes aliquanto excusabiliores habentur. cum autem uenena mentis et contagia corporeae obscenitatis sensum omnem uigoremque confundunt atque
25 animus incerto lubricus motu, malitiae faetidus atramento, B crudelitatis furore succensus etiam corporalibus flagitiis inci-

5 Gen. 7, 11 Philo Quaest. II 18

4 paenitus *P* 5 erupti *PTB et* (e *eras.*) *T'* rupti *cet., cf. p. 454, 13* catarectae *P* cataractae *N* (a *tert. in ras. m3*) 8 ex *PT* e *cet.* 11 sensum *P* (sensu *in ras.*) humana mens *DNCM* 16 corporis *P* (*m2 ex* corpuro) corporum *T* 18 luxuria *T'C* luxoria *PT* luxuriae *DN et* (e *eras.*) *M* luxuriosa (*om.* et) *B* 19 fragilitas *DNBCM* mentis *om. B* 21 adsertionis *TDNB* 23 corporee *P* (e *alt. ex* a *m2*) 24 omnemque uigorem *B* 25 fetidus *B* fędus *N* fedus *DCM* 26 furore *P* (f *in ras.*)

tatur, auarus quoque affectus inpatiens mediocrium facultatum luxuriae cupiditate effundendique libidine praecipitatur in facinus adpetendae salutis alienae, tunc magnum est diluuium omnibus pariter ingruentibus passionibus, tunc se insipientia iniustitia temeritas inprobitas perfidia de superiore parte tamquam cataractae mentis uidentur effundere. inde erumpunt de corporis fonte terreni libido temulentia luxuria, postremo C diuersorum criminum prolapsiones, quae penitus et corporis robur et uigorem mentis effeminant.

15, 50 Et clausit deus a foris arcam. sermo manifestus est D secundum litteram. claudenda fuit arca et tuto saepienda munimine, ne eam uaga diluuii fluenta penetrarent. altioris quoque sensus non incongrua interpretatio, si corpus humanum, E cui arca haec quae describitur figuratur, saeptum corio iudicemus a frigore aestuque defendi, quod artifex deus ad omnium membrorum protectionem naturalibus uestiuit exuuiis et quodam circumfuso induit operimento, ut neque frigore congelescat
51 nec aestiuo calore soluatur. exundauit igitur aqua et leuauit arcam, et ferebatur super summum aquarum. non inmerito exundauit aqua, quando caeli cataractae apertae sunt et de F terra rupti sunt fontes aquarum et flumina. quod magna enphasi dictum est. ubi enim eruptio, ibi inreuocabilis effusio sit necesse est, nec retineri facilis ingentium prolapsio fluentorum. manifestum igitur quod scriptum est. uerum si altius spectandum putes, caro nostra diuersis agitatur et freti modo

10 Gen. 7, 16 Philo Quaest. II 19 18 Gen. 7, 17 24 Philo Quaest. II 20

1 auarus *B* auaros *P* (os *ex* us *m3*) *T'* (v *s.* o) *DNCM* auaris *T* 2 luxoriae *PT* luxoriose *B* effundendique *P* (den *s. u. m3*) 5 superiora *PC* superiori *T'* (i *alt. ex* e) *DNM* 7 luxoria *P* (v *s.* o) *T* 9 mentis uigorem *B* 10 est *om. B* 11 tuto & sępienda *T* 17 induit (i *alt. longum ex* l) operimento (eri *s. u.*) *P* indulto operimento *T* congelascat *B* 22 enfasi *libri* 23 retineri potest *T* prolaptio *N* prolatio *CM* 24 manifestum *T* manifestum est *P* (est *s. u.*) *cet.* aliquis *P* (*ex* altius *m2*) *T'* 25 *post* agitatur *add.* fluctibus *DN* freti more *T*

fluctuat passionibus, quibus huc atque illuc tamquam super undas molestiarum suarum nunc fame, nunc siti, nunc cupiditate, nunc gaudio, nunc dolore iactatur.

52 Illud quoque non praetermittendum arbitror, quia scriptura 249 A
non praeteriit, quantis numero cubitis aqua super terram fuerit; quindecim enim cubitis super excelsos montes aquam fuisse dixit. simplex itaque intellectus patet, allegoria autem quinque sensus conplectitur, qui sunt in corpore nostro uelut excelsi montes, qui hanc carnem passionum obumbrant et plerumque incursantur bestiis et exagitantur condensa et opaca eorum. unde et dominus per nationum credentium fidem ueniens ad ecclesiam suam uenit a Libano, sicut ait Ambacum propheta dicens: dominus a Libano ueniet, a monte B umbroso et opaco. ecclesia quoque uenit a Libano, sicut habent Cantica canticorum. ita enim legimus: ades huc a Libano, sponsa, ades huc a Libano. transibis et pertransibis a principio fidei, a cubilibus leonum et montibus pardorum, quod gentiles populi, qui uelut bestialium passionum graues patiebantur incursus, nunc altitudine fidei et sublimitate deuotionis emineant. per hos igitur montes Christus aduenit comprimens euangelicis disputationibus C ferocis istius corporis motus atque illam altitudinem cordis et se extollentem superbiam oboedientia et humilitate sui destruens, meritoque fructus mansuetudinis ferre coeperunt quos ante grauium passionum diluuia subruebant. de numero autem cubitorum sic quidam ante nos aestimauerunt, quod quinque sensus triplicem collectionem habeant, eo quod uisus uisibile uidet et auditus audibile audit et odoratus odorabile

4 et 25 Philo Quaest. II 21 6 Gen. 7, 20 13 Amb. 3, 3 15 Cant. 4, 8

1 atque *P* (at *s. u. m3*) 6 ·XV· *PTCM* montes excelsos *N* 8 sensus *om. B* 10 et *pr. om. B* exagitentur *P* (a *s.* e) 12 ambacum *T* abacuc *T'C* abacuch *M* abbacuc *cet.* 13 a Libano *om. NCM* 16 sponsa . . . Libano *om. B* 20 emineant *T* meant *cet.* 22 ferocis *T* feroces *P* (es *ex* is) *cet.* istius *om. DN* 24 mansuaetudinis *P* (a *alt. eras.*) 25 grauia *B*

odoratur et gustatus gustabile gustat et tactus quod tangendi D
substantiae subiacet tangit. ideo quinque sensus tripliciter
aestimati sunt uel secundum illud: scribe tibi tripliciter.
ego tamen illud commodius puto, ut sensus terreni hominis
atque animalis et spiritalis accipiam, quos illa diluuii fluenta
transcenderint.

53 Merito mortua est omnis caro, quae mouebatur.
quod et secundum litteram liquet et proprie ac naturaliter
carnis corruptelam indicio procellosae commotionis expressit. E
commotio enim uitiosa non est nisi per affectus corruptionem;
mouet enim uoluptates caro et ipsa uoluptatibus commouetur,
talis autem commotio corruptelam creat. causa ergo corrup-
telae commotio istius mundi est, per quam anima uniuscuius-
que degenerat. cum enim uitiosae passiones mentem mouent,
corruptela generatur; cum excitantur studia uirtutum, disciplinae
profectus est. omnis igitur qui erat in arida mortuus est; F
nec enim poterant non mori quos tanti diluuii unda demer-
serat. hoc secundum scriptum seriemque uerborum. ceterum
si allegoriam quaeras, non est dubium quia exemplo ligni
aridioris, quod simul ut lambere coeperit ignis exurit, ita
anima, nisi diuersarum umescat rore uirtutum poculo quodam
inrigata sapientiae et fonte iustitiae atque inriguo castitatis,
tamquam arefacta radice uitali cupiditatum deflagrat incendio
uel profluuio carnis inlisa procumbit. unde semper epulari
debet animus bonorum operum cogitationes, ut prudentiae 250 A
suco mens inebriata pinguescat, quo non facile diluuii corpo-
ralis cedat iniuriae atque arido incuriae situ euirata moriatur.

3 Prouerb. 22, 20 7 Gen. 7, 21 Philo Quaest. II 22 16 Gen. 7, 22 Philo Quaest. II 23

1 gustatus *P* gustus *cet.* 3 tibi *om. B* 12 corruptela creatur *B* 14 degenerat *TT'* degenerat̃ *P* degeneratur *DNBCM* 15 excitantur *scripsi* excitant *libri* 17 demerserat *TM et* (de *ex* di) *T'* dimerserat *cet.* 19 est dubium *PT'B* dubium est *cet.* ad exemplum *N* exemplū *CM* 21 humescat *D* (h *s. u.*) *T'BNCM* 27 situ//// *P* siti *DN* euirata *P* (e *in ras.*) uirata *B* euicerata *M*

ideoque nos admonet dominus a fonte sapientiae non recedere, pocula uirtutis haurire, ne quis sole iniquitatis arescat et procellam persecutionis sustinere non possit. scriptum est enim: quodsi in umido hoc faciunt, in arido quid fiet?

54 Deleuit inquit deus omne quod erat super faciem B terrae. scripti euidens explanatio, allegoria autem expositam nobis declarat superbiam, quae se extollit in hac terrena fragilique substantia et inmemor diuinorum humana despiciens ipsum adrogantis uiri habitum incessumque deformat. quales describit Esaias Iudaeae filias oculorum micantes nutibus et alta se ceruice iactantes. sunt enim huiusmodi erigentes supercilia, inflato corde, elato pectore, ceruice resupina, qui solum quidem pedum perstringant uestigiis, toto autem se librent C corpore et inani suspendant examine, in priora gressu prodeant in posteriora uerticem reclinantes, caelum spectent, terram autem fastidiant tamquam ceruicis dolore suffixi, ut eam inclinare non possint. hos igitur deleuit de libro uitae deus dicens: omnis qui se exaltat humiliabitur nec inter merita sanctorum commentis facit adhaerere caelestibus.

55 omnibus igitur qui extra arcam fuerunt interemptis derelictus est solus Noe in arca cum iis qui cum ipso erant. D non indiget interpretatione sermo simplicior — concurrit intellectus cum littera —, altior autem et interior significatio demonstrat iustum uirum amatoremque sapientiae tamquam arborem fructuosam internecatis quae escam eius solebant adrodere, comam obumbrare, coaltare processus ramorum

1 Baruch 3, 12 4 Luc. 23, 31 6 Gen. 7, 23 Philo Quaest. II 24 11 Esai. 3, 16 18 Apoc. 3, 5 19 Luc. 14, 11 21 Gen. 7, 23 Philo Quaest. II 25

6 omnem *P* (m *alt. eras.*) super . . . declarat *om. T* 8 superbia *T* qua&ę *P* (ł se *s.* &ę *m2*) quae te *T* que (e *in ras.*) & *T'* quae uel *B* 11 filias *P* (a *m2 ex* o) 14 pedem *P* (v *s.* e *alt. m3*) prestringant *P* (p *m3*) praestringant *TT'* librent *P* (r *s. u.*) 15 procedant *DNCM* 16 in *T* ad *P* (*s. u. m2*) *cet.* 20 sanctorum *om. B* 22 hìis *M* his *cet.*

uelut exsortem inrationabilium passionum solum remansisse cum suis. sui autem sunt purae animi disceptationes, quae uirtuti adhaereant. et bene addidit in arca remansisse, quasi uix credibile amputatis corporalibus passionibus uideretur eum adhuc uersari in corpore, quo, licet iam terrenis careret contagiis, incorruptam licet, corporis tamen adhuc substantiam reseruabat et uelut incorporeus in corpore superferebatur diluuio, non absorbebatur, corpus quidem gerens quasi in arcae positus interno, sed qui corpus ipsum insuperabilis passionibus quasi incorporeus in medio tantorum motuum gubernaret. E F

16, 56 Memor fuit dominus Noe et bestiarum et iumentorum, ut inquit scriptura diuina. mouentur plerique qua causa non dixerit scriptor quod etiam uxoris et filiorum Noe memor fuit deus, cum bestiarum fuerit et iumentorum memor. sed cum dixerit quod memor Noe fuerit, in auctore et praesule domus necessitudines eius reliquas conprehendit. simul exprimi uidetur quidam reliquarum consensus necessitudinum. 251 A

etenim cum omnes inuicem sibi cari sunt, una est domus; cum autem discrepant, separantur et scinduntur in plures domos. ubi ergo caritas, ibi senioris nomine, de quo pendent ceteri, domus omnis significatur, ut si quis arborem dicat, utique conprehendit et ramos, si quis ramum nominet, etiam fructus qui in eo sunt pariter uno atque eodem sermone
57 conplectitur. nec illud otiosum quod primo dixit quia memor fuit deus Noe, deinde bestiarum, postea iumentorum, hoc est cur non ea animantia quae mitiora sunt post hominem nomi- B

12 Gen. 8, 1 Philo Quaest. II 26 25 Philo Quaest. II 27

2 suae *P* (i *m2 s.* ae) *T* 3 addit *T* mansisse *B* 5 uerberari *P* (be *eras.*, s *m2 s.* r *alt.*) reseruati *C* reseruari *M* quod *TDBCM* 7 incorporeus *T'DN* corporeus *cet.* in *om. DN* 8 diluuio non absorbebatur *om. T* 10 in *T* (n *s. u.*) fluctuum *B* 15 memor *pr. om. DNCM* dns *T'DNCM* memor et iumentorum *B* 16 noe memor *DNCM* 21 domos *P* (o *alt. ex* u) 22 domos *P* 27 non ea] non *DN* noe *CM*

nauit, sed ferociora, in quo uidetur illa esse ratio, ut ea quae ferociora erant utriusque partis uicinitate mansuescerent. quod C uidetur etiam in illo uersu poetico declarari: κακοὺς δ' εἰς μέσσον ἔλασσεν. hinc enim etiam poeta usurpauit, ut dispositionem dimicaturi ita ordinaret exercitus, quo inferiores in medio conlocaret, quo magis hinc inde a fortioribus iuuarentur et dimicationem utriusque partis adsumerent. in his scripti series manifestatur. altiore autem sensu certum est quod iustus in medio habet, non in parte cogitationes cordis sui et, quoad carpit hanc uitam, habeat necesse est in corpore tam- D quam in illa arca bestias graues. nulla enim mens est, nulla anima, quae non recipiat etiam malarum motus agrestes cogitationum. itaque insipientis anima ferinos acuit motus atque adolet uenena serpentum, sapientis autem uigor mitigat et
58 coercet. et induxit dominus spiritum super terram, et cessauit aqua. non puto ita hoc dictum, ut spiritus nomine uentum accipiamus. neque enim uentus poterat siccare E diluuium: alioqui cum mare cotidie uentis exagitetur, exiniretur profecto. nam quomodo non euacuaretur mare uentorum ui, cui cessisset toto diffusum orbe diluuium usque ad Herculis ut aiunt columnas et mare magnum tectis montium excelsorum uerticibus exaestuans? spiritus igitur diuini uirtute inuisibili diluuium illud repressum esse non dubium est, caelesti operatione, non flatu. unde scriptum est: omnia a te expectant ut des illis cibum in tempore. aperi- F ente te manum tuam uniuersa implebuntur boni-

3 Hom. Il. IIII 299 15 Gen. 8, 1 Philo Quaest. II 28 21 Gen. 7, 19 24 Psalm. CIII 27—30

3 kakoyτδEICNETTONEΛACCEN *P* (*in mg. m1* kakos de is meson sadassen, *eadem B*) kΛkoyδEICMæTTONeΛaCCeN *T* kakoyιδEICNTTONEΛACCEN *T'* kakoyτδεICNTTONEaCCEN *DNC* kakoyτdeicNCCONeaCCeN *M* 6 quą̊ *P* 7 dimicationem *P* (d *s. u.*) 12 įn (*del. m2*) anima *P* quae (ae *ex* a *m2*) *P* malarum *P* (a *alt. ex o*) malorum *CM* 15 cohercet *T'DNM* 18 alioqui *P* alioquin *cet.* 21 herculas *P*, *uix* Herculeas *scribendum* 26 tuam *om. T*

tate, auertente autem te faciem turbabuntur. auferes spiritum eorum, et deficient et in puluerem suum conuertentur. emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renouabis faciem terrae. est ergo spiritus, cuius operationi cedere uniuersa uideantur, in quo caeli ipsius uirtus sit, sicut scriptum est: uerbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. qui spiritus est creator uniuersorum, sicut etiam Iob dicit: spiritus diuinus qui fecit me.

17, 59 Nunc consideremus quid sit quod ait scriptura: clausi sunt fontes aquarum et cataractae caeli. nec obscurum arbitror. his enim causis minuitur diluuium, quibus creuit. erupti erant fontes aquarum, apertae fuerant cataractae caeli, ut undique influentibus aquis terra inundaretur. debuerant claudi ea ex quibus diluui origo manauit, ut eius inciperet esse defectus. hoc littera sonat, subtilior autem interpretatio exprimit eo quod diluuium animae uitio mentis et luxuriae corporalis influxerat, ut malitia passioni, passio malitiae misceretur. ingrediente medico dei uerbo ad uisitationem animae, quae diutina aegritudine laborabat disceptationum inprobitate et passionum acerbitate, prius causae debuerunt aegritudinis amputari. principium enim medicinae est causas languoris incidere, ne diutius ea quae nocent ad incrementum aegritudinis ministrentur. quod nos etiam lex docet. cum

252 AB C D

6 Psalm. XXXII 6 9 Iob. 33, 4 10 Gen. 8, 2 Philo Quaest. II 29 24 Leuit. 13, 4

1 auertente ... turbabuntur *P in mg. m1, om. DN* 3 emite *T* emitte *T'* 4 renocabis *P* (re *in ras. m2;* u *m4*) 7 sps *N* 10 Nunc *ex* Non *P* Non *C* scriptura *PBC* scriptura diuina *cet.* 11 cataractae *P* (ae *ex* a *m2*) 12 diluuio (ṽ *s.* o) *P* 13 *rupti *T'* (e *eras.*) *pertae *T* 14 cataractae (ta *pr. s. u.*) *P m1 N m2* cateracte *T* 15 diluui *P* diluuii *cet.* 16 subtilior* *P* (a *eras.*) 17 intpretatio *P* (t̃ *et* reta *in ras. m2*) exprimit *P* (it *ex* et *m2*) 18 luxoriae *PT* ut *P* (*s. u. m2*), *om. T* 20 diuidua *P* (*corr. m2*) *T* diurma *M* 21 et passionum acerbitate *in mg. m2 P* 22 causam *T*

enim steterit lepra, ut iam non diffundatur, tunc ait mundam esse leprae stationem quandam et mansionem; quidquid enim praeter naturam mouetur immundum est. haec igitur est animae sanitas, haec salubritas mentis, ut affluentia cesset erroris, sistatur culpa, ne serpat. cessante incentiuo culpae atque delicti salus tuta est atque inoffensus uigor animae se refundit.

60 Et sedit **arca** inquit septimo mense septima et E uicensima mensis. nisi diligenter intendas, etiam secundum litteram difficilis loci istius conprehensio est. et primum omnium cauendum, ne quem septimi mensis repetitio crebra perturbet. sic enim scriptum est, sescentesimo anno septimo mense septima et uicensima mensis coepisse diluuium, centum quinquaginta diebus fuisse infusionem aquarum, sedisse arcam in monte septimo mense septima et uicensima mensis: postea F minui coepisse aquas misericordia dei, centum quinquaginta diebus deminutionem aquarum factam, postea apparuisse capita montium: deinde post quadraginta dies aperuisse ostium arcae sanctum Noe, dimissum coruum non reuertisse, dimissam columbam reuertisse uacuam, iterum post septem dies dimissam reuertisse cum ramo oliuae, tertio post septem dies dimissam non reuertisse, tunc aduertisse Noe quod aqua

8 Gen. 8, 4 Philo Quaest. II 31 et 33 12 cf. Gen. 8, 13 sq. 14 Gen. 8, 3 17 Gen. 8, 5 18 Gen. 8, 6 sqq. Philo Quaest. II 33

2 quędam *P* quidquid *P m1* quicquid *P m2 cet.* 3 est igitur *B* 4 cessit *P* (*corr. m2*) *T'* (*corr. m1*) 5 culpa *P* (l *s. u.*) 6 dilecti *P* (*corr. m2*) 8 et *alt. P* (t *s. u. m3*) 9 uicensima *P* uicesima *cet.* intendas *om. B* 10 *post* est *spatium 9 litt. B* primo *P* (r *s. u.*, o *ex* um) *T'B* 11 ne (*s. u.*) quaem *P* 12 sescentesimo *P* sexcentesimo *cet.* *ante* septimo *D m2 in mg. et N m2 s. u. add.* secundum hebraicam ueritatem mense secundo; *in M s.* septimo *scr. m. rec.* secundo 13 *et* 15 uicensima *P* uicesima *cet.* 13 coepisse *P* (e *pr. s. u.*) diluuium coepisse *B* ·CL· *PCM* et CL *T* 16 ·CL· *PTCM* 17 diminutionem *P* (di *ex* de *m2*) *cet.* 18 ·XL· *PCM* dies *P* (s *in ras. ex* m) apperuisse *P* (p *pr. eras.*) *TM* apparuisse *C* 19 reuertisse *P* (re *ex* de *m2*) *T* (re *s. u.*)

omnis recessisset. ac sic annus conclusus ostenditur septimo 253 A
mense septima et uicensima mensis [ac sic annus conclusus
ostenditur sescentesimo primo anno Noe in secundo mense
septima et uicensima mensis]. quod igitur ad explanationem
apertam pertinet, eodem mense atque eodem die restituitur
aequalitas terrae post diluuium. quo corrupta est incipiente
infusione diluuii. ueris enim tempore omnis ager uiret et
terra parturit fructus. tunc incipiunt gemmare arbores,
germinare fructus. diuitem ergo reformauit dominus et
restituit qualitatem. mense igitur secundo, hoc est, aprili B
— primus enim mensis martius est, quo habet iustus
natalem, quando noctium dierumque aequalitas aestimatur,
hoc est octauo ut Romani putant uel ut alii quinto kalendas
apriles —, mense inquam secundo, hoc est aprili, septima
et uicensima mensis, coepit diluuium. uer igitur initium
anni aestimatur, non secundum usum temporis, sed secundum
naturae praerogatiuam, ut quia tunc spes anni incohat et
incipit se fructus ostendere, tunc uideatur anni esse prin-
cipium. septimus autem mensis secundum numerum is qui C
september dicitur computatur, quia etsi a septembri mense
annus uideatur incipere, sicut indictionum praesentium usus
ostendit — tunc enim seminum iactus —, uere tamen, ex
quo plenior gratia se incipit demonstrare, ex eo anni origo

7 Uerg. Georg. II 330

1 ac si *C* septimo . . . ostenditur *om. T* septimo mense *D* (*in mg. m2* secundo mense) *N* (ł secundo *m2 s.* septimo) *M* (ał secundo *s.* septimo *m. rec.*) 2 *et* 4 uicensima *P* uicesima *cet.* 2 ac sic . . . 4 mensis *seclusi* ac si *C* 3 sescentesimo *P* sexcentisimo *T* sexcentesimo *cet.* mense] anno (*s. u.* ł mense) *D m1 N m2* anno *cet.* 8 incipient *P* (v *s.* e *m2*) germinare (geminare *B*) arbores *NDBCM* 10 qualitatem *P* (v *s.* e *m2*) *T'* (e *in ras.*) ergo *B* apreli *T* 11 enī mensis *P* (enī m *s. u. m2*) 13 octauo *DNM* octauum *P m1 T* octaua *P m2 T'B* octauam *C* quinto *DN* quintum *P m1 T* quinta *P m2 cet.* kal. april. *N* 14 apriles *P m1 DCM* aprilis *P m2 T'B* aprelis *T* 15 uicesima *libri* 17 incoat *TD* inchoat *P* (h *s. u.*) *cet.* 19 nuꝑrum *P* (me *s.* nc *m2*) his *TC et* (h *eras.*) *T'* 20 ad *P* (d *eras.*)

subducitur et ideo qui alia ratione primus putatur diuersa aestimatione septimus habetur. tunc ergo sedit arca, hoc est in mense septimo septima et uicensima mensis super montem †quarati. ex illo minui diluuium coepit. simul considera D quia isdem numeris quibus aliqua incipiunt resoluuntur, ut diluuium coepit secundo mense anni septima et uicensima mensis, centum quinquaginta diebus influxit diluuium, centum quinquaginta diebus aliis cessit diluuium, quadraginta diebus nimia uis caelesti imbre et fontium eruptione exaestuauit, quadraginta diebus aliis exactis, postquam uisa sunt capita montium, undecimo mense prima die mensis dimisit coruum E sanctus Noe. ita constat eodem numero quo cumulatum est diluuium esse inminutum. unde docet nos scriptura ordinem esse seruandum.

61 Quod autem ostium arcae sit, quod aperuit iustus, secundum corporis rationem supra dictum est. secundum altiorem autem interpretationem illud dicendum uidetur, quia corporis sensus uelut ostiorum similes habentur. per hos enim tamquam per ostia ingreditur in nostram mentem uelut quaedam sensi- F bilium conprehensio. ergo mens nostra per hos sensus respicere uidetur et maxime per uisionem, quae omnibus sensibus corporis praestabilior aestimatur, quia domestica est luminis et per eam aspicientes caelum terram maria, solem quoque, lunam et stellas quibus axis ornatur intellegimus deum esse operatorem mundi atque rectorem nec sine auctore deo tantorumque operum conditore haec potuisse fieri credimus aut

2 Gen. 8, 4 15 Gen. 8, 6 Philo Quaest. II 34 16 cf. sect. 24

1 quia *DNCM* 3 et *T om. cet.* uicensima *P* uicesima *cet.* 4 quarati *PB* quando *T* qua ratione *T'* quadrati *cet.* Ararat *ed. Rom., fort.* qui est Ararati, *ut hoc nomine Armenia significetur* 5 quia *P* isdem *T* eisdem *P* (e *s. u. m2*) *cet.* 7 CL *pr. PTCM* CL *alt. TB* 8 *et* 10 XL *PBCM* 9 caelesti *P* (i *ex* e *m2*) exestuauit *P* estuauit *T'B* 12 eodem *om. T* 14 seruandam *P* 15 sit archae *N* 17 uidentur *B* 18 hos *P* (h *s.* u.) 25 cumque *P* cumque *T*, *qui om.* rectorem . . . fieri 26 conditorem *P* (m *eras.*)

62 posse consistere. per hanc igitur fenestram coruum primum 254 A
iustus emisit. quaerenda causa nec tamen latet quantum ad
litteram pertinet, quia plerique quasi adnuntium futurorum
coruum aestimant et uoces eius obseruant uolatusque rimantur.
sensus autem altior significat quod mens iusti, quando mundare
se incipit, quae tenebrosa et inmunda et temeraria sunt primo
a se repellit, siquidem omnis inpudentia atque culpa tenebrosa
est et mortuis pascitur sicut coruus, lumini autem uicina
uirtus, quae mentis puritate et simplicitate resplendet. et B
ideo tamquam emittitur et fugatur culpa et separatur ab
innocentia, ut nihil remaneat in uiri iusti mente tenebrosum.
denique egressus coruus non reuertitur ad iustum, quia fugitans
omnis culpa est aequitatis nec probitati uidetur et iustitiae
conuenire. denique euasisse se credit iniustus tamquam de
uinculis, cum iustus ab eius se consortio separauerit, diluuii
cuiusdam et corruptelae familiaris, ut coruus, qui, cum sic-
citatem terrae nusquam inuenerit, non reuersus est, sed remansit. C
63 considerandum etiam quare non regressum dixerit coruum,
donec siccaret aqua a terra, quasi uero postea sit
regressus. sed elocutio familiaris scripturae est diuinae,
siquidem et in euangelio habes scriptum de sancta Maria
quod non cognouerit eam Ioseph, donec peperit filium, cum
utique nec postea cognouerit. deinde quae est locutio ista, ut
diceret donec siccaret aqua a terra, non terra ab aqua? D
et quidem usus loquendi etiam hoc habere consueuit. tamen

1 Gen. 8, 6 Philo Quaest. II 35 12 Gen. 8, 7 18 Philo Quaest. II 36 19 Gen. 8, 7 21 Matth. 1, 25 23 Philo Quaest. II 37

5 mens iusti] omnis iustus *DN* mundare *P* (m *s. u. m2*) undare (*om.* se) *T* 6 sunt *om. CM, post* tenebrosa *transponunt DN* 12 reuertit *TC* 13 aequitatis *P* (i *pr. m2 ex* ali) probitate *P* (i *s.* e, *sed eras.*) *T'N* 14 denique euasisse *P* (de *ex* d&, nique e *in ras. 5 litt., quarum ultima* s *fuisse uidetur*) 15 iustus *P* (us *alt. m2 in ras.*) istis (*om.* cum) *T* 17 terrenos quam *P* terre nusquam *T'* (e *alt. et* u *in ras.*) inueniret *NM* 20 elocutio *P m1* haec locutio *P m2 cet.* diuinae est scripturae *N* 23 quae est (est *s. u. m2*) elocutio *T* 24 a terra ... aqua *infra in mg. m1 P*

nonnulli ante nos aestimauerunt, eo quod immoderata quaedam uideatur uis exprimi passionum hac elocutione uerborum, quia turbidis passionibus ac procellosis consumatur anima, deficientibus autem et uelut arescentibus uirtutem resumat. non redit igitur culpae species in animam iusti quasi siccam et mortuam derelinquens et cui iam nocere non possit.

18, 64 Nec illud uacuum, quod postea columba dimittitur; malitiam E etenim simplicitas et culpam uirtus resoluit. malitia igitur F amat diluuium, consortium iustae mentis refugit et quasi desolata et sine aliqua statione remanet nullam habens cum uirtute communionem, uirtus autem redit amans iustorum consortia et largiendae familiarior utilitati, quae conferat salutaria et cauenda ea quae sunt nocitura commoneat, sicut columba dimissa cum uideret cessasse aquam, regressa est tamquam plena iustitiae, ut ei a quo missa fuerat nuntiaret quid adhuc cauere deberet atque spectando fructu postea meliore potiretur. quod autem columba non inueniens requiem 255 A suam regreditur ad eum, manifestum indicium dedit per huiusmodi aues quantum intersit inter malitiam et uirtutem exprimi, siquidem coruus ante dimissus, cum aliquanto uideretur amplius exundare diluuium, uisus est locum inuenisse residendi. et certe non est huiusmodi coruus ut aliae aues, quae in aquis conuersationem habere consuerunt. cum ergo coruus ubi remaneret inuenisse uideatur, columba autem non inuenerit, euidens ratio est altiore interpretatione signari quia malitia B inquietis passionibus et cupiditatibus, quibus corrumpitur anima, se miscere consueuit et quasi cognatis et domesticis delectatur ibique commorationem suam locat, uirtus autem

7 Gen. 8. 8 Philo Quaest. II 38 17 Gen. 8, 9 Philo Quaest. II 39

2 eloqutione *T* locutione *DN* quia (i *s. u.*) *P* 3 consummatur *T'* (*s.* l mitur) *N* 4 uelut recedentibus *B* resumat *DN* resumit *P* (i *ex* a) *cet.* 5 siccam et mortuam *T'* sicca et mortua *cet.* 6 derelinquens *P* (re *s. u. m2*) 9 amauit *PBCM* 12 quae *om. B* salutaria *P* (a *ait. s. u.*) salutari *T* 16 expectando *Erasmus* 19 huiusmodi *P* (h *s. u. m2*) 20 cum *P* (c *in ras.*) 23 habere *s. u. P* consueuerunt *T* 25 interpretatione *P* (o *s. u. m2*)

prima statim specie uisionis offensa regredi festinauit ad mentem animamque iusti. quod illic diuersorium sibi tutissimum sit locatum, eo quod alibi tamquam columba ita huiusmodi uirtus stationem tutissimam inuenire non possit. tarde enim C inter astutias istius mundi et saecularium fluctus cupiditatum
65 portum solet inuenire simplicitas. itaque sicut uirtus uelut uisendi gratia progressa paulisper ad mentem optimam redire festinat nec longius discedit a iusto, ita etiam iustus et studiosus uirtutis, ubi uirtutem adpropinquare cognouerit, gremium suae mentis expandit. quid enim sibi uult quod uir studiosus uirtutis Noe extendens manum suscepit eam et introduxit ad se? quod etsi secundum litteram planum uidetur, D non facile tamen colligas, nisi uiri sapientis tibi nota sit consuetudo, qui uelut speculatrice uirtute utitur et ei explorandorum negotiorum gerendorumque praerogatiuam quandam uidetur committere. ea ergo uirtus expendit naturas, ut si qua earum sibi uidetur adcommoda, profectum ei possit adiungere. communis enim quaedam est bonitas sapientiae et liberalis et larga utilitatis, ita ut quas morigeras sibi cernit adsociet. ubi E autem proposito suo uiderit aliquorum recalcitrare naturam, uelut ad hospitium familiare sibi reuolat et recurrit, quam sapiens et industrius tamquam manu quadam mentis festinat excipere, omne cor aperiens suum, quo eam etiam absentem tenebat; numquam enim potest sapiens exors propriae esse uirtutis.

66 Quid praeterea sibi uelit quod tenuit septem diebus aliis columbam et iterum dimisit eam, nisi ut aduertas quod bonum F sapientis optimumque propositum semper sibi etiam alios

10 Philo Quaest. II 40 26 Gen. 8, 10 Philo Quaest. II 41

4 tarde *P* (ar *in ras. m2*) 6 uirtus] iustus *C* iustitia *DNM* 8 nec *P* (c *m2 ex* l) *T'* (c *in ras.*) ne *B* 14 qui *P* (i *ex* e *m3*) 16 expendit *P* qua *P* (a *s. u. m2*) 17 adcommoda *T* committere *P* (*puncta erasa, s. ras. 9 litt.;* adcommoda *erasum esse uidetur*) *T'* (*in quo* sibi se) *cet.* 21 requirit *T* (cur *s.* qui *m2*) 23 accipere *B* 24 exsors *P* (s *pr. s. u.*) *T'DNB* 27 emisit *B*

adiungere studet, errantes emendare, corrigere uagantes? si quem in principio resilire conspexerit, tamen commutandi eius et corrigendi non desperat profectum. sicut enim bonus medicus, etsi tempus medicinae non sit, tamen uisitationis speculam ante praemittit, deinde non neglegit iustae expectationis excubias et paulisper passionibus cedens operitur facultatem medendi, quae ubi fuerit oblata, suum non intermittit officium: ita ergo et sapiens uerbis ac disputationibus tamquam medicus medicamentis contrarias curare desiderat 256 A passiones. et quia in omnibus remedio diuini fauoris utendum est, ideo septem expectauit dies, quibus mundus omnis describitur absolutus et operatori requies ministrata, ut ex illo auctore omnium sumeretur disciplina operationis humanae.

19, 67 Regressa est igitur columba ad uesperam habens B folium oleae et ramum in ore suo. non otiose et uesperam posuit et regressam et habentem folium oleae et ramulum in ore suo, ut non fugitantem uirtutem arbitreris profectus futuri, si quos possit adquirere, neque rursus tamquam sine lumine eam fuisse cognoscas et quibusdam tenebris C occultam, sed diurno candore fulgentem expectasse usque ad occasum diei ac sic ad eum regressam, apud quem etiam uesperi tenebras habere non posset. folium quoque quod secum detulit, etsi breue illud folium detulisse uideatur, spem eorum quos sui paeniteret erroris etsi non magnam, aliquam tamen significauit; folium enim sine uirgulto esse non poterat. ergo quasi germinantis correctionis licet non magnum, aliquod D tamen uexit insigne et folium oleae, in qua arbore oliua

11 Gen. 2, 2 14 Gen. 8, 11 Philo Quaest. II 42

2 respexerit *D* (*in mg.* con) *N* (ꝛ con *s.* re) 3 despexerit *B* 6 et *s. u. m2 P*, *fort.* set operitur *N* operit *BM* opperit *C* opperitur *P* (p *pr. s. u. m3*) *cet.* 7 cum fuerit *N* 10 amoris *B* 12 ministrata *P* (a *alt. ex* ṽ) ministratur *B* 14 habens *P* (h *s. u.*) 15 ot. ad uesperam *B* 16 et *alt. om. B* oliuae *T* oleae (*s.* uł oliue) *B* 17 ramū *T* (ū *ex* ulum) *D* in *TDNM* et in *PBC et* (et *eras.*) *T'* 22 possit *B* 23 breḅe *P* (v *m3 s.* ḅ) uidebatur *T* (b *eras.*) 24 tameṅ aliquam *B* 26 correptionis *DNCM*

generatur, ex qua oleum conficitur, quo materiale hoc lumen fouetur et tenebrarum fugatur obscuritas. quid autem magis quam lumen familiare uirtuti est? folium ergo et ramulus insigne est correctionis, correctio autem quasi radicem sui paenitentiam habet, quae paenitentia non potest in turbidis, sed in iis qui iam spiritalem sermonem acceperint germinare. in ore quoque non frusta ramulus oleae uidetur esse delatus, E eo quod uirtus et sapientia in sermone sui habeat claritudinem et ipsa statim specie lumen eius effulgeat, maxime cum pacifica loquitur, quoniam hunc quoque ramulum pacem petentes praeferre consuerunt. tulit ramulum, eo quod simplicitas puritate et sinceritate semina quaedam auribus nostris utilitatis infundit et bonae doctrina uirtutis aut ad instantiam prouocat et inuitat ad praemium bonae sibi conscium disciplinae aut F gerendae paenitentiae et sequendae conuersationis cupiditatem inicit peccatori.

68 Unde praeterea cognouerit sanctus Noe quia defecerit aqua a terra, sicut scriptum est, considerandum uidetur. primo omnium secundum litteram, quia potuit intellegere siccum an umidum folium esset allatum, deinde quoniam non est huiusmodi columba, ut fructus latentes sub aqua possit eruere. sed utrum illud folium ante diluuium fuerit exortum an tempore diluuii contuendum est tibi. si ante diluuium, uir

17 Gen. 8, 11

2 magis quam *P* (*s.* agis quam *ras. octo fere litt.*) *T* (quam *ex* quod) 3 familiari *P* (-re *m2*) *C* uirtutum *P* (-ti *m3*) *N* uirtute *B* 4 correptionis *D* corruptionis *N* correptio *N* 5 habet *P* (et *m3 in ras. 2 litt.*) 6 his *libri* acceperunt *BCM* 10 ṛamulum *P* 11 consuerunt *PT'* consueuerunt *cet.* 12 ac sinceritate *CM* 13 doctrinam *T* ad *s. u. P* instantiam *scripsi* industriam *BC* iustitiam *cet.* 14 conscium] cõmissum *DNCM* 17 unde et *T'* cognouit *T* cognouerit *T'* (*s.* ł uit *eras.*) 19 utrum siccum *P* (utrum *s. u. m2*) *cet.* 20 umidum *PT* humidum *D* (h *s. u.*) *T' cet.* quoniam] quo *B* quia *DN* 21 ut fructus latentes sub aqua possit *T* qụạe (ae *ex* a) pọṣṣiṭ *P m1* (*del. m2*) ut possit fructus latentes sub aqua *P in mg. m3 cet.* 23 conṣṭịtuendum *T'*

iustus gauisus est fructum de ueteri semine aliquem reser- 257 A
uatum et inde collegit misericordiae insigne diuinae, quod iam diluuium remouisset, quae fructum demonstraret, cui non potuissent nocere diluuia. si diluuii tempore natum est folium.
5 aduertit utique iustus noua semina misericordiae fruticasse caelestis, ut radices arborum uiuerent et quasi resumpta anima fetus germinarent uetustos atque in adsuetos partus
69 redirent, quorum indicium praemissa folia demonstrarent. sed B
hoc alta potius interpretatione collegit, quia dominus deus
10 noster, quamuis acerbis iniquitatis nostrae offensus esset erroribus, tamen antiquae nobis prosapiae patriaeque uirtutis semen aliquod uel exiguum reseruaret, ne penitus operis et creaturae suae omne circa humanum genus amputaretur insigne. unde et Esaias ait: nisi dominus Sabaoth reli-
15 quisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorra similes fuissemus, in alterius nomine ciuitatis exprimens caecitatis indicium, in alterius nomine sterilitatem. ita enim lingua patria Chaldaei Sodomam C
et Gomorram nuncuparunt caecitatem et sterilitatem signifi-
20 cantes. meritoque dominus in huiusmodi specie ciuitatum amputauit magis humana uitia quam puniendos homines iudicauit.
70 Tertio dimittitur columba post septem dies atque eadem non regreditur. unde consideremus, ne id quod supra diximus inueniatur esse contrarium. si uerbo quidem columba, opere D
25 autem uirtus non reuertit ad iustum, ergo destitutus est iustus

14 Esai. 1, 9 18 Philo de ebriet. 53 (I 391, 10) de somniis II 29 (I 684, 25)

1 est *om. B* 2 inde *P* (n *s. u.*) colligit *P m2 T* 4 est *om. B* 5 fruticasse *P* fructicasse *m1 TT'* fructificasse *T m3 T' m2 cet.* 8 indicium *P* (in *ex* iu *m2*) 10 acerbis *P* (b *ex* u) esset] sit *cet.* 12 paenitus *PT'* 18 nomine *P* (*exp. m2*) *T*, *om. DNBCM* chaldei *P* (i *add. m3*) *D* (h *s. u.*) nuncuparunt sodomam et gomorram *DN* sodomam nuncuparunt et gomorram *CM* 20 merito (*om.* que) *B* ciuitatũ *N* (ũ *in ras. m2*) 22 tertio *P* (o *s. u. m3*) 25 reuertit *TCM* reuertitur *cet.* est *om. B*

et defrudatus munere suo? nequaquam. numquam enim uir huiusmodi a uirtute disiungitur nec, cum emittit ex ore iustitiam disputationemque alicuius uirtutis inducit, uirtute se exuit et imitanda aliis aequitate dispoliat, sed uice solis alios inluminat, cum radios suae lucis emittit. ignis nempe calefacit adpropinquantes, ita ut calorem naturae suae ipse possideat. E numquid deficit lux diei, cum totum mundum inluminat claritate? habet inoffensum cursum suum inlibatamque naturam. sic et ista in columbae specie uirtus, cum adhuc ferueret diluuium, secundum auem tamen in terris, secundum uirtutem in hominum passionibus reuertit ad iustum, quia in iniquorum pectoribus uirtus ut posset haerere non potuerat inuenire. et ideo in illo secundo diuorsorio sui regrediens haeret atque requiescit. at uero ubi deferbuerint diluuia passionum et F auditi uerbi conpertaeque doctrinae plurimi studuerint esse consortes, iam non unius patrimonium, sed commune bonum esse incipit disciplina uirtutis et tamquam sapientiae poculum hauritur a plurimis, qui ante sitientes bibere noluerunt, sicut nunc feruent diluuia in pectoribus Iudaeorum, et cum aqua doctrinae caelestis exundet, potus exuberet, non putant esse potandum. euangelium legitur, uirtus exit de sermone caelesti, 258 A tractat sacerdos in ecclesia, sed ne forte intra arcam solus positus non possit audiri, interdum et egressus ecclesiam, ubi Iudaeus occurrerit, monet, exemplum adfert caelestium scripturarum: cludunt aures, ne uel inuitos fons abluat et uerbi dominici umor aspergat. si qui uero crediderint, currunt ad fontem, doctrinam expetunt, insinuari sibi euangelium concu-

1 defludatus *P* defraudatus *P corr. m1 cet.* 2 a uirtute *P* (a *s. u. m2*) 4 despoliat *P* (de *ex* di) *T'* disiungit *B* 10 auem *DNBCM* autem *P* (t *eras.*) *T'* (*del. m2*) aquam *T* tamen *del. m2 T'* 11 reuertit *TC* reuertitur *cet.* in *s. u. m3 P* 12 ut *s. u. m2 P*, *om. T*, ui *ex* ut *T'* herere *P* (ę *ex* e *pr. m3*, e *alt. m2 s. u.*) potuerant *P* (n *exp. del. m3*) *T* 13 ideo *P* (o *s. u.*) diuersorio *P* (e *ex* o *m3*) *cet.* suo *T* (o *ex* i *m2*) 14 ad *P* (t *s.* d) *T* uero *om. N* 20 caelestis doctrinae *N* 21 legitur *P* (l *in ras. m3*) 25 cludunt *PTT'* claudunt *T' corr. cet.* 26 umor *T* humor *P* (h *s. u.*) *cet.*

piscunt nec satiantur adsiduitate potandi. ita fonte sapientiae certatim repleri desiderant, quem ante fugere gestiebant. quem B fontem? audi dicentem: si quis sitit, ueniat ad me et bibat. qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae.

20, 71 In primo et sescentesimo anno uitae Noe primo die mensis C <primi> minutam aquam dicit a facie terrae, in secundo autem mense septima et uicesima die mensis siccatam terram esse commemorat. quid sibi uult illa adiectio de aquae inminutione, cum supputata ratio superior annum conclusisse uideatur, qui D annus a secundo mense incipit et in secundum mensem anni alterius usque progreditur, nisi forte hic iusti formam declaratam uelimus accipere, ut primus annus is fuerit, quo coepit diluuium, post sescentesimum scilicet annus primus, primus iterum annus et primus mensis post sescentesimum annum, quando minuta est aqua a facie terrae, eo quod iustus et in peccatorum generatione, quae propter delicta deleta est, uirtute E primus erat et in secunda generatione, quae coepit post diluuium, primus ordine, quia primus secundae generationis fuit. et merito primus euaserat. recte enim ei honor defertur qui et primae generationis primus fuit et posterioris principium, qui meruerit et de illa euadere et isti ad seminarium propagari. cum enim alii deperissent, solus uitae egregiae merito et praerogatiua uirtutis apud deum diues non est expertus malitiae corruptelam, per quem factum est ne totum corpus F

3 Ioh. 7, 37 sq. 6 Gen. 8, 13 sq. Philo Quaest. II 45

1 fontem *P* 2 repleri *P* (i *ex* e) 4 dixit *PT* dicit *T' cet.* 6 seşcentesimo *P* (x *s.* ş) sexcentesimo *cet.* 7 primi *addidi* minutam *T* imminutam *P* (im *s. u. m3*) *cet.* dicit aquam *B* faciem *P* (m *eras.*) 9 aquae *ex* quae *P* 12 declaratam *P* (ta *s. u. m2*) 14 sescentesimum *P* sexcentesimum *cet.* annum *T* primus *alt. s. u. m2 P* 15 seşcentesimum *P* (x *s.* ş) sexcentesimum *cet.* annum *s. u. m2 P* 16 minuta *T* imminuta *P* (im *add. m3*) *cet.* 19 primus ordine et *T* et ordine *P* (*in quo* ordinem, m *eras.*) *T' cet.*; et *deleui* et *om. T* 20 euaserit *T* ei *T'DNBCM* et *P* (*exp ; s. m2* ei) *T* 22 ad *om. B*

generis humani uel abolitum uideretur in terris uel a dei abscisum gratia relinqueretur.

72 Et denudauit inquit Noe tectum arcae. cum arcam, sicut supra interpretati sumus, pro specie corporis acceperimus, quid sit denudare corpus intellegamus, secundum altiorem scilicet sensum. ceterum liquet quemadmodum arca potuerit aperiri secundum litteram. quid igitur tectum corporis humani sit, quod clausum in diluuio fuit, nisi forte delectationem ac- 259 A
cipiamus. quae operiebat hoc corpus nostrum et quasi tegebat per illum Adae errorem? et eo maxime tecti similis aestimatur, quia sensus omnis in capite, inde delectatio, quae corpus omne subiectum habebat. sed ubi mens iusti uiri sobria atque integra a corruptione diluuii diuinae cognitionis inflammata desiderio exilire atque euolare uoluit in superiora, detexit omnia quae erant impedimento et speciem uoluptatis, B
quae quodam operimento ceteras partes tegebat corporis, redoperuit ac retexit, ut non solum corpus a seruitio dominatricis ignobilis liberaret, uerum etiam ea quae erant incorporalia comprehenderet; quae enim non uidentur aeterna sunt. et ideo iustus quem non uidebat dominum requirebat corruptelae
73 exors, cupidus aeternitatis. quod autem ait primum mensem uel secundum eumque esse uerni temporis diem, habes et C
alibi dictum: hic mensis primus erit uobis in diebus anni. qui enim in gratia primus post periculum, hic recte
74 praerogatiuam primi mensis accepit. ne te autem moueat quod diximus supra folium in ramo repertum post diluuium potuisse generari, etsi sub aqua plerumque herbae soleant germinare, tamen ut scrupulus omnis possit auferri, quid magnum si deo

3 Gen. 8, 13 Philo Quaest. II 46 4 cf. sect. 13 sqq. 21 Gen. 8, 13 sq. 23 Exod. 12, 2 25 Philo Quaest. II 47 26 cf. sect. 67

5 denudare *T* denudari *P* (de *ex* di *m3*) *cet.* 7 quid *T'NM* quod *cet.* 8 çụm (*exp. m3*) accipiamus *P* 10 tecti *T* tectis *P* (s *eras.*) *cet.* 12 uiri iusti *B* 15 erant *P* (u *s. u.*) uoluptatis *TDN* uoluntatis *cet.* 19 compraehenderent *P* 21 exsors *T'B* 25 nec *TD* 27 solent *B*

iubente uno die quo inminuta fuerit aqua statim germinauit et terra, cum idem sit fructuum reparator et conditor atque D operis sui usum non fuerit oblitus? denique habes in exordio statim quod iusserit ut terra herbam pabuli germinaret et lignum fructiferum cum fructu suo — et statim eiecit terra herbam pabuli habentem semen secundum genus et lignum fructiferum — et ille dies unus fuerit, quo haec deus iussit aut fecit. ergo beneficii sui deus non inmemor, inmemor autem nostrae iniquitatis opus suum eiusdem qua coepit E temporis quantitate reparauit.

21, 75 Et dixit dominus deus ad Noe: exi de arca tu et uxor tua et filii tui. itaque recedente aqua et siccata F terra exire Noe potuit de arca. sed iustus nihil sibi adrogat. sed totum se diuino committit imperio. et maxime qui caelesti fuerat ingressus oraculo caeleste debuit ut egrederetur expectare responsum; uerecunda enim iustitia est, quia inuerecunda iniquitas, quae usurpat indebita nec reueretur auctorem.

76 nunc quaeramus qua ratione quamdiu ingrediebantur in arcam hic ordo fuit ingredientium, ut primo ipse ingrederetur et filii eius, inde uxor eius et uxores filiorum eius, quando autem exierunt commutatum sit. nam scriptum est: exiuit ipse et uxor eius et filii eius et uxores filiorum eius. et littera quidem significat in ingressu abstinentiam gene- 260 A rationis, in egressu generationis usum. tunc enim pater cum

3 Gen. 1, 11 sq. 11 Gen. 8, 15 sq. Philo Quaest. II 48 18 Philo Quaest. II 49 21 Gen. 8, 18

2 sit *post* reparator *transponit B* 3 et in *N* exordio *P* (i *s. u.*, ordio *in ras. m3*) *M* (i *s. u. m2*) *TT'B* exodo *C* genesi *D* (*in ras.*) *N* 4 terram *P* (m *eras.*) 7 quo] quod *P* (d *eras.*) *T* (d *exp.*) 8 memor autem *DNCM* 9 quae *P* (e *eras.*) 11 deus *om. B* 12 uxor *P* (*ex* exur) 13 potuit *P* (*ex* puituit) *T* (*ex* poterit) nil *B* 14 caelestis *P* (s *alt. eras.*) 15 oraculum *P* (*corr. m2*) 16 ueraecunda *P* (e *alt. s. u.*) inuerecundia *P* (i *alt. eras.*) 17 reuereretur *P* (re *alt. eras.*) 20 fili *P* (*corr. m3*) *T* 22 et filii eius *T* filii eius *B* et filii *P* (*s. u. m3*) *cet.* 24 egressu *P* (e *pr. s. u.*) in egressu generationis *om. T*

filiis prius introiuit et filii cum parente et postea **uxor eius** et filiorum eius uxores, id est non commiscetur sexus in introitu, commiscetur in egressu. aperte igitur uelut ordine ipso ingressionis uocem quandam iustus emittit, tempus illud non esse concubitus neque deliciarum, quo omnibus immineret interitus. unde in euangelio dominus ait reprehendens quod temporibus Noe manducarent et biberent, uxores ducerent et B filias suas nuptum traderent, et ideo propter intemperantiam eorum superuenisse diluuium. maeroris igitur tempus illud, non laetitiae erat, et inde iustus consortio non delectabatur uxoris uel filii iusti petebant copulam coniugalem — quam enim indecorum ut quo tempore uiuentes morerentur, tunc perituri generarentur! — postea autem recte ad seminarium ceterorum successit usus et cura coniugii, cum diluuium recessit. itaque C non uiri cum uiris, sed feminae cum uiris exeunt, ut uirilis in se interdicta permixtio, permissa autem uirilis et feminea
77 legitima sorte coniugii copula uideretur. sensus autem altior hoc habet, <ut>, ubi periculum est, uiriles quaedam et fortiores disceptationes menti adhaereant et eo se mens quasi quadam tueatur subole filiorum, quo tempestatibus et grauioribus passionibus acies quaedam uirilis occurrat. decurso autem periculo nihil obest, si molliores cogitationes ualidioribus D copulentur, non ut effeminentur a mollioribus fortiores, sed

6 Luc. 17, 26 sq.

1 introiuit *P* (i *alt. s. u.*) parentem *P* (m *eras.*) 2 et *T* uel *cet.* commiscetur *B* (com *add. m2*) 3 ordine *P* (or *s. u.*) 8 suas *om. DNCM* nubtum *P* nuptui *TBCM* 9 igitur *P* (i *pr. ex* in) 10 unde *DN et* (*corr. m2*) *T* 11 iusti filii *T* 14 sucessit *P* (c^{c} *in ras. unius litt.*), *om. DN* 15 femine *P* (e *alt. ex* a *m3*) 16 permixsio *P* (t *s.* s *m3*) cõmixtio *T'* uirilis (lis *eras.*) *T'* feminea *scripsi* feminaeae *P* (feminęę *m3*) feminee *TCM* feminęę *DN* feminęe *T'* (e *ult. eras.*) femine *B* 17 legitima *P* (a *ex* e *m3*) copulam *P* (m *exp. m3*) 18 ut *addidi* 19 eose *P* (e *alt. s. u.*) eas *T* quasi *om. B* quadam *N* quandam *P* (m *del.*) *T'* (n *exp.*) *TM* quãdam *D* quamdam *BC* 20 sobole *P m3 T'NB* subolem *P m1* (m *del.*) *T m1* sobolem *T m2 cet.* 21 occurrat *P m1 T'* occurrunt *C* occurrit *P m3 cet.*

ut molliores sensus uelut quibusdam uirilibus roborentur, cum omnia consilia nostra ad uirtutem iustitiam integritatem fortitudinem dirigantur et quodam usu seminarioque uirtutem creari atque adolescere possint ualidiora consilia. non est igitur utile, cum uitiorum aliqua confusio est, quae mentem occupet, serere aliquas cogitationes atque generare et parturire mentem. cum autem compressae fuerint cupiditates et mens requieuerit, tunc seminario quodam disceptationis accepto uirtutes possunt et bona opera germinare. E

22, 78 Et aedificauit inquit Noe aram deo. qua ratione supra dominus admonuit quae faceret et fecit Noe omnia, hoc autem quod non admonitus est fecerit fortasse quaeratur. sed utique dominus non debuit quasi auarus mercedem gratiae postulare et iustus eam intellexit ueram actionem gratiarum esse, quae non iuberetur, sed deferretur. itaque nec dilationem passus est. etenim grata animi uirtus passionem dubitationis excludit; qui autem debitor gratiae ut a se exigatur expectat ingratus est. quod autem aedificauit inquit deo et non dixit domino, sed deo, secundum nominis interpretationem non coacta uidetur haec actio esse gratiarum quasi domino, 261 A sed uirtus iusti morigera et grata quasi deo quod imperiale 79 est sequestrauit, quod beneficii nominauit. et sumpsit a bestiis et a uolatilibus mundis et obtulit inquit holocausta. littera euidens est quod ea quae incontaminata sunt debemus offerre, in quibus affectus reluceat offerentis, altior autem interpretatio hoc habet, quod bestiae mundae

10 Gen. 8, 20 Philo Quaest. II 50 18 Philo Quaest. II 51 22 Gen. 8, 20 Philo Quaest. II 52

2 cum *P* (u *ex* o *m3*) 3 ęt *P* (*s.* ut) ut *T'* 9 germinare *T* germinari *P* (ri ex re) *cet.* 10 deo *M α* dno *cet.* 11 *puto* admonuerit ... fecerit 12 requiratur *DN* 14 postulari *P* (ri *ex* re) *CM* 16 gratia *P* (i *eras.*) *T*, *qui post* animi *add.* et 17 debitor *P* (*s. m3* ł debitū) *TT'* debitum *cet.* 18 est *om. B* 21 gratia *P* (*corr. m3*) *T T'* 24 euidens ẽ (ẽ *add. m3*) |& (& *eras.*) *P* 25 reduceat *T* (lu *s.* du *m2*) offerentem *P* (is *s.* ęm) *T* (tis *m2 s.* tem) 26 mundae *T'* multae *cet.*

uidentur sensus esse sapientis, uolatilia autem intellectus, B
qui sunt longe subtiliores atque leuiores.

80 Nunc uero consideremus diligentius quid sit quod ait quia dixit dominus deus recogitans: non adiciam maledicere terram propter opera hominum, quia permanet cor hominis diligenter super mala a iuuentute. non ergo adhuc addet percutere omnem carnem, sicut fecit, omnibus diebus terrae. etsi uindicauerat in hominum genus, tamen cognouerat quia uindicta legis ad timorem proficit et cognitionem doctrinae magis quam ad naturae com- C
mutationem, quae corrigi in aliquibus potest, in omnibus mutari non potest. uindicauit ergo dominus ut timeremus, pepercit ut reseruaremur, et uindicauit semel ad exemplum timoris, pepercit in reliquum, ne dominaretur semper amaritudo peccati, simul quia si quis peccata cupiat frequentius uindicare, asper magis quam censorius habetur. ideoque dicit deus: non adiciam maledicere terrae propter opera hominum, D
id est quia pietatem suam circa uniuersitatem hominum uoluit declarare et tamen securitatem et neglegentiam quandam mentibus humanis adferre non debuit, in paucos uindicat, plures reseruat. deinde cum dicit: non adiciam, ostendit quod ableuet magis aerumnas hominum quam ingrauet sciens quod penitus peccata hominum auferri non queant, tamquam in prouerbio ut si quis reti subtili haurire aquam cupiat, sic qui

81 malitiam ex pectoribus hominum conetur auferre. non adi- E
ciam inquit maledicere terrae propter peccata hominum, quia permanet sensus hominis diligenter

4 Gen. 8, 21 Philo Quaest. II 54 7 Gen. 8, 21 16 Gen. 8, 21 25 Gen. 8, 21 Philo Quaest. II 54

3 quia *T* quid *P* (*exp. et s.* &) et *cet.* 7 addet *scripsi* addit *T*, *om. B* (*qui praeterea om.* adhuc) *cet.* percutere *T* percuterem *P* (t *s.* m *m2*) percuteret *cet.* carnem *scripsi* (πᾶσαν σάρκα *LXX*) terram *libri* 10 ad *om. B* 11 mutari in omnibus *B* 12 timeremus *P* (re *s. u. m2*) 13 seruaremur *B* 14 relicum *T* 15 frequentius *PTB* saepius *cet.* 16 dns *DN* 17 adiciam ultra *N* 20 humanis *P* (is *in ras.*) 22 ableuet *T* alleu.t *cet.* 24 ut *om. DN* in reti *B* cupiat aquam *DN*

super mala a iuuentute. uide quomodo studiose nos delinquere deus significet dicendo permanere super mala sensum hominis diligenter, quo dicto significare uidetur diligenter cor hominis ad peccata propendere et inesse principali nostro lubricum delinquendi et quod peius est studium non deesse. ideo enim ait diligenter, quasi solliciti simus, ne F immunitas culpae nobis possit obrepere. deinde non in unum malum dixit, sed in multa mala et a iuuentute addidit; ex illa enim aetate crescit malitia, licet alibi legerimus quod non sit sine peccato nec unius diei infans, sed et infantia sine peccato non sit propter corporis infirmitatem, diligentia autem et studium peccandi incipiat a iuuentute, ut puer quasi infirmus peccet, iuuenis tamquam inprobus, qui studiose cūpiat peccata committere et in criminibus glorietur; apud plerosque 262 A enim innocentia pro ignauia et culpa pro laude habetur. ita se luxuria et deliciis et adulteriorum affectibus iuuenes iactare consuerunt. crescit ergo cum aetatibus culpa. omne igitur genus hominum iam non consumendum declarat, cum dicit: non adiciam percutere omnem carnem, sed in parte uindicta seruatur.

23, 82 Quid sit etiam quod ait: semen et messis, frigus et B aestus, aestas et uer, die et nocte non requiescent. quod secundum litteram significat permansura manentibus secundum institutionem domini et statum suum temporibus

10 Iob 14, 4 sq. 19 Gen. 8, 21 21 Gen. 8, 22 Philo Quaest. II 55

1 iuuentute *in ras. T* 3 diligenter (*alt.*) enim *PBCM et* (enim *del.*) *T'* 7 immunitas *T* (muni *m2 ex* minu) 10 unius *P* (i *s. u.*) 12 autem *PTB* enim *cet.* 16 luxoria *P et* (u *s.* o) *T* deliciis *P* (e *m2 ex* i) effectibus *P et* (e *pr. in ras. ex* a) *T'B* 17 consueuerunt *B* crescit *P* (it *ex* &) genus igitur *B* 21 frigus et aestus, aestas et uer *scripsi* (ψῦχος καὶ καῦμα, θέρος καὶ ἔαρ *LXX, cf. p. 473, 10 et Philo Quaest. II 55*) hiems (hiemps *TBCM*) et aestus (aestus *T*, aestas *N*) *libri*, frigus et aestus, hiems et aestas *ed. Rom.* 23 quod *eras. D, om. N*

incorrupta futura animalia uel nemorosa omnia. nam cum C
corrumpuntur tempora, corrumpuntur etiam illa quae temporibus suis quaeque gignuntur. si autem confusio sit temporum, quomodo possunt confusione facta etiam ea quae sunt gignentia permanere? ergo tempora sunt quae aut corrumpunt aut reseruant, prout ipsa sui habuerint qualitatem. ideoque annus ex contrariis ducitur, uere autumno aestate atque hieme. sicut armonia cantilenae permixtis grauibus et acutis uidetur consistere, sic ergo et mundus iste ex contrariis continetur, aere D
et terra, igni et aqua. nostra quoque corpora frigore et calore, umore et siccitate quendam naturae ordinem seruant. nam si naturalis ordo ac mensura confunditur, tunc necesse est sequatur interitus. ergo certum ordinem temporum dominus remota confusione diluuii ad perseuerantiam mundi promittit
83 futurum. altior autem sensus hoc habet, ut per semen intellegamus principium, per messem intellegamus finem. in utroque E
salutis est causa. alterum sine altero inperfectum est, quia ait: 'ubi principium est, finis quaeritur nec potest esse sublato fine principium et finis in principium recurrit.' ergo semper in eadem recursurum, dum in hoc mundo est, genus memorat humanum, ut cum incipit annus, finiatur, cum finitur, incipiat, non medio mundus tempore resoluatur. ita et mens quando aliquid uidetur incipere, ad finem usque contendat et operis sui terminum quaerat. quando finit aliquod opus, non quasi F
consummato opere ferietur, sed in alia recurrat opera et semper incrementa uirtutis exerceat, quando quidem uidet quod in fructus suos semper terra reuocetur, qui diuersi aut uere et
84 aestate ut in partibus orientis aut aestate autumnoque nascantur

1 futura *post* nemorosa *transponunt DN* nam cum *s. u. P*, cum *om. B* 7 dicitur *T* autemno *P* atque *om. DNCM* 8 cantilenae *P* (i *in ras.*) 9 si *T* ita *CM* iste] ęssę *T* 11 humore *T'DNBCM* 12 mensumpra *P* (*corr.* mensu*şupra) mensu**ra *T'* 13 çęrţum certum *P* temporum *om. B* 17 quia şiţ *T* quia** *P* quia *cet.* 18 potest esse *ex* postea *ut uidetur P* 21 finiatur *PT'* 25 finiatur *N* finietur *CM* alia *P* (i *ex* t *m3*) 27 aut aestate *DNCM*

ut in partibus occidentis. alio tempore terrarum seminaria partus suos edunt, alio autem tempore fructus arborum carpimus. diuidui ergo fructus sunt necessarii et uoluptarii: 263 A necessarii ex seminibus terrarum, at uero ex arborum fructibus uoluptarii. itaque corpus nostrum tamquam uere, hoc est ἔαρι, cibo pascitur naturali. ἔαρ autem Graeco nomine, uer Latino dicitur. ideo scriptura de partibus orientis et maxime Aegypti, per quam transiuit Hebraeus, uel ex partibus Phoeniciae sumpsit exemplum. anima autem uoluptariis, hoc est sapientiae fructibus alitur, cui iterum, ut corpori nostro contrarium frigus B et aestus, ita timor et iracundia uidentur aduersa. sed quia in corpore est, necesse est et iracundiam habeat et timorem, nec potest sine hac esse corporeae necessitate naturae. et ideo mens sapientis moderamina iusta dispensat, ne iram et 85 timorem permisceat et fiat confusio quaedam animo illius atque diluuium. die quoque et nocte quod ait, per diem intellegis inluminantem uirtutem, per noctem recognoscis tenebrosam insipientiam. C itaque et in timore tamquam in frigore potest esse inluminans uirtus. similiter et iracundiam potest reprimere temperantia, ut in timore aliqui non penitus resoluatur et magis timore dirigatur ad opera uirtutis, uerbi gratia si persecutor insistat, ut plus deum timeas et perpetua magis supplicia quam praesentia putes esse uitanda, quae dum times, accendaris ad gloriam perfidiae iratus et sceleri, rursus iracundia succensus diuino commotionem timore modereris.

24, 86 Et benedixit dominus Noe et filios eius dicens: D

26 Gen. 9, 1 sq. Philo Quaest. II 56

2 partus *m3 ex* portos *P* sedunt *P* (s *eras.*) educunt *DNCM* 4 ad (t *s.* d) *P m3 T m1* 5 ἔαρι *scripsi* aere *libri* 6 ἔαρ *scripsi* aer *P* (*ex* ear) *cet.* 8 phoeniciae *B* foeniciae *PT* feniciae *D* feniciae *cet.* 12 necesse est *om. DN* 13 corporea nec. natura *T* 19 in (*eras.*) iracundiam *P* 20 temperantiam *P* (m *alt. eras.*) *T* (m *alt. exp.*) aliquis *TB et* (s *s. u.*) *T'* resoluantur *DNCM* 21 timore dirigatur *T* per timorem dirigantur *M* timorem dirigat (dirigant *DNC*) *cet.* 23 supplicia *T* 24 accendaris *P* (c *pr. ex* d) 25 diuini commotionem (m *ult. eras.*) timoris *T*

crescite et multiplicamini et replete terram et E
dominamini eius. et timor uestri et tremor erit
omnibus bestiis terrae et omnibus auibus caeli
et in omnibus quae mouentur super terram et in
omnibus piscibus maris. haec praerogatiua potestatis in 5
cetera animalia uidetur homini adtributa et in superioribus
partibus, sed eo loco ubi dixit quod deus hominem ad ima-
ginem dei fecit, <ait>: masculum et feminam fecit eos
et benedixit eos dicens: crescite et multiplicamini
et replete terram et dominaminieius et potestatem 10
habete super pisces maris et uolatilia et bestias F
terrae et reptilia. quod eo admonui, ut intellegas
geminam hominis generationem expressam: unam secundum
imaginem dei, alteram secundum figmentum de luto terrae.
denique illa creatio hominis de luto terrae uidetur esse facta 15
post mundum, postquam requieuit deus ab operibus suis.
sero quodammodo terrenae statuae figmentum gignitur. non 264 A
erat pluuia super terram nec homo terram opera-
batur. tunc de limo terrae finxit deus hominem et
insufflauit in faciem eius spiritum uitae, et factus 20
est homo in animam uiuentem. ille autem qui sexto
die quasi perfecto numero, quo omnia conclusa sunt opera
dei, quasi perfecta operatione constitutus est homo secundum
imaginem dei est <factus>. cui etiam iste comparatur qui in
diluuio iustus inuentus est. et ideo supra terrena omnia eum 25

8 Gen. 1, 27 sq. 17 Gen. 2, 5 19 Gen. 2, 7 23 Gen. 1, 26 sq.

1 repleta *P* 2 urr̥ *T* 4 in *pr. om. B* terram] aquam *T* 5 potestatis *om. B* 6 cetera animalia *P m1 T* ceteris animalibus *P m3 cet.* hominibus *DN* superioribus *P* (or *s. u.*) 7 loco *ex* locum *P* ad imaginem dī *T* dį *P eras., om. cet.* 8 ait *addidi, om. P m1 T* dicitur *P m3 cet.* 9 eis *DN* 10 terram *P* (r *alt. s. u. m3*) 12 eo *ed. Rom.* ideo *T* ego *cet.* 15 denique . . . terrae *in mg. inf. m1 P, om. B* 20 insuflauit *P* 21 qui *om. DNCM* 22 sunt opera . . . imaginem *om. T* 23 est *T', om. cet.* 24 factus *addidi* 25 super *T*

constituit deus, sicut et illum ad imaginem dei factum, quia B
uterque a terrenis uitiis temperabat, ille qui ita generatus
est, ut nihil terreno deberet contagio, iste qui et in periculis
fuerat adprobatus et examinatus in passionibus et repertus
87 5 quod in confusione non fuisset obnoxius confusioni. altior
autem sensus habet quod iustus magnitudine et multitudine
uirtutis augetur atque doctrinae et replet terram quasi cor
quoddam, in quo sit receptaculum intellegibilium. ita nihil
uacuum sapientiae esse patitur, quod insipientia possit inua- C
10 dere. dominatur igitur terrenis omnibus passionibus, sed etiam
sensibus corporalibus, bestias quoque sibi quodam terrore
subigit et timore, in quibus species uidetur inesse malitiae
atque feritatis. inmitis enim et agrestis est omnis malitia:
inflatur aerio quodam tumore. nec illud obscurum quod reptilia
15 quaedam letalium quandam habent speciem passionum, a
quibus uenenum quoddam menti uidetur infundi. omnibus
ergo his imperat iustus, quibus non commiscetur, sed coercet D
ea, si mens eius non delectatione, non cupiditate ducatur, non
tristitia et timore frangatur, non etiam luxuria atque deliciis
20 tamquam lubricum et caducum uitae istius agat cursum, sed
continentia ac temperantia ableget a se uir sapiens huiusmodi
88 passiones. sed quia subdidit statim: omnia reptilia quae
sunt uiua erunt uobis in escam, ne forte te moueat

22 Gen. 9, 3 Philo Quaest. II 57

2 uterq; *P* (q; *in ras.*) ita *s. u. P* 3 cont▪agio *P* 5 confusioni *PTB* passioni *cet.* 6 magnitudinem *P* (m *del. m3*) 7 doctrinae *T* doctrina *cet.* 9 sapientia *TDN* 10 dominatur igitur *T et in spatio uacuo m2 T'* donatur (*s. m3* ł domat is) igitur *P* donatur igitur *CM* domatis igitur *D* dogmatis (g *s. u. m2 B*) igitur *NB* terrenis *T* non solum terrenis *P* (non solum *s. u. m3*) *cet.* 11 sensibus *P* (ib *s. u. m3*) 12 subigit *P* (g *s. u.*) *T* subdidit *B* subicit *T* (c *s. u.*) *cet.* inesse *PTB* esse *cet.* 14 ac inflatur *C* illud *P* (m *scribere uoluit librarius, sed statim* d *correxit*) 16 uidetur menti *B* 17 iustus *om. B* 18 ea▪▪▪ *P* dilectione (*corr. m2*) *P* 19 etiã *P* (tiã *in ras. m2*) luxoria *P et* (v *s.* o *m2*) *T* 21 ac] et *DN* ableget *T* abliget *P* (*corr. m3*) *T'* (*corr. m1*) *CM* abiget *B* abigat *DN*

quia ante de reptilibus diximus uenenatis, cognosce alia esse E
reptilia uenenata, alia mansueta. de mansuetis igitur reptilibus
accipe, quae etsi non omnia uentre et pectore repunt sicut
colubres, exiguos tamen pedes habent, ut repere magis quam
ambulare uideantur. ergo uenenatorum reptilium similes in-
mundas corporeas accipe passiones, mansuetorum autem
decoras. omnis enim affectus, qui est praeter deformis delec-
tationis inlecebram, passio quidem est, sed bona passio.
cupiditas mollior et ira ac timor, haec noxiae animae passio- F
nes sunt, affectus autem innoxii passiones bonae sunt. et his
uiuendi quidam nobis usus ministratur et causa, harum cíbo
utimur ad uitae gratiam, harum epulis delectamur.

25, 89 Quid est etiam quod ait: sicut holera pabuli dedi 265 AB
uobis omnia? in quo et hi qui simpliciter intellegunt, ut
non expendant sermonis examen, non nobis uidentur esse
contrarii. sunt enim qui putant quod holera ad escam nobis
dei iussu adtributa uideantur, quo his magis uti quam car-
nalibus epulis debeamus: ego autem libenter his adquiescerem,
ut generi hominum ad parsimoniam magis et temperantiam
holerum usus inolesceret, nisi uiderem ab his qui id non
libenter accipiunt posse referri mihi quia non omnia holera C
escae hominum inueniantur adcommoda, deinde quia non omne
hominum genus sapientiae et continentiae amore ducitur, ut
continentiam sequi possit. et ideo quod generale praeceptum

13 Gen. 9, 3 Philo Quaest. II 58

2 reptilia *P* (*s.* ia *ras.*) mansuetis ergo *B* 4 colubręs *T* (i *s.* ęs *m2*) 5 inmundas *T'DN et* (a *in ras.*) *M* inmundos *C* inmundo *PTB* 6 corporeas *T* corpore *PBCM et* (corporis *corr.*) *T'* in corpore *DN* 7 deformes *P* (i *s.* ę *alt.*) *B* 8 inlecebras *B* quedam *T* (e *ex* i *m2*) 9 cupiditas enim *B* haec *P* (c *eras.*) *T* (c *exp. m2*) *M* hae *cet.* 12 et harum *P* (et *s. u.*) *T'B* 13 olera *TBCM* 15 uidentur *P* (n *s. u.*) 16 quod] ut *DN, om. CM* holera *D* (h *s. u.*) olera *NB* 17 dī *ex* dš *T* iussu *PTB* nutu *cet.* uideantur *om. M* magis tanquam carnalibus epulis uti *B* 20 holerum *T* (h *exp.*) olerum *B* inholesceret *P* (h *eras.*) *T'* (h *del.*) qui id *P* (*exp. m1*) *B* quid *T* qui *cet.* 21 olera *BM*

est, ad portiunculam paucorum hominum diriuare non possu-
90 mus; omnibus enim hominibus hoc praeceptum datur. ideoque consideremus quid dixerit. sicut holera inquit pabuli dedi uobis omnia, non holera omnia dedi uobis ad escam.
5 utantur igitur qui utuntur carne tamquam holeribus non ad D distentionem nec ad aruinam corporis, quam epulae carnis facere consuerunt. sed quemadmodum et holera non omnia ad escae usum habilia sunt, ita etiam non omne uiuum reptile adcommodum ad usum epulandi, siquidem ab omnibus uene-
10 natis abstinere debemus, licet huc quoque processerit luxuria, ut magis delectationi consulat quam periculo et in plerisque resecto quod dicitur uenenatum naturaliter inesse reliquam partem ad cibum uindicet, quae etsi non plena periculi, tamen E uicina periculo est et corruptela aliqua necesse est in totius
15 sucum se carnis infuderit. plerique etiam sagittis uenenatis transfigunt ceruos et huiusmodi uelocia animalia et postea resecta quadam parte membrorum reliquo corpore ad cibum
91 utuntur. quod autem ad altiorem sensum pertinet, hoc est, unde magis dictum est, quod inrationabiles passiones ita debeant
20 menti sapientis ut holera rustico esse subiecta, atque ita his F utatur tamquam reptilibus cogitationibus, ut agricola holeribus, quae obesse non possunt, cibi tamen non habent gratiam fortioris. generale enim omnibus et commune praeceptum non altiora indicit genera uirtutum, quae utique paucorum sunt,
25 sed etsi quis uirtutum epulas fortiores sibi exhibere non possit,

3 holera *T* (h *exp.*) olera *BC* 4 olera *B* 5 oleribus *TDB* 6 distentionem *T* (s *s.* ţ *alt.*) distensionem *N* aruinam *α* ruinam *libri* 7 consueuerunt *NM* holera *T* (h *exp.*) olera *B* 8 reptibile *P* (bi *exp. m3*) 9 aepulandi *P* 10 hoc *P* hinc *B* hic *M* quoque (*in mg. m2* usque) *T* luxoria *P et* (u *m2 s.* o) *T* 11 ut *TDNCM* aut *B et* (a *eras.*) *PT'* 13 ad cibum *om. N* plena *P* (e *ex* a) 17 quidam *P* (a *s.* i) reliquo *s. u. P* 20 holera *T* (h *exp.*) olera *B* his ita *DNBCM* 21 utaṇtur *T* utamur *DNCM* tamquam *om. DNCM* holeribus *T* (h *exp.*) oleribus *B* 22 quae licet *DN* 23 fortioris *P* (s *ex* a)

huiusmodi tamen habeat passiones, quae non noceant, sed delectent.

92 Ideo in principio sanctus Moyses informauit nos atque instruxit de insufflatione animae, ut non laberemur opinioni- 266 A
bus diuersis philosophorum, qui sibi ipsi constare non possunt. plerique enim uaria senserunt, uti Critias et eius discipuli sanguinem esse animam dicentes, istam utique animam, qua uiuimus, quae est sensibilis, non illam animam, quae rationabilis et intellegibilis interioris hominis aestimatur. Hippocrates autem etsi Critiae non inprobauit ingenium nec disputationem eius redarguit, tamen sententiae non adquieuit. Aristoteles endelechiam dixit, ignem alii esse uoluerunt. nos B
igitur huiusmodi diuisionem teneamus, ut separemus quod est rationabile animae, cuius substantia diuinus est spiritus, sicut ait scriptura: quia insufflauit in faciem eius
spiritum uitae, esse autem in ea nutrimentum quoddam uitale, quo hoc corpus animatur, esse etiam delectabile. illarum igitur et uitalis et delectabilis animae partium substantia sanguis appellatur a quibusdam, licet etiam scriptura dixerit: anima totius carnis sanguis est. proprie igitur C

4 cf. Tertullianus de anima c. 5 Diels Doxographi gr. p. 212 sqq. Macrob. comm. in Somn. Scip. I 14, 19 sq. 15 Gen. 2, 7 20 Leuit. 17, 11

1 passiones habeat *B* 2 *post* delectent *in codice archetypo excidit folium, quo ea continebantur quae apud Philonem Quaest. II 58 (ult.) et 59 (init.) leguntur* 5 filosoforum *P* filosophorum *T* constare *P* (a *(in ras.)* 6 uti *DNM* ut* *P* ut *T' cet.* 7 quam *P* (m *eras.)* 9 Ippocrates *P* ipocrates *DNB* ypocrates *T'CM* hipocrites *T* 10 critiae *P* (i *pr. in ras. m1 ex* a ?) gretiae *T* 12 aristotiles *P (corr. m2) T'DBCM* endelechiam *scripsi* entelechiam *α* endelichiam *M* eius (ei' *TDN*) deliciam (diliciã *T*) *cet.* 14 spiritus ·/· uita (uita *exp. m2; om.* sicut ... spiritum; *infra in mg. m1* ·/· sicut ... spiritum uitę, ę *m2 in ras. ex* a) *P* 16 uitae uita *B* 20 igitur ·/· carnis (·/· carnis *s. u.*) sanguinem (*in mg. m1* ·/· animam) *P*

animam carnis sanguinem appellauit; in carne enim delectatio et passio est, non mens et ratiocinatio. tamen si diligenter intendas, hic locus illum explanat. cum enim hoc loco dixerit sanguinem animam, utique significauit aliud esse animam, aliud sanguinem, ut sit animae substantia spiritus uitalis, sed ipsum spiritum uitalem non per se tantum et sine sanguine usum adferre uiuendi, sed commisceri sanguini, quia sunt quae appellantur arteriae uelut receptacula spiritus, quae non D solum aerem purum amplectuntur, sed etiam sanguinem, sed minorem longe sanguinis portionem. gemina enim cum uasa sint, aliud uenae quae φλέψ graece appellatur, aliud arteriae, uena plus habet sanguinis quam spiritus, hoc est φλέψ, arteria minus sanguinis, multo amplius spiritus. iam temperatio pro diuersitate naturae est hominum singulorum. altior
93 autem sensus delectare te debet, qui significat sanguinem E animam ideo dictum, quia sanguis calidus et ignitus est, sicut est uirtus. quicumque igitur studio fuerit uirtutis accensus et uaporem laudis adsumpserit, omnes delicias uentris excludit. ea igitur cogitationum quae sunt carnalia atque terrena in uirtutis, inquit, ardore positi reicietis quasi inhabilia spiritali cibo. non enim carnem manducabat, hoc est terrenum aliquid cogitabat qui dixit: meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei, qui in caelis est, studia hominibus uirtutis inspirans et cupiditatem diuinae cognitionis F infundens. ergo terrenae cogitationes et infirmae quasi euiratae et sine usu sanguinis habentur, ut ille euiratus dicitur, qui sanguinis plurimum amiserit; etenim sanguinis effusione fri-

15 Philo Quaest. II 59 22 Ioh. 4, 34

1 carnis animam *T* 4 animam *pr.* *P* (a *pr. in ras.*) 5 substantiam *P* (m *eras*) 6 tanta̅ *P* 8 que̯ *pr.* (e̯ *m3 ex* i) *P* 11 aliud *pr.*] aliant *s. u.* (*m1 corr.* aliud) *P* aliud est *DN* fleabs *P* (a *eras.*) flebs *cet.* graece . . . φλέψ *om. CM* 12 uenaq; *P* (q; *eras.*) flebs *libri* 13 nam temperatio *B* 17 est *om. B* 20 positi *P* (si *s. u.*) 21 hic (*om.* est) *B* 22 aliquod *C* 23 studium *DN* 24 cognitionis *T* cogitationis *cet.* 27 etenim sanguinis (is *m3 ex* e) *P*

gescit. quisque igitur diligens uirtutum est cibos ablegat et reicit corporales, nisi quantum scit satis esse naturae, quisque autem neglegentior tamquam lubricum et aquosum uitae istius fuerit cursum secutus quasi amissis uestigiis in uterum decidit et uentrem. itaque ea quae sunt terrena desiderat cibi caelestis alienus et qui non possit dicere: nostra autem conuersatio in caelis est. ideoque ut ad secretos nos prouocaret cibos, ait idem: ne tetigeritis, ne adtamiuaueritis, ne gustaueritis, quae sunt ad corruptelam ipso usu, secundum praecepta et doctrinas hominum; quae sunt rationem quidem habentia sapientiae in obseruatione religionis et humilitate cordis, non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem et diligentiam carnis. 267 A

26, 94 Denique hunc sensum esse posteriora adprobant; sic enim ait: etenim uestrum sanguinem et animarum uestrarum exquiram de omnibus bestiis et de manu hominis. bestiali malitiae conparauit, immo etiam aceruauit iniquitatem hominis ultra bestiarum feritatem dicendo: de manu hominis fratris. etenim bestiae nihil nobiscum habent commune naturae, nullo uelut fraterno iure deuinctae sunt. si nocent hominibus, quasi extraneis nocent, naturae iura non uiolant, germanitatis non obliuiscuntur affectum. ideo grauius homo peccat, qui fratri insidiatur, et ideo dominus seuerius uindicaturum se esse promisit dicens: sanguinem BC D

6 Philipp. 3, 20 8 Coloss. 2, 21—23 16 Gen. 9, 5 Philo Quaest. II 60 25 Gen. 9, 5

1 quisquis *B* 2 quisquis *B* quis; *C* 5 in uentrem *B* itaque ea quae *T'BCM* ita ądque (ad *exp. m3*) ea quae *P* itaque qui ęą (qui ęą *eras.*) qui ea quae *T* itaque quae *D* (*in quo uerba* itaque quae sunt *in ras.*) *N* 7 ideoquae *P* (i *in ras.*, a *eras.*) 8 nos prouocaret cibos *T* prouocaret *cet., fort.* nos cibos prouocaret 18 coaceruauit *P* (coa *s. u.*) *T'B* 19 iniquitatem *in ras. P* 21 habent (en *ex* ui *m2*) *P* 22 iura (a *ex* e *m3*) *P* 24 quia *P* (a *eras.*) qui *T'* ideo *om. DN* 25 se uindicaturum *B* *in uerbo* promisit *desinit T hac subscriptione adiecta* EXPLICIT LIBER NOE. INCIPIT LIBER DE ABRAHAM

hominis de manu fratris eius exquiram. an non frater est quem rationabilis naturae quidam uterus effudit et eiusdem matris nobis generatio copulauit? eadem enim natura omnium mater est hominum, et ideo fratres sumus omnes una atque eadem matre generati cognationisque eodem iure deuincti. ideo- E
95 que et dominus fratrem appellauit et eum fratrem, a quo sanguis fratris exquiritur, ⟨qua re⟩ significat magis ab his periculum pertimescendum qui fraterno sibi iure sociantur. hinc enim insidiae, hinc pericula frequentiora hominibus comparantur et ut speciale comprehendamus, quod fratribus specialibus in hereditatis diuisione frequenter odia succrescunt. deinde si fratri amplius collatum fuerit a parentibus, fratres alii indi- F
gnantur magis et gratiam conlatam a parentibus parricidio auferre conantur. ista magis bella suspecta, bella non ciuitatum, sed singularum domorum. illos ergo dominus ad ultionis iudicium conprehendit, quos magis insidiaturos sibi
96 esse cognouit. tertium est quod in eo fratrem dixit, non quo 268 A
dignus pietatis nomine parricida sit, sed quo magis pietatis grauetur uocabulo atque inde fiat sceleris incrementum, quo iustior sit uindicta caelestis. ergo dominus deus noster ultionem promittit, ut uel sic frangatur metu qui pietatis est oblitus et sciat quod etiamsi homines effugiat homicida, dei tamen iudicium non possit euadere, sed maiori et aeterno supplicio
97 reseruetur. altiore autem sensu hoc intellegimus, non solum B
ab extraneorum insidiis, uerum etiam a nostris, hoc est a domesticis nobis cogitationibus cauendum, deinde obseruandum nobis non solum a malitia mentis, uerum etiam ab ipsis ser-

6 eum fratrem *PBM* eum *DN,* appellauit et eum fratrem *om. C* 7 qua re *addidi* significat *CM* et significat *P* (et *s. u. m3*) *T'B* significans *DN* 8 enim] etenim *DN* 12 alii fratres *B* 14 ciuitatum *B et* (uitatum *in ras.*) *T'* ciuium tantum *M* cibi tantum (tm̃ *C*) *cet.* 17 non q* (d *eras.*) *N* 18 nomine . . . pietatis *om. CM* 20 caelestis *P* (is *in ras. ex* es) *T'B* celesti *CM* scelesti *D et* (sti *in ras.*) *N* Noster (oster *m2*) *P* 23 maiori *P* (ri *ex* re) 25 insidiis *om. DN* a *alt. om. N*

monibus nostris. ideoque ait: de multiloquio non effugies peccatum. ergo hoc significari uidetur, non solum operis nostri, sed etiam sermonis, qui est magis domesticus, rationem domino esse reddendam. et ideo diligentius considerandum, ne uel sermone uel opere contrahamus offensam, C
quia sicut ore confessio fit ad salutem, sic ore fit lapsus ad mortem.

98 Qui effuderit inquit sanguinem hominis pro sanguine hominis eius effundetur. non errauit elocutio, sed enphasis facta uerborum est, eo quod is qui effuderit sanguinem hominis ipse quasi sanguis effundetur, quod spem ei posteritatis eripiat, quia sicut sanguis fusus in terram hac atque illac spargitur ita impiorum anima corporeae fragilitatis more soluatur, quia et de anima dictum est mortem eius esse D
corruptionem, eo quod gratiae caelestis munere defrudetur et uelut conlisa malitiae scopulis salubritatis suae corpus im-
99 minuat. mouet etiam plerosque quod dixerit: ad imaginem dei feci hominem et non dixerit: ad imaginem meam, cum ipse sit deus. sed intellege et patrem esse et filium esse. et licet per filium omnia facta sunt, tamen legimus quia pater E
fecerit omnia et fecerit per filium, sicut scriptum est: omnia in sapientia fecisti. siue ergo pater dicit, ad imaginem uerbi fecit, siue filius dicit, ad imaginem dei patris fecit. et ideo familiarem quandam et domesticam deo demonstrat hominis esse naturam, id est rationabilis hominis, secundum quod
ad imaginem dei creati sumus, eaque causa inultum non esse apud deum quod in domesticum sibi animal uideat crudeliter
100 et inpie esse commissum. causa ergo addita uindictae facit,

1 Prouerb. 10, 19 8 Gen. 9, 6 Philo Quaest. II 61 14 Iob 33, 28 17 Gen. 9, 6 Philo Quaest. II 62 21 Psalm. CIII 24

2 signari *M* (ri *s. u. m2*) 9 effundetur *P* (e *alt. ex* i *m2*) eloquutio *P* 10 enfasis *libri* his *P et* (h *del.*) *T'* 13 ille *P* (ac *s.* e *m2*) 15 defrudetur *P* defraudetur *cet.* 18 feci *scripsi* fecit *libri* dixerit *T'NB, om. C,* dixit *cet.* 23 imaginem *P* (a *ex* e) 25 quod ymago dei *B* 26 creati *DN, om. cet., fort.* ‹facti›

ut primum excludamus philosophorum quorundam opiniones, F
qui negant deum curam habere super homines, deinde scientes
praerogatiuam nostrae ultionis apud deum manere neque in
alios committamus quod diuino iudicio uindicandum sit neque
ipsi mortem uehementius pertimescamus, cum sciamus necati
hominis innocentis apud deum nullum esse contemptum.

27, 101 Non erit inquit diluuium, ut corrumpat omnem 269 A
terram. dubium uidetur utrum enim non erit diluuium B
intellegendum sit 'quod diluuium corrumpat terram' — hoc
enim diluuia facere consuerunt — an uero 'non erit tale dilu-
uium, quo terra omnis corrumpatur'. quod posteriora aperiunt,
cum dicit omnem terram non corrumpendam; ostendit enim
diluuia quidem esse futura, sed non talia quibus omnis possit
102 terra corrumpi. sensus autem hoc altior habet, quod iam pro-
uidentia futura sit domini, ne tantum sit diluuium corporalium C
passionum, ut anima omnis intereat. et quidem non audeo
dicere quia uidetur dominus statuere quod nullius anima
possit penitus interire. quid enim de parricida dicimus? quid
etiam de homicida, quid de adultero, quid de praeuaricatore?
quas ei partes animae ad ueniam reseruamus? unde magis
illud arbitror quod prouocet dominus deus noster, ut etiamsi
quis leuiores alias habeat passiones, non penitus diuinam D
desperet gratiam nec omnimodis uicturum se esse diffidat, sed
etiamsi est luxuriosus nec potest studium uitare luxuriae,
ab adulterio tamen studeat temperare, sit epulandi delectatio,
non stuprandi sit. set etiamsi nescio qui auarus, qui aliena
diripuit, eiecit pupillos, eliminauit uiduas, uel postea tamen
in paenitentiam regressus restituat quod abstulit. denique

7 Gen. 9, 11 Philo Quaest. II 63

3 manere *P* (a *ex* e *m2*) 6 contemtum *P* 8 enim *del. T'* diluuium non erit *DN* 9 *malim* diluuium quod 10 consueuerunt *N* 11 quod terra *N* quod *om. N* 13 esse *om. T'BCM* possit omnis *M* 19 quid de adultero *transponit ante* quid etiam *N* 21 Ñ = noster *P* non *T'* (*exp.*) *BC*, *om. cet.* 22 non *om. DN* diuinam penitus *N* 25 dilectio *B* 26 sit. set *scripsi* sit*** *P* sit *cet.* qui *pr. PBC* quis *T' cet.* 27 pupillos *P* (o *ex* u) 28 denique *om. B*

Zacchaeus ideo ueniam meruit, quia non solum se restituturum, sed quadruplum promisit quibus aliqua sustulisset, pauperibus E quoque medietatem sui patrimonii donaturum.

103 Consideremus etiam diligentius quid sit quod ait: arcum meum ponam in nube, et erit signum testamenti aeterni inter me et terram. et erit cum innubilauero nubes super terram, parebit arcus meus in nube, et memor ero testamenti mei. non enim sicut plerique arbitrantur, arcum istum dicit quem aiunt homines esse, quo pluuiarum signa aliqua declarentur, in quo colores diuersi tamquam radiorum solis nunc rutilantium, nunc lumine F clariore lucentium figurantur, unde et pluuia futura significatur, eo quod inconstantia quaedam serenitatis uersicolora illa specie demonstretur. arcum hunc irim quidam appellant, sed absit ut hunc arcum dei esse dicamus; hic enim arcus, qui iris dicitur, per diem uideri solet, nocte non apparet. etiam per ipsum diem, si obductus aer taetris nubibus fuerit, ne sic quidem uidetur, ni forte cum grauiores nubes se coeperint

104 relaxare. ergo uideamus ne, quia arcus, quo sagittae iaciuntur, nunc tenditur, nunc resoluitur, quandam extensionem et remissionem uideatur scriptura significare, per quam neque penitus 270 A per nimiam extensionem uniuersa rumpantur, sed sit quaedam mensura et quoddam diuinae uirtutis examen. est ergo uirtus inuisibilis dei, quae et specie istius arcus extendendi et remittendi moderatur pro diuina uoluntate misericordia potestate, quae neque omnia confundi nimia solutione neque disrumpi nimia inruptione patiatur. quam ideo in nubibus dicit poni, quia tunc maxime opus est diuinae auxilio prouidentiae, quando agmina nubium in procellas tempestatesque coguntur. ideoque B dicit: arcum meum ponam in nube, non 'sagittam ponam'.

1 Luc. 19, 8 4 Gen. 9, 13—16 Philo Quaest. II 64

1 zacheus *PDNM* zachaeus *cet.* se *s. u. m2 P* restiturum *BC et corr. P m2 T' m1* 2 aliquid *B* 5 tæstamenti *P* 14 quidam *P* (q *ex* a) uocant *CM* 16 per noctem *DCM* 17 tetris *libri* 18 coeperint se *B* 19 *quo *P* 27 patiatur *post* solutione *transponit N* 28 diuinae est *N*

arcus enim instrumentum iaculandae sagittae est; itaque non ipse arcus uulnerat, sed sagitta. et ideo dominus in nubibus arcum magis quam sagittam ponit, id est non illud quod uulneret, sed quod habeat terroris indicium, uulneris effectum habere non soleat.

28, 105 Qua ratione autem cum supra tres filios Noe conputauerit, C Sem Cham Iaphet, hoc loco unius conprehenderit medii filii generationem — hoc est quod ait: Cham autem erat D pater Chanaan; isti erant tres filii Noe — et maxime cum illi duo iusti, iste iniustus medius? iniusti ergo prius generatio quam iustorum conprehenditur. neque enim possumus negare quod scriptum est, sed ad coaceruandum delictum ipsius addita eius est generatio, quod, cum haberet filium et pater esset, solus ipse patrem non cognouit, qui magis cognoscere debuisset. et ideo meruit improbum habere filium, quia improbus fuerat patri. simul significat ex illo Chanaan E Chananaeos fuisse, qui post multas generationes oppressi a populo iusto cesserunt in eius possessionem. auctorem ergo Chananaeorum Chanaan fuisse manifestum est, qui fuit filius
106 huius Cham, qui impius in patrem extitit. altior autem sensus nominum interpretatione signatur. Cham enim 'calor' est, Chanaan 'turbatio eorum'. qui enim calet continuo mouetur et perturbatur, ideoque euidentissime declaratur non tam F hominem patrem hominum fuisse, sed passionem malam improbae passionis generatricem, quae esset a patris moribus, hoc est ab usu uirtutis aliena.

29, 107 Et coepit Noe homo agricola esse terrae. uidetur 271 AB

7 Gen. 9, 18, cf. 6, 1 et 10 Philo Quaest. II 65 8 Gen. 9, 18 sq. 27 Gen. 9, 20 Philo Quaest. II 66

4 quod magis habeat *N* 7 iafeth *P* iafet *C* iaphet *cet.* 9 chanaam *M* 13 est eius *M* quod *C* qui *P* (ex *quod*) *T'B* quia *cet.* 15 improbum meruit *DNCM* 16 ex eo (*om.* Chanaan) *B* 17 a populo iusto oppressi *DNCM* 19 chauaam *C* 20 impius *om. B* patrẽ *T'* patre *cet.* excessit *B* 21 est *om. N* 24 fuisses *P* (s *tert. eras.*) 27 noe homo *DN* homo noe *cet.*

quidem prima specie Adae illi, qui de terra factus est, comparari Noe uir iustus, quia et de illo scriptum est quod e paradiso eiectus coeperit operari terram, de isto quoque quoniam egressus ex arca factus sit agricola. et propemodum in utroque praecesserat quaedam forma diluuii, quia et Noe post diluuium et Adam post mundi constitutionem secundum figmentum corporis. nam ut mundus fieret, congregata est C aqua in unam congregationem, ut uideretur terra, quae ante non poterat per aquarum confusionem uideri. ergo sicut ille primigenes magister terram uidetur operatus, ita etiam egressus ex arca Noe seminationis et culturae auctor est factus. haec putantur similia: sed si uerba consideres, quae iam uim sensus altioris exprimunt, aliud est operatorem terrae esse, aliud agricolam; alius enim tamquam mercennarii, alius tamquam patris familias loco fungitur. denique Cain, qui fratrem D occidit, erat operarius terrae. et ut scias quod operari terram magis seruile quam liberum sit, maledicto parricidalis eius operatio conprehenditur. denique scriptum est: quoniam operaberis terram et non augebit uirtutem suam dare tibi. gemens et tremens eris super terram.
108 terra autem caro nostra est, quam improbus operatur, bonus autem excolit, ille quasi mercedem quaerat e terra, iste quasi bonae fructus capiat et gratiam disciplinae, ut magis fructiferum agrum faciat suum et qui domini possit respondere E

3 Gen. 3, 23 7 Gen. 1, 9 12 Philo de agri cult. 1 (I 300, 16) 16 Gen. 4, 2 18 Gen. 4, 12 21 Philo de agri cult. 5 (303, 37) 24 Uerg. Georg. I 47

1 prima specie *T'B* prima^{s} specie *P* (s *s.. u. eras.*) primum a (ab *N*) specie *cet.* 2 *fort.* ut de 5 praecesserat *T'* (prae *ex* pro) processerat *C* (*in quo* quaedam processerat) *cet.* 8 unam *P* (a *ex* u) 9 per] propter *M* 10 primigenes *P* (i *alt. m2 ex* ae) 12 putamus *B* consideraes *P* 13 terrae *om. B* 15 patris (s *s. u.*) *P* 16 quod] quia *M* 17 sit *om. B* parricidialis *M* 18 est *om. B* 21 nostra caro *B* 22 autem *om. C* ille ut *P* (ut *s. u.*) *T'B* quaerit *N* e terra *P* (*m2 ex* terra) eterna *C*, *om. M* 23 bonae *P m1 CM* bonus *P m2 T'* boni *cet.* capit *D* (*om.* et) *N*

culturis et indulgentiam cultoris ostendat. operator autem quid aliud nisi escam tantummodo corporis sui quaerit, uentris magis usu studens atque id solum explicare contentus, quod sibi prodesse possit ad uictum? ille uero alius fructuum utilitate pascitur. quos fructus habeat iustus agnoscitis. fructus autem spiritus caritas gaudium pax patientia bonitas. bonus F ergo agricola habet continentiam, castitatem, ut si quae arbores cito curuantur in terram et effusius germinant, eas uelut quadam temperantiae suae falce succidat, ut abiciant quod infirmum est, germinent quod decorum.

109 Quid est quod iustus primum uineam plantat et non aut triticum aut hordeum? unde autem uinea post diluuium corruptionemque terrae? sed de hoc et supra diximus quia ueris tempore etiam corruptarum radices uitium pullulare potuerunt. 272 A unde illud maiore sollicitudine soluendum arbitror, quia iustus prius quae uoluptaria quam quae necessaria sunt requirit. necessarii enim fructus sunt tritici et hordei, sine quibus non possumus uiuere, uinum autem uoluptarium, causa delectationis datum. quod, quia iustus est, ideo magis sibi, hoc est quod secundum erat quam quod primum est, uindicauit. necessaria enim alimenta uiuendi deo detulit, quod erat . . . . . superfluum
110 autem uinum hominibus et non necessarium. sed fortasse dicas B ita sine potu non posse homines uiuere, quemadmodum etiam sine cibo. necessarius ergo est potus sicut cibus? non abnuo.

11 Philo Quaest. II 67 13 cf. sectt. 68 et 74

2 tantummodo escam *B* corporis *om. CM* 3 usu *CM* usui *P* (i *s. u. m2*) *cet.* 4 fructum *N* 5 agnescitis *P* (i *pr. ex* e) *DNC et* (is *ex* ur) *T'* agnoscitur *B* agnoscis *M* 9 succidat *P* (i *ex* e) 11 primam *B* 12 hordeum *P* ordeum *cet.* 13 et *PBCM, eras. D, om. T'N* 16 sunt *om. N* 17 fructus *exp. m2 P* hordei *P* ordei *cet.* 18 et causa *P* (et *s. u.*) *cet.* 19 sibi magis *DN* est *alt. om. DN* 20 est *om. B* 21 *post* erat *lacunam recte statuerunt Maurini, sed quod suppleuerunt* primum *non sufficit, immo plura sine dubio intercciderunt, fortasse haec fere* ‹nulla in eorum progeneratione cooperatio›; *cf. Philo Quaest. II 67* 22 forte *DNB* 23 quemammodum *P* 24 est ergo *B*

siti utique necessarius a domino constitutus est? non repugno. et ideo ad potum necessarium fontes et flumina conuenit deriuare, quae non utique manu hominis effecta, sed domini dei nostri iussu et operatione fluxerunt. ac ne quia diximus operationem domini, ad illud retorqueas, quod operatio Cain uidetur C maledictiones habuisse, considera non operationem maledicti nomen accipere, sed quia scriptum est operari terram. qui enim operatur terram mercennarius est; ille autem non mercennarius, sed dominus qui ait: pater meus usque modo operatur. et ego operor. quid operatur huius modi operator audi: meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei, qui in caelis est.

111 Et bibit inquit de uino et inebriatus est. non dixit: D uinum bibit, neque iustus uinum ebibit, sed de uino, hoc est de eius portione libauit. ebriosi est omne obsorbere uinum et intemperantis euacuare quod sumpserit, continenti autem utendum mensura legitima est. ebrietatis itaque species gemina est, una quae titubationem corpori afferat atque eius supplantet uestigia sensumque perturbet, altera quae mentem uirtutis uaporet gratia et omnem infirmitatem uideatur auertere. unde apostolus ait: uino modico utere propter frequentes E tuas infirmitates. sicut enim isto bibendi moderamine uinum non infirmitati est, sed saluti atque omnem infirmitatem ableuat corporis, ita etiam ebrietas illa praeclara omnem infirmitatem carnis excludit, de qua scriptum est: et poculum

9 Ioh. 5, 17 11 Ioh. 4, 34 13 Gen. 9, 21 Philo Quaest. II 68 17 Philo Quaest. II 68, de plantat. 35 (I 354, 27) 21 I Tim. 5, 23 25 Psalm. XXII 5

1 siti *P* (i *alt. ex* u) *post* dn̄o *add.* utique *PT'B* constitutis *P* (v *s.* i *alt.*) est *PB, om. T' cet.* 2 deriuare *P m1 C* diriuare *P m2 T' cet.* 4 ꝝꝝ *P* (*s.* nr̄i *m2*) nostri non *C* at ne *N* 6 maledictiones *DN* maledictionis *T'* (*corr.* -nes) *cet.* 15 obsorbere (*m2 ex* obseruare) *P* absorbere *T'* (a *ex* o) *C* 16 sumserit *P* continentia autem utendi *DN* 17 ebrietas *CM* 18 supplantet *P* (et *ex* ant) supplantet** *T'* 21 frequentes *P* (fre *s. u.*) 24 ableuat *P m1 T'* alleuat *P m2 DNCM;* ableuat . . . infirmitatem *om. B*

inebrians quam praeclarum. quae sit ista ebrietas? inebriamini inquit non uino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu, sicut apostolus dixit. et secundum litteram igitur cautio est et secundum altiorem sapientis F
sensum laudatio est. cautus est qui, etsi nudatur, in domo tamen nudatur sua, ubi operimenta non desint et quaedam
112 tegmina ebrietatis, ut uitia sua norit abscondere. corporalia igitur nudum corpus tegunt ut parietes et tecta, animae autem quae sint operimenta uideamus. sed tunc operimenta repperimus, si enudationem eius discusserimus. gemina autem est nudatio sapientis. gemino igitur amictu mens nostra uestitur, si aut peccatum imprudens admiserit — haec est enim nudatio uelut ebriae mentis, ut nesciat quod delinquat, quasi quae temu- 273 A
lentia quadam ignorantiae in uitium deducta labatur — aut rursus neglegentiae et ignorantiae somno sepulta errorem suum nesciat. quae cum inciderimus, immo cum peccata plura inciderimus etiam per scientiam — est enim naturalis quaedam etiam nostrae infirmitatis ebrietas, ut impetu delectationis feramur in uitium, sicut plerique iuuenali accensi calore aut
luxuria et delectatione flammati aut auaritiae rapti cupiditate B
—, certe omnibus his medicina quaeratur, ut aliquis tegat huiusmodi infirmitatem suam primum pudore quodam et uerecundia, ut etiamsi in lubrico sit adhuc positus delinquendi, det tamen emendationis insigne. etenim plurimum interest utrum peccata sua iactare desideret; in altero enim turpis inpudentia, in altero tolerabilis uerecundia spem futurae cor-

2 Ephes. 5, 18 5 Philo Quaest. II 69 15 Uerg. Aen. II 265

3 $\overline{\text{spu}}$ $\overline{\text{sco}}$ *T'DN* 4 sapientis altiorem *DNCM* 5 cautis *P* (v *s.* i) qui *om. B* 6 nudatur ubi sua *B* 7 et| ebrietatis *P* (et *eras.*) 8 tegant *P* (v *s.* ą) *CM* 10 nudationem *M* emulationem *B* est *P, om. cet.* 12 amiserit *PNC* 15 somno *post* neglegentiae *transponit B* 16 non nesciat *PT'CM, fort.* non sciat (non^{ne} sciat) 17 inciderim^{o} *P* (o *uitiose pro* ') 19 iuuenali *P m1 C* iuuenili *P m2 cet.* calore accensi *B* 21 his omnibus *N* 25 *fort.* desideret ⟨an non desideret⟩ 26 uerecundiae *P* uerecundie *T'* (-ia *corr.*) *CM*

113 rectionis ostendit. alia est autem denudatio animae, qua uelut quandam sarcinam corporis abicit atque exsuit sicut sepulchrum C quoddam carnis effugiens. sepulchrum enim patens est guttur huiusmodi hominum, in quo sepulchro uelut adtumulatur anima delectationibus et cupiditatum passionibus onerata diuersis. exsuit igitur se a congestione terrena et quasi retia quaedam circumfusa euadit atque effudit quaecumque se ab omni nudauerit laqueo passionum et omnem illam deformem speciem terrenae labis auerterit, ut lucem uideat decoris D aeterni.

30, 114 Quaero nunc cur non simpliciter dixerit: 'uidit Cham nudationem patris', sed: uidit Cham pater Chanaan? utique E Chanaan natus non erat. cur ergo nomen addidit fili nisi ut et uitio auctoris deformaretur hereditas et auctor fili nequitia grauaretur? et pater igitur in filio et in patre filius redarguuntur habentes stultitiae, nequitiae, impietatis quoque commune consortium. nec poterat fieri ut bonum generaret filium qui ipse bono patri nequam filius et naturae et eruditionis F

115 degener extitisset. haec secundum litteram. quod autem ad altiorem sensum pertinet, omnes mores pessimi erroribus delectantur alienis, nec solum erroribus, sed etiam iis quae ipsis uideantur mala esse, etiamsi non sint. nudum enim se Noe non sentiebat, qui amictu erat indutus sapientiae. denique nec Adam in paradiso positus nudum se putabat nisi posteaquam praeuaricationis commisit errorem. et redopertus amictu sapientiae ac iustitiae mandatorumque caelestium praeuaricatione nudatus <se> nudum uidit et foliis operiendum putauit. ridet igitur Cham nudatum patrem cernens. omnis namque

3 Psalm. V 10 (11) 12 Gen. 9, 22 Philo Quaest. II 70 24 Gen. 3, 7 28 Philo Quaest. II 71

1 quia *P* (i *eras.*) *T'* (i *exp.*) *CM* 2 *et* 6 exsuit *P* (s *eras.*) exuit *cet.* 5 delectationis *PT'B* 11 quur *P* 13 quur *P* 13 *et* 14 filii *P* (i *tert. s. u.*) *cet.* 15 filios *P* (v *s.* o) 21 his *libri* 24 se nudum *B* 26 mandatorum (*om.* que) *DNM* 27 se *addidi, post* nudum *α* foliis *M et* (o *ex* i) *T'* filiis *cet.* 28 cernens] uidens *DN*

improbus, quoniam ipse deuius disciplinae est, aliorum lapsus 274 A
non solum pro sui erroris solacio accipit, quod consortes
inuenerit culpae, uerum etiam improbo laetatur affectu, tam-
quam sua ipse delicta correxerit. mala mens ergo laetatur
praeter propositum aliquid accidisse sapienti, cum utique cor-
poris lapsus in uitio esse non debeat, etiamsi lapsus putetur,
nisi animus quoque inclinet in culpam. postremo ueniabilia
huiusmodi iudicentur errata, non odio persequenda, non B
habenda ludibrio, sed mens, ut dixi, improba, cum putat er-
rasse sapientem, insultandum arbitratur ei cuius sibi putat
mores esse contrarios, quod peccatum suum uelut tacito
quodam sapientis testimonio redarguatur, eoque laetandum
sibi, quod iusto uiro nec eruditio ipsius profuerit nec iustitia
suffragata sit nec ea quae secundum corpus sunt habuerint
prosperos cursus. haec enim pro summis bonis apud improbos
aestimantur in diuitiis aut honore posita, quae tamen nullum C
fructum ad laudem uirtutis conferunt. propterea insipientiae
defensores uidentur <qui> uirtutis amatorem prosperorum
munere esse fraudatum, qui omne bonum temporalibus magis
quam perpetuis aestimandum putant.

31,116 Quid est quod Sem et Iapheth uestimentum impo- D
suerunt supra umeros suos et perrexerunt retror-
sum et operuerunt nudum patrem et non uiderunt
nudationem eius? littera euidentem pietatis expressit
affectum, quod nudatum amictu patrem boni filii uidere caue- E
runt, ne paterna reuerentia uel ipso minueretur aspectu, siqui-
dem etiam tacito uultu pietas frequenter offenditur. unde

21 Gen. 9, 23 Philo Quaest. II 72

1 est disciplinae *M* 2 solatio *libri* 4 delicta (a *ex* o) *P* 5 acci-
diss& *P* (*corr. m2*) *CM* 7 inclinet *P m1* inclinetur *P m2 cet.* in
PT"B ad *cet.* 8 prosequenda *DNCM* 10 mores putat *B* 13 pro-
fuerit (pro *s. u.*) *P* 18 ṣidentur *P* (u *s.* ṣ *m2*) uidentur *T'* (u *pr. in
ras.*) qui *add. α* 21 iapheth *P* iafeth *T"* iafet *M* iaphet *cet.*
22 super *N* humeros *libri* 25 amictum *P* (m *alt. eras.*) 27 tacito
uultu etiam *B*

etiam Romae uetus fuisse usus dicitur, ne filii cum parentibus
117 et maxime puberes intrarent lauacrum. sensus autem altior hoc habet, quia insipiens praesentia tantummodo uidet, quae in oculis sunt, futura non respicit, praeterita non cogitat, sapiens autem et praeterita recordatur et futura considerat. 5 F omnis ergo mens sapiens retrorsum ambulat, hoc est praeterita spectat nec naturae quodam usu impeditur: nihil uacuum, nihil nudum suorum patitur esse gestorum. operit quae aliter gesta sunt amictu quodam et gratia uel praesentis operis uel futuri, ut nihil indecorum praetereat, nihil inornatum relinquat. 10 unde et apostolus superiora obliuiscebatur, priora appetebat, sed obliuiscebatur, ut absconderet persecutionis errores, ut tegeret superiora delicta bonisque operibus obumbraret. beati enim et illi quorum tecta peccata sunt, id est si tegantur bonis factis et operiantur uirtutum sequentibus disciplinis. 15
118 Et sobrius inquit factus est Noe a uino. manifestum 275 A est ex ebrietate intercedente somno sobrios fieri homines, mens autem sobria est, quando et praeterita et futura cognoscit. sobria ergo erat mens iusti et quando ebria putabatur; est enim praeclarum poculum inebrians iustos. ille 20 autem uere inebriatus erat qui ridebat patrem. quia enim neque praeteritam generationis gratiam neque praesentem reuerentiam patris neque futuram poenam paternae iniuriae considerabat, uere ebrius erat et quod putabat uidere se non B uidebat. erat in illo profunda caecitas qui patrem uidere non 25 poterat. nam si uidisset patrem, uon utique risisset; neque enim ridendus, sed uerendus est pater. multo autem amplius mentem iusti insipiens uidere non poterat. quomodo

1 Cic. de off. I 129, cf. Ambros. de off. I 18, 79 11 Philipp. 3, 14 13 Psalm. XXXI 1 16 Gen. 9, 24 Philo Quaest. II 73 20 Psalm. XXII 5

3 tantummodo praesentia *B* 10 praetereat *P* (t *alt. s. u.*) inortatum *P* (n *s.* ţ *pr. m2*) 12 persequutionis *P* 13 bonisq; bonisq; (*alt. eras.*) *P* 14 sunt peccata *DNM* 16 est *om. DNCM* 17 somno intercedente *B* somNo *P* (N *in litura*) 19 et] etiam *M* 20 ille enim *B* 21 fuerat *B* patrem ridebat *B* quia enim *P* qui enim *cet.*

enim uidebat qui in eo putabat ebrietatis errorem, ubi erat perfectus sapientiae ceterarumque uirtutum uapor? sicut scriptum est: uapor est enim uirtutis dei. quando enim C mens magis sobria est quam tunc, quando naturam omnium rerum temporumque praesentium et futurorum ita spectat negotia, ut nulla in eo temporalis titubantia ebrietatis appareat?
119 quaero etiam qua ratione, cum ante medium dixerit inter filios Cham, nunc iuniorem constituat. sic enim scriptum est: cognouit Noe omnia quae fecit ei filius iunior. numquid ante scriptura in ordine generationis errauit? non utique. quid ergo? contraria nunc scripta sunt? non arbitror. D quomodo igitur soluitur, nisi iuniorem non aetate, non tempore accipias, sed rudem sensus et in quadam intellectus infantia constitutum, qui doctrinam prouectioris aetatis non hauserit nec perceperit senile consilium? cani enim quidam sunt sensus hominum. et ideo inquit: quom ueneris ad seniorum concilium, claude os tuum, ut habet alibi sententia: discendum enim tibi prius est quam loquendum. aures ergo paratas habe, ut aliquid de sapien- E tium consiliis consequaris. lingua reprimenda est, auditio praeparanda.

32, 120 Benedicens filium suum Sem ait Noe: benedictus F dominus deus Sem, et erit Chanaan seruus eius. et dominum et deum dixit et specialiter deum filii sui, cui nomen est Sem, eo quod deus iustorum, hoc est deus mentium, non uallium, qui gratiam habeant uirtutis excelsae. deinde

3 Sap. 7, 25 7 Philo Quaest. II 74 9 Gen. 9, 24 16 (Sir. 32, 13) 18 Sir. 18, 19 22 Gen. 9, 26 Philo Quaest. II 75 25 Reg. III 21 (20), 28

1 dubietatis *DNCM* 3 est (t *s. u.*) & (*exp.*) enim *P* es enim *B* uirtutis *P* (*in ras.*) 6 titubatio *DN* 11 contrariane (*om.* nunc) *B* 13 sensus *P* (s *ult. eras.*) sensum *C* sensu *cet.* 15 hauserit *P* (*ex* auxerit) *T'* (h *s. u.*) cani . . . quam loquendum *om. B* 16 quom *scripsi* qṷę̃ *P* (cū̃ *s. m2*) cum *cet.* 22 suum *om. DN* 24 cui *DN, om. cet.* 25 nomine *P* (*m2 ex* nomen est) *T'B* quod sit *T'* iustorum est *DN* 26 uirtutęs *P* (i *s.* ę̇)

qua ratione, cum filius eius Cham peccauerit, non ipsum, sed filium eius seruituti addixit? et fortasse ideo quod plus afficitur pater iniuriis filii sui, maxime quarum ipse reus et auctor exsistat, et uehementius contristatur sui peccati damnationem a filio persolutam, qui non tam suo quam patris merito puniretur: deinde quia, cum doctrinae paternae discipulus esset filius et pessimarum aemulus cogitationum, uno corpore uterque uteretur et mente eademque malitia. indifferenter igitur uel paternae uel suae malitiae filius pretium luit, quoniam improbitatis commune consortium est. quod igitur pro patris soluit improbitate sine dubio et pro sua soluit culpae eius reus uel certe diutius poena producitur, cum etiam ad filium usque pertendit et successoris afflictio
121 in tempora multa profertur. hoc secundum litteram. ceterum non tam hic homines quam mores conprehenduntur, quorum in utroque una natura. nam Cham 'calor', Chanaan 'conmotio' et 'inquietudo'. qui autem calidus est utique inquietus atque conmotior est. in duobus igitur erat una passio et unus
122 affectus. itaque cum alter addicitur, uterque damnantur. cur sanctus igitur Noe benedicens filium suum Iapheth ait: dilatet dominus Iapheth et habitet in domibus Sem et fiat Chanaan seruus eius? diximus supra Iapheth quasi indifferens bonum significari. indifferentia autem latitudinem habet, quae est in salute uigore decore fortitudine diuitiis gratia nobilitate amicis potestatibus et ceteris. sed haec licet indifferentia bona sint, tamen plerisque nocuerunt, qui ea non cum sapientia et iustitia possederunt. multos enim

276 A B C

16 Philo Quaest. II 77 de sobr. 10 (I 399, 23 sq.) 21 Gen. 9, 27 Philo Quaest. II 76 et 77 22 cf. sect. 3

3 pater *om. DN* ipse *om. DNCM* 4 exsistat *P*, *om. B* existat *cet.* 6 deinde quia cum *scripsi* deinde quia qui *PT'B* deinde qui *C* deinde quia *M* denique qui *D* (qui *s. u.*) *N* 13 eam usque ad filium *N* afflictionis *P* (nis *eras.*) 19 addicitur *P* (d *alt. s. u.*) damnantur *P* damnatur *cet.* cur *scripsi* cum *P* (*exp.*) *DNCM*, *om. T'B* 20—22 iafeth *T'* iaphet *cet.* 21 et *T'*, *om. cet.*

ebrios fecere diuitiae, nobilitas et potestas superbos, pulchri- D
tudo luxuriosos, cuius suffragio alienae mentis corruperint castitatem. ergo pro utentis affectu horum quae diximus indifferentia est, quorum usus aut uirtutibus regitur aut certe sine gubernatione uirtutum fraudi esse incipiunt quae possunt esse utilitati.

33, 123 Nunc quoniam post diluuium Noe dicitur uixisse trecentis E et quinquaginta annis nequaquam praetereundum putamus. nam in trecentis crucem Christi significari certum est, cuius typo iustus a diluuio liberatus est. in quinquaginta iubelaeus est numerus remissionis, quo spiritus sanctus missus a caelo est gratiam humanis pectoribus infundens. perfecto igitur numero remissionis et gratiae iustus curriculum uitae huius F
124 impleuit. de generatione inquit Iapheth: Rodus et aliae insulae nationum sunt. non inmerito latitudo dicitur, quando etiam in alteram partem naturae, hoc est maritima generatio eius processit. uere enim tamquam latitudo non fuit eo contenta, quod in usum hominibus natura praescripserat, hoc est terrae possessione, uerum etiam introgressa est mare, ad insulas usque processit. hoc secundum litteram.
125 secundum altiorem autem sensum, eo quod ea quae extra sunt, quae dicuntur bona, diuitiae potestates honores, quasi 277 A diffunduntur latius nec tantum his contenti sunt diuites quae in manibus et in conspectu sunt, sed longe lateque diffundunt suas cupiditates, dum aut pecuniarum conpendium de ulterioribus quaeritur aut honor a pluribus aut potestas diffusior aut cupiditas.

7 Gen. 9, 28 Philo Quaest. II 78 14 Gen. 10, 4 sq. Philo Quaest. II 80

2 luxoriosos *P* (os *alt. ex* us *m2*) *T'NC* suffragatio *DN* corrupi**t *D* corrupit *N* corruperunt *B* (i *in ras.*) 4 indifferentiae sunt *DNCM* 10 tipo *PT'* iubeleus *PDNB et* (e *pr. ex* i) *T'* iubileus *CM* 11 est a caelo *M* 14 iafet *T'* iaphet *cet.* 19 mare introgressa (*om.* est) *B* introgressa *P* (o *ex* a) 20 est *delendum esse uidetur* 21 eo quod *eras. D, om. N*

34, 126 Nunc quaero qua ratione Cham illius improbi filium Chum B
seniorem scriptura fuisse memorauit? duo genera terrae, unum
uelut harenosum et puluerulentum, immo ut expressius dicam
puluis, aliud genus terrae fructiferum atque fecundum, hoc
est terra solidior et profunda. quid igitur improbus nisi pul- C
uerem generat, ex quo generatio esse non possit? ideoque
propheta puluerem impiis conparauit dicens: non sic impii,
non sic, sed tamquam puluis, quem proicit uentus
a facie terrae, eo quod etiam secundum altiorem sensum
infecunda sit impiorum anima, quae fructus utiles generare
127 non possit. qua ratione etiam Chus Nembroth gigantem
generat, qui erat uenator ante deum? unde dictum est: sicut 278 A
Nembroth gigans uenator ante deum. quid aliud
igitur puluis et harena generaret nisi terrenum hominem, eo
quod impius caelestibus terrena praeponat. gigantes enim
fabula inducuntur aduersum superna pugnare uoluisse et
128 terreno ascensu ascendendum ad caelestia putauerunt. altiore
autem sensu illud significatur, quod qui terrenas diligit
uoluptates et eas sequitur et putat his se posse ad dei gra-
tiam peruenire et regnum caeleste huiusmodi erroribus defe- 20 B
rendum, is aduersum caelestia contumaci proeliatur affectu.
propterea in prouerbio est de eo qui deliquerit: 'sicut Nem-
broth gigans uenator ante deum'. Nembroth autem per
interpretationem Aethiops dicitur. color Aethiopis tenebras
animae squaloremque significat, qui aduersus lumini est, clari- 25
tatis exsors, tenebris inuolutus, nocti similior quam diei. uena-

1 Gen. 10, 6 sq. Philo Quaest. II 81 7 Psalm. I 4 12 Gen. 10, 8 sq. Philo Quaest. II 82

1 Chum *scripsi* cū *P* (*del. m1*), *om. cet.* 2 fuisse scriptura *B* 8 proiecit *P* 9 altiorem *om. N* 11 nembroth *B* (b *s. u. m2*) nebroth *CM* 13 nebroth *T'C* nebroth *B* (b *s. u. m2*) 13 *et* 23 gigaṇs *P* gigas *cet.* 16 fabulae *P* (ae *ex* a) *T'BCM et* (*in quibus haec leguntur:* uoluisse pugnare aduersum superna fabulae inducunt) *DN* inducunt̃ *P* (˜ *eras.*) inducunt *cet.* 18 terrenas uoluptates sequitur et eas diligit *B* 19 se posse his *B* 21 contumaxae *P* (ci *m2 s.* xae *del.*) praeliator *P* (v *s.* o) praeliatur *cet.* 22 *sq.* nebroth *CM* nembroth (b *s. u. m2*) *B*

toris quoque usus in siluis, inter feras ac bestias conuersatio eius. inrationabilis ergo miscetur inrationabilibus passionibus C et ea quae sunt malitiae agrestis atque praedurae uenator huiusmodi explorare consueuit atque his potiri atque delectari. denique Nembroth huius principium regni Babylon, hoc est 'confusio', eo quod malitia et potestas non in simplicitate et puritate, non in distinctione uirtutis, sed in confusione uitiorum est.

5 Gen. 10, 10

5 nebroth *CM* DE ARCA NOE LIBER PRIMUS EXPLICIT. (*m. alt. eiusdem aetatis add.* SECVNDUS DEEST. REQ̃.) *P et* (*in quo* SECVNDUS DEEST. REQUIRE *eadem manu. add.*) *T'* EXPLICIT (LIB̄. S. AMB°SII *add. N*) DE NOE ET ARCHA *DN* EXPLICIT LIBER DE UITA SANCTI NOE *B* EXPLICIT LIB'. III. DE S̄C̄O̅ ABRAHA̅ *C* EXPLICIT LIBER TERCIUS BEATI AMBROSI DE S̄C̄O̅ ABRAHAM *M*

DE ABRAHAM.

Libri, quibus totum opus continetur:

P = Parisiacus lat. 12137 (olim Corbeiensis) saec. VIIII f. 25^{u}
T = Trecensis 550 saec. XI ineuntis f. 292^{r}
T' = Trecensis 284 saec. XII f. 30^{u}
D = Duacensis 226 saec. XII f. 34^{u}
N = Nouariensis (XLVIII) 20 saec. XIII f. 29^{u}
B = Brugensis 101 saec. XIII f. 18^{r}
C = Parisiacus 1723 (olim Colbertinus) saec. XIIII, f. 409^{u}
M = Parisiacus 1728 (olim Mazarineus) saec. XV f. 1

Libri, quibus prior tantum liber inest:

$\mathfrak{A}'$ = Augiensis CCXIII, nunc Caroliruhensis saec. X f. 1^{r}
$\mathfrak{A}''$ = Augiensis CLVI, nunc Caroliruhensis saec. XI f. 1^{u}
E = Einsidlensis 164 saec. XII p. 1
R = liber s. Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352, saec. XII f. 2^{r}

X = $N\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''ER$
χ = $\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''E$
α = editio Amerbachiana

Libri P scripturas omnes adscripsi, ex ceteris selectas. librum T', qui plane conspirat cum P, rarius commemoraui. praeterea hic illic addidi scripturas Dunelmensis B 2, 6 saec. XI uel XII, Bodleiani 762 saec. XII, Parisiaci 627 saec. XII, denique Brugensis 103 saec. XV.

LIBER PRIMUS.

1, 1 Abraham libri huius titulus est, quoniam per ordinem huius 281 A
quoque patriarchae gesta considerare animum subiit. de quo B
nobis moralis primo erit tractatus et simplex. nam si altiore
disputatione processus quidam et forma uirtutis et quaedam
species exprimatur, tamen forensia quoque actuum eius uestigia
spectare uirtutis profectus est. etenim si ea quae natura ad
uictum generauit hominum non unius, sed geminae aut etiam
uberioris gratiae sunt, quanto magis ea quibus epulantur
animi non angusti, sed abundantioris usus et multiplicis cibi C
2 esse aestimari conuenit. non mediocre autem aut otiosum
negotium. etenim cum dominus deus noster hunc locupleti
benedictionis suae dote donauerit, ut eius gratia prouocaret
ceteros, institutio corrigeret, Moyses quoque imitandum nobis
descripserit, ut corda hominum in uitium labentia huius uiri
contuitu uelut quodam terreno busto resuscitaret, non perfunc-

INCIPIT LIBER (PRIMUS *add. T'*) DE $\overline{\text{SCO}}$ ($\overline{\text{SCO}}$ *om. T*) ABRAHAM *PTT'* INCIPIT LIBER PRIMUS $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII DE ABRAHAM *D* INCIP$\overline{\text{T}}$ EI'D$\overline{\text{E}}$ D' $\overline{\text{SCO}}$ ABRAH$\overline{\text{A}}$ PATARCHA *N* INCIPIT LI$\overline{\text{B}}$ $\overline{\text{SCI}}$ AMBR DE $\overline{\text{SCO}}$ ABRAHAM *B* INCIPIT LI$\overline{\text{B}}$ B$\overline{\text{I}}$ AMBROSII DE $\overline{\text{SCO}}$ ABRAHAM *C et* (*in quo s.* LIBER PRIMUS DE $\overline{\text{SCO}}$ ABRAHAM) *M* INCIPIUNT LIBRI $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII (MEDIOLANENSIS $\overline{\text{EPI}}$ *add.* 𝔄''*E*) DE PATRIARCHIS. (INCIPIT LIBER *add.* 𝔄') PRIMUS DE ABRAHAM χ INCIPIT LIBER PRIMUS $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII DE PATRIARCHIS *R* 4 si *PTCM* etsi *cet.* altiori X*BM* 5 quidem *DNR* species quedam 𝔄''*E* 6 quaeque *D*X actuum *om. CM* eius *om. NRB* spectare uestigia *D* 10 cibi *P* (b *ex corr.*) 11 aut *om. DNR* 12 n̤o n̤ (*s. m2* nr̄) *P* locupletius *P m2 N* 13 dote *P* (e *ex* i) 14 institutione *T*𝔄''*E et* (ne *eras.*) 𝔄' moyses *P* (y *s. u.*) moises *T* (i *s. u. m2*) 16 uelut a *T'* uelut e *ed. Rom.* quadam *P* (o *s.* a *pr. m2*) busti *P* (o *s.* i *m2*) busta *T* perfunctorium (i *s. u.*) *P*

torium debet uideri, si nos quoque scrupulosius eius uiri D
uersemus uestigia. nam si sapientes mundi huius, id est et
Plato ipse princeps philosophorum non ueram aliquam, sed
fictam et adumbratam sibi eam quam legimus πολιτείαν pro-
posuit persequendam, ut doceret qualem rem publicam esse 5
oporteret, atque ita quam nec audierat nec uiderat in aliqua 282 A
urbe describendam putauit, ut ii quibus hoc munus est quem-
admodum rem publicam regerent institui possent, et si con-
discipulus Platonis Xenophon ille Socraticus fictis et ipse rebus
personam uoluit informare sapientis in eo libro quem Κύρου 10
παιδείαν scribit, ut ex intimo philosophiae sinu regis iusti et
sapientis disciplina procederet, quanto magis nos non con-
positam figuram sapientis uiri, sed expressam uirtutem et
diuino institutam magisterio recensere intentius et uias eius B
debemus persequi, quem Moyses ita descripsit, ut retro quo- 15
dammodo se ipse respiceret.

2, 3 Magnus plane uir et multarum uirtutum clarus insignibus, C
quem uotis suis philosophia non potuerit aequare. denique
minus est quod ille fincsit quam quod iste gessit maiorque

11 Cic. ad Quintum fratrem I 1, 8, 23

1 eius *PTC* eiusdem *cet.* 2 mundi huius *PTCM* huius mundi *cet.* id est *om. NRB* et *scripsi* ut *libri* 3 philosoforum *P* filiṣophorum *T* (o *m2 s.* i) 4 ΠΟΛΥΙΑΝ *P* (y *in ras., in mg. m2* politian) ΠΟ/.uian *T* (*s.* poliuian) ΠΟΛΥΘΙΑΝ *T'* (Θ *s. u., s.* politicã) ΠΟλγτιαN *D* policiam *B* uoayTIaN *C* (*s. m2* politiaN) noaẏcian *M* polin 𝔄'' polan *uel* polam *cet., fortasse Ambrosius* πολιτίαν *scripsit* 5 persequendam *PTDBC* prosequendam *M* aedificandam *cet.* 7 hii *PNEBCM* hi *cet.* 8 gererent *PTCM et* (*s.* ł regerent) *D* 9 exenofon *P* (e *pr. eras.*) *T* xenofon *cet.* et (ut *m2*) *P* 10 kypoyΠΛΙΔΙΑΝ *P* (I *pr. et* N *s. u.*) kypouΠaΛya *T* kẏpoẏΠΛΙΔΙΑΝ *T'* (I *pr. s. u.*) kypouΠΑΙΛΙΑΝ *D* uyPOyΠaιaιaN *C* hypoyciaiaian *M* ypaidid *cet., fortasse Ambrosius* παιδίαν *scripsit* 11 scribit *PTCM* inscribit *cet.* filosofiae *P* regis *om. NR* iusti regis *D* 12 doctrina *NRB* nos *om. T* non *s. u. P* 14 instituta *PC* magistenrio *P* (n *eras.*) uia *C* uiã *M* 15 prosequi *NR et* (pro *ex* per) 𝔄' moeses (v *s.* ę *pr.*) *P* moses *T* descripserit X*B* discripsit *M* 18 filosofia *P* filosophia *T* 19 ille (a *s.* e) *D* illa X fincsit *P* (x *s.* cs) finxit *cet.* ista *NR* ille *E*

ambitioso eloquentiae mendacio simplex ueritatis fides. itaque cuiusmodi fuerit in eo uiro deuotio consideremus. ea enim D uirtus ordine prima est, quae est fundamentum ceterarum, meritoque hanc ab eo primam exegit deus dicens: exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. satis fuerat dixisse de terra tua. ibi erat exire de cognatione, exire de paterna domo, sed ideo singula addidit, ut eius adfectum probaret, ne forte aut inprudentem cepisse 283 A uideretur aut fraus aliqua mandatis pararetur caelestibus. sed sicut coaceruanda fuerunt praecepta, ne quid lateret, ita etiam proponenda praemia, ne forte desperaret. temptatur ut fortis, incitatur ut fidelis, prouocatur ut iustus meritoque exiuit quemadmodum locutus est illi dominus.

4 Et exiuit cum eo Loth. hoc est quod inter septem sapientum dicta celebratur ἕπου θεῷ, id est 'sequere deum'. B facto praeuenit Abraham dicta sapientum et secutus dominum exiuit de terra sua. sed quia antea terra ei fuerat alia, hoc est regio Chaldaeorum, de qua exiuit Thara pater Abrahae et in Charram demigrauit, et quia secum eduxit nepotem

4 Gen. 12, 1 14 Gen. 12, 4 15 Stob. Flor. III 80 (I 173 *H.*) 17 Gen. 11, 31

3 ceterarum uirtutum *B* 4 exigit *P* (e *s.* i *m2*) exigit *T* 6 ibi enim 𝔄″*E* 7 addidit singula 𝔄″*E* 8 imprudenter 𝔄″*EM* 11 praemia *PTDCM* merita *cet.* 13 fuit *NRB* ei *T* 14 hoc autem (*om.* quod) *NRB* inter *P m1 TB* pro magno inter *P m2 cet.* 15 ЄΠΟΥ Θῶ *P* (o *s.* Є, *s.* oputo, *in mg. m2* Ακολουθοι Θῶ) ЄΠΟΥΦω *T* ΟΠΟγΘω *T'D* ΟΤΙΟγΟΙΟ *CM* ΗΡωΥεω 𝔄′ ΗΡωΥΘω 𝔄″ ΕΡΟΥΤΟ *E* epoyto *cet.* hoc est *B* dn̄m *PTCM* 16 *credibile est Ambrosium inde a sectione quarta usque ad uicesimam septimam patriarcham plerisque certe locis non Abraham, sed Abram uocauisse eodem modo, quo in sectionibus illis uxorem eius Sarae, non Sarrae nomine significauit. atque extant huius scripturae in libris etiam nunc uestigia* sapientium *DCM* secutus est *P* (est *s. u. m2*) *T'CM* dn̄m *PTDCM* dn̄ *cet.* 17 exiuit *om. PTDCM* alia *P* (a *alt. in ras.*) 18 religio *P et* (li *eras.*) *T* caldeorum *PTNR* chaldeorum 𝔄′ (h *s. u.*) tharae *P* (h *et* e *s. u.*) tara *T* thare *T'EBCM* habrae *T* abraham *DXB* 19 charram *P* (h *s. u.*) carram *T* charran *N*𝔄′*ERB* carran 𝔄″

suum, cui dictum fuerat: exi de cognatione tua, consideremus ne forte hoc sit exire de terra sua, de huius terrae, hoc est de corporis nostri quadam commoratione egredi, de qua exiuit Paulus, qui dixit: nostra autem conuersatio C in caelis est, et de inlecebris et delectationibus corporalibus, quas uelut cognatas animae nostrae dixit, quam conpati necesse est corpori, donec eius conligata uinculo adhaeret. ergo exire de conuersatione terrena et saecularibus oblectamentis et superioris uitae moribus atque actibus debemus, ut non solum loca, sed etiam nos ipsos mutemus. si cupimus adhaerere Christo, deseramus corruptibilia. sunt autem corruptibilia in nobis caro delectatio uox, obnoxia passionibus corporalibus. D per uocem autem passiones intellegimus. unde quoniam anima nostra διμερής est, hoc est bipertita. et rationabile habens et inrationabile, quod diuiditur per carnem et delectationis corporalis inlecebras ceterasque passiones corporis, qui iustus est uir rationabile animae suae ab inrationabili disiungere debet ac segregare. hoc est enim exire de Charra tamquam de cauernis quibusdam et cuniculis latibulisque egredi; latere enim criminosae conscientiae est. et nos igitur E sequentes Abraham exeamus de latibulis. si enim filii Abrahae sumus, opera Abrahae faciamus, ut luceant opera nostra coram deo et coram hominibus. iustus dicit opera sua regi,

1 cf. de Abrah. II 1, 2 4 Philipp. 3, 20 14 cf. Diels Doxographi Gr. p. 389 et 390 19 Philo de migr. Abr. 34 (I 465, 37 *M.*) 22 Matth. 5, 16 23 Psalm. XXXXIIII 2

4 autem *om. B* 7 colligata eius *NRB* 8 a saecularibus X*B* delectamentis X*B* 9 ex superioribus (-ris *corr. R*) *NRB* 10 nosmet ipsos *DXB* si cupimus *P in mg.* 11 et (*s. u. m2*) deseramus *P* 12 carnis *NRB* 14 dimeres est *PTDCM* bimenbris ẽ 𝔄′ (*in ras. m2*) dei merces est *R* (*corr.* dimeres est) *cet.* 16 corporalis delectationis *B* delectationes *T* delectationes corporales 𝔄″*E* corporis passiones *B* 17 inrationabilese *P* (se *exp. et* -li *corr. m2*) inrationabilis *T*′ (s *eras.*) inrationabili se *D* 18 seiungere debet X*B* charra *P* (h *s. u.*) carra *T* charram *D* 19 uinculis *CM* 20 et *om. PTCM* 21 habraham *P* 21 *sq.* abrae *T* 21 abrahae filii *NRB* 22 nostra bona coram χ 23 *alt.* coram *om. NRB*

peccator se ipsum occultat, sicut Adam occultare se cupiebat, sed latere non poterat. paruit itaque mandato Abraham nec ulla legitur mora interuenisse.

5 Egressus perambulauit usque ad Sychem, quod F
5 interpretatione Latina dicitur umerus uel ceruix, per quae executionem praescripti operis intellegimus, siquidem et infra habemus scriptum: subposuit umerum suum ad laborandum. unde per figuram loeorum id expressum aduertimus, quod deuotionem suam sanctus Abraham non solum studio,
10 sed etiam efficacia probauerit fructuosa, qua ad quercum usque peruenerit. quo loci apparuit illi dominus et dixit: semini 284 A
tuo dabo terram hanc. uide quomodo promisso tamquam frequenti inualidum adhuc informet atque instituat et ipse memor sui totum deo deputet, nihil sibi uindicet. ideo et
15 aram aedificauit deo, qui apparuit ei, et recessit inde in montem contra orientem Bethel, surgentem adhuc sibi solem cupiens iustitiae uidere. ideoque non in uallibus, sed in monte tabernaculum sibi locauit, quia deus montium est et non uallium.

6 20 Et inuocauit nomen domini. ubi Bethel id est domus B
dei ibi et ara, ubi ara ibi inuocatio dei. non inmeritoque processus tantos habuit, quia deum sperabat sibi auxilio fore. exercetur athleta domini et duratur aduersis. in desertum

1 Gen. 3, 8 4 Gen. 12, 6 5 Philo de migr. Abr. 39 (471, 28) 7 Gen. 49, 15 11 Gen. 12, 7 15 Gen. 12, 7 sq. 17 Malach. 4, 2 19 III Reg 21 (20), 28 20 Gen. 12, 8

1 se occultare *NRA''EBM* 4 sychem *P* (h *s. u.*) sichem *TA'RC* sichen *M* 5 humerus *PA'* (*hi* h *s. u.*) *cet.* 7 humerum *R* (h *s. u.*) *cet.* 10 usque ad quercum *B* 11 loci *T* loco *P* (o *alt. ex* i) *cet.* 12 frequenti tamquam *XB*, tamquam *om. M* 13 atque *P* (t *ex* d) *TDχCM* et *NRB* *expectes* iste 16 bethlem *P* (*corr. m2*) betleem *T* 17 sibi *om. DX* iustitiae cupiens *A''EB* 18 conuallibus *D* sibi tabernaculum *DNRB* 19 collium *PTCM* uallium *T'* (*in ras. m2*) *D* (ua *in ras.*) 21 et aram *P* (m *eras.*) ibi et *DXB* dī nri *DX* non inmeritoque *P* non inmerito quoque *P corr. DCM* meritoque *cet.* 22 tantos *P* (o *ex* u) tantus *T'* auxilium χ auxiliatubum *NR* 23 dī X, *recte puto* duratur X iuratur *PT* probatur *P corr. DBCM*

abiit: fames incidit, in Aegyptum descendit. conpererat in Aegypto lasciuiam iuuenum esse, luxuriam, petulantem cupiditatem, uoluptatum intemperantiam. aduertebat inter huiusmodi uiros intutam uxoris pudicitiam fore sibique coniugis C pulcritudinem periculo futuram: monuit uxorem, ut sororem se diceret. quo docetur non magnopere decorem quaerendum coniugis, qui uiro plerumque necem gignere solet. non enim tam pulchritudo mulieris quam uirtus eius et grauitas delectat uirum. qui suauitatem quaerit coniugii non superiorem censu ambiat, quam necessitates non teneant maritales, non monilibus ornatam, sed moribus. offendit plerumque uirum, si se uxor nobiliorem nouerit. haec proxima superbiae sunt. Sara D non facultatibus ditior, non genere splendidior erat. ideo uirum inparem non putabat, ideo quasi parem gratia diligebat, ideo non censu est retenta, non parentibus, non propinquis, sed uirum proprium quacumque pergeret sequebatur. externa adiit, sororem se eius adseruit, contenta si ita necesse esset se periclitari pudore quam uirum salute et ut tueretur maritum mentita est germanitatem, ne insidiatores pudoris eius tam- E quam aemulum et uindicem uxoris necarent. denique simul

1 Gen. 12, 9 sq. 5 Gen. 12, 13 6 Ionas Aurel. de inst. laic. II 5 (docetur quisque non . . . moribus) 20 Gen. 12, 14 sq.

1 famem X*B* 2 lasciuiam *TCM et* (i *alt. exp. uel eras.*) *PD*𝔄′ lasciuam *T′ cet., fort. recte* esse iuuenum 𝔄″*E* luxuriem X*B* 5 se sororem *D* 6 docet *P* (*corr. m2*) quaerendum decorem coniugis *DCM* 7 necem plerumque 𝔄″*E* soleat χ 9 coniugii quaerit *B* censū *TD* sensū *NR* 10 quĕ (*om.* non) *T* teneant *TT′DCM* teneneant *P* (ne *pr. del. m2*) terreant X*B* maritales (e *ex* i *m2*) *P* non *TDNB*ℵ si non *P* (si *in ras.*) *M* (si *exp. m2*) *C* **non *T′* monilibus *P* (*m3 ex* munilis) munilibus *T* 11 plerumque. plerumque *PT′C* uiro *P* (o *m2 ex* um) 12 sarra *P* (r *alt. s. u. et sic fere semper*) sarra *T′D*𝔄′, *fluctuant plerumque libri*; *ego* Sara *scripsi et inde a p. 526, 13* Sarra *scripturam sacram secutus* (*cf. p. 503, 16*) 15 retenta non *om. NR* 16 quocumque X*BM* quamcumque (*ut uidetur*) *C* 17 contenta* S^{i} (i *m2*) *P* si ita (*in ras. m2*) *T′* 18 ut ĕt *T′* ut et *PTCM* ut *cet.* 20 emoluмentum indicem *PT* emolumentum iudicem *CM*

ut uiderunt illam Aegyptii, admirati quod speciosa esset ualde induxerunt illam ad regem suum et cum Abraham bene egerunt tamquam fratrem eius quae placuisset regi honorantes.

7 Adflixit autem dominus Pharao adflictationibus magnis et saeuis et domum eius propter Saram uxorem Abrahae. magnum est testimonium documentumque castitatis tuendae locus ita hortatorius, ut unusquisque se F castum praebeat, alienum non adfectet torum nec latendi spe aut faciendi inpunitate alienam uxorem incessat, non incuria aut stultitia prouocetur mariti aut longiore absentia. adest praesul coniugii deus, quem nihil lateat, nullus euadat, nemo inrideat. uicem absentis mariti tuetur, seruat excubias, immo sine excubiis deprehendit reum, antequam faciat quod parauerit: 285 A in animis singulorum, in mentibus uniuersorum crimen agnoscit. etsi maritum adulter fefelleris, non fallis deum: etsi maritum euaseris, etsi iudicem fori luseris, non euadis iudicem totius mundi. ille grauius ulciscitur iniuriam inopis, contumelias inprudentis mariti; maior est enim iniuria auctorem quam

8 custodem thalami spretum et non consideratum. ipse quoque Pharao licet rex Aegyptiorum, quem et insolentia regalis

4 Gen. 12, 17

1 eam *NRB* ipsam *M* esset speciosa *B* 3 fratre *T* eius *om. NR* honorantis *P* (*corr. m2*) honoranti *T* 4 farao *P* pharao *CM* faraonem *T* pharaonem *D* (*in ras.*) *cet.* afflictationibus 𝔄′ (ta *eras.*) afflictionibus *D*𝔄″*ECM* 5 saeuissimis *D* (*in ras.*) X*B* 6 est *om. D* (*in mg. m2* ali' lib magnum est) X 7 intuendus *D* (*in mg. m2* ali' lib tuende) X castum se *B* 8 torum *T* thorum *P et* 𝔄 (h *s. u.*) *cet.* 9 incessat *P* (ł la *s.* in *m2*) *TCM* inlacessat *T*′ (in *eras.*) incesset *cet.* 11 euad& *T* 12 tueatur *PTDCM* seruabat *P* (*corr. m2*) *T*′ 13 parauerat *CM* 15 fallis *D* (e *s.* i) falles X*B* 16 foris *TN* euades *DN*𝔄″*ERB* 17 contumelias *TT*′ contumeliis *P* (-as *m2*) *CM* contumeliâ *D* (ã *in ras.*) *cet.* 18 inpudentis *TC* 19 thalamis *P* (h *s. u.*) *T*′ (s *eras.*) thalamus *CM* talami *T* spraetum *T*𝔄′ promtum *P* (o *ex* u) promptum *T*′*CM* non *om. PCM, in D* spretum et non *in ras.* sideratum *T* *post* consideratum *add.* contempnere *P* (*m2*) *T*′ habere *Dunelm. B 2, 6 et Bodl. 762* 20 farao *PT* licet et *P* (et *eras.*) *TCM*

supinaret potentiae et Aegypti lasciuia atque luxuries a studio castitatis abduceret, uocauit Abraham et arguit eum dicens: quid hoc fecisti mihi? quare non dixisti quia uxor tua est, sed dixisti mihi quia soror mea est? et sumpseram eam mihi uxorem. et nunc ecce mulier tua ante te. etsi natura ferus ac barbarus, tamen significat etiam externis ac barbaris erroribus esse curam pudoris et adulterii etiam sibi crimen cauendum. qui praetendit ignorantiam condemnat intemperantiam. nec mirum si barbarus ius nouit naturae: muta animantia, quae nullis tenentur legibus, sunt tamen aliqua, quae non solum paribus suis copulae seruent fidem, uerum etiam coitus unius castitatem custodiant. ita maior lex naturae quam legum praescriptio est. non mirum ergo si et iste Aegyptius rex deum timuit, qui hominem non timebat, et poenam soluit adulterii, qui nullis tenebatur reus legibus, statimque, ubi alienam esse agnouit uxorem, non solum marito reddidit, uerum etiam prosecutores dedit, qui deducerent eum, ne quis de populo barbaro inrogaret uiolentiam uel peculio uiri uel uxoris pudori.

9 Pulcherrimus et hic locus ad incitandum studium deuotionis,

3 Gen. 12, 18 sq.

1 potentiae supinaret $\mathfrak{A}''E$ aegyptis *P* (s *s. u. m2*) *et* (s *eras.*) *T'* 3 dixisti mihi *DXB* (ἀπήγγειλάς μοι *LXX*), *cf. de Abraham II 4, 17* uxor tua est *P* (*in ras.*) 4 sed ... mea est *om. P* (*in mg. infra m1* sed ... tua est, *del. haec m2 et supra in mg. adscr.* sed ... mea est; *cf. Gen. 12, 18* ὅτι ἀδελφή μού ἐστιν) mea *T* (*om.* quia) *T'* tua *DXBCM* 5 mihi eam *T* in uxorem *B* 7 exteris *XBM* erroribus *PTC* erroneis *M* amoribus *D* (a *eras.*) moribus *cet.* 8 etiam *P* (et *eras.*) esse cauendum *B* 10 animalia *XB* quae] licet $\mathfrak{A}''E$ nullius *RC Dunelm.* tenentur legibus *om. NR Dunelm. et* (*in quo in mg. m2 post* sunt *add.* subiecta legibus) $\mathfrak{A}'$ constringantur legibus $\mathfrak{A}''E$ nullius legis iure tenentur *Bodl.* 11 *post* aliqua *s. u. add.* sunt $\mathfrak{A}'$ quae *om. NR* 12 seruant *NR* custodiunt *NRB* 13 itaque *B* 15 nullus *P* (*corr. m2*) nullius *T'* 16 cognouit *XBM* 17 reddit *T* 19 pudori *P* (o *ex* u) 20 et] est *ed. Rom.* incitande *N* (de *partim eras.*) *B* incitandę γR

quod is qui deum sequitur tutus semper est. et ideo deum praeferre debemus omnibus, nec patriae contuitus nec parentum filiorumque gratia nec uxoris contemplatio nos reuocare debet ab executione praeceptorum caelestium, quia deus omnia nobis illa largitur et potens est seruare quae donat. itaque magnum E exemplum deuotionis Abrahae quod cum uxore speciosa descendit in Aegyptum. erat quidem iusto uiro cura coniugalis pudicitiae, sed maius erat studium maturandae deuotionis, ne praetulisse custodiam tori mandatis uideretur caelestibus. itaque quoniam propter deum contempsit omnia, recepit a deo multiplicata omnia. sed primum deus pudicitiae tribuit remunerationem, quam gratam sciebat coniugi; nam quia studio obeundi F caelestis oraculi uxorem quoque in periculum deduxerat pudoris, etiam castimonium coniugii defendit.

3, 10 Primas igitur sibi partes iusto ordine uindicauit deuotio. 286 AB uideamus et ceterarum uirtutum gratiam. mulcebatur sanctus Abraham nepotis praesentia, cui patrium adfectum exhibebat. incidit rixa inter seruulos nepotis et patrui. aduertit prudentior seruulorum dissensionibus dominorum concordiam solui solere, amputauit fimbriam discordiae, ne contagium serperet. tolerabilius etenim putauit, ut copula sequestraretur quam gratia

18 Gen. 13, 7 sq.

1 his *P* (h *eras.*) *C* semper *s. u. D, om. CM* 2 contuitus *T'DCM* contuitu *cet.* 3 contemplatio nos *P* (nos *ex* ne) *T'BCM* contemplatio *D* contemplatione *cet.* reuocare *T'DBCM* reuocari *cet.* debemus *TA''E* contuitu . . . contemplatione quis reuocari debet *Paris. 627* 4 nobis deus omnia *NRB* deus nobis omnia *γ* 5 est *om.* *A'* 6 abrahae *om. PTCM* 9 tori *T* thori *P et* *A'* (h *s. u.*) *cet* ita (*om.* que) *DNR* 10 quoniam] qui *DNRB* centuplicata *N* 11 primam *XB* dns *PCM* 12 gratam *P* (a *alt. ex* u) gratiam *TCA'* coniugii *A'* (i *tert. postea add.*) *RBC* subeundi *T* 13 deduxit *XB* 14 castimonium *D* (*l* a *s. u.*) castimoniam X castimonia *M* 15 partes sibi *A' E* 17 abraam *T* praesentiam *P* (m *eras.*) exhibebat affectum *B* 18 incidiat *P* (a *eras.*) 19 dissentionibus *P* (*corr. m1*) *T* domorum *D* (*l* inorum *s.* orum) *CM* custodiam *DCM* 20 fibram *XB* 21 enim X

dirimeretur. quod te facere oportet, si forte huiusmodi aliquid C
incideris, ut seminarium dissensionis auferas. neque enim tu
fortior quam Abraham. ille declinanda censuit, non despicienda
seruulorum iurgia. et si tu fortior, caue ne alter infirmior,
qui aurem praebeat seruulorum susurris. frequenter indiuisa
seruitia inter parentes discordiam serunt. diuide potius, ut
maneat amicitia; indiuisa domus duos non sustinet. nonne
melius est emigrare cum gratia quam cohabitare cum discordia? D
11 ipsa quoque cuiusmodi esse debeat diuisio patriarcha edocet.
firmior diuidat, infirmior legat, ne habeat quod queratur.
electioni suae non poterit calumniari. non residebit occasio
resiliendi cui datur eligendi optio nec diuisor grauatur; nam
quo prudentior eo cautior, ut nec in diuisione circumscribatur
nec in electione fraudetur.
12 Diuisit Abraham, quia non capiebat illos inquit terra E
simul, quia nimium diuites erant. saeculare uitium, ut
diuites terra non capiat; nil enim satis est diuitum cupiditati.
quanto ditior quis fuerit tanto auidior ad possidendum est.
extendere agri terminos cupit, uicinum excludere. num quid
eiusmodi Abraham? minime, quamuis in principio et ipse
inperfectior. unde enim perfectio ante aduentum Christi?
nondum uenerat qui diceret: si uis perfectus esse, uade

15 Gen. 13, 6 22 Matth. 19, 21

1 oportet facere *B* 2 auferas dissensionis *B* dissentionis *P* (*corr. m1*) dissensionis *T* (is *alt. ex* es *m3*) enim *om. BCM* 3 quam *om. NRB* declinandum . . . despiciendum s. iurgium *T* 4 seruorum *B* 5 susurriis *TDBCM et* (iis *ex* is *m2*) 𝔄′ 9 debeat esse *NRB* patriarcha (h *s. u.*) *P* 10 eligat *XBM* conqueratur 𝔄″*E* 11 electioni suae *PT et* (ni *m2 ex* nis) 𝔄′ cũ electionis suae *D* (cũ e *in ras.*) *NRB* electionis suae *CM* electionis enim suae partem 𝔄″*E* potuerit *D* (u *exp.*) *NRB* residebit *P* (b *ex* u) residet X*B* 12 residendi *DCM* optio eligendi *N*𝔄″*RB* 15 eos inquit *B* inquit illos X *post* terra *add.* habitare (κατοικεῖν *LXX*) **XB**, *cf. de Abrah. II 6, 26* 17 nihil *TXB* 18 est ** *P* (au *eras.*) 19 ostendere *P* (*corr. m3*) *T* cupit et *DXB* 20 huiusmodi *T*′**XB** 21 perfectior *PTCM et* (r *alt. eras.*) *T*′ 22 nondum enim *B*

uende omnia tua et da pauperibus et ueni sequere F
me. tamen ut minime auarus electionem offert, ut iustus
dissensionem amputat. non sit inquit rixa inter me et te
et inter pastores meos et pastores tuos, quia homines
fratres nos sumus. nonne ecce tota terra ante te?
discede a me: si tu in sinistram, ego in dextram uel
si tu in dextram, ego in sinistram.

13 Et leuauit oculos Loth et elegit inriguam regi-
onem inquit Iordanis, quia tota inrigabatur et erat 287 A
sicut paradisus dei. plerumque possessiones obueniunt
hereditariae aliae utiliores, aliae amoeniores. non utique in
portiones secandae sunt; nam incipit minui singularum meritum.
sed si non queant partes de utilioribus conuenire, conferantur
amoenae utilioribus. diuersa hominum ingenia sunt; alios
utilia, alios amoena delectant. infirmior amoeniora eligit,
utiliora fastidit. uilicus nonnumquam utilis est uel actor
agri: confertur urbano. si insipiens sit elector, aut cocum B
eligit aut uocalem, quem uenustioris gratiae putat, refutat
utiliorem. plerumque etiam ubi fructus non inpares sunt,
prudentior amoeniora declinat. cito inuidiam mouent, cito in
se excitant mentem auari. hic tamen nihil dixit scriptura de

3 Gen. 13, 8 sq. 8 Gen. 13, 10

1 tua ... sequere me *om. add.* et cetera *NRB* tua] *om.* 𝔄′, quae habes 𝔄″*E* 3 inquit *om. DNR* 4 pastores meos et *s. u. m2 P*, *om. CM* et inter pastores tuos *D* omnes nos fratres *D* (omnes nos *in ras.*) *XB* 5 tua terra *PTCM* te est *TDXB* 6 si tu ... uel *om. PTCM* si tu in dextram (dexteram *DRB*, ieris *add. D*) ego in sinistram uel si tu in sinistram ego in dextram (dexteram *DNRB*) *DXB* dexteram *TCM* 8 eleuauit (*om.* et) *D* inriguã *P* (ã *ex* a) irrigua *NR*𝔄′𝔄″ *et* (-ã *corr.*) *E* 9 inriguabatur *P* (*m2 ex* inriguatur) *T* (u *pr. eras.*) 12 portiones *scripsi* portione *libri* secandae *P m2 T*′ secundae *P m1 cet.* 13 queunt *DXB* 15 elegit *P* (*corr. m2*) *M* 17 agri *T* (i *ex* e *m3*) agro *RB* ager *C* confertur (rt *ex* st *m3*) *P* confortatur *N* confortatus *R* ọrbano (v *s.* ọ *m2*) *P* quocum *T* quoquum *NR* coquum 𝔄′ totum *DCM* 18 elegit *T* uenustiorẽ *P* (ẽ *ex* es) *DCM* 19 non *om. DXB*

eo quod alia pars utilior, alia amoenior fuerit, ne studio Abraham cepisse oculos adulescentis uideretur. amoenam partem descripsit, non addidit utiliorem. necesse erat ut de tota regione duas partes faceret. deinde praesentia, non absentia diuidebat. una regio capere utrumque non poterat. quod potuit summae esse iustitiae, electionem obtulit.

14 Loth amoenam elegit, quae cito praedonum oculos incurrit. hinc bellum inter reges, aduersariorum uictoria, incolarum captiuitas. itaque etiam Loth infirmioris consilii pretium luit, non terrarum infecunditate, sed amoenitatis inuidia deceptus, ut etiam ipse captiuus abduceretur, quoniam uitio seruilis D nequitiae a potiore deflexerat et partem flagitiosissimorum elegerat; Sodoma enim luxuria atque lasciuia est. ideoque declinatio Latina interpretatione dicitur Loth, quod is uitia eligit qui a uirtute declinat et ab aequitate deflectit.

15 quo conperto Abraham numerauit seruolos suos uernaculos et cum trecentis decem et octo uiris adeptus uictoriam liberauit nepotem. probatur diuisionis

7 Gen. 13, 11 8 Gen. 14, 1 sqq. 13 Philo de migr. Abr. 27 (459, 5) 16 Gen. 14, 14

1 utilior** (or *eras.*) alia (a *pr. in ras. m2*) amoenior (a *s. u. m2*) *P* 2 cepisse *PA''E* coepisse *T* 3 partem *PTCM* unam partem *NRB* partem unam *D*χ discripsit *C* alteram utiliorem *DXB* 4 faueret *P* (c *s. u m2*) 5 utrumque capere *D Paris. 726* 6 summa *T* 7 amoena *NA'R* 11 adduceretur *TCM* educeretur *XB* 12 a prudentiore χ haut prudentior *NRB* flagiciosissimorum *P* (cio *et* s *alt. s. u.*) flagitiosis*morum *T* (i *eras.*) 13 luxoria *T* 14 his *P* (h *exp.*) *D*, *om. CM* 15 elegit *P et* (*corr. m1*) *TCM* ab *om.* χ ad iniquitatem *D* reflectit *NRB* *sectiones 15 et 16 leguntur in codicis Ambrosiani I 101 sup., olim Bobiensis saec. VII f. 11 (cf. Reifferscheid Bibl. patr. Lat. Ital. II 33) et statim iterum in ff. 11 et 12 quibusdam immutatis eadem manu scriptae. significabo haec excerpta littera m et, ubi alterum a priore discrepat, litteris m' et m'', sed non omnia menda, de quibus uide quae in praefatione exposuimus, enotabo* 16 abram *DNB* abrham *m'* abraham *m''* (h *s. u.*) seruolus *m'* seruolos *m''* seruulos *cet.* 17 CCCXVIII *m''* 18 nepotem *om. PTCM* diuisionis *P* (is *ex* es *m2*)

adfectus, quando sic amabat nepotem, ut pro eo nec belli E
declinaret periculum. quid est numerauit? hoc est elegit.
unde et illud non solum ad scientiam dei refertur, sed etiam
ad gratiam iustorum, quod in euangelio dixit dominus Iesus:
et capilli uestri omnes numerati sunt. cognouit
enim dominus qui sunt ipsius, eos autem qui non
sunt ipsius non dignatur cognoscere. numerauit autem trecentos
decem et octo, ut scias non quantitatem numeri, sed meritum
electionis expressum. eos enim asciuit quos dignos in numero F
iudicauit fidelium, qui in domini nostri Iesu Christi passionem
crederent. trecentos enim T Graeca littera significat, decem
et octo autem summa IH Iesu exprimit nomen. fidei ergo
merito Abraham uicit, non populoso exercitu. denique eos
quibus quinque regum arma cesserunt cum paucis egressus
uernaculis triumphauit.

16 Sed qui uincit non debet adrogare sibi uictoriam, sed
deferre deo. hoc Abraham docet, qui triumpho humilior factus
est, non superbior. sacrificium denique obtulit, decimas dedit; 288 A

5 Luc. 12, 7 6 II Tim. 2, 19 7 Gen. 14, 14 14 Gen. 14, 15 et 8

3 et *om.* $\mathfrak{A}''E$ 4 dicit *m.* Iesus] dṡ iesus $\mathfrak{A}'$ dṡ isrł *NR* 5 uestri] capitis uestri *NRB, recte puto* omnes *om.* X 6 enim *PTDCM* ergo *m* autem *XB* ipsius *m''PTDCM*$\mathfrak{A}''E$ *et* (ipsi *m2 in ras.*) $\mathfrak{A}'$ eius ·*m'NRḂ* autem *om. m'* 7 CCCXVIII *m* trecentos ·X· (·X· *s. u. m2*) et octo *P* 9 enim] autem $\mathfrak{A}'$ asciuit *PTM* adsciuit *m'* (i *pr. s. u.*) *BC* adsciscit $\mathfrak{A}'$ assciscit *D*$\mathfrak{A}''E$ adscissit *NR* sciuit *m''* quo* (s *s. ras.*) *m'* quos (s *ex* d) *m''* quoḍ (s *s.* ḍ) *R* innumero *P* (n *alt. s. u. m2*) *TDCM* numero *m cet.* 10 fidelium iudicauit $\mathfrak{A}''EB$ ***** qui *m'* 11 crederent (erent *in ras.*) *m'* CCC *mT* CCC$^{\text{tos}}$ *P* *T *m'* (d *eras.*) dece et octo *m''* tau *D* X et VIII autem *PT* decem (dece *m'*) et octo autem *m'Dχ* XVIII autem *m''* decem autem et octo *NR*^{1}*B* decem et octo *CM* 12 summa *mTT'CM* summam (m *ult eras.*) *PB* summam *cet.* IH Iesu *scripsi* ihu *PT'M* IH *mDR*$_{\chi}$ id est. N *N, om. B* 13 habraham *m'* 14 V *m''PT* arma regum *B* regressus *N et* (r *pr. s. u.*, e *pr. in ras.*, g *s. u.*) *R* agressus *B* ingressus *CM* 16 non (n *alt. s. u. m2*) *P* 17 referre deo *m'* deo referri *m''* abraaham *m'* 18 superuior *m'* soperior *m''*

ideoque eum et Melchisedech, qui interpretatione Latina dicitur rex iustitiae, rex pacis, benedixit; erat enim sacerdos summi dei. qui est rex iustitiae, sacerdos dei nisi cui dicitur: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, hoc est dei filius, sacerdos patris, qui sui
17 corporis sacrificio patrem nostris repropitiauit delictis? quantum autem illud quod de praeda uictoriae nihil uoluit contingere nec oblatum sumere! minuit enim fructum triumphi B mercedis susceptio et beneficii adimit gratiam. plurimum enim refert utrum pecuniae an gloriae dimicaueris: alter mercennarii loco ducitur, alter dignus habetur conseruatoris gloriae. iure sanctus de praeda usurpare aliquid uel oblatum recusat, ne dicat qui dedit quia 'ego diuitem feci eum'; hoc solum satis sibi esse testificatur quod pastui proeliantium iuuenum profecisset. dicet aliquis: 'cum ipse uicerit, quomodo dicit ad regem Sodomorum: 'nihil sumam abs te', <et> hoc cum C praeda utique in potestate uictoris fuerit?' docet militarem disciplinam, ut regi seruentur omnia. sane iis qui secum fuissent in adiumentum fortasse sociati partem emolumenti tribuendam adserit tamquam mercedem laboris.

1 Gen. 14, 18 sq. Hebr. 7, 2 Philo Legg. alleg. III 25 (I 103, 17; I 130, 17 *C.*) 4 Psalm. CVIIII 4 7 Gen. 14, 22 sq. 13 Gen. 14, 24

1 eum (*s u.*) ex (t *s.* x) *P* eum et *TT B* tamen et *CM* eum *m cet.* melchisedeh *m'* melcisedeh *m''* latine *m'* 2 sacerdos (o *ex* u) *P* 3 dei summi *B* quis *TT'XBM* non (*s.* nisi) *m'* 4 ** tu *P* 5 melcisedeh *m* filius dī *D* 6 sacrificat *m''* dilectis *m* 7 illum *P m1* illud est *P m2 DBCM* 8 triumfi *PT'* 9 adimit *P* (i *pr. ex* e) *T et* (*in quo s. est ras. 6 uel 7 litt.*) *D* admisit *C* amisit *M* adrodit (arrodit ℜ''*EB*) *cet.* 10 enim *om. NR* utrum (t *s. u.*) *P* *rum (ut *s. ras.*) *T* 11 conseruaturus *PM* consortio *T* conuersatus *C* gloriae *PTC* gloria *cet.*, *in D s.* (conser)uatoris gloria *est ras.* 13 sibi satis *TXB* satis sibi *T'* 14 pastui *P m1 TXB* parti *P m2 CM et* (*in quo s. ras.*) *D* 15 dicet *P m1* dicit *P m2 M* 16 sumã (ã *s. u. m2*) *P* et hoc *scripsi* hoc *P* (*del. m2*) *TM* hoc ẽ *C*, *om. cet.* 18 reges *P m1* reges'/ *C* (*in quo* seruent) regibus *P m2 et* (*in ras.*) *T'* regęm *R* (i *s.* ęm) his *P* (h *s. u.*) is *M* his *cet.* 20 tribuąndam *P* (e *s.* ą)

18 Ideoque quoniam sibi mercedem ab homine non quaesiuit, a deo accepit, sicut legimus scriptum quia post haec uerba factum est domini uerbum ad Abraham in uisu dicens: noli timere Abraham, ego protegam D
5 te. merces tua multa erit ualde. non est serus ad remunerandum dominus et cito promittit et multa largitur, ne infirmos animos per dilationem aliquam subeat paenitentia contempsisse praesentia, et uelut quadam usuraria largitate conpensat, ut uberiora restituat ei qui captus non fuerit
19 10 oblatione praesentium. ab ipso quoque domino mercedem quam postulet consideremus. non diuitias ut auarus exposcit, non longaeuitatem istius uitae ut meticulosus mortis, non E potentiam, sed dignum quaerit sui heredem laboris. quid mihi inquit dabis? ego autem dimittor sine filiis
15 et infra: quia mihi non dedisti semen, uernaculus meus heres mihi erit. discant ergo homines coniugia non spernere nec sibi sociare inpares, ne huiusmodi suscipiant liberos, quos heredes habere non possint, ut uel transfundendae hereditatis contemplatione, si nullo contuitu pudoris mouentur,
20 digno studeant matrimonio.

20 Sed si Abrahae sententia ad corrigendum minus proficit, F accipe oraculum dei huiusmodi condemnantis hereditatem. non erit inquit heres tuus hic, sed alter qui exierit de

2 Gen. 15, 1 13 Gen. 15, 2 sq. 15 Gen. 15, 3 22 Gen. 15, 4

1 ab homine mercedem *DNRB* homine (ne *s. u.*) *P* 3 uerbum *P* (u *pr. in ras.*) uerbum dni *DXB* 5 te et *P* (et *m2 s. u.*) *BM* erit multa *B* serus *P* (s *alt. ex* m) 7 aliquam *P* aliqua *TT'DCM* 9 non *om. NR* 11 exposşit *P* (c *s.* ş *m2*) 12 uitae istius $\mathfrak{A}''E$ huius uitae *B Paris. 627* uitam *P* (*corr. m2*) 14 dimittor (di *ex* de) *PT* 15 *post* semen *repetit* non dedisti (*del. m2*) *P* mihi semen non dedisti X (*post* semen *add.* ait $\mathfrak{A}''E$) semen mihi non dedisti *B* 16 ęres (es *ex* edes) *P* heres erit mihi *NBR* mihi heres erit $\mathfrak{A}''E$ non coniugia *B* 18 habere heredes *B* 21 abrae *T* sententia (ten *s. u.*) *P* profecit *P* (*corr. m2*) 22 condemnanḍis (t *s.* ḍ) *P* contempnentes *T* contemnentis *C* contempnentis *M* hereditatęm condemnantis *B* 23 hic ... exierit *in ras. P*

te, ille erit heres tuus. quem dicit alterum? peperit enim et Agar filium Ismahel, sed non ipsum dicit, sed dicit sanctum Isaac. et ideo addidit: qui exierit ex te; ille enim uere exiuit ex Abraham, qui legitimo coniugio procreatus est. sed per Isaac legitimum filium illum uerum legitimum possumus intellegere dominum Iesum, quem in principio 289 A euangelii secundum Matthaeum Abrahae filium legimus, qui uerum se Abrahae gessit heredem, auctoris inluminans successionem, per quem Abraham respexit in caelum et splendorem suae posteritatis agnouit non minus inlustrem quam stellarum caelestium fulget claritas. sicut stella enim a stella differt in claritate, ita et resurrectio mortuorum apostolus dixit, eo quod resurrectionis suae donans consortia homines, quos mors solebat terris abscondere, regni caelestis B
21 fecit esse participes. quomodo autem Abrahae propago diffusa est nisi per fide hereditatem, per quam caelo conparamur, conferimur angelis, aequamur stellis? ideo ait: sic erit semen tuum. et credidit inquit Abraham deo. quid credidit? Christum sibi per susceptionem corporis heredem futurum. ut scias quia hoc credidit, dominus ait: Abraham diem meum uidit et gauisus est. ideo reputatum C est illi ad iustitiam, quia rationem non quaesiuit, sed

7 Matth. 1, 1 9 Gen. 15, 5 11 I Cor. 15, 41 sq. 17 Gen. 15, 5 18 Gen. 15, 6 20 Ioh. 8, 56 21 Gen. 15, 6

1 heres tuus erit *B* 2 ismael *TDR* sed . . . sanctum Isaac *om. NR* 3 ex *PCM* de *cet.* 5 isaac *P* (a *alt. s. u., saepe*) uerum *T'* (e *ex* i, ł e *m2 s.* um) *N* (um *in ras.*) χ*B* uirum *cet.* 6 ihm xpm *DXB* 7 mattheum *DNB* matheum *cet.* 8 uerum se *Pm2B* uirum se *Pm1TD* uerum in *CM* uero se *N*𝔄'*R* uere se *E* se uere 𝔄'' 10 suae potentiae *N*𝔄'*R* potentiae suae 𝔄''*E* 11 enim stella *DXBCM* a stella differt *NCM et* (ab *pro* a) *Pm3 D*𝔄'*RB* stellam differt *Pm1T* differt a (ab *B*) stella 𝔄''*E* 12 claritatem *P et* (m *eras.*) *T'B* claritatē *T* ita χ, *om. Pm1T* sic *Pm2M* (*qui om.* et) *cet.* resurrectionem *T* 16 fidei (fidei *Pm2*, fide *m1*) hereditatem *PCM* fidem hereditate *T* hereditatem fidei *cet.* per quam *om. PTC, fort.* qua *scribendum* 19 Christum . . . ait *om. T* 20 dominus ait *om. PCM* 22 sed quia 𝔄'

promptissima fide credidit. bonum est ut rationem praeueniat fides, ne tamquam ab homine ita a domino deo nostro rationem uideamur exigere. etenim quam indignum ut humanis testimoniis de alio credamus, dei oraculis de se non credamus! imitemur ergo Abraham, ut heredes simus terrae per iustitiam fidei, per quam ille mundi heres factus est.

4, 22 Sed fortasse dicat aliquis: 'quomodo Abraham nobis imitandum proponis, cum de ancilla susceperit filium? aut quid sibi hoc uult esse, ut tantus uir huic errori fuerit obnoxius, cuius tanta opera miramur?' et ideo ne quodam more nauigantium locum hunc, quem plerique uadosum putant, declinasse uideamur, rationem eius explanare cordi est. non abnuo quod Abraham de ancilla susceperit filium, ut cognoscas quoniam non superioris cuiusdam naturae ac substantiae fuit Abraham, sed unus e numero et fragilitate uniuersorum hominum. denique et de regione Chaldaeorum uocatus est, quos superstitioni uanae intentos magis quam ceteros esse accepimus, et ideo maiorem inuenit gratiam apud deum, quia superioribus renuntiauit, ad priora se extendit, ut sequeretur deum. propositus est enim ad imitandum tibi, ut et tu aduertas quod, si peccatis renunties, possis mereri domini misericordiam. DE 290 A B

23 Mouere tamen aliquos potest quod iam cum deo loquebatur et ad ancillam introiuit, sicut scriptum est quia dixit Sara ad Abraham: ecce conclusit me dominus ut non pariam. intra ergo ad ancillam meam, ut filios C

5 Ion. Aur. II 4 (imitemur ... miramur) 24 Gen. 16, 2

1 probatissima *T* ut *om. RN, s. u m2 C* 2 a *s u. D, om. NR* dmo *P* nostro *om.* X 3 humanis *P* (i *ex* u) *B* (nis *in ras.*) 5 terrae simus *N* 9 uult hoc *DXB* ut *ex* ui *P* 12 cordis *P* (s *eras.*) *NR* ee *T* abuno *P* (*corr. m3*) *M* 14 non *om. PC. s. u. T* 16 chaldeorum *P* (h *s. u.*) *χCM* caldeorum *cet.* 17 esse magis quam ceteros *DXB* accepimus *PTCM et m2* 𝔄′ accipimus 𝔄′ *m1 cet.* 18 posterioribus 𝔄″*E* 19 dnm *T* 21 emereri *DXB* 23 dno *N* 24 ad *s. u. P* introiuit *P* (i *alt. s. u.*) 26 filium X

facias ex illa. et ita factum est. sed consideremus primum quia Abraham ante legem Moysi et ante euangelium fuit: nondum interdictum adulterium uidebatur. poena criminis ex tempore legis est, quae crimen inhibuit, nec ante legem ulla est rei damnatio, sed ex lege. ergo non in legem commisit Abraham, sed legem praeuenit. deus in paradiso, licet coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat. non uult enim mortem peccatoris et ideo quod praemii est pollicetur, quod poenae non exigit. mauult enim mitibus prouocare quam terrere saeuioribus. et tu peccasti, cum gentilis esses: habes excusationem. uenisti ad ecclesiam, audisti legem: non adulterabis: iam excusationem delicti non habes. tamen quoniam cum his mihi sermo est qui ad gratiam baptismatis nomen dederunt, si qui tantum crimen fecit, sciat sibi ueniam tribuendam, sed quasi ei qui crimen commiserit, in reliquum tamen abstinendum nouerit. denique illi adulterae, quam in euangelio obtulerunt scribae Pharisaeorum, ignouit quidem dominus superiora, sed ait: uade et amodo uide ne peccas. quod cum illi dicit, tibi dicit. fecisti gentilis adulterium, fecisti catechumenus: ignoscitur tibi, remittitur per baptismum, uade et post haec uide ne pecces. habes unam Abrahae defensionem.

24 Secunda illa est, quod non ardore aliquo uagae succensus libi-

1 Ion. Aur. II 4 (sed consideremus ... ex lege) 6 Gen. 2, 18 Ion. Aur. II 4 (deus in ... damnauerat) 7 Ezech. 33, 11 11 Exod. 20, 13 18 Ioh. 8, 11 21 Ion. Aur. II 4 (habes ... naturae)

1 illa *PTD*𝔄*'ECM* ea 𝔄*''* (*s.* illa) *NRB* 2 moysi *P* (y *s. u.*) mosi *T* moisi 𝔄*''* 5 rei damnatio est 𝔄*''* non ergo X*B* 7 laudauerit *TDXB* mortem enim 𝔄*''* 8 est *s. u. P* 9 poena *PTCM* pene (e *alt. ex* a) *T'* 10 seuerioribus X*B* esses gentilis *T* 11 uenisti ... excusationem *om. PTCM* 12 quoniam] quia *T* 14 dederunt ... crimen *om. C* qui *PT* quis 𝔄*'* (s *s. u.*) *T' cet.* 14 tribuendam ueniam X*B* ueniam (iam *in ras.*) *D* 17 farisaeorum *T* dominus quidem *NRB* 18 uide *om. NRB* 20 catecuminus (e *ex* i) *P*𝔄*'* caticuminus *T* (us *m2 ex* is) catecuminus *D* cathicuminus *E* cathecuminus *cet.* remittitur tibi *TT' et* (tibi *exp. m2*) 𝔄*''* 22 abrae *T* abraham *χ* 23 successus *T* (*corr. m2*) successu *NR*

dinis, non petulantis formae captus decore ancillae contubernio coniugalem posthabuit torum, sed studio quaerendae posteritatis B et propagandae subolis. adhuc post diluuium raritas erat generis humani; erat etiam religioni, ne quis non reddidisse debitum uideretur naturae. denique et Loth sancti filiae hanc causam quaerendae posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum. et ideo publici muneris gratia priuatam culpam praetexuit. nec otiosum est quod uxor auctor facti inducitur, ut excusetur maritus, ne uago raptus errore credatur, simul ut discant mulieres diligere uiros nec agitari uana suspicione pelicatus C aut inuidere priuignis, si ipsae liberos non susceperint. uxori bonae cordi erat excusare apud uirum sterilitatem suam et, ne causa esset uiro quod is liberos non haberet, suadet ut intraret ad ancillam. hoc fecit Lia, hoc Rachel postea. disce, mulier, zelum deponere, qui saepe mulieres in furorem incitat.

Sed et uos moneo, uiri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non commisceri adulterino corpori — qui enim se meretrici iungit unum corpus est — nec dare hanc occasionem D diuortii mulieribus. nemo sibi blandiatur de legibus hominum. omne stuprum adulterium est, nec uiro licet quod mulieri non licet. eadem a uiro quae ab uxore debetur castimonia. quicquid in eam quae non sit legitima uxor commissum fuerit adulterii damnatur crimine. ergo aduertistis quid debeatis cauere, ne quis

5 Gen. 19, 31 sqq. 18 I Cor. 6, 16

1 contubernium *T* 3 propagandam *P* (*corr. m2*) 4 religionis *D* (s *s. u.*) 𝔄′ (s *s. u. m2*) *N*𝔄″*ERB* 8 auctrix *NRB* 11 priuignis *P* (i *pr. ex* e *m2*) *T* (i *pr. ex* ae) filios *D* susciperint *P* (*corr. m2*) 12 aput *TRE* 13 is (*ex* his) *T* id *C*, *om. DXB* suadet *P* (e *ex* i *m2*) *T* (et *in ras.*) *DCM* suasit *cet.* 14 ad ancillam intraret *B* 15 mulieris *P* (-es *m2*) 17 sed ut *P* (et *s.* ut *m2*) sed *T* 18 corpori *T* (i *ex* e) corpore 𝔄′ se iungit meretrici *DX* iungit se meretrici *B* 20 blandiatur *P* (a *alt. s. u.*) 22 a muliere *NRB* castitas *D* quidquid *D* (*corr.* quicquid) *R* 23 ea *PTBCM* cõmissũ (ũ *ex* a) *T* 24 crimine dampnatur *B* aduertitis *XB* cauere quid debeatis *B* quid debeatis *om. T*

26 sacramenti se indignum praebeat. accipite etiam illud, quia huiusmodi intemperantia soluit caritatem coniugii, superbas E ancillas facit, iracundas matronas, discordes coniuges, concubinas procaces, inuerecundos maritos. simul ut de domino conceperit ancilla, spernit dominam suam tamquam ditior partu, domina se despici dolet, maritum auctorem iniuriarum suarum arguit. denique Sara ipsa marito ancillae suae potestatem dederat et postea dicit ad eum: iniuriam accipio ego ex te. dedi iam ancillam meam in sinum tuum. ubi autem uidit esse conceptum, spreta sum inquit F coram ab ea. iudicet deus inter me et te. quantus dolor, quam grauis querela sit feminarum lectione exponitur. da inprouidum et leuem maritum, qui morigerari nesciat, et diuortii causas exhibet. sed Abraham, uir moderatus et prudens, ecce inquit ancilla tua in manibus tuis: utere ea quomodo tibi placuerit; maluit enim uxorem tenere quam famulam. nec hoc tamen plene remedium. accipit potestatem irata uxor et inmoderatius ultione permissa utitur. quodsi Sara moderationem non tenuit, quae tenebit? ideoque scriptum est: et adflixit eam Sara, et fugit a facie eius. duo sunt quae comprehendit scriptura, ut et 292 A dominae grauem indignationem exprimeret et ancillae tumorem

8 Gen. 16, 5 15 Gen. 16, 6 20 Gen. 16, 6

1 sacramentis *DXBCM* illud *PTCM* aliud *cet.* 8 postea* *P* (a *eras.*) ego accipio *B* 9 iam *PCM*, *om. cet.* 10 uidit *PCM* uidet *T' cet.* conceptum esse *DXB* inquit coram *om. NR*, coram *om. TB Par. 627* 11 dns *T* 12 querella *T* 16 quomodo] sicut *DCM* enim *om. T* 17 nec (c *s. u. m3*) *P* plene *PT* plena *C* plenum *cet.*; *cf. quoque u. 19* remedium . . . ultione *post* moderationem *transponit PCM, add. in mg. m2 M* (*in quo post* moderationem *haec leguntur* tenuit dni accipit potestatem irata uxor et inmoderatius moderationem, *quae exp. m2*) 18 accipit *PTCM* accepit *M in mg. m2 cet.* irata *PTBCM* miranda *M in mg. m2 cet.* ultione (e *ex* ẽ) *P* ultionem *T* p̃missa *C* 19 *post* utitur *add.* plane permissa (p̃missa *D*) utitur *DN* moderatione *T* quis tenuit *N* (*s. m2* ł tenebit) qui tenuit *R* 22 ancilleetumorem *P* (*corr. m1*)

ac superbiam. quod adflixit eam Sara, ad iracundiam adfligentis refertur: quod Agar fugit, contumeliam seruili patientia non ferebat, quae sibi erilis contubernii uindicabat fastigium. indignata est iniuriam, quae induerat insolentiam. denique interroganti angelo quo iret respondit: a facie Sarae dominae meae ego fugio. et hoc tumoris inmodici, ut prius nomen Sarae diceret, postea dominam significaret. illud B ad iniuriam praemissum, hoc ad expressionem personae additum. non placuit angelo ancillae insolentia, et ideo dixit illi angelus: reuertere ad dominam tuam. utique non latuisset angelum, si ui suppliciorum uicta fugisset, et magis reprehendisset uerberantis saeuitiam quam fugientis discessionem; sed ut ostenderet quia tamquam superba fugiebat, ne subiecta esset dominae, addidit: et humilia te sub manibus eius. opto igitur ut hoc uitium nullus incidat; C sed si quis inciderit, discat ancillam suam humiliare uxori suae, ne dum uult ancillam suam uindicare excludat uxorem.

27 Ergo Abraham et unus de populo gentili erat et causa posteritatis introierat ad ancillam, quod uxor eius sterilitatem suam obumbrare cupiens auctor eius facti fuerat uiro. et tamen non otiosum est quod post hoc deus statim, quia alia eius merita probaret uel huius facti paenitentiam, dixit illi:

5 Gen. 16, 8 10 Gen. 16, 9 14 Gen. 16, 9

1 ac] et *NRB* 2 serui *PTD et* (seruę *m2*) *T'* patientiam *P* (m *eras.*) *TD* 3 referebat *D* uindicauit *T* fastidium *P* (g *s.* d) 5 quoiret *P* (o *et* r *s. u.*) sarae *P* (e *postea add.*) 6 ego *om. T'M* 7 Sarae *om.* χ 10 angelus *om.* X*B* 11 uitta *P* (t *pr. ex* c, *in mg. m1* uicta) fugisset *P* (g *s. u.*) fuisset *T* 12 fugientis *P* (is *ex* es) 14 ne subiecta X*B* ne superbę *P* (a *s.* ę) ne superba *TCM* ne non subiecta superba *D* humiliare (*om.* te) χ humilia te (ia te *in ras.*) *T'* 15 eius *om. T* hoc *TT'DXBC* in hoc *P* (in *s. u.*) *M* uicio *D* 16 humiliare *T'*χ humiliari *cet.* 17 ancillam suam *PTCM* ancillam *cet., fort. recte* 18 de populo erat gentili X erat de populo gentili *B Par. 627* 19 posteritatis *ex* prosperitatis *T* 20 suam *om. NR* fuerint *P* fuerit *TT'CM* 21 tamen *B in ras.*, enim *N* deus *om. PTCM* 22 merita] opera 𝔄''*E*, *om.* 𝔄'

ego sum deus tuus. emerere in conspectu meo et esto sine querela, quasi adhuc non plene emeruisset, qui desperaret sterilis partum uxoris et de ancilla posteritatem quaereret. esto inquit sine querela, hoc est inreprehensibilis, ut de te uxor non queratur nec quisquam tua facta reprehendat. mutat ei nomen littera addita, ut de Abram uocetur Abraham, hoc est de patre uano, sicut habet Latina interpretatio, uocaretur pater sublimis, pater electus uel de patre fieret pater fili. uanus erat, cum deum nesciret: electus factus est, posteaquam agnouit deum. pater erat, cum de ancilla prolem haberet, sed pater fili non erat, quia non erat ei filius [qui non erat] legitimo susceptus coniugio. peperit Sara, et factus est pater fili. circumcidi iubetur accepturus ueri seminis hereditatem. nonne euidenter circumcisio carnis praeceptum est castimoniae, ut aliquis resecet libidinem carnis et indomitas luxu ac lasciuia refrenet cupiditates? etenim circumcisionis uocabulo id praescribitur, ut omnis inpuritatis fetor abstergeatur et auferatur incentiuum libidinis. duabus usi sumus defensionibus.

28 Tertia quoque est, quam nobis apostoli Pauli tribuit auctoritas, qui ait: 'illa quae gessit Abraham, ut de ancilla susciperet

1 Gen. 17, 1 6 Gen. 17, 5 7 Philo de mut. nom. 9 (I 588, 22) Legg. alleg. III 27 (103, 48; I 131, 17 *C.*) 8 Philo de Cherub. 2 (I 139, 23 et 43; I 171, 6 et 20 *C.*) de mut. nom. 9 (588, 22) 13 Gen. 17, 10 sq.

2 plene non *DXB* 3 disperaret *T et* (*corr. m2*) 𝔄′ desperasset *B* ancillam *P* (m *eras.*) quaereret posteritatem *B* 5 nec] ne *PTCM* 6 ei *PTRCM* enim *cet.* de *om. DX* abrāaṃ *P* 7 uocaretur *DXB* latinę (a *s.* ę) *P* 8 uel de *P* (*ex* ualde) 9 fieret et *DX* filii *P* (i *tert. s. u.*) *TBχ* et filii *DNR* 10 posteaquam *T* (a *pr. s. u. eras.*) postquam *T'Dχ et* (post *in ras.*) *B* cognouit 𝔄″*EM* erat *P* (er *s. u.*), *s. u.* 𝔄″ 11 *et* 13 filii *P* (i *tert. s. u.*) *cet.* 12 qui non erat *seclusi*; qui esset (*om.* non) *T* susceptus legitimo *NRB* 13 sarai *P* (i *s. u.*) *DM* iubetur *P* (b *ex* u) 16 cupiditates *P* (es *ex* is) 18 abstergeatur *P* (e *alt. exp.*) *χ* (e *alt. eras.*) abstergatur *cet.* incentiuum libidinis auferatur 𝔄″*EB*

subolem, in figuram facta et secundum allegoriam dicta'. allegoria est, cum aliud geritur et aliud figuratur, sicut etiam ipse apostolus docet dicens: sub lege uolentes esse legem non legistis? scriptum est enim quod Abraham duos filios habuerit, unum de ancilla et unum de libera. sed is quidem qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per promissionem. quae sunt per allegoriam dicta; 293 A nam haec sunt duo testamenta, unum quidem a monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar, duos populos ostendens de Abrahae generatione manare, unum Iudaeorum, qui legis syllabis seruiat, eo quod de ancilla in seruitutem uideatur esse generatus, alterum Christianum, qui ad remissionem peccatorum caelestis gratiae libertatem acceperit. quod ergo putas esse peccatum aduertis esse mysterium, quo ea quae posterioribus erant futura temporibus reuelabantur. B denique addidit: uos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii estis. et 'ideo' inquit 'nolite quaerere opera legis', quoniam non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi et ut scias quia Christianis dicit: et nos in Christum Iesum credidimus, ut iustificemur ex fide Christi et non ex operibus legis. agnoscimus ergo quoniam haec quae in figura contingebant illis crimini non erant, nobis autem erunt, si ad correptionem nostram scripta cauere nolimus, sed C magis id agamus, ut cum simus liberae filii, quae est Sara.

3 Galat. 4, 21—24 13 Galat. 4, 26 17 Galat. 4, 28 18 Galat. 2, 16 21 Galat. 2, 16

1 sobolem *P* (o *pr. ex* u) filium *NRB* facta sunt 𝔄″*E et* (sunt *s u. m2*; et *om.*) *C* 1 *et* 8 allegoriam *P* (e *ex* i) 2 allegoria *P* (e *ex* i) 8 repromissionem *P* (re *s. u.*) *cet.* 10 quod *PTD* quae 𝔄′ (*ex* quod) *T′ cet.* 11 habrahae *P* manere *NC* 13 generatus esse *NRB* christianum *P* (h *s. u.*) 18 filii *P* (i *tert. s. u.*) et *om. DXB* 21 dicit 𝔄′ (c *ex* x) dixit 𝔄″*E* nos inquit *DXB* in *om. D* ihm xpm *BM* 22 credimus *TDNRB* 24 figuram *PT*𝔄′𝔄″*CM* criminis *T* 25 erant *P* (v *s.* a) nram *P* (m *s. u.*) nolumus *TM* 26 filii *P* (i *tert. s. u.*) fili* *T* (i *s. ras.*) est *om. T*

ne legis laqueis seruiamus, cum Abraham liberam tenuerit, ancillam eiecerit.

29 Quo loci plerosque moueri scio. si enim bona est circumcisio, hodieque teneri debuit: si inutilis, mandari non debuit, praesertim diuino oraculo. sed cum apostolus dixerit Paulus quia Abraham signum accepit circumcisionis, utique signum non ipsa res, sed alterius est rei, hoc est non ueritas, sed indicium ueritatis. denique ipse exposuit et expressit dicens: signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae et fidei. unde non incongrue intellegimus quia circumcisio corporalis signum circumcisionis est spiritalis. ergo signum mansit, donec ueniret ueritas. aduenit dominus Iesus, qui ait: ego sum uia et ueritas et uita, quia non partem exiguam corporis in signo, sed totum circumcidit hominem in ueritate, signum detraxit, ueritatem induxit, quia posteaquam uenit quod perfectum est, quod ex parte erat euacuatum est, et ideo cessauit circumcisio partis, ubi refulsit circumcisio uniuersitatis. iam enim non ex parte, sed totus homo saluatur in corpore, saluatur in anima. scriptum est enim: qui uult post me uenire abneget se ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. haec est perfectio circumcisionis, quia per corporis oblationem redimitur

3 Gen. 17, 10 sq., 23 6 Rom. 4, 11 9 Rom. 4, 11 13 Ioh. 14, 6 20 Matth. 16, 24

1 ne *PCM*, *post* laqueis *transponit B*, *om. cet.* 2 ancillas *DNR* 3 loci *PT*𝔄″*E et* 𝔄′ *m1* loco 𝔄′ *m2 cet.* *scio *P* si *s. u. P* enim *om. T* est bona *N* 7 rei est 𝔄″*E* 10 intellegimus *P* (e *alt. ex* i) 11 spiritalis est *P* (est *s. u.*) *T*′ (*sed cf. adn. ad u. 13*), est *ante* circumcisionis *transponunt TCM* 13 uita ueritas et uia *T* et *post* uia *om. DXBM* *post* uita *uerba* signum accepit... ihs qui ait (*uu. 9—13*) *repetit P* (*u. 10* intelligimus, *u. 11* et spiritalis). *m1 haec delenda esse significat. item uerba* signum accepit... fidei (*uu. 9 et 10*) *repetuntur in T*′ (*deleta m1, u. 9 post* circumcisionis *add.* utique) *CM* 14 quia *PCM* qui *cet.* non habet partem *B* corporis *om. NRB* 15 detraxit (*s. ras. 8 fere litt.*) *D* destruxit X 19 homo saluator *P* in corpore saluatur *om. PTCM* 20 se P_{χ} semet *cet.* 22 ablationem *NR*

anima, de qua ipse dominus ait: qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. F

30 Superest illa nunc quaestionis portio, utrum debuerit pars praemitti, cum esset uentura perfectio. qui locus facilis ad diluendum est, si consideremus quibus pars mandata sit, quibus seruata perfectio. pars enim mandata est secundum legem populo Iudaeorum, illi dura ceruice, illi infirmo, illi qui deum suum non cognouit. cum ergo partem non potuerit sustinere, quomodo perfectionem seruare potuisset? uti si puerulum litteris inbuas, a singulis litterarum elementis 294 A incohandum est tibi, ut a singulis apicibus ad syllabas, a syllabis eum per ordinem ad nomina orationemque deducas, nec potest mare quisquam nauigare intrepidus nisi qui ante in fluminibus nauigauerit. denique si quid aut conficiendi itineris aut leuandi oneris puero uelis prouectiorique mandare, numquid aequanda onera sunt aut aequandus labor? ita igitur noueris his perfectionem circumcisionis esse seruatam qui a Christo instituti ualidioribus idonei uiderentur, ut et fideles B probarentur, quorum multitudo innumera crucem tolleret <et> suam pro Christo animam deuoueret. et increduli non possent resistere, qui in totius corporis inmolatione quaeri salutem putarent, qui exiguum circumcisionis suae sanguinem salu-

1 Luc. 9, 24 7 Exod. 33, 3 et 5 (34, 9) 8 Osee 5, 4

1 qui *PTBCM* quoniam qui *cet.* 3 nunc illa *B* nunc *s. u. P* 4 facilis *post* diluendum *transponit B* 5 est *om. DNA'*, *ante* facilis *transponunt A"E*, *post* diluendum *TCM*; est (*ras. 7 fere litt.*) m (*s.* ad diluendum) *R* si *om. PTCM* 6 seruata *DXB et* (*in quo* quibus seruata *s. u. m2*) *M* mandata *cet.* 9 seruare| sustinere *D* uti *PM* utique *B* ut *cet.* 10 incohandum *P* (h *s. u.*) *M* incoandum *T* inchoandum *cet.* 11 a syllabis *om. TC'* 12 perducas *NRB* non potest *B* 13 quisquam mare *D* 14 quod (*corr. m2*) *T* 15 prouectiori (*om.* que) *NR* aut prouectiori *B* mandare *P* (e *ex* i) 16 sunt onera *B* conferendus labor X 18 fideles *P* (es *ex* is) 19 et *addidi*, *om. PTCM.* suamque *cet.* (*praeter A"E, in quibus* crucem suam tolleret que) 20 deuoueret *P* (ue *s. u.*) increduli *P* (*ex* incrudeli) 21 in *om. DNR* inmolationẽ *PT'* (hi *corr.* -ne) *TC'* 22 *fort.* qui que>

31 tarem arbitrarentur. considerandum autem quod in praeputio positum uocauit deus, in praeputio adhuc manenti legitimi fili promissa est hereditas, ut non Iudaeorum tantummodo C patrem, ut ipsi adserunt, sed omnium credentium auctorem per fidem credas. Sara quoque ante circumcisionem uiri in unius litterae adiectione non mediocri remuneratione benedicitur, ut principatum uirtutis et gratiae haberet. de qua nationes et reges gentium spondet futuros, ut in ipsa typus non synagogae, sed ecclesiae constitueretur. quod autem promisso ex ea filio risit Abraham non incredulitatis, sed exultationis indicium fuit. denique procidit in faciem — qui adorauit D credidit — et adiecit: si mihi centum annorum nascetur et si Sarra annorum nonaginta pariet. et dixit: Ismahel hic uiuat in conspectu tuo. non est incredulus in promissis nec auarus in uotis. hoc est: 'non dubito quod facias, ut et centum annorum seni dones filium et naturae auctor naturae metas relaxes. beatus cui ista donantur, sed tamen etiam hic Ismahel, quem habeo de uernacula, si uiuat in conspectu tuo, abundat mihi gratia.' denique dominus E et probauit eius adfectum et petitionem non abnuit et sua promissa firmauit.

5, 32 Diximus de Abrahae deuotione ac de fide, de prudentia F

2 Gen. 17, 16 5 Gen. 17, 15 Philo de mut. nom. 11 (590, 1 sqq.) 9 Gen. 17, 17 12 Gen. 17, 17 sq.

1 arbitrarentur *P* (ar *s. u.*) 2 **manenti *D* 3 filii *P* (i *tert. s. u.*) *cet.* 6 *unius *T* adiectione *T'NA'A''RB* adiectionem *PT* adiunctionem *C* adiunctione *D* (*s.* iunctione *est ras.*) *M* abiectione *E* 10 ex *ex & P* ex *in ras. T'* exultationis *P* (*s.* nis *ras.*) 12 C *P* nascetur filius *DXB*; *cf. de Abrah. II 11, 87 et Augustinus Loc. in Hept. I 57* 13 si *om. T* annorum XC *P* annorum nonaginta *T* nonaginta annorum *B* (*m2 in ras. min. spatii*) *χD* nonagenaria *N* annorum XC nonagenaria *CM* 14 ismahel *Nχ* hismahel *D* ismael *cet.* est *om. CM* 16 C *P* dones *P* (s *in ras. 3 litt.*) 17 et naturae *DXB* nec naturae *T'CM* nec maturae *PT* 18 etiam *om. NRB* ismael (hismael *R*, ysmael *B*) hic *NRB* si *DNRB*, *om. cet.* 22 abrae *T* hac (h *eras.*) de fide de *P* ac de fide *TT'* ac fide de *DCM* ac fide *XB*

iustitia caritate parsimonia: nunc etiam de hospitalitate dicamus. est enim non mediocris ea uirtus. unde et apostolus principaliter eam in episcopo esse oportere geminae scriptionis docuit auctoritate, ut praesto sit aduenientibus et occurrat obuiam et itinera exploret et adsit non quaerentibus et rapiat praetergredientes. ante ostium sedebat Abraham, sedebat 295 A meridie. quando alii requiescebant, iste hospitum explorabat aduentus. merito illi deus ad quercum apparuit Mambrae, 33 quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat. et respiciens inquit oculis uidit, et ecce tres uiri stabant super illum. et cum uidisset illos, cucurrit obuiam illis. uide primo fidei mysterium. deus illi adparuit, et tres aspexit. cui deus refulget trinitatem uidet. non sine filio B patrem suscipit nec sine sancto spiritu filium confitetur. haec alibi plenius, nunc moralis persequendi propositum est loci. non otiosus sedet, qui longe aspicit. nec aspexisse contentus cucurrit obuiam. festinauit occurrere, quia non satis est recte

3 I Tim. 3, 2 Tit. 1, 7 6 Gen. 18, 1 9 Gen. 18, 2 12 cf. Philo Quaest. in Gen. IIII 2 15 de excessu fratris II 96 17 Ion. Aur. II 29 (quia non . . . quid facias)

1 de bono hospitalitatis *P in mg. m. ant.* de hospitalitate etiam *B* disseramus *DCM* 3 susceptionis *NRB* 5 et itinera *DXB et* (et *s. u. m2*) *M* itinera *P* (*ex* ettinerę) *T'CM* itinere *T* 6 praetergradientes *T* (p̃t̄ *in ras.*) *uerba* ante hostium *usque ad uerba* tabernacula sua (*p. 528, 13*) *leguntur in Ambrosiano I 101 sup. f. 71*^{u} *et 72*^{r}. *significabo hoc excerptum littera m* 7 quanto (*eras.*) quando *P* quando aues *m* hospitum *P* (h *s. u.*) ospitum *m T'* 8 *in uerbis* merito habrahae deus *incipit excerptum in libro Einsidlensi 136 saec. X p. 136 hac inscriptione adiecta* EX LIBRO S. AMBROSII DE TRIBUS PATRIARCHIS. *significabo littera* ε deus illi *m* deus apparuit ad quercum ε*DX* apparuit deus ad quercum *B* mambrae *m*ε*T* mambre *cet.* 10 uidet *m* uidit oculis ε ece *m* 11 super *P* (*s.* ł secus) *T* secus *T'DBCM* contra (*in mg. m1* supra) ε supra *m*X 13 refulget *m* (et *ex* it) *D* (*s.* get *ras.*) refulsit X in trinitate 𝔄''*E* uidit ε, *om.* χ 14 suscepit *m*ε, suspicit 𝔄'' spiritu sancto *D*χ*B* haec . . . contentus *om. m* 15 persequendo *P* persequendi *T'* (i *ex* o) *DĊM* prosequendi *N*𝔄''*ERB et* (pro *ex* per) 𝔄'

facere, nisi etiam maturaris quod facias. festinanter manducare pascha lex iubet; uberiores enim fructus habet celerata deuotio. disce ergo quam inpiger esse debeas, ut possis praeuenire hospitem, ne quis praeueniat et te boni muneris C defraudet copia.

34 Bona est hospitalitas, habet mercedem suam, primum humanae gratiae, deinde quod maius est remunerationis diuinae. omnes in hoc incolatu hospites sumus; ad tempus enim habitandi habemus hospitium: emigramus propere. caueamus, ne si nos duri aut neclegentes in recipiendis fuerimus hospitibus, etiam nobis post uitae istius cursum sanctorum hospitia denegentur. unde in euangelio saluator dicit: facite uobis amicos de D iniquo mamona, qui uos recipiant in aeterna tabernacula sua. deinde etiam in hoc corpore sitis plerumque oboritur peregrinandi necessitas. quod ergo aliis negaueris, id in te ipse decernes et quod aliis detuleris, eo te facies dignum uideri. si omnes eam sententiam non suscipiendi hospites sequantur, ubi erit requies peregrinantibus? relictis igitur humanis habitaculis captabimus secessus ferarum, besti-

1 Exod. 12, 11 2 Ion. Aur. II 29 (disce quam . . . copia. [sequuntur ea quae ad u. 10 adscripsimus] bona . . . denegentur) 12 Luc. 16, 9

1 nisi etiam *om. m* maturaris *Henricus Schenkl* maturare *D* (ra *in ras.*) *cet.* matures *ed. Paris. a. 1569, fort.* maturare ‹studeas› festinanter enim *DXB* manducantem *T* manducari *NRB* 2 pasca *P* uberiores . . . habet *om. m* fructos *P* (v *s.* o) maturata *NRB* 4 perueniat *m* et ecce boni operis *m* 7 omnis *m* 8 ad tempus . . . propere *om. m* habemus habitandi *B* 9 emigremus *TA'* emigrans ε caueamus nec neclegentes simus nec nobis post uitae . . . (*cet. om.*) *m* 10 neglegentes *PTA'E* negligentes *cet.* fuerimus in recipiendis *A''E* hospitibus *P* (i *pr. s. u*) hospitibus fuerimus ε 11 uitae huius *NRB* scotorum *m* denegentur hospitia *B* 12 in euangelio *om. m* 13 mamuna *m* mamona *P* mamonam ε (m *tert. eras.*) mammona *cet.* tabernacula sua *in ras. B* 14 sua *om.* ε, *s. u. R* etiam *om.* ε scitis *NRB* cum sitis *D* 15 quod . . . decernis *infra in mg. m1 P* 16 ipso *B* decernes ε decernis *cet.* detulerit *P* (s *s.* t *alt.*) 18 sequantur *post* sententiam *transponit B* 19 ferare (*in ras.*, ṽ *s.* e *alt.*) *P*

35 arum cubilia. sed pauperiem praetendis? non opes a te hospes E
requirit sed gratiam, non ornatum conuiuium sed cibum
obuium. melior est inquit hospitalitas cum holeribus
ad amicitiam et gratiam quam si uitulos occidas
ad praesaepia cum inimicitiis. haec grata hominibus,
accepta deo. unde dominus Iesus in euangelio eum quicumque
dederit hospiti potum aquae frigidae caelestium adserit prae-
miorum non exortem futurum. denique Iacob oues adaquauit F
Rachel et gratiam repperit, uxorem adquisiuit. deinde qui
scis an deum suscipias, cum hospitem putas? Abraham dum
peregrinantibus defert hospitium, deum atque angelos eius
hospitio suscepit. quamuis et, cum hospitem suscipis, suscipias
deum, sicut scriptum est in euangelio legis dicente domino
Iesu: hospes eram, et collegistis me. quod enim
uni horum minimorum fecistis mihi fecistis. unius
horae hospitio uidua illa, quae suscepit Heliam et exiguo cibo 296 A
pauit, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum et
mercedem accepit mirabilem, ut non de hydria farina deficeret.
Helisaeus quoque defuncti pigneris resuscitatione donata soluit
hospitii pensionem.

1 Ion. Aur. II 29 (sed . . . obuium. haec grata . . . futurum) 3 Prouerb. 15, 17 6 Matth. 10, 42 8 Gen. 29, 10 14 Matth. 25, 35 et 40 16 Reg. III 17, 9 sqq. 19 Reg. IIII 4, 8 sqq.

1 cubilia bestiarum $\mathfrak{A}''E$ cubicula *DCM* pauperem *P et* (*corr. m2*) *T'* hospes a te *NR* 5 ad (d *s. u.*) *P* a* *T* praesepia *D* (*in ras.*) *cet.* haec est $\mathfrak{A}''E$ gratia *P* (i *eras.*) *TCM*$\mathfrak{A}'$ grata *D* (*in ras.*) deo accepta et hominibus *B* 6 et accepta $\mathfrak{A}''E$ Iesus *om. NERB* in[b] euangelio iesus[a] $\mathfrak{A}''$ 7 hospiti (h *s. u.*, sp *in ras.*) *P* potv̄ *P* (p *ex* n, v̄ *s. u.*) 9 rachel *P* (c *s. u.*) repperit et *DNR et* (reperit) *M* adquaesiuit *P* (*corr. m1*) deinde *R* (inde *eras.*, *s.* niq;) denique *N* qui *PT*$\mathfrak{A}''$*EM et* (*s.* ł quid) *T'* quid $\mathfrak{A}'$ (d *add. m2*) *R* (d *s. u.*) *cet.* 10 an* (& *eras.*?) *P*, *fort.* anne dn̄m ε hominem *B* 12 dn̄ suscipias ε 13 est *eras. P*, *om. cet.* 16 quae *P* (*s. u.*), *eras. D* suscipit *P* (*corr. m1*) *CM* et *om.* ε 17 pauit *NRB*. *om. cet.* perpetuū *P* (ū *ex* o) totius ε 18 non *PTCM* ñquam *R* nuquam *N* nūquam $\mathfrak{A}'$ (ūquam *m2 in ras.*) *cet.* 19 pigneris *PTE* pignoris *cet.* resuscitatione (re *s. u.*) *T* donatam *DNR* resoluit *N*$\mathfrak{A}''ER$

36 Non sola tamen facilitas susceptionis, sed etiam sedulitas suscipientis et adfectus quaeritur. utrumque te Abraham doceat. cucurrit obuiam, rogauit prior dicens: domine, si inueni gratiam ante te, ne praeterieris seruum B tuum. sumatur aqua et lauentur pedes uestri et refrigerate sub arbore. et sumam panem, et manducate et postea transietis propter quod declinastis ad seruum uestrum. tres uidit et unum dominum adpellauit, ipsius solius se seruum fatetur. deinde conuersus ad duos quos ministros arbitrabatur etiam ipsis deferre gestit obsequium iam non iure debito seruitutis obstrictus, sed
37 blando sedulitatis nomine usuque famulatus. et festinauit C Abraham in tabernaculum ad Sarram et dixit ei: festina et consperge tres mensuras similaginis et fac subcinericia. bonus maritus exortem religiosi muneris esse non patitur uxorem nec auare sibi totum munus usurpat. recte igitur et pietatis et uerecundiae causa seruatur. quod pietatis est uult esse commune, quod pudoris est integrum manet Sarrae. ante tabernaculum uir hospitum explorat aduentus, intra tabernaculum Sarra tuetur feminae uerecundiam et opera muliebria tuto exercet pudore. foris maritus D inuitat, intus Sarra adornat conuiuium. nec solum ipse festinat Abraham, sed etiam festinandum dicit uxori, sociam deuotionis ostendens nec fide disparem.

3 Gen. 18, 3—5 12 Gen. 18, 6 14 Ion. Aur. II 5 (et dixit Sarae: festina . . . disparem)

2 quaeritur et affectus suscipientis *B* te] apte[illegible] 3 docet 𝔄″ 6 sumite *NRB* 8 uidet *DX* et *om. E, s. u.* 𝔄″ dnm *PεBCM* dm̃ *cet.* appellat εX 11 debitae *T* obstrictus *PDCM* obstractus *T'* obstructus *T''* adstrictus 𝔄' astrictus *cet.* 12 usque *PT* usu *D* (u *in ras*) atque *M* 13 ad tabernaculum *NRB* 14 *et p. 531, 1* consparge ε 16 esse *om. NR, post* patitur *transponit E,* muneris esse *B* (is esse *in ras.*) totum sibi *NR* 19 sarrae 𝔄'*R* sarae *N*𝔄″*E* sara *TB* sarra *T''* (r *pr. exp.*) *cet.* ante *TX* intra *cet.*; *utraque scriptura male confusa in D, in quo legitur* integrum ante tabernaculum uir hospitum manet sarra intra tabernaculum uir hospitum explorat 21 toto *PDCM* 22 conuiuium adornat 𝔄″*E* festinabat *NRB*

38 Consperge inquit tres mensuras similaginis et fac subcinericia. graece ἐνκρύφια dicuntur. hoc est abscondita, eo quod latere debeat omne mysterium et quasi operiri fido silentio, ne profanis temere diuulgetur auribus. hoc pascitur maiestas diuina, hunc epulatur adfectum qui E parcus loquendi sit nec sacra in medium ferat. breuiter autem fidei mysterium docet Sarra unius similaginis tres mensuras faciens, quae typum ecclesiae habet, cui dicitur: laetare, sterilis quae non paris, erumpe et exclama quae non parturis. haec est enim quae intimo fidem spiritu fouet, eiusdem diuinitatis adserens trinitatem, pari quadam mensura atque reuerentia patrem filiumque et sanctum spiritum adorans et maiestatis unitate concelebrans, personarum F proprietate distinguens hac deuotionem tuam fidei adsertione
39 consperge. mulier similaginem offerat, hoc est interiora spiritalis frumenti uel grani illius, de quo dictum est, quod nisi in terram ceciderit, nullum fructum adferat. unde et prima

3 Philo de sacr. Cain et Abel 15 (I 174, 1; I 226, 14 *C.*) 8 Esai. 54, 1 16 Luc. 8, 8 17 Ioh. 20, 1 sq.

1 similaginis *P* (a *ex* u?) 2 greca *PTCM* eNCRŸFIA *PM* ЄNCRŸfia *D* (*s.* incrifia) encryfia ε engryfia *T* encfia *T'* ЄNCRYGIA *C* ΥλkPΥΦΥA (*s.* incrifia) 𝔄'' incryfia *R* (c *ex* g) *N*𝔄'*EB* 4 fidei 𝔄' (i *s. u. m3*) 𝔄''*E* silentio *P* (si *s. u.*) diuulgetur *P* (i *ex* e) diuulgentur X*B* 5 hunc] hoc *DNRB* epiṭṵlatur *P* (v *s.* iṭṵ) effectum *P* (effec *in ras.*) *TCM* affectu *DNRB* 7 mysterium fidei *B*, fidei *om.* 𝔄''*E* 9 clama ε*DχB* 10 enim est *NRB*, est *om. Dχ* fidem ε*TT'DX* fidei *P* (i *s. u.*) *CM* spiritu fidem *B* 12 filiumque *PTDχCM* et filium ε*NRB* et *om. PCM*, *s. u. T'*𝔄'' sanctum spiritum adorans *P* spiritum sanctum adorans *TT'CM* sanctum adorans spiritum *cet.* 13 et *om.* ε, *eras. in T'* unitatem *NRB* trinitatem *D* personarumque *NBχ* 14 proprietatem *DN*𝔄' proprietates (s *s. u. m3*) *T* etatem *B* distinguens (n *s. u.*) *P m1 T m3* haec 𝔄''*E et* (e *eras.*) *P*𝔄' hanc *T* deuotionẽ *PTDC et* (e *ex* ẽ) ε deuotioni *M* deuotione X*B* tuam *om. NR*𝔄''*EB* *** (tua *ut uidetur eras.*) 𝔄' fideique 𝔄''*E* adsertionẽ ε*TNRB et* (ẽ *m2 ex* e) 𝔄' 15 consparge ε (*in hoc uerbo desinit excerptum*) conspergit *NRB* consparget 𝔄' (-it *m2*) 𝔄''*E* spiritalis *P* (is *ex* es) 16 nisi *P* (si *s. u.*) 17 adferet *T* affert (adfert 𝔄') X*B*

uidit Maria dominicae resurrectionis mysterium et festinauit non passim omnibus, sed soli Petro et Iohanni intimare sacrae salutis nuntium. uir currat ad boues, sumat uitulum 297. et sacramentum dominicae passionis festinato inpiger studio, non lento otio remissus accipiat, tradat illud puero, qui innocentiam tenerae seruet aetatis, dolum nesciat, ferire non nouerit, incorrupti corporis custodiat castimonium. de quo ait dominus Iesus: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum caelorum. huic puero et similibus eius etiam sanctus Dauid diuinae laudationis dispensat officium dicens: laudate, B pueri, dominum. nec illud otiosum quod cucurrit ad boues, tenerum uitulum et bonum sumpsit et cum lacte adposuit. denique in Exodo cum pascha domini declararet, ait Moyses: agnus sine macula, mundus, consummatus, anniculus, masculus erit uobis; ab ouibus et haedis sumetis. et occidetis inquit illum tota multitudo synagogae ad uesperum. unde et hic meridies esse describitur, quando ab Abraham domino offertur hospitium. sed ad cenam uitulus inmolatur et cum lacte manducatur, C hoc est non cum sanguine, sed cum fidei puritate. bonus uitulus, utpote qui peccata dilueret: tener, quia non dura ceruice, sed molli iugum legis agnouit, crucis patibulum non recusauit. et merito tener, de cuius capite et pedibus et internis

6 I Petr. 2, 22 sq. 8 Matth. 18, 3 11 Psalm. CXII 1 15 Exod. 12, 5 17 Exod. 12, 6 20 Exod. 12, 7 22 Exod. 32, 9 24 Exod. 12, 9 sq.

1 Maria *om.* X*B* resurrectionis dominicae *NR* 2 solis *DXB* 5 remissus otio *B* 6 referire *DXBC* 7 castimonium *P* (*corr.* -am) *T* castimoniam *T' cet.* (castimoniam custodiat 𝔄″*E*) custodiat *om. N* quo puero 𝔄″*E* 9 puer] paruulus *B* regno *P* (v̄ *s.* o) 11 laudate pueri dnm *infra in mg. P* 14 in *T'CM, s. u. P, om. T* et in *cet.* declararet & *P* (re *s. u.*) celebraret *NRB* 15 agniculus *TM et* (g *ex* n) *D* 16 et *om. PTCM* 17 occidetis (is *eras.*) *D* occidet *NRB* 19 ab] ad *C, om. DXB* domino offertur *PCM* domino offert *TDγ* offert domino *NRB* sacrificium *CM* 20 cv̄ *ex* con *P* 21 cum *pr. P* (*ex* com) *TDBCM* in X 24 intestinis *NREB*

nihil relictum est et os non contritum est ab eo, sed totus epulantium cibo cessit. talem nobis legis figurauit umbra, talem ueritas euangelii demonstrauit.

41 Manducauerunt inquit illi, Abraham autem stabat D sub arbore. aduertimus humilitatis officium commendari humanitate. Abraham stabat, et tu primam accubitationis partem occupas. denique ea humilitas inuenit gratiam, ut 42 promitteretur ei filius. dixit autem ad illum: ubi est Sarra uxor tua? qui respondit et dixit: ecce in tabernaculo. numquid ignorabat dominus, qui in posterioribus Sodomorum futura excidia denuntiat, ubi Sarra esset? E non ignorabat, sed docere nos uoluit, quantus pudor esse debeat feminarum, ne procaci occursu hospitum in se oculos inflectant, salua uerecundia ministerium suum exerceant. Abraham quoque auribus tuis ingerit in tabernaculo Sarram degere, ut discas quid ab uxore exigas. prouectiore aetate iam Sarra iuuenalem custodit uerecundiam: ideo dominus spopondit ei filium. defecerant inquit Sarrae fieri muliebria. non otiose additum, ne putares femineae adhuc fuisse possibili- F 43 tatis, ut pareret. risit autem Sarra. quod indicium futuri magis quam incredulitatis arbitrato. risit enim, licet adhuc

1 Ioh. 19, 33 et 36 2 Hebr. 10, 1 4 Gen. 18, 8 6 Luc. 14, 8 8 Gen. 18, 9 18 Gen. 18, 11 20 Gen. 18, 12

1 est contritum XB 2 in epulantium cibum T nobis P (s *s. u.*) 5 officio D (o *alt. ex* um) NRB *Bodl.* commendare $D\chi$ 6 humanitate *scripsi* humanitatem *Bodl.* humilitate PTC humilitati M humilitatem *cet.* accubitationis P (is *ex* es) C *et* (ta *exp. m2*) M adcubitationis T accubitione B accubitionis *cet.* 7 ea P (o *s.* a) eo $T'DCM$ 8 ęt P (*s.* ei) et T 11 Sodomorum *post* excidia *transponit* B 12 non *s. u.* P, *om.* T non ignorabat *om.* X 14 exerceant P (n *s. u.*) exerceat T 15 *post* ingerit *add.* quod DNR, *qui om. mox* Sarram . . . aetate iam 16 prouectiori T prouectior χ sarraṁ P sarram (m *eras.*) T' 17 iuuenalem PT iuuenale C iuuenialem D iuuenilem $\mathfrak{A}'$ (ni *ex* na *m2*) *cet.* dominus *post* ei *transponit* B ęt P (*s.* ei) et T 19 additum (d *pr. ex* u) P femineę (ę *s. u.*) P possibilitatis fuisse $\mathfrak{A}''$ 21 magis gaudii B arbitrato T' (o *ex* a) arbitrata $PTCM$ arbitror D (or *in ras.*) $\mathfrak{A}'$ (o *ex* e) *cet.* licet enim (enim *del. m1*) adhuc P

quid rideret <ignoraret>, quod publicam esset in Isaac paritura laetitiam. ideo negauit se risisse, quia ignorauit: ideo risit, quia prophetauit.

6, 44 Exurgentes autem uiri conspexerunt in faciem Sodomae et Gomorrae. sicut uisitatio domini timentibus exhibetur, ita etiam inpiis poena peccati reponitur. Abraham deducebat hospites, ad humanitatis gratiam addebat obsequia. nam Sodomitae pro pietatis officiis augebant impietatis flagitia. 298 AB

45 non celabo inquit Abraham puerum meum quae ego faciam. senilis aetatis utique Abraham in superioribus scriptura significauit, quia nonaginta et nouem processisset annos: quomodo hunc puerum dicit? sed cum inmemorem senectutis, exploratorem indefessum, cursu inpigrum, standi patientissimum, deducendi studiosissimum expresserit, nonne conuenire nomen pueri uidetur officiis? merito puer dicitur qui senile nesciebat fastidium, pueritiae innocentiam et obsequium deferebat. datur itaque iusto benedictionis gratia et posteritatis hereditas, C D

46 offensa autem peccatorum exponitur. clamor inquit Sodomorum et Gomorrae inpletus est. magna domini patientia, ut non statim peccatorem puniat, sed diu differat expectans correctionem, nec commoueatur ad ulciscendum, nisi peccator mensuram excedat. unde et dominus Iesus in euangelio ad Iudaeos ait: inplete mensuram patruum uestrorum.

2 Philo Legg. alleg. III 86 (104, 28; I 132, 5 *C.*) 4 Gen. 18, 16 9 Gen. 18, 17 18 Gen. 18, 20 23 Matth. 23, 32

1 ignoraret *add. T'* (in quo ignoraret ... laetitiam *in ras.*), *om. cet.* nesciens *ante* quid *add. DXB*, nescia *M* publicum *P* (*corr. m1*) *T* publice *CM* isaac *P* (a *alt. s. u.*) 2 risisse *P* (i *alt. ex* t) 3 risit *P* (s *ex* c) profetauit *PT* 6 exhibetur *P* (be *ex* ui) 8 nam *PBCM*, *om. cet.* augebant *P* (n *s. u.*) impuritatis (*ex* impietatis *D*) augebant *DXB* 9 cęlo χ abrahae puero meo X*B* quęm *P* quę* (m *eras.*) *T'* quem *C* quod *T* 10 facio X*B* utique aetatis 𝔄"*E* in *om. DXCM* superius X 11 annos processisset *NRB* 12 nunc X*B* (n *ex* h 𝔄') 14 expressit *DNRCM* 16 datǫ *P* (ur *s.* ǫ) datǫ *T* (a *s.* o *m2*) 20 differat *NRB* differat et *D* (et *eras.*) *cet.* 21 correptionem *D* cōmouetur *T* ulciscendum (c *pr. s. u. m2*) *PT* 22 excedit *P* (a *s.* i) excedet *C* 23 patrū *P* (ū *ex* uū) *cet.*

47 Descendam itaque, ut uideam secundum clamo- E
rem illorum uenientem ad me, si consummabuntur:
sin autem, ut sciam. non ignorabat dominus peccata
Sodomorum, sed propter te instruendum uerba huiusmodi
loquebatur, ut tu propius scruteris eorum commissa, in quos
uindicandum arbitraris. descendam inquit ut uideam, hoc
est: etiam tu descendere cura, descende indaginis studio, ne
quid sit quod fallat aut lateat absentem, ut oculis facinus
deprehendas. eminus positi multa nescire possunt. quem cla- F
morem autem ait nisi forte quia ei quem nihil latet clamant
omnia, clamare uidentur singulorum crimina? denique ad Cain
dicitur: sanguis fratris tui ad me clamat, hoc est non
latet, sed clamat parricidium tuum. itaque uelut excitatur
deus flagitiorum nostrorum clamoribus, ut aliquando uindicet
qui libenter ignoscit.

48 Denique petenti Abrahae, ne simul perderet iustos tamquam
iniquos, et interroganti: si fuerint quinquaginta iusti
in ciuitate, perdes illos? respondit: non perdam 299 A
inquit ciuitatem, si fuerint in illa quinquaginta
iusti, et totum locum seruabo. et sic per ordinem
interrogationum et responsionum uicem, etiamsi decem iustos
inuenerit in ciuitate, tamen propter paucorum iustitiam inpu-
nitatem toti populo promittit. unde discimus quantus murus
sit patriae uir iustus, quemadmodum non debeamus inuidere
uiris sanctis nec temere derogare; illorum etenim nos fides
seruat, illorum iustitia ab excidio defendit. Sodoma quoque B

1 Gen. 18, 21 12 Gen. 4, 10 16 Gen. 18, 23 17 Gen. 18, 24
18 Gen. 18, 26 23 Philo de migr. Abr. 22 et 21 (455, 26 et 454, 50)

1 uideamus *PC et* (us *eras.*) *T*^{1} (us *exp. m2*) *M* 2 eorum *B* 3 dominus *om. NR*, ds $\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''$ 5 proprius *P* (r *alt. eras.*) *T* (pro *eras.*) propitius *D* 7 etiam] sciam *T* descendere cura *om. PTCM* 8 ut] aut *P* (a *eras.*) 10 quia *om. NRB* 15 ignoscit *P* (it *ex* et) 16 abrahae petenti *DXB* 17 .L. *PTR* iusti quinquaginta *D* 19 quinquaginta in illa *B* 20 et *pr. om. DNRB* 21 .X. *PTD* 22 inueniret *PTCM* ciuitatem (m *eras.*) *PT*^{1} 23 toto *DX* ($\mathfrak{A}'$ *m2* toti) 25 uiris *om.* χ· 26 saluat *NRB*

49 si habuisset uiros decem iustos, potuit non perire. quid sibi autem uult quod ipsi qui ad Abraham simul cum domino uenerant Sodomam petierunt uiri, nisi ut aceruaretur crimen eorum, si quos iustus honorauerat his maiori sacrilegio impii uim conarentur inferre? nam quod uiros dixit, euidens ratio,
50 quia speciem praeferebant uirorum. Sodomam uespere uenerunt, meridie ad Abraham, quia iusto refulget angelorum praesentia, C inpiis tenebras adfert. tamen potest referri etiam ad tempus dominicae passionis quod uespere uenerunt ad eum, qui a Sodomitanis contagionibus erat et totius urbis excidio liberandus. uespere erat, antequam Christus ueniret, quia totus erat mundus in tenebris. uespere erat omnibus, quos inmanium delictorum squalor tenebrosus urgebat. uenit dominus Iesus, redemit sanguine suo mundum, lucem adtulit. uenerunt autem D angeli duo in Sodomam ad uesperam. ubi gratia largienda est, Christus adest: ubi exercenda seueritas, soli adsunt ministri, deest Iesus.

51 Sedebat Loth ad portam. emendauerant Loth sanctum aduersa captiuitatis et sollicitiorem fecerant. itaque processu aetatis didicerat imitari parentem. ad portam itaque sedebat, ut exciperet aduenientes. denique exsurrexit obuiam illis. perfectior cucurrit obuiam, iste exsurrexit et adorauit in faciem in terra et dixit: ecce, domini, declinate E

2 Gen. 18, 32 6 Gen. 19, 1 14 Gen. 19, 1 18 Gen. 19, 1 21 Gen. 19, 1 22 Gen. 19, 1 sq.

1 .X. *PT* decem uiros *B* potuisset *NRB* 2 ad *s. u. D*, *om. N* 3 petierant *PCM et* (a *ex* u) *T* petierunt *T'* (unt *in ras.*) acerbaretur χ 4 iis *P m3* maiore *DXB* 5 conarentur uim *B* dicit *N* est ratio χ (est *s. u. m2* $\mathfrak{A}'$) 6 uesperi *NR et* (i *ex* e) $\mathfrak{A}'$ uenerunt uesperi $\mathfrak{A}''$ 8 adferet *P* afferet *T* 9 uesperi *DX* (uespere $\mathfrak{A}'$ *m2*) a *om. T* 10 erat *om.* $\mathfrak{A}'$, *post* excidio *transponunt* $\mathfrak{A}''$ (*s. u.*) *E* 11 *sq.* uesper *DXB* 11 mundus erat *T* 13 urguebat *T*χ (u *alt. s. u. E*) 15 duo angeli *N* sodomis X (in *om.* $\mathfrak{A}''E$) 16 exserenda *PT* exerẹncenda *D* exerenda *T'C* exercenda *M* (cen *in ras.*) 18 sedebat autem *T* emendauerat *P* (*corr.* -ant) *et* (Loth *om.*) *T* 19 captiuitas *T* fecerat *T* 21 uenientes *NR* 23 super terram *XB*

in domum pueri uestri. et coegit illos diuertere, qui dicebant: in platea manebimus. commendatur hic iusti sanctitas et angelorum gratia. illi nolebant aduentum suum hospiti grauiorem uideri: ille qui inter quos habitaret sciebat tamen domum suam offerebat periculis, quibus auferret hospites. certe quo tardius adquiescebant, diutius temptando
52 plenius probabant. uiri autem ciuitatis Sodomorum circumdederunt domum ab infante usque ad senem, F totus populus pariter. praestruitur iudicii diuini aequitas, ne forte quis diceret: quid peccauerunt pueri, ut omnes excidio inuoluerentur? ita nullus illic iustus, nullus innocens fuit. audi scripturam testificantem quia circumdederunt domum ab infante usque ad senem totus populus pariter. nulla aetas erat culpae inmunis — ideo nullus inmunis 300 A exitio fuit — et qui possibilitatem perpetrandi criminis non habuit habuit adfectum. effetae uires senum, sed mens plena libidinis. offerebat sanctus Loth filiarum pudorem. nam etsi illa quoque flagitiosa inpuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire quam aduersus naturam delinquere. praeferebat domus suae uerecundiae hospitalem gratiam etiam apud barbaras gentes inuiolabilem. denique illic quoque inoffensa hospitalitas est, ubi nec germanitas satis B tuta est.

53 Percusserunt autem illos caecitate angeli, ut ostium domus, quod aperire cupiebant, non repperirent. hic quidem mirabilis angelorum declaratur potestas, ut offusa inpuris caecitate non repperirentur domus ostia. sed etiam illud ostenditur quia

2 Gen. 19, 2 7 Gen. 19, 4 17 Gen. 19, 8 24 Gen. 19, 11

1 coegit *P* (e *s. u. m2*) qui ... gratia *om. T* 4 qui *om. DNRB*, quidem χ (dem *s. u.* 𝔄′) 5 tutamen *P* (tu *s. u.*) *BC* tutam *M* offerebat *post* tamen *transponit B* 7 comprobabant *DX* comprobauit *B* (uit *in ras.*) 11 inuoluerentur *P* (in *s. u.*) uoluerentur *T* *alt.* nullus *om. PCM*; *uix* innocensue *scripsit Ambrosius* 12 significantem *T*′ 13 totos *P* (v *s.* o *alt.*) 15 exitii *XB* 19 quâ- *P* aduersum *XB* 24 angeli caecitate *DX* 25 angelorum mirabilis *B* 27 quia] quod *NRB*

caeca est omnis libido et ante se non uidet. simul quod hospitum reuocatus est manibus Loth sanctus in domum, demonstratur immemor periculi, fidei memor non eripuisse C
54 se periculo, sed obtulisse. ponitur pietatis locus, quod manifestata sibi per angelos totius regionis euersione et generos habere Loth sanctus inducitur et monere eos ut fugerent, simul ne deserendo eos nec admonendo minus pius uideretur circa filiarum maritos uel erroris earum causa ipsi adsignaretur, quae destitutae uirili consortio concubitum inebriati expetissent patris. non ergo indefensum scriptura uirum sanctum relinquit et tradidisse maritis filias et monuisse D
generos inducitur. sed uisum illis quod derideret eos: et tamen adhuc morabatur Loth, ut persuaderet generis suis, et paene non esset profectus, ut euaderet, nisi urgentibus
55 angelis et tenentibus manus eius egredi coactus esset. non ergo profectus, sed eductus est et mandatum accepit ne respiceret retro nec resisteret in tota regione illa, sed in montem ascenderet. hoc cum illi dicitur, omnibus dicitur. si E
uis ergo et tu euadere, ne respicias retro, sed ante te. aspice ubi Christus est, qui dicat tibi: uade retro me, sicut Petro dixit: uade retro me, ut Christum sequeretur, Christum uideret. retro Sodoma est plena flagitii, retro Gomorra uitiis scatens, criminum regio. ne tetigeritis inquit apostolus, ne adtaminaueritis, ne gustaueritis quae sunt omnia ad corruptelam. fuge ergo Sodomam,

2 Gen. 19, 10 4 Gen. 19, 14 9 Gen. 19, 31 sqq. 12 Gen. 19, 14 sqq. 16 Gen. 19, 17 20 Matth. 16, 23 23 Coloss. 2, 21 sq.

2 manibus reuocatus est $\mathfrak{A}''E$ est *om. PTC, s. u. M; uix* reuocatur *scribendum* sanctus loth $\mathfrak{A}''E$ 3 memor fidei $\mathfrak{A}''E$ 4 se *om. DNR* obtinuisse *NR et* (*corr. m2*) $\mathfrak{A}'$ ponitur *P* (*o ex* u) *TDBCM* munitur χ minuitur *NR* 6 sanctus loth *E* 7 nec] in *T* 10 indefensum sinit scriptura u. s. relinqui *DXB* 11 et *TDN*$\mathfrak{A}'$*RB* dum et *P* (dum *s. u.*) *CM* cum in ea et $\mathfrak{A}''E$ 12 uisum est *DXB et* (est *s. u. m2*) *M* 14 urguentibus *T*$\mathfrak{A}'E$ 18 monte *T* 19 te *om. DXCM* aspice *P* (a *in ras.*) 20 me *pr. om. DX* 21 dicit χ dixit symoni petro *B* 22 flagitiis *N* 25 de (*om.* ad) corruptela (a *ex* ã) *T*

relinque ocius, desere elementa huius mundi, ne te inminentia inuoluant pericula: non resistas fugiens nec in tota F
uitiorum regione remoreris. qui non respexit euasit: quae respexit non potuit euadere.

56 Excusantur autem filiae sancti Loth, quia putauerunt non uicinae regionis, sed totius orbis fuisse illud excidium, se solas cum patre superstites populis omnibus remansisse. et ideo ne genus deficeret hominum, paternum petisse concubitum, 301 A
ut semen generationis humanae de patre suo resuscitarent. non ergo libidinis uitium fuit, sed generationis remedium, quod non puto criminis duci loco. nam et Eua de uiro adsumpta, supra cuius costam aedificata est mulier os de ossibus eius et caro de carne eius, tamen propter seriem successionis humanae uiro mixta est. subducitur tamen huic admisso conscientia uiri iusti; inebriatus uino quid gereret nesciebat. unde non mirum si puellas decepit opinio, quae putarent B
totius populos orbis perisse. non eadem esset Loth sancti excusatio, qui audierat ab angelis locum illum, non totum

57 mundum esse periturum. sane discimus uitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus. nam quae sobrii cauemus per ebrietatem ignorantes committimus. parum est quod ea inflammat libidinem, accendit cupiditates corporis; ipsam quoque mentem subruit et animum capit, sensum ex- C
torquet. nesciunt quid loquantur qui nimio uino indulgent,

4 Gen. 19, 26 5 Gen. 19, 31 sqq., cf. Philo Quaest. IIII 56 Origenes in Gen. hom. 5 11 Gen. 2, 22 sq.

1 ocius] socios *P* (o *alt. ex* u) *TDCM* ocius gomorram *NR, fort. recte* 3 moreris *T* 4 euadere non potuit *B* 6 incendium *DCM et* (*s.* ł exci) *NR* 7 omnibus populis 𝔄″*E* ex omnibus *M* 8 humanum X*B* 9 resuscitarent *P* (rent *ex* re) 11 dulci *P* (l *eras.*) de] *ex* dū *T*, a *NR*𝔄″*E*, *om. D* sumpta 𝔄″*E* 15 qui inebriatus *NRB* inebriatus enim 𝔄″*E* 17 periisse *NB* erat *B* sancti loth *DCM* 19 peritur**m *P* (v *s. ras. m2*) perituriturum *T* (i *alt. in ras.*) dicimus *BC* 22 inflammet *N*𝔄′ flammat *C* cupiditates *P* (es *ex* is) 23 subrigit *PDC et* (*corr. m1*) *T* subrigit (*in mg. m2* ał subruit) *M* & sensum *B* 24 indulgent uino *B*

iacent sepulti. ideoque si qua per uinum deliquerint, apud sapientes iudices uenia quidem facta donantur, sed leuitatis notantur auctores. quanta ipsa deformitas, ut soluantur uires,
58 incessus uacillet! multi se fortes putant: num fortiores quam Loth, num continentiores quam Noe? non utique uitia patriarcharum scriptura exposuit, quos uictos uino legimus, sed ut tu disceres quid caueres. ille nudus iacuit, iste filiarum D patuit errori. et Noe iustus deceptus est, quia uini uis adhuc ignorabatur: sed in illo instructus es, ne tu ignorares. Loth filiabus se credidit et per senectutem madidam uino solutus commisit incestum ignorans: tu sic bibe, ne capiaris. instruant te patriarchae non solum docentes, sed etiam errantes. ideo iteratum exemplum est ebrietatis, ut confirmetur magisterium cautionis.

7,59 Denique iterum Sarrae temptatur pudicitia, ut exigatur EF omnium. nam et Abimelech in uxorem sibi eam sumpserat et dixit ei in nocte deus: ecce tu morieris propter mulierem. aduertimus adulterium diuino iudicio morte puniri. ideoque addidit: haec autem commoratur cum uiro. habet quidem omnis uiri mulierisque concubitus nulla legitimi matrimonii sorte celebratus suam culpam. discite enim qui ad gratiam baptismatis tenditis uelut quidam fidei candidati continentiae disciplinam sobriam. nulli licet scire mulierem praeter uxorem. ideoque coniugii tibi ius datum est, ne in laqueum incidas et cum aliena muliere delinquas. 302 A

1 Uerg. Aen. II 265 (VI 424) 16 Gen. 20, 2 17 Gen. 20, 3 19 Gen. 20, 3

1 iacent *om.* *NR* deliquerunt *R* 2 facta *P* (*ex* facia) 3 notantur *D* (*s.* not *ras.*) dāpnantur *NRB* 4 uacillent *PTCM* 5 continentiores (in *s. u.*) *P m1 T m2* continentiores *in ras. m2 T'* contentiores *C* contemtiores *M* contemptiores 𝔄'*E* 8 errori patuit 𝔄''*E* 9 tu *om.* *N* 10 solutus est *P* (est *eras.*) χ solutus est et *T* 12 te *om.* *N* 13 iterum *PCM* est exemplum 𝔄''*B* 15 iterum] ideo *DXB* temptatur sarae *XB* 16 et *om.* *NRB* 20 habent q. omnes χ 21 celebrati 𝔄' (ti *ex* tus) 𝔄''*E* 22 enim] etiam X baptismatis gratiam *B* fide χ 24 ideoque *PDCM* ideo *TXB* datum est ius *XB*

uinctus es uxori, noli quaerere solutionem, quia non licet tibi uxore uiuente uxorem ducere. nam et aliam quaerere, cum habeas tuam, crimen est adulterii hoc grauius, quod putas peccato tuo auctoritatem lege quaerendam. tolerabilior est, si lateat, culpa quam si culpae usurpetur auctoritas, nec hoc solum est adulterium cum aliena peccare coniuge, sed omne quod non habet potestatem coniugii, tamen locus iste docet grauius crimen esse, ubi celebrati coniugii iura temerantur B et uxorius pudor soluitur. ideoque cum praetenderet Abimelech quod uxorem alienam esse ignorauerit, quam sororem esse uir ipse suam dixerit, respondit ei deus: et ego cognoui quia puro corde fecisti hoc et peperci tibi, ut non peccares in me. propter hoc non sum passus te tangere eam. cognoscimus uelut praesulem custodemque esse coniugii deum, qui non patiatur alienum torum pollui, et si qui fecerit, peccare eum in deum, cuius legem uiolet, gratiam C soluat. et ideo quia in deum peccat, sacramenti caelestis amittit consortium.

60 Fortasse te moueat qua ratione Pharao quaestionibus ab omnipotenti deo grauiter adflictus sit, ut supra legimus, cum et ipse ignorauerit uxorem esse Abrahae Sarram, quam sororem audierat, Abimelech autem nullam poenam exceperit. uerum Aegypti regem noris ducem fuisse uitiorum, qui quo

9 Gen. 20, 4 sq. 11 Gen. 20, 6 20 Gen. 12, 17 23 Philo Legg. alleg. III 12 (94, 43; I 121, 12 *C.*)

4 lege *in ras.* 𝔄′ et legem *DNR* tolerabilius *DNRB* 5 nec] non *D* 9 uxoris *NBCM et* (*corr.* -ius) 𝔄″ 10 alienam . . . sororem *om. C, s. u. m2 M* esse *om. NR* ignorarit *D* ignorauit *NR* suam uir ipse *B* 11 dixerat *NRB et* (-rit *corr.*) 𝔄″ dns *DXB* et] ecce χ quoniam *DXB* 13 te tangere] ut tangeres *N* 14 coniugii esse 𝔄″*EB,* esse *om. M* 15 qui non . . . peccare eum in deum *om. PTCM* 16 quis *DNRB* eum peccare *DNRB* cuiusq. *T* uiolat . . . soluit *T* soluat gratiam *NRB* 19 farao *PT* quaestionibus *P, om. T′CM* 20 omnipotente *DXM* 21 esse *om. CM*; abrahae esse *B* 22 Abimelech . . . exceperit *om. DNR* 23 uerum cum X*B* noueris *DXB*

plus habuerit licentiae eo plus flagitii commiserit, Abimelech D
autem eo fidelis aestimatus est deo, ut meruerit audire:
et ego cognoui quia puro corde fecisti hoc, rex non
adflictionis, ut Aegyptius, sed munitionis, quod Gerarum,
quibus praeerat, docet interpretatio. non est ergo dubium ceteris 5
operibus eius indignationem domini esse reuocatam, qui uere
interioris est arbiter conscientiae et animi ac mentis interpres.
denique non ut Pharao ille conuentus a Moyse recusauit et
spreuit mandatum dei nec obsequium distulit, sed statim E
uocauit Abraham, uxorem suam ei reddidit, pretio se ipse 10
61 multauit, quod uidisset alienam, dotem pudoris exsoluit. hinc
quoque colligi potest Abimelech regem clementiora meruisse,
quod Abraham pro eo rogauit et inpetrauit. peperit enim uxor
eius et ancilla illius, quas ante concluserat dominus propter
Sarram uxorem Abrahae. quod aeque ad oeconomiam pertinet, 15
ut Sarrae partus dei donatus promissione etiam hoc fulciretur F
testimonio, cum aduertas dei offensione et fecundas steriliscere et rursus domini uoluntate steriles fecundari iuxta quod scriptum est: nonne sterilem et parientem ego feci?

3 Philo de congr. erud. grat. 15 (I 531, 17) 4 Gen. 26, 1 Philo Quaest. IIII 176 12 Gen. 20, 17 sq. 19 Esai. 66, 9

1 licentiae** *P* licentiae eo χ*R* (e *et* eo *s. u. m3* 𝔄′) licentiae *cet.* 2 & *P* (*s.* eo) eo *T′CM* et *cet.* est *scripsi* sit *libri, quod uix defendi potest* ut] cum *DNRB* 3 **fecisti (de *eras.*) *T* rex *om. N* 4 ut . . . munitionis *om. PTC, s. u. m2 M* munitionis *Dunelm. Mα*, monitionis *N* (*s. m2* motionis) *Dχ RB* 5 ergo *om. DXB* 6 esse reuocatam *post* eius *transponit B* prouocatam *D* (*et* re *s.* pro *m2*) *N* uere *P* (e *alt. m2 ex* o) uero *T* (o *ex* e *m2*) 7 arbiter est 𝔄″*E* 8 farao *PT* a moyse *M* (*ex* amore *m2*) amore *P* (re *ex* se) *T′C* amose *T* 10 et uxorem *DNRB* suam *s. u. R, om. B* reddidit ei *N* reddidit ei *R* 11 alienam uidisset *B* pudoris *om. NR* 12 clementiara *P* (o *s.* a *pr. m2*) meruisse clementiora *B* 13 enim et uxor *DXB* 14 illius *PTBCM* eius *DX* dš *DX* 15 quod aeque *om. PTCM* oeconomiam 𝔄′ (o *pr. eras.*) ęchonomiam *P* (h *s. u.*) echonomiam *NRBCM* ęconomiam *D*𝔄″ economiam *TE* 16 ut *post* promissione *transponunt P* (*s. u.*) *CM, om. T* 17 fecunda *P* (*corr. m1*) *T* steriliscere *P* sterilescere *P corr. cet.* 18 rursum χ

dicit dominus. quamuis ad synagogae illud et ecclesiae mysterium dictum accipiatur, quia et synagoga partus habere desiit, quae successionis fraudata est posteritate, et congregatio nationum, quae sterilis erat, cum deum ignoraret, partus coeperit aeternos habere. unde et lectum est: laetare, sterilis quae non paris, erumpe et exclama quae non parturis, quoniam plures filii desertae magis quam eius quae habet uirum.

62 Genitus est autem Abrahae filius Isaac, cum 303 A esset annorum centum. et tu si perfectus fueris, habebis posteritatem laetitiae et exultationis hereditatem. dixit et Sarra: risum mihi fecit dominus; quicumque autem audierit congratulabitur mihi. non utique hoc de hac generatione intellegitur, quae casibus plerisque obnoxia est, ut interdum melius fuerit non generasse, sed de generatione, qua unusquisque peccator agens paenitentiam,
63 cum redimitur a morte, angelis solet exhibere laetitiam. et B dixit Sarra: quis adnuntiabit Abrahae quoniam lactat infantem Sarra? moralis locus. prouocantur feminae meminisse dignitatis suae et lactare filios suos. haec enim matris gratia, hic honos, quo se propriis commendent uiris. denique eos plus amare filios solent, quos ipsae matres

5 Esai. 54, 1 9 Gen. 21, 5 11 Gen. 21, 6 16 Luc. 15, 10 17 Gen. 21, 7

1 et *s. u. T, om. CM* 3 desiuit *DX* desinit *B* posteritate fraudata est *DNRB* congregatio. Nationum *P* (n *eras.*, Nat *in ras. m2*) 5 coepit 𝔄′ (*m2 ex* coeperit) 𝔄″*E* habere aeternos *NRB* et *om. DX* 6 clama *TT*′𝔄″*E* 10 .C. *PTC* 11 et *pr. om.* 𝔄′*R* 12 fecit (*del.*) fecit *P* ds̃ *TDNRB* 13 autem *PTBCM* enim *DX* 14 generatione hac 𝔄″*E* plerisque *P* (s *s. u.*) 15 ut] et *DNR* 16 qua unusquisque peccator *in ras. minoris spatii B* p̀eccator *P m1* pacatur *P m2* peccatur *C* paccatur *M* a peccato cessat *T* agens . . . laetitiam *om. PTCM* 17 cum *om. NRB* 18 adnuntiauit *P* (*corr. m1*) *T* 19 lactet χ 21 matrum *DNRB* hoc *DNR* honos *P* (*m2 ex* onus) χ*BCM* bonos *T* bonum *DNR* quo se *DX* quos *P* (s *eras.*, filios *s. u. add. m2*) *T* quo filios *T*′*BCM* commendet *PTC* commendent (e *alt. in ras.*) 𝔄″ 22 filios plus amare *B* ipsę *P* (ę *m2 ex* i)

64 lactauerint uberibus suis. fecit autem Abraham cenam magnam, quando ablactatus est Isaac filius eius. non mediocre istud nec usitatum. non enim quia a nutricis C lacte subductus est puer, magnum conuiuium exhibuit Abraham, sed quia idoneus habitus est Isaac fortioris gratiae cibo et uirtutis alimento, non adhuc ut Corinthius lacte potandus, sed epulis solidioribus mandatorum caelestium mentis suae firmans lacertos.

65 Prosperitatem cito sequitur inuidia. pepererat Sarra, ablactauerat filium: uidit ancillae filium ludentem cum filio suo Isaac et dixit ad Abraham: eice ancillam D et filium eius; non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. durum erat hoc uisum Abrahae, ut eiceret filium suum, licet eum quem susceperat ex uernacula. et tu noli miscere te ancillae, ne suscipias ex illa filium et uxor tua non patiatur coheredem illum filio suo fieri; uides enim solui hinc gratiam matrimonii. certe si incidisti et habes filium, eice ancillam et filium eius; melius est enim ut ancilla quam uxor recedat et filius ancillae quam legitimus eiciatur. E quodsi dubitaueris, si contempseris uxoris tuae sententiam et durum tibi uisum fuerit, dicit tibi deus quod dixit Abrahae. quod enim illi dixit tibi dicit et omnibus dicit: non sit durum ante te de puero et de ancilla. omnia quaecumque tibi dixit Sarra, audi uocem eius, quoniam

1 Gen. 21, 8 6 I Cor. 3, 2 10 Gen. 21, 9 sq. 13 Gen. 21, 11 22 Gen. 21, 12

1 suis lactauerint (int *in ras.*) uberibus *B* suis *om. R* 2 eius] suus *N* 3 illud *N* 6 chorinthius *P* (us *ex* os *m2*) chorintii *T* chorinthii χ (i *tert. ex* us *m2* 𝔄′) potandos *P* (v *s.* o *alt. m2*) 8 lacertos firmans 𝔄″*E* 12 heres (h *s. u.*) *P* 14 susceperit *T* 15 te miscere 𝔄″*E* misceri te *CM* ex ea *NRBCM* 16 cohererę *P* (dem *s.* ę *m2*) fieri filio suo *BCM* 17 hinc solui 𝔄″*E* gratiă* (e *eras.*) *P* 21 dicitur (tibi *s.* ur *m2*) *P* 22 enim illi 𝔄′ *m2 DNRB* illi enim 𝔄′ *m1* 𝔄″*E*, enim *om. PTCM* tibi dixit *D* dicit tibi *R* omnibus dixit *DN* 23 ante te] tibi *B* omnia (a *s. u.*) *P* 24 tibi dixit *PT*𝔄′*CM* dixit tibi *DR* dixerit tibi *N*𝔄″*EB*

in Isaac uocabitur tibi semen. nusquam alibi dixit: 'audi uocem uxoris tuae' nisi hic, id est: 'fecisti uxori tuae iniuriam et non mitigasti adfectum eius, suscepisti ex ancilla filium et non honorasti uxoris filium. numquid potest in ancillae F filio semen tuum uocari? non utique; in legitimo filio uera successio est. sed uereris, quia filius tuus est, ne forte eiectus intereat atque occidat. non ei deerit mea gratia'. omnes alit deus noster, suffulcit uniuersos et iustos et iniustos. denique et pluit super iustos et iniustos. sicut fecit Abraham, et tu facito. eice ancillam, ut secura uxor et inoffensa maneat domi. eice ancillae filium, ut non habeat hereditatis consortium qui non habet originis priuilegium.

8, 66 Et factum est post haec uerba, deus temptauit 304 A Abraham. aliter deus temptat, aliter diabolus. diabolus B temptat ut subruat, deus temptat ut coronet. denique probatos sibi temptat. unde et Dauid dicit: proba me, deus, et tempta me. sanctum Abraham probauit ante et sic temptauit, ne si ante temptaret quam probasset grauaret. probauit eum, cum exire de Charra iussit, et oboedientem repperit. probauit, cum fidei titulo fretus liberauit nepotem, cum de praeda nihil adtigit, cum promisit seni filium — et cum ipse esset centum annorum, quamuis Sarrae genitalia consideraret C emortua, tamen credidit nec haesitauit fide, qui posset haesitare ratione aut sterilitatis aut senectutis —, probauit eum

9 Matth. 5, 45 13 Gen. 22, 1 16 Psalm. CXXXVIII 23 19 Gen. 12, 1 sqq. 20 Gen. 14, 16 et 22; 15, 4 sqq.; 18, 1 sqq.

2 iniuriam uxori tuae 𝔄″ 3 ancilla (a *alt. ex* æ, *om.* ex) *T* 4 numquid (d *s. u. m2*) *P* ancilla *DNRB* 5 filio *om. TDNRB* legitimo enim X*B* 6 est *om. DNR* 7 deerit (i *m2 ex* a) *P* alit** (ur *eras.*) *P* 8 noster *DXB* non *P m1 T* nam *P m2 T*′*CM* et iniustos *om. T* 9 facito et tu *DXB* 10 ut] et *DNR* 11 ancillae *PTCM* et ancillae *DXB* 14 diabulus (*corr. m1*) *P* 15 temptat *alt.* (at *m2 ex* et) *P* 17 sanctum *PTBCM* et sanctum *DX* 19 cum] dum *B* charra *P* (h *s. u.*) carra *T* charram χ (m *eras.* 𝔄′) 21 ipse *post* esset *ponunt DCM, om.* X 22 .C. *PTB* 23 mortua *PCM* fide haesitauit 𝔄″*E* possit *P* (*corr. m2*) 𝔄′ (*corr. m3*) *T* 24 aut *pr. om.* 𝔄″ eam (v *s.* a *m2*) *P*

hospitii sedulitate. probatum igitur quasi fortiorem temptandum putauit maioribus et quibusdam imperiis durioribus. et hic quidem exemplo docemur quia ueris probatur quis, temptatur autem conpositis et fictis. non enim uolebat deus inmolari a patre filium, nec inpleri hoc munus uolebat, qui ouem pro D filio immolandam optulit, sed temptabat adfectum patris, si dei praecepta praeferret filio nec paternae pietatis contemplatione uim deuotionis inflecteret.

67 Et dixit ad eum: Abraham, Abraham! repetitione nominis mentem excitat, ut esset paratior. denique respondit ille: ecce ego. et dixit: accipe filium tuum amantissimum quem dilexisti Isaac et uade in terram excelsam et offeres mihi illum holocaustum in uno montium, quem tibi dixero. non sinit otiosum esse E adfectum patris. a principio eum stimulat et pungit pietatis aculeis et fili nomen addit ad nomen necessitudinis et uim amoris. non satis putauit dixisse filium, adiuncxit amantissimum quem dilexisti Isaac. quid est quod ait: quem dilexisti et non dixit: quem diligis? possumus quidem uti ad defensionem scripturae diuinae quia praeterita plerumque ponit pro uenturis uel praesentibus, ut in euangelio habes: hic est filius meus dilectissimus, in quo conplacui, F cum utique semper in filio placeat pater. et in psalmo habes: dixit dominus domino meo: sede a dextris meis, cum semper sedeat. possumus tamen et amantissimum ad

9 Gen. 22, 1 11 Gen. 22, 1 sq. 17 Gen. 22, 2 22 Matth. 3, 17 24 Psalm. CVIIII 1

1 probauit *T* 2 hoc *TDNRB* 3 quis] obsequiis *T* 5 filium a patre *B* 6 inmolandă *P* (ă *ex* ū) 7 nec *PTDNCM* ne χ*RB* 11 illi 𝔄'𝔄'' amantissimum *PTCM* dilectissimum *cet.* 12 diligis *TE* 13 offeres (e *alt. s. u.*) *m2 P m1* 𝔄' offer *DNRB* 17 amaris *P* (o *s.* a *alt. m2*) filium *om. PT'C, s. u. m2 M* adiuncxit *P* adiungit χ adiunxit *cet.* 20 consuetudine *post* scripturae *add. TDXB et s. u. m2 M* praeterita *DXB* praeteritas *T* praeteriti *P* (ṽ *s.* i *alt.*) praeteritum *T'CM* 22 dilectissimus *D* (dilectis *in ras.*) bene complacui *DNR* mihi bene complacui *B* 23 in filio semper *RB* 24 aḍ (d *exp. m2*) *P*

praesens accipere et quem dilexisti ad id, ut non recenti quodam inpulsu amoris, sed inolito diu et probato amore significaret dilectum. quod enim ad tempus augetur ad tempus resoluitur, quod autem diu aut semper placuit cito aboleri non potest. potest et illud non absurdum uideri, quia morituros plus diligimus; hoc est: quem ante dilexisti, quasi iam diligat immolandum. nec otiose addit nomen sancti Isaac, 305 A id est eum quem suscepisti in senectute, suscepisti de uxore unicum, suscepisti tamquam fidei tuae praemium, remunerationem operum tuorum, suscepisti ex promissione dei, non coniugis fecunditate, ex qua alium sperare non possis. offeres mihi holocaustum, sed prius uade in terram excelsam. interponitur spatium, ne praecipitari subito uideatur adfectus, ut illa dilatione oprepat pietatis gratia, desiderium patris. adiecit: in uno montium, quem tibi dixero. et B hic similiter, ut, dum ascendit senex, infringeretur inpetus, lassaret dextera, deficeret intentio, dum quaereret montem discere, dedisceret adparatum.

68 Exurgens autem non solum sequenti die, sed etiam diluculo, ut adtulisse nox moras studio festinantis patris uideretur, strauit asinam suam et sumpsit secum duos pueros et Isaac filium suum et concidit ligna in holocaustum. docemur parata omnia ad sacrificium deferre; discimus etiam apparatum sacrificii, ministerii munus ipsi C

11 Gen. 22, 2 15 Gen. 22, 2 21 Gen. 22, 3

2 inprobato *PC et* (in *exp. m2*) *M* 4 ac semper *DN* 5 istud *E* 7 iam non diligat *DXB* (non *s. u. R*) *et* (non *s. u. m2*) *M* 7 addidit *DXB* 8 hoc est *DX* suscepisti de uxore unicum, suscepisti in senectute *DXB* 9 et remunerationem *DN* 11 offeres 𝔄′ (e *alt. s. u.*) offer *T*, *om. PCM* 15 patris *om. PTCM*; desideri‹um patern›um *Henricus Schenkl* dixero tibi *D* 16 ascenderet *DXB* frangeretur *DNRB* 17 lassaret *in ras. R* lassaretur *B et m2* 𝔄′ montem *om. DNR* 18 discere dediscere *PTCM* 21 et sumpsit (*del. m1*) et sumpsit *P* 22 in] ad *DXB* 23 deferre *PTCM* dei ferre *cet.* 24 et ministerii *DXB*

nobis uindicare, non delegare aliis. senex Abraham et diues pecoris atque abundans seruitiorum non quaesiuit comitatus sui agmina: ipse quoque ligna concidit et obsequia maiora uiribus
69 suis non intermisit. uenit autem ad locum quem dixit illi deus die tertio. et cum duobus ipse tertius proficiscitur hostiam suam ducens et die tertio ad locum sacrificii uenit. salutaris hic numerus et conueniens sacrificaturis. denique et in posterioribus Moyses dicit ad Pharao regem Aegypti: uiam trium dierum ibimus et immolabimus domino deo nostro, sicut dixit nobis. et recte tertio celebratur die trinitatis sacrificium.
70 Et respiciens Abraham oculis uidit locum a longe. sollicite explorat qui properat inplere. quamuis senilem celeraret studio gradum, tamen serum hoc putans praecedebat oculis. uigebant singulorum officia membrorum, licet senilia membra non possent uigere. solet hebetari uisus senum, ut etiam propinqua non facile conspiciant. hic non solum uidit
71 locum, sed etiam longe positus aspexit. nec dubitauit uidisse, sed ait pueris suis: sedete hic cum asina, ego autem et puer pertransibimus usque illuc et, cum adorauerimus, ad uos reuertemur. merito typus in asina,

1 Uerg. Ecl. 2, 20 4 Gen. 22, 3 9 Exod. 8, 27 12 Gen. 22, 4 13 Uerg. Aen. IIII 641 19 Gen. 22, 5

1 eligare *P* (*corr. m2*) eligere *T* deligare (*corr. m1*) *T'* aliis delegare *B* 2 pecoribus *DXB* seruitior *T* in comitatu suo *NRB* 3 suis uiribus *B* 6 tertia *DXB* 7 sacrificatori *DNRB* 8 superioribus *CM* moeses *P* (y *s.* e *pr.*) moses *T* faraonẽ *P* (nẽ *m2 s. u.*) farao *T* pharaonem *cet.* 9 iuimus (*corr. m2*) *P* immolabimus (bi *s. u. m2*) *P* domino *om.* 𝔄"*EB* 10 die tertio celebratur *B* tertio die celebratur 𝔄"*E* 12 uidit oculis *R* 13 explorabat *DNRB* qui properat *om. DXB*, *post* inplere *add.* cupiens *NRB* 14 celeraret *P* (er *s. u. m2*) celaret *T* celearet *N* (*in mg. m2* bra) studio celeraret 𝔄"*E* tamen *DXB* aetatem *PCM* aetate *T* etatem (em *ex* am) *T'*; *fort.* attamen hoc serum 𝔄" 16 iungere *DNR* solent *DNR* habitari *P* (*m2* hębetari) hebetare *Tχ* 17 facile non *RB* 18 longe *om. T* 20 puer *PTCM* infans *cet.* transibimus *P* (b *ex* u *m2*) pertransimus *T* 21 reuertemur ad uos *DXB*

quia et ueritas in pullo asinae. hoc etenim animante figuratur populus gentilium ante oneri subiectus, nunc Christo subditus. F Isaac ergo Christi passuri est typus. uenit in asina, ut creditus nationum populus significaretur. ideoque dominus, cum ad subeundam pro nobis passionem ueniret, pullum asinae soluit, quem ipse consedit etiam mitem atque mansuetum iam Christo sua terga credentem. quod autem ait: ego et 306 A puer pertransibimus uiam demonstrat quod non deficeret in tanto apparatu pater, non cederet filius, aut quia pertransirent pietatis remedio tanti facinoris austeritatem. addidit: ad uos reuertemur. prophetauit quod ignorabat. ipse solus disponebat redire immolato filio, sed dominus per os eius locutus est quod praeparabat. captiose autem loquebatur cum seruulis, ne cognito negotio aut inpediret aliquis aut gemitu obstreperet aut fletu. B

72 Accepit autem ligna holocausti et inposuit Isaac filio suo, accepit et ignem ipse in manu et machaeram. consecratur sacris hostia ministeriis et commendatur futura. quae pietatis hostia pii ante ministerii uectura est. ligna Isaac sibi uexit, Christus sibi patibulum portauit crucis.

4 Matth. 21, 5 et 7 Ioh. 12, 14 sq. (Zach. 9, 9) 16 Gen. 22, 6 20 Ioh. 19, 17

1 pullo *P* (u *ex* o *m2*) hoc etenim *P* (h *in ras. m2*, et *exp. m2*) *TCM* hoc enim *T'* in hoc enim *cet.* 3 Christi *om. PTCM* 4 populus nationum *DXB* (crediturum populum 𝔄' *m2* 𝔄''*E*) significaret *γ* ideoque et dns *DXB* 6 consedendi *P* (*corr. m3*) conscendit *T* conscientia 𝔄''*ER* etiam *P* (*exp. m2*), *om. cet.* mitem *P* (m *pr. s. u. m3*) mitem consedit (consedit *in ras.*) *DN* mitem cumsedit *B* 7 credentem *PTCM* cedentem *D* (*in ras.*) *N* prebentem 𝔄' (preben *in ras. m2*) prebentem fecit *RB* credentem ascenderat 𝔄''*E* 8 pertransiuimus *P* (*corr. m2*) 𝔄' (*corr. m1*) *T* 9 quia *P* (a *s. u.*) pertransient *PTC et* (*corr. m2*) *M* 10 remedio *N* (ł a *m2 s.* o) remedia *D* (a *ex* o) *B* 11 duos (d *eras.*) *P* 12 disponebat . . . autem *D et R in mg.* 13 parabat *γ* copiose *DNR* cautiose *B* 14 gemitus *P* (s *eras.*) 16 accipit (*corr. m2*) *P* imposuit (im *s. u. m2*) *P* filio suo ysaac *D* 17 ipse ignem *DNRB* macheram *P* (h *s. u.*) 19 quae *om. NR* est *om. NRCM* 20 crucis portauit 𝔄''*E*

Abraham comitabatur filium, pater Christum. nec Isaac solus nec Iesus solus. denique solus ⟨ait⟩: et non sum solus,
73 quia pater mecum est. dixit autem Isaac ad Abraham C patrem suum dicens: pater. qui dixit: quid uis, fili? pulsatur pietatis uocabulis patrius adfectus et fluctibus quibusdam hinc atque inde tunditur. filius uocat patrem, pater dicit: fili, ut ipso uerborum sono recognoscat pater quam inpossibile est ut ferire possit cuius se uulneri subicere optaret. haec nomina uitae solent operari gratiam, non ministerium necis: haec uocabula incitare ad pietatem, non ad D
74 mortem solent. addidit Isaac dicens: ecce ligna, ubi est ouis in holocaustum? et hic prophetat sermone, non scientia; ouis enim a deo ad sacrificium parabatur. respondit denique similiter Abraham: deus prouidebit sibi ouem in holocaustum, fili. inflexibilis a studio deuotionis minister uocare filium frequenter non timet. ita erat intentionis soliditate fundatus et hoc se meliorem patrem putabat, hoc sibi in perenne mansurum iudicabat filium, si eum immolaret E deo. non solum autem hoc prophetauit quod statim accidit, quia deus prouidit sibi hostiam pro Isaac et reddidit patri filium, uerum illud magis, quod non haec hostia diuinae esset dispositionis: alia esset hostia, quam deus sibi pararet, ut mundaret orbem terrarum; illa omnibus esset acceptior, propter quam multi patres offerent filios suos et separari in

2 Ioh. 16, 32 3 Gen. 22, 7 11 Gen. 22, 7 14 Gen. 22, 8

2 $\overline{\text{ihs}}$ *ex* $\overline{\text{ihm}}$ *P* solus ait *scripsi* solus *PTCM* ait solum me relinquetis *DXB*; *fort.* solus *delendum* 4 dicens *om.* 𝔄″*EB*, *exp. in* 𝔄′ uis *PBCM* est *cet.* 5 patris *DNR* 7 se uerborum sono *D* se cognoscat *PTCM* recognoscat *D* se recognoscat *cet.* 8 subicire 𝔄′ (*corr. m1*) 𝔄″ (re *exp.*) subici *E* 12 in] ad *DXB* non inscientia *P* (ñ in *m2 ex* ne in) *T*′ (in *eras.*) *M* (in *exp. m2*) *TC* 13 $\overline{\text{dno}}$ *DXB*, *fort. recte* 14 abraham similiter *P* et abraham *DXB* prouidebit (it *ex* at) *P* 15 in *PTCM* et *D* ad *N* (*s. m2* ł et) *cet.* inflexibilis a *P* (s *s. u. m2*) inflexibilia *T* (*in quo* studia) 16 intentioni *PC* 17 et in hoc *T* patrem *om. PTCM* 19 hic *PTCM* 20 pro isaac hostiam 𝔄″ patri *P* (i *m2 ex* e) 22 sed (*s. u.* 𝔄′) alia χ 24 propter] per *DNBX* et . . . filios suos *om.* χ

hoc saeculo a filiis non timerent. cotidie offerunt patres filios suos, ut moriantur in Christo et consepeliantur in domino. F quanti patres occisis martyrio filiis laetiores ab eorum tumulo reuerterunt!

75 Uenit Abraham ad locum sacrificio praedestinatum et aedificauit ibi aram et inposuit ligna. quanta molimina immolaturi, ne raptus subito ad immolandum aestima- 307 A retur! et conligatis manibus et pedibus Isaac filii sui inposuit eum in aram supra ligna. nectit filio manibus suis uincula pater, ne in refugiendo filius et ui ignis
76 excitus peccatum incurreret. et dixit angelus: Abraham, Abraham. tenuit quodammodo manum eius diuina uox et ictum uibrantis occupauit dexterae. non semel uocauit, ne aut non plene audiret aut fortuitam uocem putaret. sic reuocauit, quemadmodum imperauit. repetiuit uocem tamquam B ueritus ne praeueniretur studio deuotionis et una uox inpetum ferientis reuocare non posset. non inicias manum in puerum neque feceris ei quicquam; nunc enim cognoui quia times deum tuum et non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me, hoc est dicere: 'adfectum tuum ego inquisiui, non factum exegi. temptaui mentem tuam, si etiam filio tuo dilectissimo non parceres propter me. non aufero quod ipse donaui nec heredem inuideo, C

2 Rom. 6, 4 (Coloss. 2, 12) 5 Gen. 22, 9 8 Gen. 22, 9 11 Gen. 22, 11 17 Gen. 22, 12

1 cotidie *P* (c *ex* qu *m2*) quotidiae *T* 2 consepeliantur *P* (n *alt. s. u.*) 4 reuersi sunt *T et m2* 𝔄″ reuerterunt *N* (*s. m2* ł redierunt) redierunt *RB* 5 sacrificii *DNRB* 6 sibi *DN* 7 immolandumḍụṃ *P* 8 et (*alt.*) *PTCM* ac *cet.* 9 super *T* 10 in refugiendo *PTCM* refugiendo *cet.* 11 excitus *D* (exc *in ras.*) exterritus *N* (*s.* ł excitus *m2*) *R* abraam abraam *T* 14 plene non *R* plane non *tacite Maurini* aut χ*RB* nec *T* ne *cet.*, *fort.* neue forte fictam *DNCM* si *PC* s; *M* 15 repetiuit (re *in ras.*) *P* 16 et] ut *DN* 17 possit *PTCM* posset *T'* (e *ex* i) inicias inquit χ*RB*, *fort. recte* manum inquit *DN* 18 facias *DXB* ei *om. CM* 20 dulcissimo *D* 21 ego *om. DXB* 22 tuo *om. D*χ*B* . 23 donaui ipse 𝔄″*E* heredi *DNRB* inuideo *P* (o *s. u.*)

quem largitus sum non habenti.' nec otiose hic quoque ei dilectissimum filium dixit, ut illud quod supra dixit quem dilexisti ita dictum ostenderet, ne aestimares quod iam diligere desisset.

77 Et respiciens Abraham uidit, et ecce aries unus haerens in uirgulto. qua ratione arietem? quasi praestantem utique gregi. qua ratione suspensum? ut aduerteres hostiam illam non esse terrenam. qua causa cornibus suspensum, nisi quod carnem suam uirtute superiore a terris leuaret? D iuxta quod scriptum est: cuius principium super umeros eius. quis utique significatur nisi ille de quo dictum est: exaltabit cornu populi sui? cornu nostrum Christus est, qui praestitit omnibus, sicut legimus: speciosus forma prae filiis hominum, solus eleuatus et exaltatus a terris, quemadmodum ipse nos docet, cum loquitur: ego non sum de hoc mundo, ego de supernis sum. hunc uidit Abraham in isto sacrificio, huius passionem aspexit. et E ideo ipse ait dominus de eo: Abraham diem meum uidit

78 et gauisus est. unde ait scriptura: uocauit Abraham nomen loci illius 'dominus uidit,' ut hodie dicant: 'in monte dominus adparuit,' hoc est quod adparuerit Abrahae reuelans futuram sui passionem corporis, qua mundum redemit, demonstrans etiam genus passionis, cum suspensum ostendit. uirgultum illud patibulum crucis, et in hoc ligno

2 Gen. 22, 2 5 Gen. 22, 13 10 Esai. 9, 6 12 Psalm. CXXXXVIII 14 13 Psalm. XXXXIIII 3 15 Ioh. 8, 23 18 Ioh. 8, 56 19 Gen. 22, 14

2 ut] et *D* (e *in ras.*) *N* 3 aestimaris *P et* (*corr. m2*) *T'* 7 gregis *T* cetero gregi *DXB* 8 ess& terrā *P* (*corr. m2*) cornibus *om. D* 10 principatus *XB* 11 scriptum *DXB* 12 exaltabit *scripsi* exaltauit *libri* 13 praestat *TRB* 15 *post* terris *add.* traxit omnia ad se ipsum *B* docet nos *B* 18 dominus ait 𝔄''*E* 19 est. et unde *PTCM* 20 uidit *P m1* 𝔄' *m1 R* uidet *P m2* 𝔄' *m2 cet.* dicant hodie *χR* 21 dominus in monte *χR* 22 habrahae (h *pr. eras.*) *PD* corpoiis passionem *RB* 24 ostendit arietē/// 𝔄'' ostendere arietem *E* uirgulto *N m2 R* id est illud *DNR* et] est *P* (*m2 ex* et) *TC* est et *M*

praestantissimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad se, F
ut ab omnibus cognosceretur. unde et ipse ait: cum exal-
taueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia
79 ego sum. hinc quoque promeruit deum Abraham. denique
haec est tertia benedictio. tres enim plenarias accepit benedic-
tiones, unam post uictoriam qua liberauit nepotem, quando
occurrit illi Melchisedech, quando dixit ei deus: respice in
caelum et enumera stellas, si poteris. sic erit semen
tuum. et credidit Abraham deo, et reputatum est
ei ad iustitiam: aliam, quando Abraham iussus est nominari
et signaculum accepit circumcisionis: tertiam, quando dilectis- 308 A
simum filium suum holocaustum deo non dubitauit offerre.
haec iterum benedictio praestitit superioribus. in illis enim
propagationem seminis Abrahae promisit futuram, in hac au-
tem ait: et benedicentur in semine tuo omnes gen-
tes terrae, quoniam audisti uocem meam. et nos ergo
audiamus uocem dei nostri et oboediamus praeceptis eius, si
uolumus apud eum inuenire gratiam.

9, 80 Locus qui sequitur habet mortem uxoris, fletum mariti, BC
sepulturae officium, quibus maritalis adfectus probatur. et
surrexit inquit Abraham a mortuo, ut non diutius inhae-
reamus mortuis, sed quantum satis est officii deferamus. D
festinauit autem pro loco sepulchri Abraham pretium sol-

2 Ioh. 8, 28 6 Gen. 14, 16 et 18 7 Gen. 15, 5 sq. 10 Gen. 17, 5 et 10 sqq. 11 Gen. 22, 2 15 Gen. 22, 18 20 Gen. 23, 3 23 Gen. 23, 9 et 11

1 doctor *PTC et* (*corr. m1*) *M* 4 hunc *P m1 T* hoc *P m2 BC et* (*s. m2* aℓ hinc) *M* dom *P m1* dno *T* donum *P m2 BC*, *fort.* dominum 5 benedictiones (nes *ex* netres) *P* 7 et quando *P* (et *s. u.*) *TBCM* ei *om. PTCM* dns *DXB* 8 et enumerare *P* (re *exp. m2*) et enumera *TCχ et* (enu *ex* nu) *M* enumera *D* et numera *NRB* 9 ut crediderit *D et* (ℓ dit *s.* derit) *N* 10 ei] illi *χ* abraham *om.* 𝔄″*E* 13 praestat *T* superioribus (ori *s. u.*) *P* 15 ait *om. T* 17 praeceptis eius *om. T* 18 gratiam inuenire *T* 20 effectus *DN* probatur affectus *B* 21 mortuo. docemur ut *DX* et (v *s.* e) *P*, ut non *in ras. T*ᵃ 23 festinat *DNR* loculo *DNRB* abraham *PCM* abraam *T*, *om. cet.*

uere, cum gratis daretur, ut non alienis locis, sed nostris potius exaedificemus tumulos parentum uel proximorum; saepe enim cum alienationibus possessionum uenales fiunt quae in isdem locis sepulturae sunt. hoc autem ideo Abraham fecit, quia nondum erant huiusmodi dei templa, in quibus fidelium domino reliquiae condantur.

81 Senuerat Abraham. itaque quod boni est patris, debuit uxorem prouidere filio, sed propter oraculum dei non poterat redire eo, unde erat iussus exire. habitabat autem in terra Chananaeorum, ex quo genere legitimam successionem sibi 82 quaerere fugiebat. et uocauit puerum seniorem domus suae et dixit ei ut iret in Charram et de proximis suis uxorem peteret iuniori domino suo. disce hinc quod etiam senioris aetatis seruuli pueri dicantur a dominis uel a quibusque potioribus. unde et quidam poeta hoc sequendum putauit, siue in eorum usu qui sibi docti et sapientes uidentur ipse hoc repperit siue de nostris ipse transtulit siue translatum inuenit:

pascite ut ante boues, pueri, summittite tauros.

inde et pueros dicimus, quando et seruulos significamus, non 83 aetatem exprimentes, sed condicionem. aduerte nunc uirtutes boni patris familias et considera primum quod munus et cui mandet, ut et tu ita instituas seruulos ut liberis tuis pater-

7 Gen. 24, 1 sqq. 10 Gen. 24, 3 11 Gen. 24, 2 19 Uerg. Ecl. 1, 45

1 in alienis $\mathfrak{A}''E$ 2 exaedificemus *PCM* aedificemus *cet.* 4 isdem *DN* eisdem *T'* hisdem *cet.* abraham ideo *RB* 6 in dno *DXB* conderentur $\mathfrak{A}'$ *m2* $\mathfrak{A}''E$ 7 itaque abraham $\mathfrak{A}'$ (*litteris* b *et* a *supra positis*) $\mathfrak{A}''E$ 9 eo redire *B* iussus erat *DNR*$\mathfrak{A}''$ *et* (iussus *in ras.*) *B* terram (m *exp. m2*) *P* terris *DX* 10 cananeorum *PT* quorum *DXB* sibi successionem *B* 12 charram *P* (h *s. u.*) carram *T* 14 dominis *P* (domin *in ras.*) minimis *T* quibuscumque *B* 15 et *om. DN* 16 **usum $\mathfrak{A}'$ (in *eras.*) usū $\mathfrak{A}''E$ sapientes esse *B* 17 ipse *pr. om. B* 19 summitte *P* (*corr. m1*) *C* sumittite *T'* summittite *TM* submittite *R* (m *s.* b) *cet.* 20 unde *DX* et *alt. om. DXB* 21 exprimentis *PC et* (-es *corr.*) *T'* aduerte *P* (d *s. u. m2*) uirtutis *T* uirtutem *DXR*

num adfectum deferant, officia exsequantur. inuentus est de 309 A
seruulis, senior tamen qui ad uxorem prouidendam domino
iuniori eligeretur et constrictus ut iuraret mitteret manum
sub femur domini sui. per femur generationem intellegimus.
generatio autem Abrahae Christus est. unde et apostolus
Abrahae dictae sunt inquit promissiones et semini
eius. non dicit: et seminibus tamquam in multis,
sed sicut in uno: semini tuo, quod est Christus,
ostendens per ipsum sanctum nobis sacramentum, per ipsum
84 tutum auxilium fore. constrinxit autem eum, ne de semine B
Chananaeorum uxorem arcessiret domino suo, quorum generis
auctor patrem non honorauerat et ideo maledictionis hereditatem
transmisit in suos, ut cognoscamus fidem et quandam
hereditatem de auctoris prosapia in iis requirendam quos
nobis uolumus adiungere: cum sancto enim sanctus eris
et cum peruerso peruerteris. si hoc in aliis, quanto magis
in coniugio, ubi una caro, unus spiritus est! quomodo
autem potest congruere caritas si discrepat fides? et ideo C
caue, Christiane, gentili aut Iudaeo filiam tuam tradere. caue,
inquam, gentilem aut Iudaeam atque alienigenam, hoc est
haereticam et omnem alienam a fide tua uxorem arcessas tibi.

4 Gen. 24, 9; cf. Philo Quaest. in Gen. IIII 86 6 Galat. 3, 16
15 Reg. II 22, 26 sq.

1 deferant et *ed. Rom.* 3 iuraret et *DX* 4 femur *pr. P* (r *ex* s) 5 abrahae *om. N* et *om. DXB* apostolus ait *DX* 6 inquit *post* abrahae *transponunt TDXB* sunt *om. N* 7 dixit *N* et] in $\mathfrak{A}'B$ tamquam] quasi $\mathfrak{A}''E$ 8 et semini *DXBCM* quod] qui *B* 9 nobis sanctum $\mathfrak{A}''E$ per ipsum *om. B* 10̊ auxilium tutum *T* ne *s. u. P*, *post* Chananaeorum *transponit T*, ut non $\mathfrak{A}'$ (*s. u.*) $\mathfrak{A}''E$ 11 chananeorum *P* (h *s. u.*) cananeorum *TB* arcessiret *PCM et* (*ex* accersiret) *R*, (i *ex* e) $\mathfrak{A}''$ accersiret *TDNB et* $\mathfrak{A}'$ *m2* arcesseret *T'* (e *alt. ex* i, r *pr. et* s *pr. in ras.*) $\mathfrak{A}'$ *m1 E* 14 auctoris *P* (s *postea add.*) auctore (prosapie) *T* his *libri* 15 etenim *R* (& *s. u.*) *B* 16 subuerteris *NR* in (*eras.*) hoc *P* 17 et unus *DXB* 18 discrepet *DXB* 19 iudeo *P* (o *m2 ex corr.*) 20 inquam *PBCM* inquit *cet.* ne gentilem *P* (ne *s. u.*) *D* (ne *in ras.*) *T'NBCM* hoc *P* (c *s. u.*) 21 accersias *TDNRB et* (*m2 ex* arcessas) $\mathfrak{A}'$ arcessas $\mathfrak{A}''$ (s *pr. in ras.*)

prima coniugii fides castitatis gratia est. si idola colat, quorum praedicantur adulteria, si Christum neget, qui praeceptor et remunerator est pudicitiae, quomodo potest diligere pudicitiam? etiam si Christiana sit, non est satis nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. simul ad orationem uobis surgendum est et coniunctis precibus obsecrandus deus. accedit aliud insigne castimoniae, si credas a tuo deo tibi quod sortitus es coniugium datum. unde et Solomon ait: a deo inquit praeparatur uxor. non possunt hoc dispares fide credere, ut ab eo quem non colit putet sibi conubii inpertitam gratiam. ratio docet, sed amplius exempla conmonent. saepe inlecebra muliebris decepit etiam fortiores maritos et a religione fecit discedere. uel amori consule uel errorem caue. primum in coniugio religio quaeritur. ideo Abraham proximam quaesiuit dare filio suo. et tu proximam quaere. qui est proximus? qui fecit inquit misericordiam. in euangelio hoc dicit dominus Iesus. et tu proximam seminis Abrahae require et propinquam proximi tui. semen Abrahae Christus est, ipse est proximus omnium, qui super omnes fecit misericordiam tollens peccatum mundi. disce quid in

8 Prouerb. 19, 14 12 Reg. III 11, 4 16 Luc. 10, 37 19 Matth. 9, 13 (12, 7) Ioh. 1, 29

1 quorum] cuius *T* 3 est pudicitiae et remunerator *B* est *om. M* quomodo . . . pudicitiam *in mg. inf. m1 P* 4 etiam *om. DX* sis- *P* (*fort.* cu *eras.*) 5 nocte uobis *DXB* 6 et cunctis et coniunctis *DN* est deus *DN* 7 a tuo deo *P* (*in ras. 5 litt.*) tuo deo *T* a deo tuo *NRB* 8 salemon *E* salomon *cet.* 9 praeparabitur *DX* uiro uxor *DXB*, *fort.* uxor uiro (γυνὴ ἀνδρί *LXX*) dispares *P* (e *ex* i) dispari *T* credere fide *T* 10 inperitam *P* (ti *s.* i *alt.*) *T* 11 cõmouent *PD*𝔄″*ECM* cõmonent (ł uent *s.* nent *m2*) *N* saepe] species 𝔄′ (spes *m2 ex* spe) 𝔄″*E* 12 muliebris inlecebra *B* mulieris 𝔄′ (*corr. m1*) *R* decipit *T* 13 et ideo tu *ante* uel *pr. add.* 𝔄″*E* 14 primum ergo *DXB* 15 dare uxorem filio *DX* quis *TDXB* 17 hoc *in mg. P* dixit *TDX* dixit hoc *B* (*in quo* hoc dns ihs *in ras. min. spatii*) 19 est ipse est *DNRB* ipse est χ est *cet.* fecit super omnes *B* 20 peccata *B* disce *PTCM* et deinde *DXB* disce deinde *Erasmus*

uxore quaeratur. non aurum, non argentum quaesiuit Abraham, non possessiones, sed gratiam bonae indolis.

86 Deinde interrogatus, si nollet uenire filia, utrumnam eo filium domini sui duceret, adtende tibi inquit ne reuoces filium meum illo. dominus deus caeli et deus terrae accepit me de domo patris mei et de terra, in qua natus sum, qui locutus est mihi et iurauit dicens: tibi dabo terram hanc et semini tuo; ipse mittet angelum suum ante te, et accipies uxorem filio meo 310 A inde. si noluerit tecum uenire mulier in terram hanc, purus eris a iuramento hoc. quo proficiat hoc considera diligentius. non licet tibi alienigenam accipere. sane si Christianam se faciat, et laudem habebis ex ea. quodsi recusauerit Christiana fieri, studium nuptiarum ⟨ne te⟩ deflectat a fide, instruit lectio. Abraham sequentem deduci admonuit, residentem non expetit nec eo filium suum pergere. sane domini sui, qui se ab incolatu terrae, in qua habitabat, abduxerat, B non defuturam misericordiam, ut praeiret studio petitoris et puellae inclinaret animum. quasi propheta hoc dixit in causa

3 Gen. 24, 5 4 Gen. 24, 6—8

2 bonæ *P* (æ *ex* a) 3 filia *T* filio *PC* ad filium *M* mulier *cet.* 4 duceret ait (*om.* inquit) χ*R* inquit *om. DB* 5 eum (*om.* filium) illuc *B* illo (uc *s.* o) *R* et *s. u. P* deus *om. T'N* 6 qui accepit *DN* 7 qui *om. C* mihi *om. E* iurauit mihi *DNR* (ὤμοσέ μοι *LXX*) 9 filio meo uxorem 𝔄''*E* meos *P* (s *eras.*) meo* *T'* 10 inde *om. C* si *PCM* quodsi *cet.* 12 alienigenem *P* (a *s.* e) alienigene *C* alienam *T* accipere alienigenam *DXB* cristianam *PT* 13 faciat et *P* (et *eras.*) 𝔄' faciet et 𝔄''*E* faciat *cet.* ex ea *D* (*in ras., fuit* ex ea ne te) quodsi *PTNBCM et* (d *in ras.*) *D* ne (nec *R*) te quoque si χ*R* 14 cristiana *PT* ne te *addidi* deflectat a fide 𝔄'*R* deflectat ad fidem *PTNBCM et* (ad *et* em *in ras.*) *D* a fide deflectat 𝔄''*E* 15 abraham enim 𝔄''*E* ammonuit *DNR et* (m *pr. ex* d) 𝔄' 16 suum *s. u. D, om.* χ*RB* domini dei sui *T'* 17 adduxerat χ 18 praeiret *DXB* petiret *P m1* praeueniret *P m2 CM* pararet *T* studio *T'* (o *ex* a) studium *T* 19 puella ei *P*

fili et quasi moralis doctor docuit sperare in domino, qui iuuare dignetur incrementa fidei quaerentem.

87 Et surgens puer profectus est in Mesopotamiam, et iuxta uoti seriem, quod proficiscens uouerat seruulus, occurrit ei Rebecca habens hydriam super umerum, uirgo speciosa ualde, quam uir non cognouerat. descendit autem ad fontem et inpleuit hydriam, C dedit puero bibere, adaquauit omnes camelos eius. unde et puer Abrahae accepit inaures aureas singularum dracmarum et duas uirias dedit in manus eius — decem aureorum pondus earum — et quaesiuit ab ea si locus esset hospitio et cuius esset filia. simplicitas quidem moralis exprimitur, quod nullus fuerit uel in coniugii petitione ambitioni locus, sed dominus praesul coniugii petitionem inpleuerit. tamen spectare licet ecclesiae mysteria. ubi inuenitur ecclesia D nisi in Mesopotamia? ibi quaeritur, inde arcessitur, ubi duobus stipatur fluminibus, lauacro gratiae et fletu paenitentiae. etenim nisi peccata propria defleueris, nisi gratiam baptismatis acceperis, non tibi adquiritur ecclesiae fides et quaedam coniugalis copula. muniunt eam Tigris, hoc est prudentia, et

3 Gen. 24, 10 5 Gen. 24, 15 sq. 9 Gen. 24, 22 sq. 20 Philo Legg. alleg. I 21 (57, 22; I 79, 6 *C.*)

1 filii *P* (i *tert. s. u. m3*) *cet.* docuit te *DXB* in] de *DXB* qui *PTBCM* quod *cet.* 2 iuuare *D* (u *alt. in ras.*) iurare *R* incrementum *DXB* 4 uoluerat seruulus *PTCM* seruulus uouerat (*l* no *s.* uo *m2 N* nouerat *R*𝔄″) *DX* seruus uoluerat *B* 5 hydriam *DNRBC* ydriam *cet.* humerum *P et T* (h *s. u.*) *cet.* 7 **impleuit *B* (ad *eras.*) hydriam *DNRB* ydriam *cet.* 8 bibere et (et *s. u.*) *R* 9 et *s. u. D, om. TχR* abrahaṁ *P* (e *s.* a *tert.*) inaures aureas *P* (res au *s. u.*) aureas *om. C* 10 dracmarum *PTC* dragmarum *T′ cet.* ·X· *PT* 13 nullus *P* (s *s. u.*) 15 expectare *T et* (*corr. m1*) 𝔄′ 16 mesopotamiam *P* (m *alt. exp.*) *T* (m *alt. eras.*) ibi quaeritur inde accersitur *D in ras.* (ac *s. u.*) inde quaeritur ibi (ubi *R*) arcessitur (𝔄′ *m2* accersitur) *χR* accersitur *B* ubi *D* (u *in ras.*) ibi *χ* 17 fletu (*in ras.*) *P* 19 et *om. PTBCM* quaedam *P* (e *exp. m2*) quadam *T′BCM et* (a *pr. ex* e) *D* coniugalis (s *exp.*) *T′D* coniugali *BM*

Euphrates, hoc est iustitia et inluminatio fructuosa, a barbaris separantes gentibus.

88 Uirgo autem speciosa ualde, cuius decorem nulla con- E
rumpit aetas. speciosa ualde, quia speciosus ualde et ille prae
filiis hominum qui eam adquisiuit sibi. quam uir non
cognouerat; nulli enim erat uiro copula eius, sed soli
Christo debita. hydriam habens super umerum, quia
lauat actus omnium: et quia ex congregatione gentium con-
stat quae suos lauit, ideo legis quia descendit ad fontem
et impleuit hydriam et ascendit. Samaritana illa ue-
nit ad fontem, sicut in euangelio scriptum est, sed non de-
scendit — puteus ei uidebatur — nec inpleuit hydriam. denique F
ait: hydriam non habeo. non habebat unde actus suos
lauaret. haec sola descendit, sola cognouit fontem uerum,
hoc est non aquae fontem, sed uitae aeternae, cui dixit Dauid:
quoniam apud te fons uitae, in lumine tuo uidebi-
mus lumen. ideoque habuit quod daret sitientibus, quia
credidit; nam quae non credebat ait fonti huic uolenti sibi
potum dare: unde mihi habes dare aquam uiuam?

1 Philo Legg. alleg. I 23 (58, 16; I 80, 5 *C.*) 3 Gen. 24, 16 4 Psalm. XXXXIIII 3 5 Gen. 24, 16 7 Gen. 24, 15 9 Gen. 24, 16 10 Ioh. 4, 7 13 Ioh. 4, 11 16 Psalm. XXXV 10 19 Ioh. 4, 11

1 eufrates *libri* 2 separantes *P* (e *alt. m2 ex* i) *T'B* sperantes *C* separatis *T* separans *D* (n *s. u.*) *cet.* 3 speciosa *P* (a *ex* ę *m2*) nullius 𝔄' (i *s. u. m2*) 𝔄''*E* corrumpit 𝔄' (m *eras.*) corrupit 𝔄''*E* 4 ualde *alt. om. TD*X et ille *s. u. P* 5 uir *s. u. P, om. T* 6 uiro erat 𝔄''*E* copulae ius χ solo *T* 7 dedita *M* debita (*s. m2* ł cognita) *N* hydriam *TDN*𝔄'*RB* ydriam *cet.* umerum *P* humerum *T' cet.* quia *P* (i *s. u. m2*) *T'BCM* qua *cet.* 8 labat *P* (v *s.* b *m2*) omnium *PTBCM* hominum *cet.* gentilium *DXB* 9 quae *PEBC* qua *cet.* suas *T* 10 hydriam *DN*𝔄'*RB* ydriam *cet.* 12 ei* *T* ei altus *NE et* (altus *in mg. m2*) 𝔄'' 12 *sq.* ydriam *P*𝔄''*ECM* 14 descendit haec sola *DXB* agnouit *DN*𝔄'*RB* 15 non *om. DN, s. u. R* cui *PTCM* sicut *cet.* dicit *RB* dauid *P* (d *alt. ex* t) 16 te *PDC* te est *T et* 𝔄' (est *s. u.*) *M* (est *s. u. m2*) *cet.* et in *DNRB*` *et* (et *s. u. m2*) *M* nomine *PTCM* 18 quae *P* (*ex* quia) ait] aut *TT'* 19 unde mihi habes dare *om. PTBC, s. u. m2 M*

haec autem habuit unde non solum puerum sed etiam camelos satiaret, quae non solum iustos rigare consueuit, 311 A sed etiam iniustos replere. ideo accepit inaures aureas et uirias, quas misit Abraham, quasi meritorum suorum prae-
89 mia. fortasse audientes haec, filiae, quae ad gratiam domini tenditis, et uos prouocemini, ut habeatis inaures et uirias, et dicatis: 'quomodo prohibes hoc, episcope, ut habeamus quod Rebecca accepit pro munere et hortaris ut similes simus Rebeccae?' sed non has inaures Rebecca habebat et uirias, quae B lites in ecclesia serere solent, quae labuntur frequenter: alias inaures habebat, quas utinam uos habeatis, alias uirias. inaures Rebeccae pii auditus insignia et uiriae Rebeccae ornamenta factorum sunt. has inaures habebat, quae non grauarent aurem, sed demulcerent, has uirias, quae manum non materiali auro onerarent, sed spiritali actu leuarent. ideo et fratri et parentibus in hoc placuit ornatu. et tu sume inaures, quas tibi Abraham dereliquit, sume quas transmisit uirias. C audi uerba domini dei tui, sicut ipse audiebat: exsequere iussa, sicut ille properauit inplere.

90 Pulcherrimus autem locus ad instruendos quibus aliquid iniungitur, quod non prius manducauit puer Abrahae adpositum sibi panem quam mandatum domini sui exsequeretur. quo inpetrato uasa aurea et argentea et uestem dedit Rebeccae. ubi sponsata est ecclesia, accepit uasa aurea et argentea, in quibus esset thensaurus fidei; sunt etenim uasa in hono- D rem, sunt et in contumeliam. quae sint uasa audi: habe-

19 Matth. 3, 15 21 Gen. 24, 33 sqq. 23 Gen. 24, 53 sq. 26 II Cor. 4, 7

2 satiaret *PTC* adaquaret *cet.* rigare consueuit (re c *ex* r&) *PT'* 4 quasi *PTCM* tamquam *cet.* 6 prouocamini *DNRB* 7 ut non *DNRB* 8 simus similes *B* 9 non *om. T* habebat rebecca *B* 10 solent serere *TDN* 14 has *P* (h *s u.*) 15 ideoque *B* 16 hoc *P* (h *s. u.*) ornatus *PTCM et* (s *exp.*) *T'* 17 reliquit *DXB* 19 ipse *T'*[illegible]*"EM* 20 instruendos eos *DXB* 22 sui *om.* X, *s. u. D* 25 thessaurus *R* thesaurus *T* (s *pr. s. u. m2*) *cet.* 26 ea uasa *DXB*

mus thensaurum in uasis fictilibus. corpora nostra uasa fictilia sunt, fides nostra thensaurus est. et fortasse iam etiam ipsa corpora quae thensaurum habent aurea sunt, quia plena sunt prudentiae, et argentea sunt, quia uidentur mandati caelestis adloquiis refulgere. honorantur autem et parentes muneribus. consulitur puella non de sponsalibus — illa enim
91 E
iudicium expectat parentum; non est enim uirginalis pudoris eligere maritum —, sed iam desponsata uiro de profectionis consulitur die. nec inmerito dilationem non adtulit; iure etenim properare debuit ad maritum. unde illud Euripideon, quod mirantur plerique, unde translatum sit manifestum est. ait enim in persona mulieris, quae tamen maritum uolebat relinquere et ad alias petebatur nuptias:

νυμφευμάτων <μὲν τῶν> ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
μέριμναν ἕξει· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστ' ἐμόν,

5 Gen. 24, 53 6 Gen. 24, 50 sq. 10 Eurip. Andr. 987 sq.

1 thesaurum istum *B* thesaurum *cet.* fictilibus *P* (li *ex* b) uasa fictilia sunt corpora nostra *DN* uasa fictilia corpora nostra sunt *χR* 2 thesaurus *libri* et *om. PTCM* 3 ipsa *om. DN,* etiam ipsa *om. RB* corpora nostra *DXB* quae *ex* quare *m2 P* thesaurum *libri* 4 plena sunt *P* plena sunt *T'BCM* sunt plena *cet.* argentea uasa *DX* quia *P* (*m2 ex* quae) *T'BCM* quae *cet.* 6 nam illa *R* 7 spectat *χR* 8 eligere] alienum petere *R* 10 ad talem maritum *B* euripideon *Bodl.* euripedon *D* erupedeon *C* eurepedeon *M* euripedeon *cet.* 11 plerique mirantur *B* sit] est *CM* 14 *sq. Graeca in codd. PT'DNRC litteris Latinis s. u. adiectis scripta sunt, quas ut plane ineptas omitto; in B omnia Latinis litteris exarata sunt* 14 NYΛIΦ-ϹΛIAΓωN *PT'* et (-TωN) *CM* NYNΦeCMATωN *T* NyMΘ(e *N*)IMa-ΘON *DN Bodl.* NyMΘyMATON *R* nuntimaton *B* NYMEYMATON *χ Dunelm. Brugensis 103* μὲν τῶν *addidit ex Euripide Erasmus* EMωNΠaTHPEΛIOC *PT'CM* eMωNΠNpeMOC *T* MONPATy(TI *NDR Bodl.*)REMOS *cet.* (moratiremos *B*) 15 ΛIpIMNAN *PCM* ΛIApIMNAN *T'* MApIAMNAN *T* MEPIAN *χ Dunelm. Brug.* MH(e *RB*) RIaN *DNR Bodl.* meriã *B* EzEI *PTCM* EξeI *T'* eXeϒ *Nχ Dunelm. Brug.* EXEI *DR* echeî *B* τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστ' ἐμὸν *scripsi interpretationem Latinam, quam Ambrosius adiecit, secutus* κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε *Euripides* TOyTApOϒky *PTT'CM* TOYCORAPOCK (CX *χ Dunelm.*) *DX Dunelm.* OIωaPOCK *Bodl.* toisobarosc *B* EΠ (eTI *CM*) NEΛIωN

hoc est: 312 A

> sponsalium quidem meorum pater meus
> curam subibit; hoc enim non est meum.

ergo quod et ipsi philosophi mirati sunt seruate, uirgines. sed etiam, mulieres, si qua amisso cito marito adulescentula laqueum infirmitatis suae timet incidere et si uult nubere, nubat tantum in domino, ut electionem mariti parentibus deferat, ne adpetentiae aestimetur procacioris, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi uindicet. expetita magis debet uideri a uiro quam ipsa uirum expetisse. uerecundiam praemittat, antequam nubat, quod ipsum coniugium plus commendet uerecundia. sed illi uerba imitantur, opera imitari non queunt. B

92 Inesse quoque in eo praeclarum ecclesiae mysterium liquet, eo quod nemo ausus sit eam ante Christum uocare; soli enim Christo haec erat uocandarum nationum reposita praerogatiua. uocata autem non fecit moram et ideo acceptior domino, quia populus Iudaeorum, qui erat ad cenam uocatus, non fuit dignus uenire, congregatio autem gentium, simul ut C
93 arcessiri se uidit, occurrit. denique scias non sine mysterio

7 I Cor. 7, 9 18 Luc. 14, 16 20 Gen. 24, 61 et 63

PT'CM eılNeMωN *T* eſTyNEMON χ *Dunelm.* ЄCΘIMNON *Brug.* eSTI(y *Bodl.*)MeMON *DNR Bodl.* estunemon *B*

2 *senarios Latinos agnouit Buecheler* quidem sponsalium *R et corr. litteris* b a *supra positis* 𝔄′ 3 curam *ante* pater *transponit B* subibit χ*B* sub**** *R* (ibit *s. ras.*) subiuit *cet.* 4 *ante* uirgines *add.* non tantum *R, post* uirgines *add.* non tantum uirgines *B* 6 infirmitati *PTCM* inicere *PTCM* et *scripsi* ut *PCM, om. cet.* nubere *om.* 𝔄″*E* 8 adpetentia *PTCM* aestimetur procacioris (procatioris *PC* procatior *T*) *PT'BCM* aestimetur auctor *cet.* 9 expetita enim magis 𝔄″*E* debet magis *B* 11 quo *T*χ*B* quo* *T'* (d *eras.*) 12 emitantur *P* (i *s.* ę) *N* (ł i *m2 s.* e) emittantur *DCM* opera imitari *P* (a *pr. s. u.*, e *s.* i *pr.*) non quaeunt *P* non queunt *TT'C* nequeunt *cet.* 15 eam (*s. u.*) *ante *P* (e *eras.*) eum *NCM* enim] autem *DN* 17 uocata *P* (a *alt. s. u.*) 18 dignus non fuit 𝔄″ 19 gentilium *B* 20 arcessiri *PM et m1* 𝔄′ arcersiri *TR* accessuri *C* accersiri *T'* (accers *in ras.*) 𝔄′ *m2 cet.* occurit *P* denique ut scias *D* (*in ras.*) *XB*

esse ⟨quod⟩, cum ueheretur camelo, ueniebat ad sponsum, eo quod populus nationum beluina quadam horridus meritorum deformitate, qui formae suae nullum haberet decorem, fidem esset atque consensum ecclesiae recepturus. nec illud otiosum quod, cum ueniret Rebecca, uidit Isaac deambulantem et, cum interrogasset quis esset, cognito quod ipse D esset, cui duceretur uxor, descendit et caput obnubere suum coepit docens uerecundiam nuptiis praeire debere. inde enim et nuptiae dictae, quod pudoris gratia puellae obnuberent. discite ergo, uirgines, quemadmodum seruetis uerecundiam nec intecto capite prodeatis ante extraneos, cum Rebecca iam desponsata designatum maritum operto capite putauerit
94 uidendum. quis ille est seruulus, qui prouidit has nuptias? E unus utique de apostolis et ille maxime qui ait: uiri fratres, uos scitis quia a diebus antiquis in nobis deus elegit ex ore meo audire nationes uerbum euangelii uel ille qui doctor appellatus est gentium; ipsi enim cum leguntur, [aut Iohannes euangelista] adquirunt Christo animam, quae credat quae ante non credidit, et cupienti Christum uidere sermonibus demonstrant suis. itaque

4 Gen. 24, 63 sqq. 14 Act. 15, 7 17 I Tim. 2, 7 20 Gen. 25, 8

1 quod *addidi* camello *P* (l *pr. eras.*) 2 beluina *P* (b *ex* u) 4 ad fidem *DNB* esset *P* (t *s. u. m2*) consessum *P* (conses *in ras.*) *DNB* confessum *CM* 6 quis esset *om. PTCM* 7 capuḍ *P* (t *s.* ḍ *m2*) caput suum obnubere 𝔄″*E* obnubere caput suum *RB*; suum *om. N* 8 in nuptiis *B* 9 se puellae *DN*𝔄′*RB* puellae se 𝔄″*E* obnuberentur *P m2 CM* 10 quem (*om.* admodum) obseruetis *T* seruare (*om.* quemadmodum) *E* 11 nec] ne χ 12 operto *D* (o *pr. in ras.*) aperto X non nisi cooperto *B* putauerit *PTBCM* non putaret *DX* 13 e͞e uidendum *B* (e͞e ui *in ras. 2 litt.*) est *om. CM* 17 gentium appellatus est *CM* 18 aut Iohannes euangelista *inclusi* ipsi enim cum leguntur aut (ait 𝔄″*E*) iohannes euangelista *PTDN*𝔄″*ERBCM*, aut iohannes euangelista. ipsi enim cum leguntur *T′ in ras.*, uel iohannes euangelista. ipsi enim cum leguntur 𝔄′ *m2 in ras.* 19 quae *pr. PTCM* ut *cet.* quae *alt.*] qui *DN* cupientis *P* (i *alt. ex* e, s *exp.*) *T′* (s *eras.*) cupienti *CM* cupientes *T* cupientibus *cet.*, *fort. recte* demonstranṭ] ostendunt *RB*

Abraham celebratis fili nuptiis longaeua aetate et bona senectute conpleuit dies.

LIBER SECVNDVS.

1, 1 Moralem quidem locum persecuti sumus qua potuimus 313 AB
intellectus simplicitate, ut qui legunt morum sibi possint hau-
rire magisteria: sed ‹sicut› quia ex utraque parte acies acuta
est gladii, ex utraque parte proeliaris, similiter uerbum dei,
quod est acutius omni gladio acutissimo penetrans usque ad
diuisionem animae, quocumque conuerteris, paratum inuenis
et oportunum, ut animam legentis pertranseat ad reuelanda
propheticarum scripturarum aenigmata. unde non absurdum
reor referre ad altiora sensum et per historiam diuersarum C
personarum uirtutis formae quendam processum explicare,
maxime cum iam in Adam intellectus profundioris exordia
degustarimus. Adam etenim mentem diximus, Euam sensum
esse significauimus, serpentis specie delectationem expressimus.
sed ibi de summa beatitudine et quadam naturali uirtutum
amoenitate per circumscriptionem sensus et delectationis in-

7 Hebr. 4, 12 14 cf. de paradiso 2, 11

1 fili *om. P* filii *cet.* 2 diem X FINIT LIBER PRIMUS DE ABRAHA. INCIPIT LIBER (LIBER *om. D*) SECUNDUS *PT'D* FINIT DE ABRAHAM LIB. I. INCIPIT LIB. SECUNDUS. LEGE SEUERINA FELIX IN xpo *T* EXPLIC LIB. I. S. AMBROSII EPI DE SCO ABRAHA PATRIARCHA. INCIPIT LIBER EIUSDE SECUNDUS *N* FINIT DE ABRAHAM. INCIPIT DE ISAAC ET ANIMA 𝔄' FINIT LIBER .I. DE ABRAHAM. INCIPIT LIBER .II. DE YSAAC ET ANIMA 𝔄'' EXPLICIT LIBER .I. INCIPIT LIBER DE YSAAC UEL ANIMA *E* EXPLICIT LIBER PRIMUS SCI AMBROSII DE PATRIARCHIS. INCIPIT EIUSDEM SECUNDUS DE YSAAC *R* EXPLICIT LIBER PRIMUS DE SCO ABRAHAM. INCIP. LIB. II *C* INCIPIT LIBER SECUNDUS *M*
4 prosecuti *CM* 6 sicut ***addidi*** 7 ex utraque parte *P s. u. m2*, *om. P m1 T* 9 inuenies *N* 10 anima *P* (-ã *m2*) *T* reuelandum *N* 12 susum *P* (en *s.* u *pr. m2*) *T* 15 degustarimus *scripsi* degustaremus *PTDCM* degustauerimus *T'N* degustaremus exordia *B* eua *PDC* 16 significauimus *P* (ui *s. u. m2*) *D* (ui *s. u. m1*) significamus *CM* 17 beatitudinem *P* (m *eras*) naturali *P* (li *s. u. m2*) 18 delectationis *P* (e *pr. ex* i *m2*)

lecebram deflexus ad culpam est, hic autem profectum mentis D
speculari datur. hoc enim legislator prouide egit, ut quemadmodum lapsum mentis demonstrauit, ut illas erroris caueremus semitas, ita etiam processum mentis et quendam superiorem reditum significaret, ut quemadmodum infracta mens reformare se possit cognosceremus. purgauerat enim terram dominus diluuii infusione, lauerat humanae conluuionem fragilitatis, sed non satis erat ad uirtutis profectum, nisi et instrueretur homo quemadmodum se regeret et gubernaret .... Abraham mentis E
loco inducitur. denique et Abraham transitus dicitur. ergo ut mens, quae in Adam totam se delectationi et inlecebris corporalibus dederat, in formam uirtutis speciemque transiret, uir sapiens nobis ad imitandum propositus est. denique Abraham secundum Hebraeos, secundum Latinos pater dictus est, eo quod mens paterna quadam auctoritate censione sollicitudine totum gubernet hominem.

2 Haec ergo mens erat in Charra, hoc est in cauernis obnoxia uariis passionibus. ideoque dicitur ei: exi de terra tua, hoc 314 A
est de corpore tuo. exiuit de hac terra ille cuius conuersatio in caelis est. et de cognatione inquit tua. cognati sunt animae nostrae corporis sensus. diuiditur enim in duo anima

10 cf. Philo de migr. Abr. 4 (439, 25) 13 Philo Quaest. in Gen. III 43 14 Philo de migr. Abr. 1 (437, 1) de Cherub. 2 (139, 41; I 171, 6 *C.*) de mut. nom. 10 (590, 13) Quaest. in Gen. III 43 17 Philo de migr. Abrah. 34 (465, 36) 18 Philo de migr. Abr. 1 (437, 36) quod det. pot. ins. 44 (221, 34; I 294, 12 *C.*) 19 Philipp. 3, 20 20 Philo de migr. Abr. 2 et 1 (437, 42 et 436, 18)

1 defluxus *T* refluxus *Brug.* est ad culpam *B* 3 uel *P* (t *s.* el) ut & *T* 4 superiore reditu *P* (*corr. m2*) 5 significare *P* (-ret *m2*) *T* 6 *an* posset? dominus terram *B* 7 in diluuii *DN* 8 uirtutis *D* (is *in ras.*) uirtutum *Brug.* et *scripsi* ut *libri* instruetur *P* (instrueretur *T'*) institueretur *M* 9 lacunam *indicaui* 9 *sq.* habraham *P* 10 et *om. DN* 11 in *om. T* 12 transire *P* (-ret *m2*) *T* 14 et secundum *D* (et *s. u.*) *Brug.* pater *P* (at *m2 in ras.*) 15 censione et *D* (ł censura *s.* censione, et *s. u.*) *N* (ł sura *s.* sione *m2*) *Brug.* 17 charra *P* (h *s. u.*) carra *T* id est *N* 18 hoc] id *C* 19 de *alt. om. T* 21 enim *om. DN*

nostra, in id quod rationabile et in id quod est inrationabile. in eo autem quod est inrationabile sensus sunt; ergo cognati sunt partis rationabilis, hoc est mentis. et de domo tua inquit exi. domus mentis prolatiuum uerbum est. sicut enim pater familias habitat in domo sua et in potestate habet quemadmodum regat domum suam ita etiam mens in sermonibus nostris habitat et gubernat uerba nostra et uis eius ac disciplina in sermone elucet. ut bonus pater familias a primo uestibulo domus aestimatur ita etiam de sermonibus nostris mens nostra perpenditur. denique etiam modulis uocis pulsat
3 et reuocat. ergo qui uult perfectam purgationem consequi diiungat se ab his tribus, a corpore a sensibus corporalibus a uoce, in quibus sunt omnes corporis passiones et circumscriptiones sensuum, quibus decipimur et inludimur. in nullo enim horum trium bonum; nec in carne, quamuis Epicuri schola, plerique etiam uoluptarii disrumpantur laudantes corporis delectationem, neque enim in sensibus, qui saepe luduntur, neque in sono uocis, quae falsis animam plerumque demulcet cantibus, est perfectum bonum; haec enim corruptibilia, quod autem uere bonum hoc incorruptibile. manifesta autem fides. mortuo etenim homine caro corrumpitur, sensus pereunt, uox amittitur: remanet mens inmortalis incorpoream uitam recipiens. unde in alteram terram uocatur plenam beatitudine, ubi non falsa pro ueris sicut in hac uita, sed uiuam rerum cernat

5 B C 10 15 20 D

4 Philo de migr. Abr. 2 (438, 5)

1 quod est rationabile *B* rationale *C* est *om. N* 2 irrationabile est *N* 3 portis (a *s.* o *m2*) & (*eras.*) *P* cordis & *T* rationis *T* inquit tua *B* 4 dns *T'NCM* est uerbum *T' Brug.* 5 potestatem *P* 7 hac *P* (h *eras.*) 10 modulum *DN* modum *Brug.* 12 diiungat *P m1* disiungat *P m2 cet.* 13 circumscriptiones *P* (e *ex* i *m2*) sensuum circumscriptiones *B* 16 uoluptarii *T Erasmus* uoluntarii *cet.* laudes *DN* 17 neque in *T'* (in *ex* enim) *B* 18 demulcet *P* (et *in ras. m2*) 19 cantibus est *P s. u. m2, om. T* bonum perfectum *B* haec . . . bonum *om. DN* 21 homini *P* homine *T'* (e *ex* i) omni *C* corrumpitur caro *B* sensi *PDC* sens'* *T'* 23 altera terra *D Brug.* plenã *T et* (-a *corr.*) *T'C* plena *cet.*

substantiam, eo quod excussa corporis et sensuum et uocis nebulosa quadam imagine corruptibilem caliginem deponat et reuelata facie uitae beatae gratiam lustret obtutu. benedicam E inquit te et faciam te in gentem magnam. inmortalitatem spondet, cum genus promittit — genus enim inmortale uidetur esse, personae mortales sunt singulorum, ut hominum, ut equorum, ut apum, de quibus ait quidam:

at genus inmortale manet —,

tamen multo illud melius, quod gentem magnam dixit ecclesiae perpetuam posteritatem et generationem illam supernam, quae uere magna est, ut ..... peccato moriamur, deo renascimur.

2, 5 Et exiit Abraham, quemadmodum locutus est 315 A illi dominus. hinc ferunt gentiles septem sapientum sen- B tentiam: sequere deum quasi inuentum suum, cum longe anterior, non dico Abraham, sed etiam Moyses fuerit, per quem lex data est dicens: post dominum deum tuum ambulabis. exiuit ergo Abraham, in quo non tam perfectio eius quam animae eius deuotio et mentis libertas exiuit de corporis uinculis, de inlecebris delectationis. denique sic habes: exiuit Abraham, quemadmodum locutus est illi deus. supra habes exi dixisse dominum, in quo apertum imperium C

3 Gen. 12, 2 8 Uerg. Georg. IIII 208 11 Rom. 6, 10 sq. 13 Gen. 12, 4 15 cf. de Abrah. I 2, 4 17 Deut. 13, 4

3 uitae *TDN* proibitae *P* (b *ex* u) prohibite *T'B* pro uitae *CM*, *fort.* pio uitae gratiam *T'DN* gratia *PBC* gratiae *TM* lustretur *T* 5 inmortalis *P* (e *s.* is *m2*) immortales *T'* (s *eras.*) 8 ad *P* (t *s.* d) *T* 10 posteritatem perpetuam *B* 11 ut] et *DN* *lacunam indicaui; atque deesse quaedam hoc loco iam suspicati sunt Maurini* 12 renascimur *PCM* renascamur *T'* (a *alt. ex* i) *D* (a *alt. in ras.*) *TBN*; *fort.* <cum enim> peccato 13 etexiit *P* (te *postea add.*) *T* exiit *cet.* illi locutus est *B* 14 fecerunt *P* (ce *eras.*) VII *PTD* sapientium *D* 16 etiam *om. DN* moeses *P* (moyses *T'*) moses *T* 17 ambulabis *P* (bis *m2 ex* uit) 18 perfectio *TT'DNBM* profectio *PC* 22 habes *P* (*m3 ex* aues) exi dixisse (exi d *in ras. m3*) *P* dixisse (*om.* exi) *T* dn̄m *T* dn̄ *P* (*m3 in ras.*) *T'DNBCM* iubentis imperium *B*

iubentis expressum, hic habes: quemadmodum locutus est illi deus. quasi confabulationis quidam affectus conprehenditur; omnia enim fecit quae statuta sunt. ante factum igitur deus dicit quasi obnoxio, post factum loquitur quasi amico; amicus est enim deo qui facit quae imperata sunt. unde et in euangelio suo dicit dominus Iesus: uos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis. iam non dico uos seruos. sed, ut dixi, processus uiri sapientis propositus nobis ad imitandum scriptus est ad experimentum, non perfectio. adhuc enim reformat se mens in Abraham, quae in homine primo lapsa est, et ideo per gradus et incrementa
6 se colligit. unde et addidit: et abiit cum eo Loth, hoc est declinatio. id enim nominis significat interpretatio, eo quod ut uiantes incognitam carpentes uiam semitis aliquibus saepe falluntur, ut a directo deflectant tramite, et tamen, si prudentes sunt, non deuiant, sed cunctabundi licet regionis ipsius contuitu uiam colligunt, ita et Abraham nutabundus quidem tamen tramitem ueri sequebatur. ducebatur plerumque falsa specie bonorum, sed non penitus inclinabatur; perfecti est enim non deflectere, prudentis non penitus declinare. solus autem ille numquam deflexit, de quo scriptum est: ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium et uocabitis nomen eius Emmanuhel: butyrum et mel manducabit, priusquam sciat aut proferat mala, eligit bonum, quo-

6 Ioh. 15, 14 sq. 10 Philo de migr. Abr. 27 (459, 4) 12 Gen. 12, 4 Philo de migr. Abr. 2 (438, 19) 21 Esai. 7, 14—16

1 iubentis *P* (b *m2 ex* u) 2 confabulationis *P* (f *ex* t) effectus *PCM et* (e *pr. in ras.*) *B* conp̃henderetur *T* 8 dicam *T'B* dixi] dicit *TM* 9 propositus *C* propositus est *P* (est *s. u.*) *cet.* scriptus est *C* scriptori *P* (us *s.* ọri) *T* scriptus *cet.* experimentum *P* (tu *in ras.*) experimendum *T* 10 non] nec *D* perfectio *P* (t *ex* c *m2 s. u.*) 15 tamen *om. N* 16 deuitant *T* regiones *T* 17 mutabundus *PBCM et* (*corr. m1*) *T'* 18 tramitem tamen *T* 20 non (*s. u. m2*) deflectere (e *tert. ex* a *m2*) *P* prudentis (i *ex* e *m2*) *P* 22 uocabis *DNCM* uoca. *B* 23 emmanuhel *P* emanuel *T* emanuhel *C et* (h *exp.*) *M* emmanuel *cet.* manducauit *P* (*corr. m2*) *T* 24 elegit *P* (*corr. m2*) *T*

niam priusquam sciat puer bonum aut malum, non credit malitiae, ut eligat quod bonum est. hoc Abraham facere non poterat, ut prius bona eligeret quam mala sciret, sed praeceptis inhaerebat caelestibus, ne declinaret a uero. ideo etiam et LXX et V annorum describitur exisse de Charran, quod septuagensimo perfecto remissionis numero sensum <inlecebr>is qui possit inflecti? delectationes enim horum sensuum faciunt, ut non semper erecta sit nostra mens, sed aliquando se inflectat, ut non intra cauernas corporeas se, sed intra latibula uoluptatis abscondat. tamen etiam in his cuniculis positus ita euasit, ut sumeret uxorem suam et nepotem et omnem animam quamcumque possederat in Charran. prudentes enim et continentes uirtutis atque animae possessores sunt decorem morum mansuetorum eligentis. qui autem amatores corporis sunt delectationibus eius inretiuntur, quia inrationabilium in corporis habitudine omnis uirtus est, rationabilium autem in uirtutibus animae ac disciplinis. propterea scriptum est quia possidebat animam suam tamquam liberam regens et nulli seruituti obnoxiam. hoc ergo habet intentio doctoris, eo quod etiam in illis diuerticulis et anfractibus constitutus uel adhuc aeui recentioris uel nondum perfectioris disciplinae uel loci patentis ad uitia habitauit non

5 Gen. 12, 4 6 Philo de migr. Abr. 36 (467, 25) 11 Gen. 12, 5

2 credit *scripsi* credet *libri; cf. de Cain et Abel I 3, 10 de patriarchis 6, 30* 4 inhęrebat *P* (h *s. u. m2*, ę *ex* e) 5 et *alt. om. M* septuaginta **et** (et *om. B*) quinque *NB* 6 charran *P* (h *s. u. m2*) *B* carran *TT'* charram *D* (m *eras.*) *C* charra *NM* septuageṇsimo *P* septuagesimo *cet.* 7 sensum inlecebris *scripsi* sensum his *P m1 T* sensus his sit *P m2* (h *exp.*) *DN* sensus is sit *T'BCM* qui *om. T* 9 non *s. u. m2 P, om. T* intra *N* in *T* infra *P* (fra *s. u. m2*) *DBC et* (f *ex* t) *M* corporeas *scripsi* corporis *P* (i *ex* a) *cet.* 10 se, sed *scripsi* sese (*om.* sed) *T* sed se *cet.* 11 in his *s. u. P* cuniculis his *B* his uinculis *CM* 13 carram *P m1 T* charran *B* (r *pr. s. u.*) charram *P m2 cet.* uirtutes *P* (-is *m2*) *T* 14 eligentis *scripsi* eligentes *libri* qui ạṇṭę (*exp. m2*) autem amatores (es *ex* is *m2*) *P* 16 quia et (et *del. m2*) *P* 17 in (*eras.*) autem *P* 19 ergo] enim *T* 20 amfracṭibus *T* 22 loci patentis (*s. m2* ł locum patentem) *DN*

ita inflexus ad culpam, ut demigrare non posset. denique mentem suam ab illa lubrica possessione defendit et transtulit.

3, 8 Et perambulauit inquit Abraham usque ad locum Sychem ad quercum altam. nonne uidentur haec superflua, nisi rationem requiras, cum et altitudinem quercus non praetermiserit? sed ubi ratio est, nihil superfluum. Sychem enim uel umerus uel ceruix significatur, quod est laboris et exercitationis indicium. unde et Iacob uir exercitatus filio suo Ioseph eam praecipuam dedit. ergo quia neque sine dote naturae exercitatio ipsa per se perfectionem conferre potest et naturae gratia destituitur, si desit exercitatio — est enim ingeniosi adminiculum diligentia —, inducitur is uir, ad cuius imitationem formaris, ad naturae gratiam adiuncta exercitatione ita fundatior et excelsior factus, ut usque ad quercum altam pertransiret. quae arbor ut alta ita etiam robusta indicio est non facile animam sancti Abrahae saeculi huius procellis esse curuatam, sed mansisse sublimem, ut se a terrenis inquisitionibus ad altitudinem diuinae cognitionis eleuaret.
9 denique continuo apparuit illi deus. nusquam superius habes quod uisus esset illi deus. unde liquet eo referendum quia, quamdiu Chaldaeus fuit, hoc est non solum in regione, sed etiam in opinione Chaldaeorum, non poterat deum uidere, quem intra mundum quaerebat. Chaldaei enim mundum

4 Gen. 12, 6 8 Philo de migr. Abr. 39 (471, 28) 9 Gen. 48, 22 15 Philo de migr. Abr. 39 (471, 40) 20 Gen. 12, 7; cf. Philo quod det. pot. ins. 44 (221, 39; I 294, 12 *C.*) 24 Philo quis rer. diu. her. 20 (486, 22) Quaest. III 1

5 sychem *B* sycem *T* sicchem *D* sichem *P* (h *s. u. m3*) *cet.* haec *scripsi* et haec *T* & *P m1* esse *P m2 cet.* 7 sychem *BC* sicchem *D* sichem *cet.* 8 umerus *T* umeris *P m1* humerus *P m2 cet.* 10 iosep$_*$ *P* (o *eras.*, h *s.* o *m2*) iosep *M* doçte *P* 11 exercitatio$_*$ *P* 12 destitui *T* 14 formaļis *P* (r *s.* ļ *m2*) formule *T* 18 sublimen *TC* inquisitionib; *P* (ti *s. u. et* b; *ex* s *m2*)

superiorem deum dicunt ut etiam s . . . . . ticarum domus et 317 A
stellarum cursu ferri adserunt ea quae terrena sunt et quodam
coerceri uinculo. unde et deos stellas appellauerunt, eo quod
eas dominatum quendam habere supernum credant, quia
quaedam stellis ad terrena conpassio est. oportuit autem eos
aestimare quia qui conpatitur non etiam imperatorium ius
nec dominatum quasi deus possit habere in ea quorum aegrescit
conpassione, cum sit et ipse mortalis et corruptibilis. mundus
quoque cum sit factus, utique ipse deus non est, sed operator B
conditorque eius. ergo quamdiu mens Chaldaeicis erroribus
inflectitur, non uidet deum, quem in his quaerit quae uidentur,
non in his quae non uidentur. quae autem uidentur temporalia
sunt; nam quae non uidentur aeterna. sed non temporalis
deus; non igitur uidetur. non ergo mens ea uidet deum, quae
disciplinam Chaldaeorum sequitur. unde nec Abraham primum
uidebat. quomodo autem poterat uidere eum supra quem C
alterum esse arbitrabatur? ubi uero ad aliam demigrauit non
regionem, sed ueram religionem paratam humilitati — hoc enim
significat Chanaan —, tunc deum uidere coepit et eum cogno-
scere esse deum, cuius inuisibili uirtute aduertit omnia regi
et gubernari. hoc ergo scriptura docet, quia Abraham stella-
rum obseruatione demigrans deum uidit. confirmatio testimonii

18 cf. Siegfried, Die hebr. Worterkl. Philos p. 15

1 dicunt deum *B* ut] et *N* sticarum (siticarum *T*) *libri; lacunam significaui; excidit fortasse* solem et lunam stellarumque et fixarum et erra[ticarum], *cf. Philo de decalogo 12 (II 189, 19) de mundo 1 (II 602, 16) Quaest. in Gen. III 6*; dicunt et erraticarum motu stellarum et fixarum cursu regi *ed. Rom.* domos *B* domo *DN* 2 cursu *DN* cursus *cet.* asserant *D* (a *alt. ex* u) *NB* 3 coherceri *T* (h *s. u.*) *B* 6 qui *scripsi* quod *P* (*s. u. m2*) *cet.* non etiam *P* (etiam *exp. m2*) *T* nonnę & *T'* non *cet.* 7 ea *P m1 T* eis *P m2 cet.* 8 com *P* (v *s.* o *m2*) et ipse sit *T* 10 et conditor (*om.* que) *D* (et *s. u.*) *N* mens quamdiu *B* chaldeicis *P m1 T* chaldaicis *P m2 cet.* 11 uidet dns *T* quaerit in his *B* quaerit *om. DN* 12 non uidentur esse putat *D* (esse *extra u.*, putat *in ras.*) *N* 14 uidentur *P* 16 uidet *DN* *fort.* quomodo enim eum uidere *CM* 17 alium *B* 19 chanaam *PC* canaam *D* 20 dom *P* dnm *B* 21 a stellarum *P* (a *s. u. m2*) *cet.*

adiungitur, quia in loco aram domino aedificauit ei, qui sibi D
apparuit. inpressus est enim typus iste ualidus in anima
eius et manifesta fides ueritatis; suppetit enim grato uiro
memoria, ingrato inrepit obliuio. illi haerent a quibus adiuuatur,
isti labuntur omnia quae conferuntur. statuit autem aram, sed 5
non sacrificauit. posset mouere, nisi meminisses processus
menti huic scripturae serie seruari. et ideo spectabat a deo
genus discere sacrificandi. aduertebat enim inrationabilis ani-
mantis et mutae pecudis sacrificium dignam diuino cultu E
hostiam non . uideri. nondum in Isaac typum cognouerat 10
passionis futurae, nondum Melchisedech dederat ei benedicti-
11 onis gratiam, ut ista cognosceret. recessit inquit inde in
montem contra orientem Bethel. incrementum deuotionis
montis significat eminentia, cuius ascensio indicium est ube-
rioris processus. contra orientem ideo, quia prophetabat uen- 15
turum iustitiae solem, quod illic sapientia pararet sibi domum F
et inde per uirginem suum praedestinaret exortum. uolebat
ergo cognoscendorum mysteriorum iam lumen acciperé. sicut
enim sole mundus ita sapientiae splendore tota mens inlumi-
nabitur. meritoque posuit contra orientem Bethleem. domus 20
enim dei dicitur Bethleem, in qua natus est Christus. unde 318 A
ait per prophetam deus: et tu, Bethleem, non es minima
inter principes Iuda; ex te enim exiet princeps, qui
regat populum meum. non dixit contra Bethleem, sed

1 Gen. 12, 7 12 Gen. 12, 8 16 Malach. 4, 2 Prouerb. 9, 1 20 et 22 Mich. 5, 2

2 enim est *B* animaiji *P* animã *T* 4 inrep&/// *P* (i *s.* &) inrep'///it *D* inrepitit *C* irrep*it *M* 5 *post* labuntur *add.* ab illo a quo sunt *T* 6 posset *P* (e *ex* i *m2*) 7 menti huic *P m1 T* mentis huius *P m2 N* (*in ras.*) *cet.* 9 dignam *TB et* (a *ex* u) *T*^{v} dignum *cet.* 10 congregauerat *P* (*corr. m2*) *T* 11 passionis *P* (is *ex* es) 12 inde *om. N* inde inquit *M* 18 ergo] enim *B* cognoscendorum *P* (orum *ex* um) 19 mundos *P* (v *s.* o *m2*) inluminatur *T* 20 bethlem *P* bethel *T* bethelem *T*^{v} domus e. d. d. Bethleem *om. N* 21 bethlem *PTC* betelem *T* bethlehem *N*; *sic fere semper fluctuant libri* 22 bethlem *P* 24 *et* p. 573, 1 *et* 3 bethlem *PT*

tabernaculum ipsum Bethleem appellauit; ecclesia enim iustorum est tabernaculum. iam illa quis non miretur mysteria, quod Bethleem iuxta mare †aggeę ab oriente. etenim uel anima, quae meretur templum dei appellari, uel ecclesia tunditur saecularium curarum fluctibus, sed non subruitur, caeditur, B sed non labefactatur, commotiones fluctuum et insurrectiones passionum corporalium facilis premere ac mitigare. spectat aliorum naufragia ipsa inmunis et exsors periculi, parata semper ut inlucescat sibi Christus atque eius inluminatione iocunditatem adquirat sibi. sicut enim oculi pascuntur primo diei lumine, ita etiam mens nostra inuentis alitur sapientiae et quibusdam eius radiis uidetur splendescere. uisibilis enim C solis radiis terrae uaporantur, inuisibiles autem radii cordis 12 nostri penetrant interiores recessus. iterum aedificauit aram et inuocauit in nomine domini. processus fidei in domini inuocatione significauit. hoc adiecit superioribus.

4, 13 Et abiit Abraham et demoratus est in deserto. D tunc probatur mens, quando in quodam deserto est, ubi nulla cupiditatum lasciuia, nulla abundantia pecuniae, nullus sumptus luxuriae. utinam in hoc deserto esse possim destitutus E ab omni incentiuo cupiditatum, derelictus ab omni delinquendi studio, expoliatus iactantiae tumore! sed quia nos uel deus temptari patitur uel temptator incursat, cum sibi uidetur in deserto mens esse quieta ab omni terrenarum uoluptatum adpetentia, in Aegyptum inpellitur, ubi conpungi pos-

4 I Cor. 3, 16 14 Gen. 12, 8 17 Gen. 12, 9

3 aggeę *P m1* ai *T* est galilee *B* galileae (galilee *P m2*) est *P m2 cet.* *quid lateat non exploro* orientem *P* (m *exp. m2*) 4 appellari *P* (i *ex* e) 5 fluentibus *T* 6 commotiones *P* (e *ex* i *m2*) insurrectiones *P* (e *alt. ex* i *m2*) 9 eius *om. DN* iucunditatem *T* 11 alitur inuentis *N* 13 inuisibiles *P* (e *ex* i *m2*) radiiș *P* (s *exp. m2*) 14 penitent *P* (*s.* penetrant *m2*) 17 demoratus est *post* deserto *transponit B* (et *s. u.*) 22 iactantia & umorem *P* (m *alt. eras.*) iactantia et tumore *DNCM* nos uel deus *scripsi* nos deus uel *P* uel deus nos *cet.* 23 incursat *P* (s *s.* r) 25 adpaenitentia *P* (appetentia *m2*)

sit. stimulus enim mentis caro nostra est et passiones eius conpunctiones sunt nostrae. ipsa est Aegyptus nostra, hoc est caro nostra, ipsa est adflictio. in hanc descendit mens nostra, quando cogitat quae carnalia sunt, tunc autem ascendit, F
quando inuisibilia desiderat. ideo et Abraham dicitur descendisse in Aegyptnm, ut adfligeretur. patitur hoc mens nostra: interdum separat se a corpore, secernit ut singulariter agat, incorporalibus intendere atque adhaerere cupiens, interdum 319 A
propter conligationem animae et corporis inquinatur ad carnales uoluptates, quibus infirma subicitur, fortior non tenetur. adflictiones igitur forti uiro coronae sunt, inualido infirmitates. unde et ille non timebat adflictationes, quibus probaretur merito, qui dicit: nam et cum uenissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed in omnibus sumus adflictati: foris pugnae, intus timores.

14 Sed ut descenderet in Aegyptum famis coegit. exoritur B
enim saeua mentis famis, quando adpetentia carnis huius exundat, ut expetat ea quae saluti aduersa sunt. redigunt enim nos in angustias corporis, cum alieni cupiditas inrepit,
luxuria suauitati est, cordi iactantia. temptamur omnes. inflectitur etiam sobrius animus, descendit in Aegyptum, hoc est in adflictionem corporis. sic tamen descendit, ut quasi aduena ad tempus incolere, non quasi ciuis possidere uideatur. iustus enim dixit: aduena sum in terra hac et alibi: heu me C

2 Philo Legg. alleg. 15 et 19 (I 77, 7 et 80, 12; I 92, 3 et 105, 19 *C.*) 5 Gen 12, 10 13 II Cor. 7, 5 17 Gen. 12, 10 25 Psalm. CXVIII 19 et CXVIIII 5

1 passiones *P* (s *ult. s. u.*) 2 nostrae sunt *B* 3 discendit *P* 4 ascendet *P* (-it *m2*) *T* 5 abram *T* 8 intenderet *P* (t *alt. eras.*) 9 inquinatur *P m1 T* inclinatur *P m2 cet.* 11 adflictiones *P m1 DNCM* afflictationes (adfl. *T*) *P m2 TB, recte puto* 12 adflictiones *TDNCM* merito probaretur *B* 13 que *P* (*corr. m1*) *T* machedoniam *P* 15 afflicti *DNCM* 17 *sq.* famis *P m1* fames *P m2 cet.* 19 ut *PTB* et *cet.* expectat *P et T'* (*hi* c *eras.*) *cet.* aduersae *DN* 20 enim *om. DNCM* alieni *T* aueni *P m1* habendi *P m2 cet.* surrepit *B* 25 ego sum *T* (ἐγώ εἰμι *LXX*)

15 quod incolatus meus prolongatus est. descensus autem Abraham in Aegyptum, hoc est ad feros et barbaros mores, qui uirtuti deferre nescirent, ne nocerent per inuidiam, dixit Sarae, ne se uxorem eius diceret, sed sororem appel- 5 laret. et hinc grande sobriae mentis mysterium, cui cito inuidetur. et ideo ut inuidiam reprimat, humiliorem se praestare debet. non sibi principatum super omnes uindicet, non sibi soli sapientiam quasi praecipuam adroget. haec est quam sibi D Solomon uxorem adquisiuit; uxor enim praecipue est uni de- 10 bita. itaque omnes cupiunt tali se copula dignos uideri et dolent sibi aliquem praeferri, qui tanta solus potiatur pulchritudine. soror autem quodam uel iure germanitatis uel nomine plerisque sociatur. et ideo uerum amatorem suum integrum 16 ab iniuria reseruat. unde uidentes eam Aegyptii, qui non 15 possent discernere nec uirtutis formam cognoscere, uulgari E aestimantes iudicio induxerunt ad tyrannum, hoc est ad mentem superbam, quae pondus sapientiae non sustinuit et ideo adflictata est. etenim cum animam inprobam uirtutis intrauerit sermo, redarguit eam culpae errorisque pudore adficit et pro- 20 lapsionis torquet dolore. namque dum in quadam sumus delinquendi libidine, nebulis quibusdam insipientiae mens obducitur et fumo quodam iniquitatis oculi eius caligant, ne uideat eorum quae concupiscit deformitatem, sed cum omnis nebula F transierit et sapientiae splendor refulserit, grauia tormenta 25 exercentur in quodam male conscii secretario. itaque grauior nostra mens iudex est conscientiae reatu et iudicio paenitentiae. quodsi uel aegra per culpam uel inualida per infirmi-

1 Gen. 12, 11 sqq. 9 Reg. III 3, 9 sqq. 16 Gen. 12, 15

1 descensus *P m1 T* descendens *P m2 cet.* 2 in Aegyptum *P s. u. m2, om. T* 4 sororem eius *DN* 5 sobriae mentis *PT* uirtutis *cet.* 8 quasi *om. DN* 9 salomon *libri* 10 et dolent *T* ut dolent *P m1* ut doleant *P m2 cet.* 11 qui *scripsi* quis *libri* patiatur *P* (o *m2 s.* a *pr.*) *C* 14 iniuria *P* (in *s. u.*) reseruat *P* (r *pr. ex* s) 17 sapientiae pondus *B* adflicta *DNBCM* 22 caligantur *P* (ur *add. m2*) *DNCM* uideant *N* (nt *in ras.*) 24 splendor refulserit *PTB* fulgore fulserit *cet.* 26 mens nostra *B*

tatem non potuerit ferre ac perpeti uirtutis praesentiam, dimittit eam atque a se relegat nec patitur eam uolui in se et adhaerere cogitationibus suis. et ut infirmiores oculi lucem refugiunt, ita mens inualida sapientiae fulgorem non sustinet. tales erant Gerasenorum, qui rogabant ut transiret de finibus 320 A eorum dominus Iesus.

17 Denique et iste rex Aegypti ait ad Abraham: quid hoc fecisti mihi? quare non dixisti mihi quia uxor tua est, sed dixisti quia soror tua est? et sumpseram eam mihi uxorem. et nunc ecce mulier tua ante te, accipe et recurre hinc. inducamus animo intemperantem aliquem, qui intuitus castitatis gratiam et quodam eius captus decore sequendam putet, deinde pedisequas eius nesciens, quibus comitata incedit et stipata aduenit, sobrietatem scilicet et modestiam ac uerecundiam, parsimoniam cibi, fugam lasciuiae procacitatis petulantiae, cautionem seriam, sollicitam custodiam, subito aut ebrietatis succensus calore aut ipsius carnis aestu aut occursu formae decentioris nequaquam se teneat nec legi carnis repugnet. nonne dicit: 'putaui rem faciliorem castimoniam sequi: supra umeros meos, supra uires meas est. rarus cui ista iungantur. uale castitas, recede, recede

B

5 Matth. 8, 34 7 Gen. 12, 18 sq.

1 praesentiã *P* (ã *m2 ex* a) 2 relegat *P* (e *alt. m2 ex* i) religat *TN* 3 cogitationibus suis adhaerere *B* 5 gerassenorum *P m1* geraseni *NB* gerasseni *P m2 cet.* 7 ait ad *P* (*in ras.*) abram *T* 8 mihi *ante* quia *om. PB, cf. p. 577, 8* soror *P* (ux *s.* sor *m2*) 9 sed ... tua est *infra in mg. m1 P; fort. hoc quoque loco* mea *scribendum est, cf. p. 508, 4* quia *s. u. T* 10 eam *om. DN* mihi in uxorem *BC* ecce nunc *B* 11 inducamus *T* induamus *P m1* intueamur *P m2 cet.* 12 & *D, om. N* 13 sequendam *P* (se *s. u. m2*); *malim* sequendam ‹eam› pedissequas *DNBCM* 14 colligata *D* (colliga *in ras.*) *N* cogitata *C* incedit *P* (e *ex* i *m2*) 15 ac] et *N* 16 petulantiae *Gelenius* petulantiam *libri* cautiorem feriam *DNCM* 17 calorem *P* (m *eras.*) 18 aestua ut *P* aestuat (at *in ras.*) ut *T* estuauit *D* ocursu *T* descensionis *DN* descensoris *C* descensioris *M* 19 nec *P* (c *m2 ex* g) 21 iungantur *D* (n *s. u.*) iungatur *N* *alt.* recede *om. N*

de finibus sensuum meorum. recurre cito eo unde uenisti. non C
sustineo praesentiam tuam, adfligor grauibus quaestionibus,
18 dum tenendam te arbitror, quam tenere non possum.' conuer-
sus deinde ad aliquem monitorem sui, qui studuerit in eius
5 mentem inducere adsuetudinem castimoniae allegans non arduam
fore nec inpossibilem, sed pluribus sociam, finitimam studio-
sis, conuenientem uoluntariis 'quid hoc' inquit 'fecisti mihi?
quare non dixisti mihi quia uxor tua est?' — hoc est, quae non D
perfunctorie, sed legitimo teneatur coniugio, maximam secum
10 uehat dotem, quae inuehat grauia onera matrimonii et durae
faenus coniunctionis —, 'sed dixisti sororem, nullis adstrictam
legibus et naturae sociam, non iure aliquo dotalis census su-
perbam ac potentem. itaque inprudens onerum eius copulan-
dam mihi eam et retinendam putaueram. sed intellexi quod
15 pondus sit in ea et sarcina. ecce mulierem tuam, id est ecce E
persuasio tua ante te, accipe et recurre. nolo ante me sit,
nolo in meis cogitationibus. tolle te hinc cum tuis consiliis,
cum tua admonitione, cito tolle, cito recurre: moras tuas non
fero, adflictiones sunt mihi: satis est quod ante deceptus sum.'
20 et misit alumnos suos, quibus uagatur plerumque mens in-
temperantior, uoluens animo cogitationes luxuriae ambitionis
auaritiae et diuersas inlecebras offendens, ut eliminarent ac
longe propellerent castimoniam, ne recursum faceret in eos F
fines, quibus fuerat expulsa, quo secura iam et arbitrii serio-
25 ris libera in peccatis suis redargui non reformidaret.

1 de *s. u. m2 P* recurre cito *P* (re c *in ras.*) unde *PB* unde huc *T* unde hic *cet.* 2 quaestionib. *P* (b. *ex* s) 3 tenendum *DNCM* 5 *post* non arduam *add.* arduam non *DN* 8 quae] quod *B* 10 onera *TT'B* honera *D* (h *eras.*) *cet.* 11 fenus *libri* dixisti *P* (sti *s. u. m2*) 12 naturæ *P* (æ *ex* a) 13 onerum *α* onorum *T* bonorum *B* honorum *cet.* 14 tenendam *TT'* 15 mulier tua adest *B* 16 et accipe *CM* curre *DN* 17 cogitationibus sit *B* tollite (*om.* te) *T* 19 refero *DN* 20 plerumque uagatur *B* 22 eliminarent *P* (i *alt. ex* a) ac *ex* hanc *T* 23 proponerent *DNCM* 24 quod *T* 25 formidarent *DN*

5, 19 Discessit itaque Abraham inde habens secum uxorem suam 321 A
Saram, hoc est principalem, non seruientem. ideo et dicitur
illi: audi Sarram uxorem tuam. quae enim seruitio delic- B
torum se exsuit principatum habet, non seruitutem. mens ergo
ualidior principalem uirtutem secum habet, hoc est inperitan- 5
tem corporis sensibus, non oboedientem, quae de Aegypto
secum omnia retulit, nihil ibi disciplinarum suarum amisit,
non colorata est intemperantia, insolentia, flagitiorum inmode-
stia, non expoliata est amictu sedulae sobrietatis, non exuta
20 uestimento pudoris. erat diues ualde, utpote cui nihil 10 C
bonorum deerat, qui non alieni erat adpetens, quia nullius
indigebat, quod suum dici uellet. hoc est enim esse diuitem,
habere quod satis uoluntati sit; mensuram enim frugalitas
habet, census non habet, cuius modus in arbitrio quaerentis
est. erat autem diues pecoribus, argento et auro. quid sibi 15
hoc uult? non mihi uidentur in homine iusto saeculares
diuitiae laudari. unde in pecoribus corporales sensus intel-
lego, quia et ipsi inrationabiles sunt, in argento sermonem, D
in auro mentem. merito diues erat Abraham, quia regebat
sensus inrationabiles. denique et domuit et mansuetos fecit, 20
ut fierent rationabiles. habebat sermonem fidei colore splen-
didum, purgatum spiritalis gratia disciplinae, habebat men-
tem plenam prudentiae. et ideo auro conparatur mens bona
quia sicut aurum ceteris praestat metallis ita mens bona
in homine ceteris potior est humanae substantiae portionibus. 25

1 Gen. 13, 1 3 Gen. 21, 12 10 Gen. 13, 2 21 Psalm. XI 7

1 abram *T* 4 exsuit *P* (s *eras.*) exuit *cet.* 6 sensibus corporis *B* quae enim de *B* 8 temperantia *T* modestia *TN* 9 amictu *DN* amictum *cet.* 10 ualide *P* 11 qui *T et* (i *in ras.*) *D* quae *cet.* quia *T* qui *D* (*in ras.*) *N* quae *cet.* 12 indigebat (b *ex* r) *P* erat indigens *B* uellet dici *T* 13 habere *om. DN* quod satis (*del. m1*) quod satis *P* uoluntatiș *P* uoluntati *T* (ti *s. u. m3*) frugilitas *P et* (*corr. m2*) *T'* fragilitas *C* 15 autem] enim *DN* sibi *P* (bi *s. u.*) 16 saeculares *P* (e *alt. ex* i) 17 corporales *P* (e *ex* i) 18 qui *B* inrationabiles *P* (in *s. u. m2*) 19 abram *T* 21 calore *DNCM* 22 gratiae *P* (e *eras.*) *T* disciplina *T* 23 ideo ḍẹ *P* (de *exp. m2*)

in tribus igitur census sapientis, in sensu sermone mente. E
gradus quidam per ordinem factus est, sicut etiam in apostolo legimus: manet autem fides spes caritas, tria haec: maior autem his est caritas. et mens igitur
5 maior est, quia ipsa est quae molit spiritale frumentum, ut purgationem sensum sermonumque proferat. seruatur ubique persona sapientis uiri.

21 Denique eo inducitur redisse Abraham, hoc est in Bethel, unde in Aegyptum descenderat, ut agnoscamus quod etiam F
10 iusti in domo dei positi et uerbo dei intenti temptantur quidem saecularibus adflictationibus, sed non alienantur a domo dei et a custodia praeceptorum caelestium. suis contentos esse finibus, non extolli diuitiarum copiis, rebus secundum gratiam uoluptatum fluentibus, hoc esse mentis optimae, me-
15 ditari semper principium et finem, eo procedere et inde egredi, hoc esse bonum. bonum autem sapientia est; nemo enim bonus 322 A
nisi unus deus. ab eo procedimus creati per ipsum, ad eum reuertimur, quia cum Christo esse multo melius. et ut scias quia bonum est congruere principium et finem, ipse
20 ait bonus dominus Iesus: ego sum A et Ω, principium et finis.

22 Mens igitur nostra cum ipso semper sit, ab eius templo, ab eius uerbo numquam recedat. semper in lectione scriptu-

3 I Cor. 13, 13 5 Matth. 24, 41 8 Gen. 13, 3 16 Luc 18, 19 18 Philipp. 1, 23 20 Apoc. 1, 8

1 in sermone *D* (in *del.*) *N* 2 est *om. C* apostolo *P* (o *ult. ex* e) 6 purgatior est *T* (st *eras.*) sensum *P m1 T* sensuum *P m2 cet.* sermonumque *D* (u *in ras.*) *NM* sermonemque *P* (-quae) *T* (-quae) *cet.* 8 hoc *P* (c *s. u.*) 9 unde et in *T* 11 afflictionibus *DNC* 12 suis] si uis *DN* 13 et rebus *D* (et *s. u.*) *N* secundum *P* (se *in ras. m2*) 14 uoluptatem *P* (v *s.* e) uoluptate *T* hoc scias esse *D* (*in ras. ex* hoc esse) hos scias esse *N*; *et re uera requiri uidetur uerbum, unde infinitiui* esse *(u. 14 et 16) pendeant* obtimae mentis *T* 15 egredi (*in ras.*) *B* 16 sapientiae *P* (e *alt. eras.*) *T* 17 eum] ipsum *B* 18 reuertimur *P* (re *in ras.*) 19 et finem *s. u. m2 P*, *om. T*, *in quo* principio *legitur* 20 dominus *om. DN* Λ. et. ω *P* alpha et ω *N* 23 lectionem *P*

rarum sit, meditationibus, orationibus. ut sermo eius qui est semper operetur in nobis et ut cotidie procedentes in ecclesiam uel domesticis incubantes orationibus ab ipso incipimus et in ipso desinimus, ita totius hic dies uitae nostrae et cursus diei abs e<o> sumat principium et ipsi desinat; sicut enim a principio uitae credere et initiari deo salus est, ita et perseuerantia usque necessaria est. est autem mentis optimae diligentia, ut uerbo dei intenta nihil faciat inrationabile, unde tristitia subeat, ut iugiter actuum suorum bene conscia laetitiam bonae seruet conscientiae. quod enim bonum, hoc sine timore et sine tristitia est, id est securitatis plenum et gratiae; possessio enim iusti gratum esse deo, insipientum autem nullus gratus. ideo Esaias 'adpropinquante bono' ait 'fugiet dolor et tristitia et gemitus.' Iohannes quoque in Apocalypsi et ipse inquit deus cum illis erit et delebit omnem lacrimam de oculis eorum, et mors non erit amplius neque luctus neque clamor neque dolor ulterius. in resurrectione enim iustorum laetitia iugis erit et gratia, cum illud bonum coeperit esse cum sanctis suis, quando requiescent in sinu Abrahae in eius positi tabernaculo, quod intra domum uel sermonem dei et gratiam fixum est, significans innocentiam fidelium gratias agere auctori suo, qui non habent unde eos paeniteat in hoc mundo fuisse. factis

5 Uerg. Ecl. 8, 11 14 Esai. 35, 10 15 Apoc. 21, 3 sq. 20 Luc. 16, 22

1 et orationibus intenta *B* 2 cotidie *P* (c *ex* qu) 3 incipimus *T* incipiamus *P* (a *s. u.*) *cet.* 4 desinimus *P* (a *s.* ¡ *alt.*) *T* desinamus *T'B* finiamus *cet.* 5 abs eo *scripsi* a se *TB* ab se *cet.* ipsi] in se *DN* 6 deo *om. DN* salus *T'* (a *ex* o) *DNCM* solus *P* solo *T* soli *B* 7 et *s. u. B, om. DN* usque in finem *T* usque ad finem *B* (*in mg. m2* uitae) 10 bene *T'* seruet bonae *B* 12 grata est *D* (*in ras. ex* gratum ee) *TN* insipientum *P* insipientium *cet.* 13 gratus *T* gradus *cet.* adpropinquantem *P* adpropinquantẽ *T* 14 tristia *P* (tristicia *T'*) 15 ipse] ille *DN* 16 delebit *P* (b *ex* u *m2*) **de *P* ab *B* 17 neque luctus . . . ulterius *om. T* 18 resurrectionem *P* 19 esse coeperit *B* sanctis *om. DN* 21 intra *scripsi* inter *libri* 22 innocentiam *T'* (a *ex* u) innocentium *cet.* agere gratias *DNCM*

itaque simplicibus Abrahae magnarum institutionum documenta explicantur. merito diues, qui etiam disputationes philoso- E
phorum diuites facit, qui de eius actu praecepta formarent sua.
24 eius ergo diuitias scriptura expresserat. supererat cognoscere
utrumnam Loth quoque nepos eius et ipse utpote eiusdem suc-
cessionis diues fuerit, sed scriptura eum pecoris tantum abun-
dantem adserit. denique sic habet: et Loth, qui ambulabat
cum Abraham, erant oues et boues et tabernacula.
non habebat argentum, quia nondum iustus; etenim argen- F
tum ignitum lingua iusti. non habebat aurum, quod
habebat ille qui uidit Christi posteriora, de quo scriptum
est: et posteriora eius in specie auri. uidit illum
Abraham, sicut testatus est dominus dicens: Abraham diem
meum uidit et gauisus est. et ideo auri speciem habere
meruit et possidere.

6, 25 Nunc illud nequaquam praetereundum arbitror, quod uide- 323 AB
tur etiam doctiores mouisse, qua ratione sic scriptum sit:
et Loth, qui ambulabat cum Abraham, quasi esset alter
Loth, qui non ambulabat cum eo, secundum quod accepimus.
et putant plerique non solui quaestionem. ergo ut illis satis-
faciamus et a regula scripturae non recedamus, unam personam
dicimus, duo negotia, quod in uno eodemque uiro duae res
significentur. numero unus est, nomine duplex. declinatio
enim dicitur Loth, sicut habet Latina interpretatio, declinat C

7 Gen. 13, 5 9 Prouerb. 10, 20 12 Psalm. LXVII 14 13 Ioh. 8, 56 18 Gen. 13, 5 23 Philo de migr. Abr. 27 (459, 4)

1 magnarum abrahae *B* 4 scripturas *T* 6 fuerat *T* aut eum *T'* 7 adserit] commemorat *B* 8 abram *T* erant autem (autem *del.*) *P* boues et oues *T* 9 non habebat argentum *T'DNBCM* non ulla auri habebat argentum *P* nihil nulla auri habebat et argenti *T*; *fort. lacuna statuenda:* non ulla auri ‹argentiue fit commemoratio. non› habebat argentum 10 lingua *P* (*ex* lugua) ligna *C* ligua *M* 11 posteriora xpi *B* 15 meruerit *T* 17 doctiores *P* (e *ex* i *m2*) monuisse *CM* 18 abram *T* esset et alter *P* (et *s. u. m2*) *TCM* et alter esset *B* esset *om. DN* 18 *sq.* ambulat *DN* 19 quod *om. PC* 22 eodem (*om.* que) *CM* 24 declinata *P*

autem quis et bonum et malum. cum ergo Loth declinaret malum, hoc est errorem flagitium crimen, iungebatur patruo: cum declinaret bonum, hoc est iustum innocentem sanctum religiosum, sociabatur flagitio. bene ergo dixit: et Loth, qui ambulabat cum Abraham, quia adhuc non elegerat Sodomam, non habitabat cum flagitiorum auctoribus; postea enim habitare coepit in Sodomis. ideoque quasi a se ipso mutatus uelut alter accipitur, non solum a iusto uiro, sed a D
26 se ipso desciscens. denique quia studio iam deflecti coeperat a patruo, non capiebat eos terra; nulla enim spatia possunt satis esse discordibus. quietis et pacificis etiam angusta abundant, dissonis moribus etiam spatiosa artantur. et quia a principio dixi mentem hic formari hominis, quae a principio <non> perfecta fuerat, sed per incrementa et gradus quosdam proficit, ideo ait: non capiebat eos terra, hoc est una E anima motus diuersos non recipiebat naturaliter sibi repugnantes. potest tamen fieri ut interdum non omnia in uno eodemque perfecta sint, possit tamen aliqui uitia sua operire uel motus suos temperare, si aut plura bona sint, quibus pauciora uitia operiat, aut repentinam commotionem consilio maturiore inflectat. uerum si ex utraque parte plura concurrant dissona ac repugnantia, habitatio discrepantium uirtutum ac passionum in una anima soluatur necesse est. figurate ergo F animam secundum physiologos terram appellauit. nam et

7 Uerg. Aen. II 274 10 Gen. 13, 6

1 quis *P m1 T* quisque *P m2 cet.* et bonum et *P m1 T* aut bonum aut *P m2 BC* aut ad bonum aut *M* ad bonum aut ad *D* (ad *pr. ex* aut, ad *alt. s. u.*) *N* declinaret loth *B* 5 ambulat *DN* 6 flagitiosorum *P* (so *eras.*) *T* 7 coepit habitare *DNCM* in] cum *DN* ad (d *eras.*) *T* 8 aliter *P* (i *eras.*) a *pr. P s. u., om. T* 9 quia *om. B* 13 a principio *om. T* 14 non *addidi*; imperfecta *M Maurini* 15 proficent *P* (-cit *m2*) proficerat *T* capiebat *B ed. Rom.* capit. *T* capit *cet.* anima una *B* 18 possint *P* aliqui *P m1* aliquis *T* aliqua *P m2 cet.* 20 consilio *P* (i *alt. s. u. m2*) 21 inflectit *P* (a *s.* ¡ *alt.*) reflectat *D* (re *eras.*) flectat *NCM* parte *om. DN* 24 fisiologos *PTC* fysiologos *T'* phisiologos *BM* philosofos *D* (f *in ras.*) philosophos *N*

Solomon ait: tamquam agricultura homo inprudens, quae si fecunda sit opimis segetum fructibus, abscondere potest spinas: sin uero spinae concurrant aristis, secandi nulla est copia.

27 Qui igitur pastores sint et quorum animantium et quae rixa inter pastores Abrahae et inter pastores Loth consideremus. pastores sunt magistri gregum uel diligentes et sobrii, [uel] non sinentes agrorum culta obteri pedis uestigio atque aduri dentibus, uel neglegentes et remissi, qui non reuocent pecus suum, quo herbosa et non fructuosa pascantur, sed 324 A libere uagari per uarios agri fructus sinant. istorum ergo pastorum sollers custodia necessaria est, ne forte adscribatur diligentibus quod euenit neglegentium incuria. sed quia non sermo de uisibilibus, ideo cuius pecoris pastores sint prius consideremus. pastores hos definire possumus. pastores inquit iumentorum, iumenta autem sensus corporis inrationabiles significare accepimus. qui sunt ergo pastores sensuum nisi praeceptores et quasi quidam rectores et duces eorum B uel monitores alicuius sermonis uel mentis nostrae cogitationes? qui si pastoralis disciplinae gnari ac tenaces sunt, non permittunt longius sensuum gregem uagari et inutilibus aut noxiis inhaerere pabulis, sed prouido ductu reuocant et frenos rationis admouent atque obsistunt renitentibus. mali autem praeceptores uel inutiles disceptationes permittunt eos impetu

1 Prouerb. 24, 45 6 Gen. 13, 7 15 Gen. 13, 7

1 salomon *libri* 3 siu *T* (n *s. u.*) sin* *D* si *M* 4 nullae (*om.* est) *P* (*m2* nullaẽ) *T* 7 sobrii *P* (i *alt. add. m2*) 8 uel *deleuit Gelenius*, uel si *C* pedum obteri *B* 9 dentibus *P* (d *s. u. m2*) sentibus *Ta* qui] et qui *DN* 10 qui *P* (o *s.* ¡ *m2*) *T* pascantur *P* (n *exp. m2*) *T* pascatur *cet.* 14 pecoris *T* (s *ex* bus) pastores *P* (e *ex* i *m2*) 17 significare *scripsi* significari *libri*; per iumenta *Maurini* 18 et (*alt.*) *T* &çụm *P* (*s. m2* gregum) gregum *cet.* 20 ac] et *NB* 21 aut] ac *DNBCM* 22 ductu *scripsi* ductore *PBCM* ductores *T* doctore *DN* uocant *P m1* (reuocant *m2*) *T* 23 renit*entibus *P* (a *eras.*?) 24 inutiles disceptationes *B* inutilis disceptationis *PDNC* inutiles disceptationibus *T* inutilis dispensatores *M*

suo ferri et in praeruptum ac periculum ruere et culta obterere, fructuosa depasci. ut si qui sunt in eadem anima C uirtutis huc usque fructus. eos quoque dissipent. hinc ergo cogitationum nostrarum discordia. cum caro repugnat aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, non mediocris pugna est, quando ipse apostolus, uas electionis dominicae, dicit: uideo legem carnis meae repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati, quod est in membris meis. sedare hanc pugnam ipse nequierat et ideo ad Christum confugit dicens: infelix ego homo, quis D me liberabit de corpore mortis huius? hoc est, ne delectationibus carnis adhaeream. quis igitur est qui me his soluat uinculis et liberum societ deo sensusque ad sobrietatem magis animae detorqueat quam ad corporis temulentiam? sed quia inter homines tantum non potuit rectorem inuenire, conuersus ad deum gratia inquit dei per Iesum Christum dominum. si fortior suis se non commisit uiribus, quo corpus mortis euaderet, sed auxilium quaesiuit E a Christo, quid nos facere oportet infirmiores? hanc pugnam grauem esse cognouit Abraham et ideo in principio cauendam putauit; sapienti enim pacis est studium, inprudenti amica iurgia.

28 Non sit inquit rixa inter me et inter te et inter

4 Galat. 5, 17 6 Act. 9, 15 Rom. 7, 23 10 Rom. 7, 24 16 Rom. 7, 25 23 Gen. 13, 8

1 ferri *P* (r *alt. s. u.*) 2 si quae *DN* 3 uirtutis *TB* uirtutes *cet.* huc usque *scripsi* huiusce *PC* huiuscae *T* huiuscemodi *cet.* eos fructus quoque *N* eos quoque (*haec in ras. min. spatii*) fructus *B* 5 spiritus *P m1 T* et spiritus *P m2 cet.* est pugna *B* 9 ipse in se *T*, *fort. recte* nequierat *N* nequiuerat *DB* nequirat (i *ex* a *m2*) *P* nequibat *T et* (b *in ras.*) *T'* requirat *C* requirit *M* 10 refugit *DN* 11 liberauit *P* (*corr. m2*) *T* 12 delectationibus *M* delectationis *PC et* (s *eras.*) *T'* delectationi *cet.* his (h *s. u. m2*) *P* 13 mortis uinculis *B* deo *om. DN* 14 temulentiam (e *pr. m2 ex* i) *P* 17 suis *eras. in D, om. N* se *om. TBDN* 18 quod *N* 19 oportet facere *B* infirmos *CM* 20 cauendam *T* cauendum esse *N* cauendum *cet.* 23 *et* 585, 1 inter *ante* pastores *om. DN*, inter 585, 1 *om. CM*

pastores meos et inter pastores tuos, quia homines fratres nos sumus. patruum legimus Abraham et Lọth eius nepotem: quomodo eum fratrem appellat? sed aduerte quia causas concordiae sapiens adhibet. unde praemisit: F homines sumus. omnes autem homines unius naturae partus sunt intra eius concepti uiscera et uno foti atque effusi utero. unde nobis iure quodam germanitatis uelut fratres conectimur ab uno patre conditi et una matre tamquam uterini fratres editi. et ideo cum simus rationabilis naturae suboles, tamquam uterini nos diligere debemus amore mutuo, non inpugnare ac persequi. multo autem uerius ad unam animam refertur, cuius rationabile cognatos habet, ut supra diximus, sensus inrationabilis, quod autem rationabile uirtutum habet copulam. unde fraterna quadam sibi copulantur necessitudine uitia uir- 325 A tutesque hominis, quia illa carnalia, istae rationabilis animae sunt, caro autem atque anima uelut quadam lege sociantur coniugii, ex quibus homo constat. homo igitur uelut portiones suas foederare debet atque ad pacem cogere. sed quia nemo erat tantus qui carnem uinceret, ideo uenit pax nostra, qui fecit utraque unum et medium parietem maceriae soluens, inimicitias, in carne sua legem mandatorum edictis euacuans, ut duos conderet B in semet ipso, in uno nouo homine faciens pacem, ut reconciliaret utrosque in uno corpore deo per crucem, interficiens inimicitias in semet ipso.

12 cf. sect. 2 19 Ephes. 2, 14 sq.

1 omnes *P* (homines *m2*) *TC*, *om. B* 2 nos *s. u. P* 3 appellat (e *s. u.*) *P* aduerte (d *s. u.*) *T* auerte *DCM* 4 causas (s *alt. m2 in ras.*) *P* adhibet (e *ex* i) *P* 6 concepti (e *ex* i) *P* 9 soboles (*ex* sobulis *m2*) *P* subolis *T* 10 inpugnare (nare *extra u. m2*) *P* 11 cuius id est (id est *exp. m2*) *P* 12 rationabile *TB* inrationabile *P* (is *s.* e) *cet.* inrationabilis (e *s.* i *ult.*) *P* inrationabiles *cet.* 14 uirtutesque (e *pr. ex* i *m2*) *P* 15 hominis (i *alt. ex* e) *P* omnes *T* carnalia *T* carnalis *P* (s *in ras.*) *cet.* rationabiles *P* (-is *m2*) *T* 16 & (*eras.*) uelut (*s.* e *ras.*) *P* 21 legē (ē *ex* e *m2*) *P* 22 mandatorem (v *s.* e) *P*

recte igitur se ut hominem infelicem dixit apostolus, qui tantum bellum intra se pateretur, quod non possit restinguere. denique cum de una portiuncula passionum, hoc est iracundia diceret, Solomon melior est inquit sapiens forti, qui autem iracundiam continet melior est quam qui urbem capit. beatus igitur qui hoc bellum C euaserit etiam non aduena atque peregrinus, sed ciuis sanctorum et domesticus dei, quem in terris positum terrena non quatiant.

29 Hunc affectum seruare cupiebat sanctus Abraham. itaque ut uir pacificus primo ait: non sit rixa inter me et te. deinde ait: et inter pastores meos et inter pastores tuos. tertium posuit: ecce inquit tota terra ante te. hoc est: si non potest conuenire, cedo omnibus; totum cape, si de loco aut possessione dissensio est. quod si moribus non conuenit, discede a me. quanta ante praemisit, ne cogeretur D discedere! sed etiam hoc uirtutis ac disciplinae est. dixit enim ante nos uir ex philosophiae profectus disciplina quattuor haec uiro bono inesse: ut elaboret primum ut omnes sibi amicos faciat: secundum esse ut, si non potest amicos facere, certe nec inimicos: tertium ut, si nec istud subpetit, hac sententia discedat: si quis autem cedentem persequatur, uindicet

1 Rom. 7, 24 4 Prouerb. 16, 32 6 Ephes. 2, 19 11 Gen. 13, 8 12 Gen. 13, 8 14 Gen. 13, 9

2 *an* posset? 4 solomon *PC* salomon *cet.* 5 forti *P m1 TB* forte *P m2 cet.* 6 igitur *om. T* 7 aduena (d *in ras., ex* r?) *P* atque] nec *DN* ciuis (is *ex* es) *P* 10 affectum (af *in ras. m2*) *P* sanctus *om. DN* 11 picificus (a *s.* i) *P* sit (s *in ras.*) *P* et inter te *B* 12 deinde ait *T* inde ait *P* (*extra u. m2*) *cet.* *alt.* inter *om. DNCM* 14 totum cape *post* dissensio est *transponit B* 18 philosophiaę (e *exp. m2*) *P* philosophia *DBC* profectus (p *s.* pro *m2*) *P* perfectus *DN* per profectus *T'B* disciplinę *PB* 19 bono uiro *DNCM* amicos faciat sibi *N* 20 secundo esse *P* (ṽ *s.* o *et* esse *eras. m2*) *T* secundum *T' cet.* 21 hac *scripsi* haec *P* (*exp. m2 et s. scr.* ex) ex *TT'BM* et *DNC* per (sententiã) *B* 22 *post* discedat *add.* quartum *P* (*in mg. m2*) *T'DNBCM* si quis autem cedentem *P* (*m2 indicauit* autem *post* quartum *collocandum esse*) *TCM* autem si quis cedentem *T'* (*in ras.*)

se ut potest. sed illa tria superiora in Abrahae non sermonibus nudis, sed ueris operibus agnoscimus. quartum autem non E ita est, quando etiam circa cedentem seruauit adfectum parentis, ut eum non solum non persequeretur, sed etiam captum erueret ac liberaret. denique apostolus cum tria illa doceat, quartum praeceptis suis soluit, quod addiderat philosophia. ait enim, cum pacificum dei populum informare uellet: si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, deinde si hoc non potest. certe nec F discordias nec inimicitias. ideoque addidit: non uos uindicantes, carissimi, in quo et quartum illud excluditur. uindicare nos nequaquam uelimus, sed date inquit locum irae. habes et tertium, ut discedas magis et uindictam deo committas quam tibi exigas, quamquam et hoc secundum legem magis dictum uideri uoluit; nam secundum euangelium supra habes: benedicite eos qui uos persequuntur. habes haec praecepta ad Timotheum in secunda epistula. propter quam causam inquit admoneo te, ut resuscites gratiam dei, quae est in te per inpositionem manum mearum. non enim dedit nobis deus spiritum 326 A timoris, sed uirtutis et dilectionis et sobrietatis. et iterum: tu autem, fili carissime, fortitudinem cape in gratia. habes ergo primae praeceptum sententiae,

7 Rom. 12, 18 11 Rom 12, 19 12 Rom. 12, 19 13 Rom. 12, 19 16 Matth. 5, 44 17 II Tim. 1, 6 sq. 22 II Tim. 2, 1

si quis cedentem autem *B* si quis (*deinde ras. 5 fere litt. D*) cedentem *DN* 2 autem *om. B* 5 illa *om. T* 6 quartam *PC et* (v *s.* a *alt.*) *D* 7 populum dei *B* fidei populum *CM* 9 deinde . . . potest *om. T* post-est (s *pr. eras.*) *P* 10 discordia *P* (-ias *m2*) *T* (*in quo est* inimicitia) ideo *DCM* addidit *om. B* 11 quartum *Maurini* tertium *libri* ut uindicare *DN* ne uindicare *B* 12 uellimus (l *pr. exp. m2*) *P* inquit *om. N* 13 tertium *Maurini* quartum *libri* uindictam (a *ex* u *m2*) *P* 14 committas] reserues *CM* tamquam *DN* 16 persequntur *C* persecuntur *TT'M* habes *Pm1* habemus *Pm2 cet.* 18 amoneo *T* ammoneo *DNB* 19 manum *Pm1* manuum *Pm2 cet.* 20 deus dedit nobis *M* 23 primae *in mg. m2 P*

ut erga omnes gratiam locet, deinde si non potest praeceptis suis omnes adquirere, caueat ne uerbis aliquos exasperet, hoc est ne inimicos faciat. unde ait infra: haec commoneo testificans coram deo, noli uerbis contendere; in nihil utile est nisi ad subuersionem audientium. seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. pulchre post pauca subiecit et causam praestitit, quam philosophia non uidit. cum modestia inquit docentem qui resistunt, ne quando deus det illis paenitentiam ad cognoscendam ueritatem. tertium quoque illud, ut discedamus ab eis cum quibus nobis conuenire non potest, habes additum, cum praecepit ut loquatur quae decent sanam doctrinam, deinde pugnas legis declinet, hoc est primum gratiam seminet, deinde nullum litigando auertat, tertium ut haereticum hominem post unam correptionem deuitet. quia subuersus est qui eiusmodi est et delinquit, cum sit a semet ipso damnatus. quam argute suo iudicio damnatum nostrae ultioni subtrahit quasi indignum in quem uindicetur! Dauid autem euidenter studium uindictae amouet dicens: si reddidi retribuentibus mihi mala.

31 Ergo mens uiri sapientis eiusdem animae uel lapsus uel inrationabiles motus studet corrigere sibique adiungere. potest enim fieri ut quae interdum displicent emendentur cum gratia.

3 II Tim. 2, 14 8 II Tim. 2, 25 13 Tit. 3, 9 15 Tit. 3, 10 sq. 20 Psalm. VII 5

3 hoc *T'* (*in quo* hoc commoneo *postea add. in spatio uacuo*) *DCM scribendum puto* commone (ὑπομίμνησκε) 4 contendere uerbis *B* in *om. M* 5 utile est *T* (tile est *in ras.*) utile*** *P* (sse *eras.*) utile *cet.* subuersionē (ē *ex* e *m2*) *P* 9 eos qui *NM* 10 tertium *P m1 T* ad tertium *P m2 cet.* 11 ut *extra u. P* 13 legis declinat (a *ex* e *m2*) . . . nullum *in mg. inf. m1 P* 15 hominem *om. DNCM* 16 est *s. u. m2 D, om. CM* qui] quia *CM* huiusmodi *DN* 17 delinquid *P m1* delinquit *D* (n *s. u. m2*) deliquit *P m2 cet.* 20 uindictae *P* (uin *s. u.*) ammouet *PD* amouet (am *ex* amm) *T'* 22 ergo et mens *T* 23 adiungere] coniungere *DN* 24 displicet *T* emendentur (n *alt. s. u.*) *P*

effusio patrimonii si recidatur, habet liberalitatem sine dispendio. uerecundia interdum remissior est; si confirmetur, habet et pudoris gratiam et propositi constantiam. commotio si temperetur, indignationis horrorem deponit, adsumit laudem uigoris. quod si emendare non potest, non exasperet intemperantiam. deprehendit ardorem qui libidinis: coniugio coerceat, ne, dum quaeritur continentia, obrepat inpudicitia. ideoque E bonus magister dico inquit non nuptis et uiduis: bonum est illis, si sic maneant sicut et ego. quod si se non continent, nubant; melius est enim nubere quam uri. sunt aliquae mulieres inmaturo destitutae maritorum obitu et se continere non queunt: uolo inquit iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario. quod si aliquas deliciae delectant et luxuriari in Christo uolunt, uiduitatis F affectantes gloriam, grauitatem autem non custodientes, eas deuitandas iudicat, ut habes scriptum: adulescentiores 32 autem uiduas deuita. recte igitur Abraham cum bona uenia uoluit nepotem dimittere, quem deflectentem a se tenere non poterat. sic et mens bona a praecipiti et demerso inrationabilium lapsu secernat se ac separet. si tu inquit in sinistram, ego in dextram uel si tu in dextram, ego in sinistram, hoc est quae tibi in dextera sunt mihi in sinistra

8 I Cor. 7, 8 sq. 12 I Tim. 5, 14 17 I Tim. 5, 11 21 Gen. 13, 9

1 recedatur *P* (*corr. m1*) *C* 4 si (s *in ras.*) *P* 5 emundare *D* (u *eras.*, e *s. ras.*) *C* intemperantiam *P* (m *exp.*) *T* intemperantia *cet.* 6 repraehendit *DN* ardorem qui *scripsi* ardoremque *T* ardorem /// *P* ardorem *cet.* coniugio *P m1 T* coniugio quam *P m2 cet.* 8 bonorum *DNCM* (*male intellecto tali compendio syllabae* us, *quale est in P*) inquit bonus *B* inquit] autem *TB* 9 sic (s *ex* c) *P* maneant (n *s. u.*) *P* 12 non queunt] nequeunt *DNCM* 15 deliciae *NB et* (ae *ex* as) *T'D* delicias *cet.* uiduitatis (s *s. u.*) *P* uiduitati *T* 16 germanitatem *DNCM* 17 sicut *B* 18 autem *om. DN* 19 uenia *s. u. m2 P* deflectentem (c *s. ras.*) *P* 20 potuit *CM* a prę (*del. m1*) apręcipiti *P* demerso *T* diuerso *NM* dimerso *cet.* 22 *bis* dexteram *TDNBCM* si *om. PT* 23 mihi sunt in s. *B*

sunt et quae tibi in sinistra mihi in dextera sunt. uiro enim inprudenti in dextera sunt quae sunt corporis. ea praefert, ea constituit in meliorem partem, diuitias quoque et honores praeponit, at uero immortalitatis adipiscendae gratiam in sinistra habet, quae sapienti ad dexteram est; longitudo enim uitae in dextera eius. omnesque animae uirtutes insipiens uir in sinistram eicit, prudens autem uir has sibi ad dexteram locat, quae autem corporis ad sinistram. 327 A

33 Et leuauit inquit Loth oculos et aspexit omnem regionem Iordanis. deflectentibus a uero amica iactantia est. denique ut Abraham humilius, qui electionem optulit, ita Loth insolentius, qui electionem usurpauit — uirtus se humiliat, extollit autem se iniquitas —, qui se debuit committere maturiori, ut esset tutior, denique eligere nesciuit. nam primo leuauit oculos et regionem conspexit, hoc est illam rem, quae non esset prima ordine, sed tertia, hoc est nouissima. prima sunt enim quae sunt animae bona, secunda quae corporis, id est salus uirtus pulchritudo formae gratia, tertia sunt quae accidunt, hoc est diuitiae potestates patria amici gloria. regio igitur tertio loco ponitur; est enim res habita-
34 tionis. uidit ergo regionem, quae inrigabatur, priusquam euerteret deus Sodomam et Gomorram, sicut paradisus dei et terra Aegypti, usque dum uenias in Zothopa. in quo nisi diligenter intendas, numquid in eo errasse eum dicere potes, quod elegit uicina Iordanis et ea quae inrigabantur sicut paradisus dei? non utique secundum litteram, B C D

3 et 5 Reg. III 3, 11 9 Gen. 13, 10 21 Gen. 13, 10

1 sinistra sunt mihi sunt in d. *B* 4 ad *P* (t *s.* d) *T* 5 sinistram (m *eras.*) *P* quae // *P* sapientiae *P* (ae *eras.*) *T* in dextera *T* 7 ad sin. eicit (*ex* eiecit) *T* eiecit *B* dextram *P* 8 in sin. *DNBCM* 10 iordanęm (is *s.* ęm) *P* 11 ut *s. u. P* 12 uirtus] iustus *T'* 13 quia *T* 21 ergo] igitur *N* 22 incurreret *CM* 23 in *om. M* zothopa *ortum est ex male lecto* ZOΓOPA. *quem errorem num Ambrosius commiserit dubitare licet* 24 ea *N* eum errasse *N* 25 eligit *P* (*corr. m2*) *T* uicina] fluenta *DNCM*

sed cum et Iordanis descensio dicatur. descendit enim qui deseruit uirtutis consortium et speciem elegit, non ueritatem. paradisus enim perfectae beatitudinis amoenitas est uel animae fructuosae fundamenta, in qua sapientiae sint, iustitiae ceterarumque uirtutum plantaria, terra autem Aegypti corporalem substantiam significat, cuius plantaria sunt sensus et passiones corporis. sicut ergo uirecta uirtutum fontem habent Christum E et spiritalis ubertatem gratiae, quo exuberent, ita intemperantia fons quidam est passionum corporalium, quo alantur superflua.
35 Pulchre autem ait scriptura: elegit sibi Loth, hoc est declinatio, quia posuit deus ante nos bonum et malum, ut unusquisque eligat quod uelit. non eligamus ergo quod specie uidetur iucundius, sed quod ueritate praestat, ne cum sit nobis tributa optio ut sequamur potiora, leuemus oculos inlecti falso amoenitatis decore, ueritatem autem naturae uelut F
36 deflexis obtutibus obumbremus. quod autem homines in Sodomis saeui erant et peccatores in conspectu domini ualde, non mediocris hic est oeconomia, ut aduertas mitem deum graui peccatorum moueri acerbitate ad ulciscendum nec <in>merito non potuisse exorare Abraham Sodomi-

3 Philo de opif. mundi 54 (37, 14 *M.*, I 53, 19 *C.*) 5 Philo Legg. alleg. II 15 (77, 7; I 102, 3 *C.*), de sacr. Caini et Abel 11 (171, 2; I 221, 11 *C.*), de migr. Abr. 14 (448, 20) 10 Gen. 13, 11 16 Gen. 13, 13

1 et *P* (*eras.*) *T*, *om. cet.* discensio *P* (*corr. m2*) *T* dicitur *DNCM* enim *om. DNCM* 2 uirtutis (uir *s. u.*) *P* elegerit *P* (er *eras.*) *T* 3 est *om. DNCM* 4 fructuosa *DN* ***malim*** sunt 7 corporis *extra u. m2 P* ergo *PT* enim *cet.* 8 exuberant *B* 9 quidem *D* est (s *s. u.*) *P* alantur *P m1 T* aluntur *P m2 T' cet.* 12 uellit (l *pr. eras.*) *P* 13 iocundius uideatur *B* uideatur iucundius *ed. Paris. a. 1661* praestet *T'DNBCM* 15 inlecti *T* inflexi *B* inflecti *cet.* 16 quid *P* (o *s.* ¡ *m2*) *T* 17 ***malim*** scaeui peccatores (ca *s. u. m2*) *P* 18 mediocres *P* (*corr. m1*) *T* hoc est *T* est hic *DN* est hic *B* oeconomimia (mi *eras.*) *P* oeconemia *T'* aechonomia *T* echonomia *B* economia *DN* 19 peccatorum nrorum *T* acerbitate moueri *B* 20 nec *P m2 T'DNBCM* non *P m1 T* immerito *tacite Maurini* merito ***libri***; non *deleuit α* abraham exorare *B*

tanis ueniam, quia supra modum flagitiosi erant. plerique sunt quo nequiores eo tectiores, qui hominum subterfugiunt indaginem, ubi res sine arbitro geruntur aut falso testimonio iustus circumuenitur, manet tamen ante deum iustus, etiamsi condemnetur ab hominibus, quia deus non iudiciorum exitus 328 A nec cum intextis nequitiae commentis negotia, sed nudam spectat negotiorum naturam. in examine autem hominum falsae opinionis error plerumque obducit uim ueritatis. manebat apud deum Susanna pudica ualde, etiam cum damnaretur adulterio, quia deus non adsertionibus falsorum testium facti examinabat fidem, sed intimae conscientiam mentis interrogabat.

7, 37 Sequitur locus, quo euidenter docemur quantum mens superfluis portionis inrationabilis exhaustis proficiat et quantum uitia uitiis adiuncta mali adferant. non enim otiose scriptura posuit: et dixit deus ad Abraham, postquam recessit Loth ab illo: respice oculis tuis et uide a loco, in quo nunc tu es, ad africum et aquilonem et orientem et mare, quia omnem terram quantum uides, tibi dabo eam et semini tuo in aeternum. hinc tamquam a fonte hauserunt D Stoici philosophi dogmatis sui sententiam omnia sapientis esse. oriens enim et occidens et septentrio et meridies portiones sunt uniuersitatis; his enim totus orbis includitur. haec

16 Gen. 13, 14 sq. 21 Stob. Ecl. II 100, 7 *W.* Diog. Laert. VII 1, 125

3 uberes *DNCM* gerantur (v *s.* a *m2*) *P* geritur *T* 4 tamen] autem *DN* 5 ominibus (i *pr. s. u.*) *P* hominibus (h *s. u.*) *D* 7 spectat *B* expectat *P* (s *s.* ex) exspectat *T* expectat *cet.* 8 opinionis (nis *ex* bus) *P* manebat autem *DNB* 9 dm̃ *DNCM* dnm̃ *PB* dom̃ *T* condempnaretur *T* 10 adulterii *TB* 14 portionibus et inrationabilibus *D* (*ex* portionis inrationabilis, et *s. u.*) *N* exhaustis *P m2 BM et* (*in ras.*) *T'* exhausis *DN* exhausus *C* exaucta *P m1 T, nisi forte* exhaustis ⟨laeta⟩ *uel simile quid scribendum est* et (t *s. u. m2*) *P* 20 a] ex *B* fronte *DNC* auxerunt *P* (*corr. m2*) *T* 21 suis (s *alt. eras.*) *P*, sui *om. DNCM* 23 totus] uniuersus *T* orbis] mundus *DNCM*

cum promittit deus daturum se Abrahae, quid aliud declarat nisi sapienti et fideli praesto omnia, deesse nihil? unde et Solomon in Prouerbiis ait: eius qui fidelis sit totus mundus diuitiarum est. quanto prior Solomon quam Zenon Stoicorum magister atque auctor sectae ipsius! quanto prior E quam ipse pater philosophiae Plato uel eius inuentor nominis Pythagoras! quis autem fidelis nisi sapiens? stultus enim sicut luna immutatur, sapiens autem immobilis fide permanet.

38 Sed forte dicas: quomodo sapientis totus mundus est? quoniam ipsa natura dat illi sortem omnium, etiamsi nihil ipse possideat. domina est enim et possessor omnium sapientia, quae sua putet naturae munera, quoniam in usum hominum F data sunt, nec ullis indiget, etiamsi desint ei ad uictum necessaria. namque ut musicus organa aut medicus medicamenta aut naupegus quae ad nauis instrumentum necessaria sunt, etiamsi quando non habeat, habet tamen eo ipso quo possit his uti, etiamsi ad tempus usus eorum non suppetat: quanto magis sapiens suum iudicat quidquid naturae est, qui uiuit secundum naturam! non enim amittit ius suum qui meminit se ad imaginem dei factum et ad homines a domino deo dictum: crescite et multiplicamini, et replete terram et dominamini in eam, et imperate piscibus maris et uo-

3 Prouerb. 17, 6 6 Cic. disp. Tusc. V 10 7 Sir. 27, 11 (12)
20 Diog. Laert. VII 1, 87 22 Gen. 1, 28

1 promisit *DNCM* 3 *sq.* salomon *libri* 4 diuitiarum (*del. m1*) diuitiarum *P* est *om. DN* 5 istoicorum (i *pr. eras.*) *P* 7 phitagoras *P m1 T* pytagoras *P m2 BC* pitagoras *DN* 8 mutatur *T* autem *om. T* 10 sapientis *P* (ti *s. u.*) *BM* sapientes *T* sapiens *C* sapies *D et* (*m2* sapietis) *N* est *om. DNC*, *ante* totus *transponit M* 11 ipse nihil *DNCM* 12 enim *om. DNCM* possestrix *T* sapientia (sapien *in ras.*) *P* 13 putat *M*, *fort. recte* usu *T* 14 ullus *C* ullius *M* indigetur *DN* desit *PC* desint *T' et* (n *s. u.*) *D* 15 namque *s. u. m2 P* musicus ut *DN* 16 naupegus *P m1 T* nauclerus *P m2 cet.* sunt necessaria *B* 21 et *om. T* 23 in *om. CM* uolatilibus (b *ex* u) *P*

latilibus caeli et omnibus pecoribus et omni terrae et 329 A
omnibus serpentibus, qui repunt super terram et nouit
quia sapientia omnium mater est et ipsa orbem terrarum possidet.
denique Solomon, qui sapientiam poposcit et accepit a domino
deo nostro, ipse inquit mihi dedit horum quae sunt scien- 5
tiam ueram, ut sciam dispositionem orbis terrarum et
uirtutem elementorum, initium et consummationem
et medietatem omnium rerum et diuisiones temporum
et anni cursus et stellarum dispositiones, naturas
animalium et iras bestiarum, uim uentorum et cogita- 10 B
tiones hominum, differentias herbarum et uirtutes
radicum et quaecumque sunt abscondita et inprouisa.
39 sed haec nulli nisi perfecto suppetunt. denique Abraham
quamdiu adhaerebat ei Loth, hoc est deflexio morum sortem
horum non acceperat. ubi uero deflexionis quodam ambiguo 15
atque anfractu absolutus rectas uirtutum semitas continuis
animae suae gressibus coepit carpere, in omnem terram
possessor mittitur atque dicitur ei: surge et perambula C
terram in longitudinem et latitudinem, quia tibi
dabo illam et semini tuo in aeternum. ergo qui 20
sapientiam meruerit et non fuerit ancillae filius, non peccati
seruus nec successioni carnis obnoxius, sed liberae, hoc est
Sarrae illius non seruientis, sed principantis, bonae stirpis,
bonae indolis, perfectae titulo uirtutis hereditatem adquiret

4 Reg. III 3, 9 sqq. 5 Sap. 7, 17—21 14 Philo de migr. Abr. 27 (459, 5) 18 Gen. 13, 17

3 mater omnium *M* 4 salomon *libri* 5 nro *m2 ex* non *P* eorum *B* ueram scientiam *B* 7 consumationem *TT'M* 11 eruarum (*corr. m2*) *P* uiitutes (tes *in ras.*) *P* 13 abram *T* 14 defleccio *M* fortem *ut uidetur P* 15 diflexionis *B* deflectionis *cet.* 16 amfractu *P* (m *in ras. m2*) *TT'DB* absolutos *P* (v *s.* o *alt. m2*) *D* (s *alt. eras.*) *C* absoluto *N* 17 in *s. u. m2 P*, *om. T*, *fort.* omnem ⟨in⟩ *scribendum* 19 longitudine *C* (e *ex* ẽ) *cet.* et in *TDNB* latitudineṃ *P* latitudine *cet.* 20 illam *PT* eam *cet.* 21 emeruerit *CM* 22 nec] non *DNCM* 23 sarae *TNBC* 24 bona indol*s (a *eras.*, i *s. ras.*) *P*

uniuersitatis. dicitur ergo Abrahae: surge. non corporalem adsurrectionem significat, sed spiritalem, hoc est: surge qui D dormis, surge a terrenis, surge a corporalibus, relinque terrena, caelum aspice et exsurge a mortuis, hoc est ab opinionibus uanis et disputationibus Chaldaeorum. intuere mundum, intuere etiam illum qui potest totum donare mundum. in possessionem, inquit, tibi dabo mundum, quem deum ante credebas. perambula terram in longitudinem eius et latitudinem. utique intra momentum terram istam Persarum E interclusam imperiis, ab Indiae quoque litoribus usque ad Herculis ut aiunt columnas uel Brittanniae extrema confinia non potuit perambulare. et potuit quasi indeuotus uideri, qui caelesti oraculo non oboedisset, si obeundae huius terrae mandatum accepisset, sed cum sit eius deuotio probata, quia ad quercum tantummodo Mambrae transtulerat tabernaculum, utique terram, hoc est uirtutem possumus perfectam intellegere, quae bonos fructus daret et fecundas inuentiones cogitationumque primitias, F meritorum uindemiam, frumento, uino et oleo repleret interiorem domum, terram resurrectionis, quam promisit patribus nostris fluentem lac et mel, suauitatem uitae, iucunditatis gratiam, splendorem gloriae, cuius primus heres factus est primogenitus a mortuis dei filius dominus Iesus. et ideo non 'seminibus' dixit, sed 'semini,' ut illum declararet qui hanc 41 hereditatem humano generi primus adquireret. cognouimus bonae mentis profectum, quae in uitio lubricae deflexionis

2 Ephes. 5, 14 4 Ephes. 5, 14 14 Gen. 18, 1 19 Exod. 3, 17 22 Galat. 3, 16

1 quod ergo dicitur *B* 2 assertionem *DNCM* 4 exsurge *P* esurge *T* exurge *cet.* 5 operibus *DNCM* 7 inquid tibi *P* tibi inquit *T'B* 8 longitudine eius et in *T* 10 litoribus usque *P* (us *alt. s. u. m2*) *T'* (usque *in ras.*) 11 adiunt (d *eras.*) *P* britanniae *DNCM* 13 si] sed *D* (*in ras., s.* ł si) sed si *N* 14 quia (a *s. u.*) *P* 16 uirtutum (e *s.* u *m2*) *P* perfectam possumus *B* 17 fructos (v *s.* o) *P* fecundos (a *s.* o) *P* 20 lacte et melle *T* iocunditatis *T* 21 splendoris *T* 22 ihs xps (*om.* dominus) *DNCM* 23 declararet illum *D* et (declararet *in ras. m2*) *N* 25 prouectum *CM* in *om. T*, a *M*

exsurgens quaesiuit statim praemium sapientiae, hereditatem 330 A
iustitiae. quantum autem noceant leuitati uitia adiuncta docet
sequentium series lectionum. nam illi quattuor reges, qui
de quinque regibus triumphauerunt et abduxerunt equitatum
totum Sodomorum, ceperunt etiam Loth filium fratris Abrahae
et discesserunt. quinque reges quinque sensus corporis nostri
sunt, uisus odoratus gustatus tactus auditus: quattuor reges
inlecebrae corporales atque mundanae sunt, quoniam et caro
hominis et mundus e quattuor constat elementis. merito reges B
dicuntur, quia habet suum culpa dominatum, habet regnum
grande. unde apostolus ait: non regnet peccatum in uestro
mortali corpore. sensus igitur nostri facile corporalibus
delectationibus et saecularibus cedunt et quadam eorum
potestate capiuntur. corporales enim delectationes et inlecebras
saeculi. huius non uincit nisi mens, quae fuerit spiritalis,
adhaerens deo et se totam a terrenis separans: deflexio omnis
his capitur. unde Iohannes ait: uae habitantibus in terra! C
non utique omnes homines conprehendit, qui tunc cursum uitae
huius confecerint — sunt enim et in terris positi quorum
conuersatio in caelis est —, sed eos quos terrenae conuersa-
tionis affectus ac huius saeculi uicerit gratia. ergo non
habitatores, sed accolae sumus terrae huius. accola enim
temporalis diuersorii spem gerit, habitator autem spem omnem

3 Gen. 14, 8—12 11 Rom. 6, 12 17 Apoc. 8, 13 20 Philipp. 3, 20

1 exsurgęt ęt (ens *s.* ęt ęt) *P* exuta *T* exsurgens *C* exurgens *cet.* exquesiuit *T* 2 *in uerbo* iustitiae *desinit T* uitia *s. u. P*, *post* adiuncta *transponit B* 3 series (e *alt. ex* u) *P* .IIII. *P* 4 triumphauerunt *ed. Colon.* triumfauerant *P* triumphauerant *cet.* adduxerunt *P* (b *s.* d *pr.*) *N* (b *s.* ad) *D* abduxerant *B* 5 ceperąnt (u *s.* ą) *P* abrahie *P* 6 discesserunt (s *alt. s. u.*) *P* .U. *P* .V. *P* 7 gustątus *P* gustus *cet.* et tactus *B* (*qui* auditus *post* uisus *transponit*) 9 e *om. DN* 13 quąndam *P* 14 inlecebrįs (a *s.* į) *P* 15 huius saeculi *DNC* saeculi saeculi *M* 17 terram *DNCM* 18 uitae huius cursum *DN* 19 confecerint *scripsi* conficerent *libri* terris (i *ex* e) *P* 21 ac *P* (c *ex* d) hac *N*, *fort.* atque

atque usum illic suae locare uidetur substantiae, ubi habitandum putauerit. itaque qui est terrae accola habitator caeli D est, qui autem habitator terrae possessor est mortis.

42 Numerauit Abraham trecentos decem et octo uernaculos suos .... usque Choba, quae est ad dextram Damasci. et numerus uitalis est. in ipso enim uita, si credamus in passionem in nomine domini Iesu. nam haec est nominis interpretatio huius quod diximus Choba, id est uita. ipsa et ad dexteram Damasci esse pulchre dicitur; agni enim E ad dexteram, haedi autem ad sinistram. scit exercitata mens quos ad proelium consummandum adhibeat sibi quibus armis instruat, quibus ducat uexillis. non aquilarum praefert imagines nec dracones, sed in cruce Christi et Iesu nomine progreditur ad proelium, hoc signo fortis, hoc uexillo fidelis. merito ergo mens exercitata, quae recepit ueram sapientiam iusti uiri. iustitia autem sollers correptionis est et arguendo reuocat

43 peccatores, stringit passionum impetus. ideo dicit scriptura F quia reuocauit omnem equitatum Sodomorum, hoc est habenas tenuit, frena rationis inposuit, reuocauit culpam, statuit errorem. equus enim stare nescit, uelox ad impetum, ceruicem exaltans suam, hinniens ad libidinem. quid tam

4 Gen. 14, 14 sq. 9 Matth. 25, 33 14 respicere uidetur celebratum illud: 'in hoc signo uinces'. 18 Gen. 14, 16

1 suae illic *DN* 4 .CCC. tos X. et VIII *PCM* trecentos decem et VIII *D* 5 *post* suos *omisit librarius ea quae narrantur Gen. 14, 14 sq.*; et percussit eos et persecutus est *suppleuit ed. Rom.* 5 *et* 8 coba *PDNCM* oba *B* 6 ipsa *DN* 7 cædamus (r *s.* æ) *P* passionem *scripsi* passione *libri* nomen (*corr. m2*) *P* 9 in ipsa *P* ad *ex* ut *T'* dextera (*om.* ad) *DNCM* esse pulchre dicitur *T'B* &se pulchrum dicitur (dicitur *s. u.*) *P* pulchre esse dicitur *DNCM* 10 autem *om. DNCM* 11 adhibeat sibi *scripsi* adhiberet sibi *PBCM* sibi adhiberet *DN* 12 instruat *scripsi* instruxerit *N* instrueret *cet.* 13 crucem *P* 15 excitata *N* respicit *B* 16 correctionis est *CM* est correptionis *B* 17 et stringit *P* (et *s. u. m2*) *cet., fort. recte* 18 quia (i *s. u.*) *P* 19 abenas (b *ex* u) *P* alienas *C* 20 statuit (*s. m2* ł prostrauit) *M* terrorem (t *eras*) *P* equ v ſ *P*

simile peccati? feruet enim primo culpa impetu et omnem recti cogitationem praeuenit motuque inmaturo exilit, ut eam difficile ratio reuocare possit. fertur in praeceps et ascensorem suum proicit in mare istud huius saeculi ceruice tumida recusans iugum correptionis. est specialis quaedam forma 5 331 libidinis, quae uocem mutet hominis, uerba amantis corrumpat suisque se prodat sermonibus. denique ad Iudam dicit per Hieremiam dominus deus: nunc uidebitur ignominia tua et adulterium et hinnitus et alienatio fornicationis tuae supra colles. hunc iustus reduxit equitatum, mores quoque declinantis conuertit et ad se uocauit, ut imitatores sui fierent qui deflexerant, quia sensus nostri ad disciplinam
44 mentis recurrunt, substantiam quoque recepit. non patrimonium B utique significat, sed uitalem animae substantiam, in qua sit pretiosus census, non stipula, non faenum, in qua sit fidelis alloquii splendor, in qua nostrae census subsistat spei. haec est enim uera nostra substantia, quae est sapientiae diues copiis, haec inmortalis substantia; corporis autem uel accidentium diurnus magis quam diuturnus usus. unde quidam recte non putant patrimonii dici substantiam; non enim subsistimus C in eo, cum et illis quibus desit pecunia uitae tamen non desit substantia.

8, 45 De Melchisedech in tractatu morali plene diximus, in quo D et mysterium nequaquam praeteritum ac praetermissum est,

3 Exod. 15, 1 et 21 8 Hier. 13, 26 sq. 23 cf. I 3, 16

1 impetuṃ *P* 2 inṇaturo (m *s.* ṇ) *P* 4 proiecit *CM* istud *om. B* 5 recusans (s *alt. ex* t) *P* correctionis *DNCM* & *P* 7 prodat *Gelenius* probat *libri* 8 nọṇ (unc *s.* ọṇ) *P* 9 adulterium tuum *DN* et hinnitus et adulterium *B* 10 *falso distinxit Ambrosius; nam* supra colles *Hier. 13, 26 sq. pertinet ad enuntiatum quod sequitur* super *N* 12 qui] qui a se *B* 13 quoque ... substantiam *in mg. inf. m1 P* recepit *ed. Rom.* recipit *libri* patrimoniū (ū *ex* a) *T'* 15 sensus *B* (*s. m3* ł census) *PDNM, om. C* in quo *DNCM* sit* fidelis (fidelis *in ras.*) *P* 16 subsistat (b *ex* s) *P* 17 nostra uera *B* 18 inmortalis (i *alt. ex* e) *P* accidentium *M Maurini* accedentium *libri* 20 patrimonium *DN*

hoc loco autem satis est illud solum admonere, quod mens plena prudentiae iustitiaeque deuotior sit erga dei cultum et E
decimas iuxta terrae gignentia in fructibus iuxta altiorem prudentiam in eo soluat, ut perfectionem omnem sensuum
5 atque operum suorum deo deferat, nihil sibi adroget. quae se regere non potest, <nisi> diuino fauore fulta sit. denique ubi se uicisse putat, temptatur atque incessitur. hoc exprimit et docet lectio, quia semper aduersum passiones corporis mens nostra tamquam in excubiis debet praetendere. quid enim est
10 quod ait: rex inquit Sodomorum exiuit Abrahae obuiam F
et dixit: da mihi homines, equos autem sume tibi, nisi quod post has luxuriae uictorias uis quaedam libidinis potest rationabili menti subripere, ut infundat ei inrationabiles
46 passiones? sed perfectae mentis est nihil de terrenis, nihil de
15 corporalibus inlecebris adsumere, abstinere a terrenis. ideo Abraham dicit: nihil sumam ab omnibus tuis. quasi contagium declinat intemperantiae, quasi labem refugit corpo- 332 A
ralium sensum, delectationes mundanas reicit quaerens quae supra mundum sunt. hoc est extendere manus ad dominum;
20 manus operaria uirtus animae est. hanc non ad terrenae arboris pomum, sed ad dominum extendit, qui fecit inquit

3 Sallust. bell. Iug. 79, 3 10 Gen. 14, 17 et 21 16 Gen. 14, 23 19 Gen. 14, 22 20 Gen. 14, 22

1 autem loco *B* ammonere *DN* mens quod *PCM* quod *s. u. D* 2 prudentie (e *alt. ex* a) *T'* iustitiae|q; (q; *extra u.*) *P* (*in mg.* quąę) 3 iuxta *pr. om. N* et (*in quo est ras. 4 fere litt.*) *D* gingnentia *P* prudentiam altiorem *B* 4 omnium *D* (ium *in ras.*) *N* 5 operąm (v *s.* ą) *P* 6 nisi *hoc loco addidi, post* diuino *α* 7 incessitur (i *alt. ex* e) *P* 8 aduersus *B* 10 obuiam abrahae *N*, obuiam *om. D* 11 mihi *om. DNCM* homines *ex* omnes *P* equos autem *s. u.* (os *ut uidetur ex* um) *P* sume tibi *in ras. m2 T'* 12 post] potest *P* (te *exp.*) *D* has mihi luxuriae uictorias *DN* luxuriaș (e *s.* a) *P* luxuries (s *eras.*) *T'* uictorias *s. u. P* 13 rationabilęm (i *s.* ęm) *P* seripere (ub *s.* ę) *P* 15 corporalibus (i *in ras.*) *P* inlecebris (is *ex* eb) *P* 16 sumam (am *s. u.*) *P* 18 sensuum *P* (u *alt. s. u.*) *cet.* delectationes (e *tert. ex* i) *P* mundanas *scripsi* mundans *P m1* mundi *P m2 cet.* reiecit (e *alt. eras.*) *P*

caelum et terram, hoc est intellegibilem et uisibilem substantiam; intellegibilis enim usia caelum est, uisibilis uel sensibilis substantia terra est. ergo significat quod uirtutem animae suae ad superiora extendat, ut ex illa intellegibili B substantia theoreticae uitae induat altitudinem, spectans non illa quae uidentur, sed quae non uidentur, hoc est non terrena, non corporalia, non praesentia, sed incorporalia aeterna caelestia, de ista autem uisibili substantia operatoriae atque ciuilis disciplinae capessat gratiam.

47 Subtexuit his oraculum domini dicentis: noli timere, Abraham; ego protegam te. merces tua <multa> erit ualde. quaero cur post belli euentum? spondendae mercedis C locus nunc erat. minus enim mirabile faceret, si secutus promissum dei esset hostem adorsus. uictoriae securus processerat ad triumphum magis inuitatus quam promptus ad gloriam uel ad ulciscendum pietatis dolorem paratus. propositum piae mentis mercedem non expetit, sed pro mercede habet boni facti conscientiam et iusti operis effectum. angustae mentes inuitentur promissis, erigantur speratis mercedibus: bona mens, quae sine responsi caelestis syngrapha certamen D arripuit, geminae laudis fructum adquirit sibi, ut et confidentissimae fortitudinis et plenissimae deuotionis gratiam locet. quod de sancto Abraham aestimari conuenit, quia et diuinum fauorem non despicere iustis duxit doloribus et hostem perculit despectu periculi, quod gloriose sibi pro ultione pietatis subeundum putauit. dei quoque in eo praedicatur iustitia,

10 Gen. 15, 1

3 aterra (a *pr. eras.*) *P* 7 incorpo|RALIA (RALIA *extra u. m. ant.*) *P* 9 capesset *DN* 11 multa erit *ed. Rom.* erit magna *B* erit *cet.* 13 nunc *ex* non *m2 P* faceret *ex* fęcerat *P* 14 secuţus (r *s.* ţ) *P* 16 ulciscendum (c *pr. s. u. m2*) *P* 17 mercedem *extra u. m2 P*, merende *CM* 18 affectum *DN* 19 mentes (e *alt. ex* i) *P* 20 syngrapha *B* singrapha *M* singrafa *cet.* 21 adquirit sibi *om. N* et *om. CM* confiţentissimae (d *s.* ţ) *P* 22 et *s. u. P* 23 conuenit *ex* con*net *P* 24 despicere *scripsi* despici *B* despici se *cet.* erroribus *NCM* 26 subeundęm (v *s.* ę) *P*

qui remunerationem piis mentibus non ex necessitate promissi. sed ex aequitatis suae contemplatione largitur iudicans dignum E fore quod hi qui militant sine aliqua mercedis humanae remuneratione repositum habeant praemium in eius bonitate, cui deuouendas suas animas aestimauerint, simul quia adoreis bellicis ex usu ipsius uictoriae aut hominum gratia paratum est praemium, pietatis autem et parsimoniae, puritatis ceterarumque uelut priuatarum uirtutum a deo soluitur. quae manifesta sunt hominibus ipsi remunerantur, non omnia autem F manifesta, sed alia manifesta, alia incerta et maxime occulta cordis. unde et ille ait: incerta et occulta cordis manifestasti mihi, quorum spectator et scrutator deus est. non ergo magnam mercedem promisisset Abrahae, nisi puram animam ab omni delictorum contagione iudicauisset.

48 Sanctae tamen et propheticae menti maior cura posteritatis perpetuae est; partus enim sapientiae et fidei hereditatem 333 A desiderat. ideo ait: quid mihi dabis? ego autem dimittor sine filiis. ecclesiae subolem desiderabat, eam successionem petebat quae non esset seruilis, sed libera, non secundum carnem, sed secundum gratiam. ideoque huiusmodi responsum diuinum resultauit, quo edoctus audiuit: respice in caelum et numera stellas, si potes numerare. et dixit: sic erit semen tuum. et credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. quid credidit? hoc est non solum multitudinem populorum in Christum credentium, sed B etiam caelestis gratiae splendorem et resurrectionem uitae

11 Psalm. L 8 12 Psalm. VII 10 17 Gen. 15, 2 19 Gal. 4, 22 sqq. 21 Gen. 15, 5 sq.

2 dignum fore *extra u. m2 P* 3 qui *s. u. m2 P* remuneratione *s. u. m2 P* 4 bonitatem *P* 5 animas suas *DNB* 7 autem *s. u. m2 P* 8 quae *ex* quia *P* 9 manifeste (a *s.* e) *P* 10 alia manifesta *post* cordis *transponit B* 12 est deus *CM* est et (et *exp. m2*) *P* 14 animam (ni *ex* m) *P* contagione delictorum *DN* iudicasset *BC*, nisi . . . iudicauisset *om. M* 17 quidquid (*alt.* quid *del. m1*) *P* 20 secundum *s. u. P* 21 qua (o *s.* a *m2*) *P* electus *DN* eductus *M* 24 illi *DNCM* quid (d *s. u.*) *P* credit *CM* 26 gratiam (e *s.* m *m2*) *P* resurrectionis *DN*

inmortalis suboli ecclesiae deferendam. quid est autem quod ait: eduxit autem eum foras? tamquam foras educitur propheta, ut exeat foris corporis et angustias carnis operientis ac spiritus sancti infusionem et uelut quandam descensionem uideat. oportet nos quoque exire ex his diuorsorii nostri angustiis, mundare animae nostrae locum ab omni inquinamento, proicere sordes maliuolentiae, si uolumus spiritum C recipere sapientiae, quia in maliuolam animam non intrabit sapientia. credidit autem Abraham non auri, non argenti inlectus testimonio, sed quia corde credidit ad iustitiam. in quo probatum est eius meritum, in eo persolutum est praemium.

49 Denique statim fidei eius testimonium dominus dedit dicens: ego sum deus tuus, qui eduxi te de regione Chaldaeorum, ut darem tibi terram hanc, ut heres esses eius. D et quia deposuerat studium Chaldaeorum, quaerit Abraham: quomodo inquit intellegam quia heres eius ero? hoc est: iam diuinationes magorum repudiaui; doce me quomodo sciam me futurum terrae eius heredem. qui quaerit quomodo sciat non dubitat manifestante deo cognoscere se posse, sed formam uult adquirendae cognitionis aduertere. nam et in euangelio Maria cum audisset ab angelo quod uirgo paritura esset filium, respondit: quomodo fiet istud, quoniam E uirum non cognoui? et iure respondit, hoc est: cum id

2 Gen. 15, 5 8 Sap. 1, 4 10 Rom. 10, 10 14 Gen. 15, 7 16 Philo Quaest. III 1 17 Gen. 15, 8 Philo Quaest. III 2 23 Luc. 1, 34

1 soboli *ex* subole *P* 2 autem *om. DN* eum *s. u. m2 P* 3 uit (i *eras.*) *P* exeaṇt (n *exp. m2*) *P* foris *P m1* foras *C* fores *P m2 cet.* 4 ac *s. u. m2 P* infusionē (ē *m2 ex* e) *P* 5 quoque nos *B* diuorsoriis (s *alt. eras.*) *P* diuersorii *cet.* nostris *s. u.* (s *alt. eras.*) *P* nostris (ṣ *eras.*) *T'* 8 maliuolā animā (ā *m2 bis ex* a) *P* intrabit (b *m2 ex* u) *P* introibit *DNCM* 10 credidit (di *pr. s. u. m2*) *P* 11 eius (s *s. u.*) *P* solutum *DN* 14 dn̄s dn̄s *DN et* (dn̄s *eras.*) *B* dn̄s dn̄s *C* regione] terra *DNCM* 14 *et* 16 caldeorum *P* 15 esses (s *tert. s. u. m2*) *P* 17 ero] sum *DNCM* 19 heredạm (e *s.* ạ) *P* 24 cognosco *BM* cognoṣçọui *C*

quod natura est non suppetat, quia non solet parere quae uiro non fuerat copulata, quaero quomodo praeter instituta naturae possim uirgo generare?

50 Dixit autem illi dominus deus: sume mihi uitulum trimum et capram trimam et arietem trimum et turturem et columbam. praeterirem huiusmodi interpretationem sacrificii, nisi quibusdam scrupulum hinc nasci aduerterem eo quod aruspicinae quaedam scribi uideatur sollemnitas, quod post inmolationem diuisa sunt animantia et contra faciem alterutrum posita et consedit illis Abraham. sed si uim interrogationis praemissae et futurae responsionis consideremus, aduertere poterimus spei nostrae et fidei conuenire huius 334 A sacrificii disciplinam. uitulus enim aratorium animal est deditum terreno labori. capra ad aquarum similitudinem per aenigmata figuratur, eo quod αἴξ graece παρὰ τὸ ἀίσσειν nomen acceperit ab eo quod est impetu ferri. sic enim currit sicut et aqua: possumus uel de fluuiorum sono, cursu uel maris uiolentis aestimare fluctibus. aeri autem conparatur aries, quia omnibus animantibus utilius hoc animal generi esse humano repperitur, quandoquidem et uestis usum nobis exhibet, sicut B aer huius spiritus uitalem nobis ministrat substantiam. unde et hunc ordinem factum puto, ut prius diceret: sume mihi uitulum et capram et tertio loco diceret arietem, eo quod prima illa, hoc est uitula, et capra terris et mari materialibus

4 Gen. 15, 9 9 Gen. 15, 10 sq. 13 Philo Quaest. III 3 de somn. I 34 (I 650, 49) 22 Philo Quaest. III 3

1 naturae *B*, est *om C* parere uirgo *DN* 2 instituta *ex* istitita *P* 3 uirgo *om. DN* 4 mihi] tibi *B* uitulam trimam *B* 5 arietum (e *s.* u) *P* 6 praeterirē *P* (ē *m2 ex* e) 7 scrupulam (v *s.* a) *P* 10 uīs (s *eras.*) *P* 11 responsionis (res *in ras.*) *P* 13 uitula *B* aratorum *BC* 14 adquarum (um *eras.*, m *s.* r *m2, sed eras.*) aquarum *P* 15 ΑΙξ *T'DN* grece *D* greci *cet.* παρὰ τὸ ἀίσσειν *Erasmus* parato ΑCITIΕIN (ΑCIΠΕIN *D*) *libri; minus ueri simile Ambrosium* ΑITTΕIN *scripsisse* 16 impetu ferri (*in mg. m. ant.* impetu feratur) *P* 17 uel de] uelle *DNCM* 18 conparantur *P* 19 utillius (l *pr. eras.*) *P* esse humano generi *B* 23 uitulam *B*

comparentur elementis et quia feminea dicantur, at uero aries masculum quoddam animal sit, uehemens natura et uiolentum cornibus. similiter autem aeris huius spiritus uitalis est, ut C masculus auctor et causa gignentium mouens terrarum genitalia et uelut quadam se miscens copula. aliud ergo ad terram, aliud ad mare, aliud ad uitalem aerem mystice figuratur horum trium animantium genus.

51 Haec traditio naturalis est. sed etiam moralis concurrit et suppetit. in omnibus enim hominibus caro, sensus et uerbum est. caro nostra uitula est: laborat ut serat, laborat ut colligat, laborat ut pariat; innumeris fatigatur laboribus. unde D et graeci δάμαλιν dixerunt uitulam ἀπὸ τοῦ δαμασθῆναι αὐτήν eo quod dometur iniuriis. masculorum boum labores aratro et iugo fungitur, femineos partu repraesentat ac multo ubere. caro quoque nostra uitae istius subiugatur necessitatibus, crebris quatitur doloribus et multarum aerumnarum quodam curuata partu senescit. iam illud quis ignorat, quod uehementior sit uirtus animae, cui uelut nupta adhaeret in istius uitae cursu corporalis substantia? sensus autem nostri capra- E rum modo uelut saltu quodam exiliunt et pascuntur praeruptioribus, impetus ui commotiones ipsi excitantes animae et concutientes eam. ad omnem occasionem praesto sunt uel occursu femineae pulchritudinis uel odore suauitatis alicuius,

8 Philo Quaest. III 3

1 feminea (a *s. u.*) *P* aḍ (t *s.* ḍ) *P* 2 sit *P* est *DNBCM* 3 aeris (a *in ras.*) *P* 5 aliud (iu *ex* u *m2*) *P* ergo *om. DN* 6 aliud *pr.* (u *s. u.*) *P* aliud *alt.* (d *m2 ex* t) *P* 9 hominibus ḥuiuṣ (huius *exp. m2*) *P* 12 greci (i *ex* e) *P* δάμαλιν *Erasmus* ΔΑΛΙΑn (n *ex* m, *s.* daliam) *P* ΔΑΛΙΑΝ *cet.* dixerunt uitulam *om. DN*; *exp. in T'* uitulam (a *ex* u *m2*) *P* ἀπὸ τοῦ δαμασθῆναι αὐτήν *scripsi* ΑΠΟΤΟΥΔΑΛΙΑCΘΗΛΙeΑΥΤΗΝ *P*, *eadem fere cet.* 13 boṅum (n *exp. m2*) *P* laboreṣ (s *exp. m2*) *P* labore *cet.* 14 partu *P m1* partus *P m2 cet.* aḍ (*s. m2* cū) *P* cum *cet.* 17 curuata *m2 ex* cuirata *P* 18 nuptae (e *eras.*) *P* 20 quodam] quod alis *DN* prosiliunt *CM* 21 impetus ui *P m1* impetu sui *T''* impetu suo *P m2 cet.* commotiones (e *ex* i *m2*) *P* commonitiones *B*

auditu pariter et tactu mouentur uelociter, quibus etiam animae inflectunt constantiam et uelut a natura sui alienant eam. unde et plerique ἀφορμήν dictam putant, quia ὁρμή impetus dicitur, eo quod ex quodam impetu sensuum inflexionis atque alienationis nostrae causa nascatur. feminei autem sexus speciem habet ut etiam sensus nostri; nam et αἰσθήσεις graece dicuntur femineo uocabulo. effetarum modo animantum cito uacuantur, ubi partus suae generationis delectationisque effuderint, et iterum excitatis cupiditatibus nouos referunt im- 335 A
52 petus. in ariete uero uerbi ac sermonis nostri habetur similitudo, quod sit uehemens, sicut et sermo noster efficax operationis et quaedam ornatus nostri et tegminis causa sit. aries per usum uestium ordine quodam gregem ducens, sicut ordo quidam uitae ususque nostri uerbo explicatur. arbitror autem quod illud uerbum magis intellegere debeamus, quod est uerbum dei, cum quo aries iste habere uideatur non mediocrem cognationem, quod uerbum nos uero tegmine sui B uestiuit uelleris et in domo introducit aeternae salutis qui se pro nobis immolandum obtulit, qui tamquam ouis ad uictimam ductus est et sicut aries coram tondente sine uoce sic non aperuit os suum. ex quo ordinem quendam substantiae habemus et sacrae redemptionis, quod

19 Esai. 53, 7

3 ἀφορμήν *Maurini* ΑΑΟΠΛΙϧΝ *P, eadem fere cet.* ὁρμή *Erasmus* ΟΡΛΙϧ *libri* 6 ut (*in ras.*) etiam *DN* sensui nostro *B* sensus nostri (nostri *in ras. maioris spatii*) *D* nam et αἰσθήσεις *scripsi* (αἰσθήσεις *iam Erasmus restituit*) nam et esttesis *T'* (nam et e *m2 in spatio uacuo*) manet estesis *PC* patet estesis *B* extasis *D* (exta *in ras*) *N* effesis *M* 7 animaṃtum *P* animatum *T'* (*in mg.* ł animantum) *D* animantium (ntium *in ras.*) *N* 9 excitaṡtis (s *exp. m2*) *P* nonuos (n *alt. eras.*) *P* 11 sit sic *D* (c *s. u.*) *N*, *om. CM* 12 quaedam *P m1 T'B* quadam *P m2 cet.* 16 qvo (vo *s. u.*) *P* 17 cognitionem *DNCM* uere *D* (e *alt. ex* o) *N* tegmine (e *alt. ex* is) *T'* sui uelleris uestiuit *DNB* 18 uelleris (i *ex* e) *P* domum *ed. Paris. a. 1569* introduxit *ed. Colon.* 19 obtilit (v *s.* i *pr. m2*) *P* 20 tondente (o *ex* u *m2*) *P* 21 se sine *DNCM* apperuit *PC* 22 et *s. u. P* redentionis *P*

per ipsum conditi ac redempti sumus. duplex igitur causa per uerbum, naturalis et moralis: naturalis quia condidit, moralis quia redemit. philosophia quoque geminam speciem C sui constituit in uerbo, naturalem et moralem — rationabilis enim utriusque portio est —, naturalem secundum mundi creationem, quam uerbo adsignat, moralem secundum iustitiam et
53 aequalitatem uiuendi, cuius uita et ratio de uerbo. qua causa cum dies octo conplerentur ex Mariae uirginis partu, tulerunt dominum nostrum Iesum in Hierusalem, ut offerrent domino secundum legem et ut darent hostiam par turturum aut duos D pullos columbarum, eo quod in columba spiritalis gratia sit, in turture incorruptae generationis natura uel inmaculati corporis castimonia. merito ergo ad sacrificium sumi iubentur post arietem turtur et columba, ut uerbo adhaerere intellegas incorruptam castimoniam et spiritalem gratiam. et hoc ipso quidem quod aues posuit intellegere possumus caelestium meritorum uolatus. sunt enim uolucres caeli, quae ueniant et habitent in ramis eius arboris, quae de grano sinapis surrexerit, E cui regnum conparatur caelorum. et Ezechihel apertos sibi caelos dicit et uidisse inter alia etiam rotam unam super terram coniunctam animalibus quattuor. et infra audiebam inquit uocem alarum eorum, sicut uocem aquarum multarum et sicut uocem idonei et cum irent, ut uox uerbi, sicut uocem castrorum.

8 Luc. 2, 21—24 11 Matth. 3, 16 Philo Quaest. III 3 17 Matth. 13, 31 sq. 19 Ezech. 1, 15 21 Ezech. 1, 24

2 et] ac *B* quia *P* (i *exp.*) *N* qua *cet.* 3 quia *N* qua *cet.* 8 UIII. *P* octo *T'* quadraginta *cet.* 12 turturem *P* 13 iubentur (b *ex* u) *P* 14 post arietem *post* columba *transponit B* turturem (em *eras.*) *P* aut (a *del.*) *P* 15 et] ex *C* 16 quidam (e *s.* a *m2*) *P* 17 que (ue *extra u. m2*) *P* ueniant . . . habitent *P m1* ueniunt . . . habitant *P m2 cet.* 18 surrexit *BCM* 19 regnum caelorum comparatur *NB* iezechihel *P* (i *pr. s. u.*) ihezechiel *T'* iezechiel *cet.* 21 coniunctam (c *alt. s. u.*) *P* 23 idonei (*exp, m2 et s. scr.* sublimis dei) *P* sublimis dei *cet.*

54 Unde quidam ad libros philosophiae diriuarunt eo quod ipsum caelum uolucris simile sit. denique Plato currum F uolucrem dixit esse caelum ex eo quod propheta dixerat: cum irent animalia, ibant et rotae coniunctae illis, et cum eleuarent se animalia a terra, eleuabantur rotae. sed propheta non caelum ipsum auem dixit, sed aues esse in caelo. denique et Dauid ait: caeli enarrant gloriam dei, hoc est potestates caelestes uel, cum spectatur pulchrum elementum, praedicatur operator. animam autem describit propheta, cuius sunt motus quattuor uelut equi, λογιστικὸν θυμικὸν ἐπιθυμητικὸν διορατικόν. haec animalia quattuor, 336 A id est homo λογικόν, leo θυμικόν, uitulus ἐπιθυμητικόν, aquila διορατικόν. ideo ratio praemissa est, ut reliqua rationem sequantur. ideo cum homine a dextris est leo, id est: cum ratione commotio a dextris est. ista animalia quando eleuantur, eleuantur etiam rotae. rotae autem uita est super terram, qua uiuimus. si animae nostrae motus quattuor eleuantur, eleuatur et uita nostra. ideoque addidit: quoniam spiritus inquit

2 Philo Quaest. III 3 Plat. Phaedr. 246 E 4 Ezech. 1, 21 7 Psalm. XVIII 2 10 cf. Diels Dox. 389 sq. Philo Legg. alleg. III 38 (110, 21; I 138, 28 *C.*) et I 22 (57, 32; I 79, 14 *C.*) 18 Ezech. 1, 20

1 filosophiae *P* 2 caelum (*del. m1*) caelum *P* uolucriș (i *ex* e) *P* uolucri *T'BCM, om. DN* 3 uolucrēș *P* 5 eleuabantur (ba *s. u.*) *P* 6 et rotae *B* ipsum caelum auem non dixit *B* auem *eras. D, om. N* 8 spectatur *α* expectatur *libri* elementum pulchrum *B* 10 .IIII. *P* λογιστικὸν *Erasmus* ΛΟΙΙCΤΙΚΟΝ *libri, cf. Philo Legg. alleg. III 38 (110, 23; I 138, 28 C.)* 11 θυμικὸν *Erasmus* ΘΥΙΛΗΤΙkωΝ *P, magis corrupta cet., cf. Philo l. c. et Ambr. de uirg. 18, 114* ἐπιθυμητικὸν *Erasmus* ЄΠΙΤΥ-ΛЄΙkΟΝ (Λ *ex* Ν) *P* ЄΠΙΤΙΛЄΤΙΚΟΝ *ℓ* ЄΠΙΤΙaЄΙΚωΝ *D, magis corrupta cet.* διορατικόν *Erasmus* ΛΙΟΡΑΤΙkΟΝ *P, magis corrupta cet.* 12 λογικόν *scripsi* λογιστικόν *Erasmus* ΑΟΤΙkΟ *P* ΛΟΙΙSΤΙΚΟΝ *D et similia fere cet., cf. Philo l. c. u. 27 (31 C.)* θυμικόν *Erasmus* ΤΥΙΛЄΤΙ-kΟΝ *P, magis corrupta cet.* ἐπιθυμητικόν *Erasmus* ЄΠΙΤΥΙLЄΤΙkΟΝ *P, magis corrupta cet.* 13 διορατικόν *Erasmus* ΑΙΟΡΑΤΙCΟΝ *P* ΑΙΟ-ΡaΤΙΚΟΝ *D, magis corrupta cet.* *post* διορατικόν *add.* id ē homo *DNCM* 15 rationem *P* 16 rotae *alt. PBCM* rota *DN* 17 eleuantur *α* eleuentur *libri*

uitae erat in rotis. anima ergo magis currus est, quae ait B
in Canticis canticorum: posuisti me currus Aminadab,
hoc est dei nostri. non ergo philosophiae traditioni descriptio
concurrit prophetica. denique uocem alarum audisse se dicit
propheta. istae alae uirtutes sunt, quae maximo et duplici
plausu prudentiae fortitudinis temperantiae iustitiae suauem
decorem, uitae cantilenam resultant. Plato autem dulces
quosdam sonitus siderum mutuauit sphaerae caelestis generari
conuersione, famam magis et pompam quam ueritatem secutus. C
nam licet Origenes quoque noster, hoc est ecclesiastico uir
officio deditus, planetarum stellarum quandam inenarrabilem
motu armoniam esse suauissimi illius soni caelestis adserat,
tamen etiam ipsum plurimum indulgere philosophorum tradi-
tioni pleraque eius scripta testantur. quod eo scripsi, ut et ab
aruspicinae et a philosophiae traditione sacrificii istius inter-
pretationem secernerem. uelint alii doctrinam probare suam,
ego iuxta apostolum timidus malo quam doctus uideri, qui D
ait: uidete ne quis uos depraedetur per philoso-
phiam et inanem seductionem secundum traditi-
onem hominum, secundum elementum huius mundi
et non secundum Christum.

Quod autem ait: diuisit Abraham corpora et consedit
illis, ne quis extispicium putet, aruspicina uerba esse non
nego — sic enim audio —, sed diuisionem corporum quadrupedum

2 Cant. 6, 11 7 Philo Quaest. III 3 Plat. Tim. 36 B sqq. 40 A sq. 18 Coloss. II 8 22 Gen. 15, 10 sq.

3 philosophie *in ras.* *P* 4 profetica *P* 5 propheta *postea add. extra u.* *P* uerba *inde a* maximo et *usque ad* sacrificium *p. 610, 6 om. DN, intercidisse uidetur folium in eorum archetypo* 6 prundentiae (n *pr. eras.*) *P* 8 quosdam (s *s. u.*) *P* sperae *P* (sp *in ras. m2*) *BCM* 9 famam magis *m2 ex* infans imaginis *P* pompam (pam *s. u.*) *P* 10 origenis *P* (*ex* originem *m2*) *C* quoque *om. B* 12 armoniam *P* 15 traditione (e *ex* i *m2*) *P* 16 probare (e *ex* i *m2*) *P* 17 apłş (m *s.* ş *m2*) *P* 19 secundum traditionem *om. CM* tradictionem (c *eras.*) *P* 21 noştri (N *s.* ştri *m2*) *P* 22 corpore (a *s.* e) *P* 23 extispicium (tis *ex* sis) *P* 24 nego (n *s. u.*) *P*

cum lectio factam adstruat, non factam auium, utique si inspectio fuisset istorum, etiam auium facta esset diuisio, ut E fieret inspectio. quid si fidei nostrae hoc conuenit? et ideo quod supra aruspicinam uerbi nobis dat traditio requiramus. diximus supra quia in uitula terram accipimus, in capra aquam, in ariete aerem. quod ipso nomine colligitur, quod trima ad sacrificium sumi iubentur, quia terra ipsa inter tres diuiditur species sui — aut enim continens aut insula aut paeninsula est —, aqua ipsa in tria, quia aut mare est aut F fluuii aut lacus; nam fontes aut putei priuata negotia nequaquam digna diuisione generali et publica; putei latent, fontes aliis originem praestant. aer quoque habet diuisiones temporum ueris aestatis hiberni. et haec mundana diuisio est. quo hoc proficiat? ut cognoscamus deum esse horum auctorem moderatoremque omnium, qui omnibus ordinem rebus dederit et ea diuisione distinxerit, ut his colligas posse tibi deum conferre
56 quae pie postulas et quae spondet inplere. itaque Abraham 337 A quia promittenti domino terrae hereditatem responderat: unde cognoscam quia heres ero terrae huius? per illas species hostiarum informatur, ut credat deum esse supra mundum, qui uniuersa quae mundi sunt prouida distinctione diuiserit, sed ea quae sunt diuisa resolui postea, ea autem quae non sunt diuisa — aues enim, hoc est turturem et columbam non diuisit — numquam resolui. fides enim manet integra, quae columbae more in sublime subrigitur, lustrans superna B

5 Philo Quaest. III 3 18 Gen. 15, 8 24 Philo Quaest. III 3

4 dat nobis *B* 5 accipiąmus *P* accepimus *M* 6 aquã (ã *ex* a *m2*) *P* 7 inter] in *B* 9 paeneinsula *P* (e *alt. s. u. m2*) pene insula *cet.* 11 puplica *ex* pabulica *P* 12 aer *ex* ergo *m2 P* habet *s. u. P* 13 aestatis (i *ex* u) *P* *post* aestatis *add.* autumni *P* (*s. u. m2*) *cet.* 14 proficiat *P* (a *exp. m2*) proficit *cet.* horum esse *BM* horum est *C* auctoremq. (q. *eras.*) *P* mediatoremque *CM* 15 ordinẽ (ẽ *ex* e *m2*) *P* 18 hereditatæm *P* 20 hostiarum *om. CM* credat deum *B* credatur (dn̄ *s.* ur *m2*) eum *P* credat deum *eum *T'* credat deum eum *CM* 21 distintione *P* (t *alt. m2 ex* c) *M* 22 sed ea quę (uę *s. u.*) *P* 23 sint *P*; *fort. in u. 22* sint *scribendum*

et spiritalibus alarum remigiis caelum circumuolans. turturi quoque mens illa confertur, quae auis usu istius secretis alitur, intellegibilem illam et indiuisam quaerens trinitatis substantiam, refugiens plebem quandam creaturarum et corporeae se non conmiscens congregationi atque ab omni passionum labe secernens. hoc sacrificium de te poscitur. qui tales offert hostias, fidem et castimoniam mentis, simplicitatis gratiam, caritatis et pacis affectum, ipse se beatae illius terrae agnoscit heredem, sicut etiam dominus apertius in euangelio declarauit dicens: beati pacifici, quia ipsi possidebunt terram. C

57 Accipe aliam diuisionem. caro quoque nostra ipsa dei ordinatione diuisa habet membra omnia. duo oculi sunt, binae aures, duae genae, nares diuisae, dentium geminatus ordo. ubera scapulae manus latera femora genua pedes crura nonne bina omnia, ut subnixa geminatis subsidiis omnia nostra uideantur. officia? anima etiam diuisionem suarum patitur portionum. nam διορατικόν, hoc est superiora quasi oculi quidam contrarii rationabile est et inrationabile. rationabile ipsum diuiditur circa mentem et sermonem, sensibile eius in auditum et uisum, quibus uitae huius cumulatur gratia. nam odor et gustus uitalis usus uidentur necessarium praebere ministerium. nares iugi flatu aspirationem recipiendo uitalem continuato quodam substantiam hominis cibo pascunt, D E

10 Matth. 5, 4 12 Philo Quaest. III 5 17 et 611, 6 Philo Quaest. III 5

5 cõmiscens *PCM* miscens *B* 6 poscitur (un *s.* i) *D* poscuntur *N* 8 effectum *DCM* se *om. DNCM* 9 apertius *in mg. m1 P* 10 quia *P* quoniam *DNBCM* 11 possidebunt terram *PBCM* dm̃ uidebunt *D* (*in mg.* ∴ qm̃ ipsi possidebunt terram) *N* 12 quoque *del. D, om. N* 13 omnia *del. D, om. N* omnia habet membra *CM* 14 geminatus dentium *B* 16 geminaṇtis *P* geminatis (t *in ras.*) *M* 17 ⟨obire⟩ uideantur *ed. Rom.* anima nostra *T'* 18 dioraticon *libri* hoc est *D* (est *s. u.*) *N* hoc *cet.* 19 oculi] sicut totidem plateae *Philo Quaest. III 5 (177 A)* est *in u. extremo add. m2 P* et inrationabile. racionabile *in mg. inf. m1 P* 20 et *D* (*s. u.*) *NB, om. cet.* 22 uitalis *P* (i *alt. ex* e) *D* (e *s.* ị *alt.*) 24 hominis (is *ex* es) *P*

gustus autem potu epulisque generatur, quintus uero sensus, hoc est tactus uelut admixtus est illis quattuor. odor et gustus quaedam magis alimenta sunt corporis, quibus carnis huius militia subsistit, uisus uero et auditus mentem adiuuant. haec sunt diuisiones, quae secundum carnem nostram ani-
58 mamque a summo operatore diuisae sunt. unde oportet nos colligere quia etiam mundus iste uelut per membra quaedam gemina et tamquam ἀντιπρόσωπα distributus est, terra in montes F et in campos, ut sunt partes nostri corporis elatiores aliae, aliae planiores. eminent scapulae et pedum superiora uel manuum, latera autem et inferiora ceruicis uelut ualles trita et concaua. quod et de uola manus intellegere licet; nam in ipso calcaneo pedis eminere alia, media autem sinuata esse quis dubitat? aqua in mari salsa, dulcis in flumine uel in fontibus. est aer hiberno frigidus, ueris mensibus temperatus, calidus aestate. ergo ista diuisit operator, mentem autem nostram, quae modo auium uirtutum diuersarum et uigoris 338 A sui uecta remigiis supra caelum euolat, non diuisit, quia trinitati adhaeret diuidenti omnia, soli indiuisae. unde philosophi superiorem mundi huius substantiam, quam aethera uocant, non ex ceterorum elementorum uolunt admixtione constare, sed splendidam et multo refulgentem lumine, quae non terrae sordidum nec aquarum umidum nec aeris nebulosum nec ignis ipsius rutilum quicquam recipiat, ex quinta quadam usia esse adserunt et uelut uolucrem mundi istius B mentem uelociorem purioremque esse ceteris partibus. nam aliae mixtae sibi et concretae sunt, nos autem nihil materialis conpositionis inmune atque alienum putamus praeter illam

6 Philo Quaest. III 5 19 Philo Quaest. III 6

1 generẹtur (a *s.* ẹ) *P* uero] autem *B* 2 est *pr. s. u. D, om. C* 5 haec *P* (c *eras.*) *CM* hae *cet.* 8 ịamquam (t *s.* ị) *P* antiprosopa *PBC* antiprosapa *M* antiprosapia *DN* 11 trita (t *alt. s. u. m3*) *P* 12 in *om. DN* 13 pedis (i *ex* e) *P* 18 remigiis (i *tert. s. u.*) *P* super *DN* 23 humidum *P* (h *s. u.*) *cet.* 25 uolucrẽș *P* istius] huius *DNM* 26 nã *m2 ex* non *P* 27 concretae *N* concreatae *PBCM et* (a *pr. del.*) *T'D*

solam uenerandae trinitatis substantiam, quae uere pura ac simplex sincerae inpermixtaeque naturae est, quamuis aliqui putant de illa quinta usia lucem esse clariorem, de qua dixerit Dauid quod deus sit circumdatus lucem sicut uestimentum et apostolus scripserit de ipso omnipotente deo quod solus habeat inmortalitatem et lucem habitet inaccessibilem. C

59 Qua ratione autem dixerit quod aues descenderint supra diuisa corpora uitulae, caprae atque arietis non facile repperio nisi quod omnia terrena, maritima atque ipsa aeria plena sunt insidiarum ac perturbationum. uidentur enim aues istae cibi causa descendisse supra corpora. naturaliter autem uiolentiores potioresque uiribus super infirmiores inruunt et quasi mortuis corporibus incumbunt ex inprouiso frequentius inruentes, uel quod uerius puto, quia princeps mundi huius et uolucres caeli, spiritalium nequitiae, quae sunt in caelestibus, eos qui mundana sollicitudine curaque diuisi sunt graui motu incessant et uelut cadauera mortuorum dilacerent dente aspero. de his enim dictum est: relinque mortuos sepelire mortuos suos, quia sunt de regno diaboli, qui in se ipsum diuisus est. qui autem sunt de regno dei, quibus dicit Iesus: regnum dei intra uos est, hi non sunt diuisi, quia adhaerent deo, quoniam qui adhaeret meretrici unum corpus est; erunt enim, inquit, duo in carne una. qui autem adhaeret domino unus spiritus est. isti ergo non sunt mortua corpora, ut uolucres caeli comedant eos, sed sunt D E

4 Psalm. CIII 2 6 I Tim. 6, 16 8 Gen. 15, 11 Philo Quaest. III 7 16 Ephes. 6, 12 19 Luc. 9, 60 20 Luc. 11, 18 22 Luc. 17, 21 23 I Cor. 6, 16 sq. 26 Matth. 13, 4

3 putant (e *postea add.*) *P* putent *cet.* 5 deipso (i *ex* o) *P* de eo *N* omnipotente (te *alt. s. u.*) *P* 12 ç̨ą̨ęcausa *P* 13 super . . . corporibus *infra in mg.* (et *s. u.*) *m1 P* 16 caelestibus *om. N*, cę *in u. extremo* (*om.* lestibus) *del. m2 D* 17 diuisi (i *tert. ex* a) *PD* diuisa *M* 18 cadauera (a *alt. ex* e) *P* dilacerę̨nt (a *m2 s.* ę) *D* dilacerant *N* 19 sepeli*re *P* 22 hi* (i *eras.*) *P* hii *NM* 24 duo *D* (*in ras.*) *N*, *om. cet.*

spiritus; facit enim deus angelos suos spiritus. denique supra columbam et turturem non descenderunt, quia diuisae istae aues non erant; non sunt enim diuisi iusti, quibus dicitur ut sint simplices sicut columbae. ideoque Dauid dicit quia F et passer inuenit sibi domum et turtur nidum sibi ubi reponat pullos suos. haec spectabat Abraham, haec profundo et spiritali considerabat intuitu. ideoque scriptum est: consedit illis Abraham, non quasi aruspicinae, sed quasi caelestis reuelationis interpres signa diuinae operationis explorans. mens enim directa ad Christi gratiam uidebat hunc mundum plenum esse iniquitatis, quae uelut e summo caeli uolaret et opprimeret infimos terrae, pudicitiam autem fidem sinceritatem nullis esse obnoxias passionibus, auaritiam uero 339 A et sollicitudines saeculi, quibus suffocantur qui habent uoluptates diuitiarum, dilacerari ac diuidi. unde et diuitiae dictae sunt curae et cogitationes mundi huius, quod mentem diuidant atque in diuersum scindant et in partes trahant nec sinant eam incorruptam esse et integram. uir ergo pacificae mentis considebat et considerabat quatenus prohibere comminus posset ea mala, quae hominibus inuehuntur; mens enim sapientis ac iusti uiri mederi studet humanis casibus et prohibere ac B resecare animarum nostrarum labores.

9, 61 Denique quam hoc Abraham spiritali et prophetico affectu C fecerit sequentia docent. nam solis occasu excessus

1 Psalm. CIIII 4 Hebr. 1, 7 4 Matth. 10, 16 5 Psalm. LXXXIII 4 8 Gen. 15, 11 Philo Quaest. III 8 15 Matth. 13, 22 24 Gen. 15, 12 Philo Quaest. III 9

1 denique ... 3 non erant *om. N* 6 habraham *D* 8 illis Abraham *om. DN* 11 e] a *DN* 12 infirmos *ed. Paris. a. 1569* 15 delacerari *PDC* 16 cogitationes *m2 ex* cognationes *P* 18 em (*s.* a*, m *eras.*) *P* eam *T', om. cet.* 19 conside[bat et consider]abat (*uncis inclusa extra u. add. m1*) *P* quatenus *P* quatinus *cet.* prohiberet comminus (s *ex* i) possent *P* posset cõminus *B* 20 inuehuntur (ue *in ras. m2*) *P* 21 uiri *s. u. P* mederi *P* (i *s.* e *ult.*) *T'* 22 resecare *P* (c *ex* r) reserare *B* 23 denique *in ras. P* habraham *D* profetico *P* 24 docent] manifestant *B* occasum *P*

cecidit supra ⟨Abraham⟩: et ecce timor magnus tenebrosus incubuit super illum. excessus prophetis fieri solet, sicut habes prophetam dixisse: ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. excedit enim mens prophetae uelut fines quosdam humanae prudentiae, quando repletur deo, et ante euacuat se cogitationibus et disceptationibus saeculi huius, ut aduenienti gratiae spiritali puram se et exinanitam praebeat, superueniat in eam spiritus sanctus magna se ui infundens, ita ut mens hominis subito turbetur. denique angelus uenit ad Mariam — et cum sedulitate et gratia uenerat: et tamen Maria mota est in introitu eius. unde ait angelus ad eam: ne timeas, Maria; inuenisti enim gratiam apud deum. et ecce concipies in utero et paries filium. cognoscimus ergo quia quando uenit gratia dei super propheticam mentem, subito inruit et inde incubuisse et decidisse super prophetam spiritum sanctum legimus, quia excessum patitur et turbatur et timet et quibusdam ignorantiae et inprudentiae tenebris offunditur, sicut et in Actibus apostolorum legimus quia circumfulsit super Saulum ⟨lux⟩ de caelo, et cecidit et horrore animi turbatus est et audiuit uocem de caelo dicentem: Saule, Saule, quid me persequeris? desinit enim uidere saecularia qui incipit audire diuina. unde et timorem Abrahae et tenebras mirari non debes, quasi praeter uirtutem aut meritum eius acciderint, cum prophetarum consuetudini congruere aduertas quando adiuncta, ut cognoscant futura.

3 Psalm. CXV 2 12 Luc. 1, 30 sq. 18 Act. 9, 3 sq. 21 Act. 9, 4

1 Abraham *addidi, om. PBCM* eum *DNα* magnus et *D* (us *in ras.*, et *s. u.*) *N* 2 incobuit (v *s.* o) *P* profetis *P* 8 praebeat (b *ex* u *m2*) *P* 9 denique et *C* 12 angelus ait *DN* 13 gratia *P* 15 ụnde (i *s.* ụ *m2*) *P* 16 cecidisse *DN* prophetam *scripsi* prophetas *libri* 17 quia qui *M* 18 ignorantia et inprudentia (*corr. m3*) *P* 19 ⟨lux⟩ *Henricus Schenkl*, circumfulsit lux *DN* 22 incipit (p *ex* d) *P* 24 quịasi *P* 26 adiuncta ut *del. m2 D*, *om. N* cognoscant *P* (a *ex* u) *D* (v *s.* ạ *m2*) cognoscunt *N*

62 Continuo autem dictum habes ad eum: sciendo scies quoniam peregrinum erit semen tuum in terra non sua, et seruitio opprimentur et nocebunt eis et humiliabunt eos ecce annos quadringentos. merito tenebrosus 340 A horror magnus factus est, quia magna oracula deferebantur, cum de populo saeculorum dabatur praeceptum. quomodo tam facile capere istud mens humana poterat, maxime quae admonebatur, ut in hac peregrinaretur terra? non enim tam quae futura erant declarabantur quam praescribebantur quae facienda nobis forent. nam peregrinum inquit erit semen tuum, siue quia omnes homines peregrini esse debeamus in hac terra — omnium etenim pater est Abraham — siue B quia uerum semen Abrahae peregrinetur in hoc mundo; illud enim uerum semen est, de quo dictum est: in Isaac erit semen tuum. denique qui se Abrahae heredem agnosceret ait: aduena ego sum in terra hac et peregrinus sicut omnes patres mei. qui enim peregrinus hic fuerit ciuis in caelo est, qui autem in hac terra omnem animae suae substantiam constituendam putauerit hereditatemque huius terrae adquirendam sibi exultauerit a dei regno excludetur. unde apostolus ad fideles uiros et ciues Hierusalem illius, quae in caelo est, et ecclesiae filios dicit: ergo iam

1 Gen. 15, 13 Philo Quaest. III 10 14 Gen. 21, 12 16 Psalm. XXXVIII 13 21 Hebr. 12, 22 22 Ephes. 2, 19

2 quoniam *PB* quo *DCM* quod *N* 3 noceb̓ *P* (nocebunt *m2*) 4 annos *P m1 et* (i *s.* ϙ) *D* annis *P m3 cet.* CCCC^{tis} *P* (tis *m3, supra et infra est ras.*) *C* CCCC *M* quadringentis *cet.* 5 horror *s. u. m2 P* quia (a *s. u. m2*) *P* 6 cum *s. u. m3 P* 8 tamq̃. (*h. e.* tam quae) *m3 ex* tamq̃. (*h. e.* tamquam) *P* tam quae *T'* (*ex* tanquã) *N* tam^{e}q *D* (q^{e} *in ras.*) tamque *B* tanquam *C* tamquam *M* 10 nobis *om. DNCM* nam peregrinum *T'* peregrinum (*del. m1*) n̓a peregrinum *P* peregrinum *cet.* 11 debemus *N* 12 enim *B* 13 peregrinatur *DN* 14 isac *P* 16 hac terra *DN* 17 hic (*del. m1*) peregrinus hic *P* 18 ciuis (i *alt. m3 ex* e) *P* 19 hereditatemque (que *extra u. m3*) *P* 20 exultauerit (er *s. u. m3*) *P* 21 apostolus (o *pr. ex* a) *P*

non estis aduenae atque peregrini, sed estis ciues sanctorum et domestici dei. non ergo haec terra nostra est, de qua potest princeps mundi istius dicere ostendens regna omnia orbis terrae: tibi dabo potestatem hanc, si procidens adoraueris me: erunt tua omnia quae sibi alieni uindicant et seruitio opprimunt populum dei, ut seruis eius nocere et humiliare conentur sanctos dei. denique ipse filius dei nihil sibi ex hoc mundo uindicandum putauit, unde ait: uenit huius mundi princeps et in me inueniet nihil. diuersi ergo domini in seruitute nos uolunt tenere: incessit diabolus, infestant angeli eius, passiones motusque corporis uelut domestici atque intestini hostes inquietant. foris pugnae, intus timores, foris pugnae, intus cupiditates. aliena est enim interni corporis substantia puritati cordis et ideo inpugnat uel certe repugnat. bellum ergo cotidianum est et intra castra eadem graue proelium, donec deus misericors diabolum atque eius ministros iudicet, passiones restinguat ac subiciat menti sedulae, exquirat animas nostras de omnibus offensionis et periculi nostri auctoribus, qui ait: sanguinem animarum uestrarum exquiram de manibus omnium bestiarum. et Iohannes uidit et dixit quia mors et infernus missi sunt in stagnum ignis.

63 Itaque exibunt iusti, ut nihil de suo dimittant in terra hac, ne spolia eorum residant apud incolas et possessores istius terrae. qui etiam sic abibunt de terra Aegypti ista, ut uasa,

4 Matth. 4, 8 sq. 9 Ioh. 14, 30 13 II Cor. 7, 5 19 Gen. 9, 5 21 Apoc. 20, 14

1 aduenae atque *om. DN* 3 mundi istius *P* (istius *in ras. m1*) *BC* istius mundi *M* mundi huius *DN* 5 quae *Mα* quam *cet.* 6 opprimant (v *s.* a) *P* seruis (i *ex* o *m3*) *P* 7 eius *om. T'* 11 incessit *P* (a *s.* i) *T'* (i *alt. ex* a) incessat *cet.* e*ius (u *eras.*) *P* 12 in***quietant (est *eras.*) *P* 13 timores (e *ex* i) *P* pugnae *P* 14 enim est *B* 15 certe (r *s. u. m2*) *P*, *om. DN* repugnant *P* 16 castra *om. DN* 17 restringat *M* 18 subiciat (ci *s. u.*) *P* 19 offensis *DN* 20 deo (o *eras.*) manibus (a *s. u.*) *P* 24 resideant *N* 25 sic *PBCM* si *T'DN* abibunt (i *ex* e *m2*) *P* ut *del. m2 D*, *om. N*

quae sumpserunt ab Aegyptiis mutua uel aurea, inquit, uel argentea, quibus ad tempus utèrentur, secum auferant et depraedentur Aegyptios. haec uasa acceperunt uoluntate domini et secum ea auferent, quia resurrectionis filii sunt, quibus dicitur: non peribit capillus de capite uestro. uasa 341 A haec Aegyptii dederunt, quae de terra adflictionis adsumpta sunt, et sunt alia aurea, alia argentea, quia omnis creatura dei bona et maxime hominis in terris praestantissima, quam honorauit deus, ut inspiraret in faciem eius spiritum uitae et omnibus praeficeret animantibus. haec illa sunt uasa, de quibus dicit apostolus: habemus thensaurum in uasis fictilibus. haec est uestis Aegyptiorum, qua uestitur anima nostra, ut locupletior hinc recedat et quo hic uehementer laborabat B liberetur. non solum enim omnis creatura ingemescit et parturit, sed etiam nos, donec ueniat redemptio corporis nostri. habet dominus curam operis sui, habet naturae promptae in plerisque ad rationem ac beniuolentiam. neque enim excidi et perire patimur arbores, quarum circa primos fructus nobis fetura prorumpit, si posteriore aetate eas aut uentus decutiat aut sol adurat, ut <in> sufficienda et subministranda uirtute siccitatibus deficiat ueteris animae [deficiat] substantia, sed C

1 Exod. 12, 35 sq. 5 Luc. 21, 18 6 Philo de congr. quaer. erud. gr. 15 (I 531, 17) 9 Gen. 2, 7 11 II Cor. 4, 7 17 Philo Quaest. III 10

1 mutuą (o *s.* ą) *P* mutuo *cet.* 4 eam (m *eras.*) *P* auferęnt (v *s.* ę *m3*) *P* afferunt *D* auferunt *cet.* 6 sunt assumpta *DN* 7 alia *alt.* (l *s. u.*) *P* 8 in terris] interioris *B* quem *D* (*ex* quae) *N* 11 thesaurum *libri*, istum *add. B* 12 haec haec *PT'* 13 quoḍ *P* hinc *NM* laborat *DNC* 14 ingemiscit *P* (i *alt. ex* e *m3*) *cet.* 17 rationem] orationem *DN* enim *om. DN* 18 primos (s *s. u.*) fructǫs (v *s.* ǫ) *P* 19 futura *DNC* prorumpunt *DN* eas *om. DN* 20 ut *PBCM* aut *D* (a *s. u.*) *N* in *addidi* 21 deficeat (i *ex* e; c *alt. eras.*) *P* deficat *C* desiccat *T'M* ueteris animae *scripsi* uestris (uris *T'DBC* nris *M*) animae deficiat *PT'BCM et* (*qui haec del. m1*) *D*, *om. N*; deficiat uis animae, deficiat substantia *Henricus Schenkl* sed . . . examinandas *siglis* ⊢ *m3 in P significauit post* adurat *transponenda esse et transposita haec sunt in B*

melioribus auris differimus examinandas. et ideo deus noster bonae uoluntatis remunerator etiam primae feturae atque indolis contemplationem habens omne colligi patitur animae nostrae patrimonium ac reseruari futuri aduentus probaturus temperie.

64 Memor itaque sui muneris, quod inmortale esse uoluit aequis, [sed] si culpa non obrepisset et grauis, quae fecit ut non expediret diu uiuere, ait ad Abraham: tu autem ibis ad parentes tuos cum pace, nutritus in senectute bona. patitur nos discedere ex hoc saeculo, ut secessione animae hoc corpus resoluatur in terram suam et fiat finis peccati, deinde per resurrectionem reformetur diuinae liberalitatis gratia. ideoque dicit ad Abraham: tu ibis ad patres tuos. nonnulli putauerunt patres esse elementa, ex quibus constat caro nostra, dum uiuimus, et in quae resoluimur. sed nos qui meminimus matrem nobis esse Hierusalem, quae sursum est, quae est libera, quae est mater omnium nostrorum, sicut apostolus dicit, illos adserimus patres qui uitae et merito et ordine praecesserunt. erat illic Abel pia uictima, erat pius et sanctus Enoch, erat Noe: ad eos promittitur Abrahae transitus. transit enim qui de hac uita recedens ad uitam demigrat alteram, quam uiuit mens sapientis et iusti uiri, qui nutritur in pace; nam insipiens in bello

8 Gen. 15, 15 Philo Quaest. III 11 17 Galat. 4, 26

1 deus dominus *N* 2 faeturae *P* feturae (e *pr. ex* u) *T'* primae et futurae *D* (et *s. u.*) *N* 3 indolis *ex* indolens *P* indolis bonam (bonam *del. m2*) contemplationem *B* 4 *post* aduentus *add.* illud *P* (*s. u. m3*) *cet.* 7 sed *seclusi* obrepsisset *D* (s *pr. s. u.*) *N* 8 homines diu *N* 11 fiat finis *PBCM* finis sit *D* (sit *m2 in mg.*) *N* 13 ideo (*om.* que) *DN* ad *s. u. m3 P* 14 putauerunt *ex* peccauerunt *P* 15 quae *T'* (*ex* quam) qua *P m1 CM* quam *P m2 cet.* 16 nobis] nostram *B* 18 nostrum *P* (*ex* nostrorum) *T'NBCM* illos autem *P* 19 et merito *P* merito *cet.* 21 abraham *DN* 22 alienam *N* quam *P* qua *T'* quia *cet.* 23 nutritur in pace *scripsi* nutritus in pace est *P* (est *s. u. m2*) *T'BCM* nutritus est (est *in mg. m2 D*) in pace *DN*

nutritur et in discordiis, iustus in senectute bona uiuit. non F
dixit 'longa', sed bona, quia iustus bene senescit, iniustorum autem nemo, quamuis ceruis uiuacibus diuturniorem uitam uixerit. nam diu uiuere commune sapientibus atque insipientibus est, bene autem uiuere speciale sapientis est, cuius senectus uenerabilis, et aetas senectutis uita inmaculata, non diuturna inquit neque numero annorum computata nec capillis canis in capite, sed sensibus. ille 342 A
ergo bene senescit qui bene senserit.

65 Quarta autem generatione reuertentur. historia quidem uidetur de Iudaeis conuenire, qui in Aegyptum transierunt et de Aegypto exierunt. quadringenti enim anni et triginta exacti illic anni eorum sunt, sed non omnes centenos et quot excurrunt annos uixerunt, sicut Moyses aut Iesus Naue, ut quartae generationis tempus conueniat. unde mysticum aliquid magis requiramus, eo quod tetras omnibus numeris apta sit B
et radix quaedam decimae ac fundamentum, hebdomadis quoque media. denique nonagesimus tertius psalmus scribitur quarta sabbati, eo quod hic numerus medius sit priorum sequentiumque: tres enim praecedunt eum: primus secundus tertius et tres sequuntur: quintus sextus septimus. qui hunc psalmum canit uelut aptis numeris uitam istius mundi transigit quasi tetragonus et stabilis atque perfectus. in quattuor C
libris plenum euangelium atque perfectum est. quattuor animalia mystica sunt, mundi quoque istius quattuor partes, ex

2 Gen. 15, 15 Philo quis rer. diu. her. 58 (I 515, 5) 3 Uerg. Ecl. VII 30 6 Sap. 4, 8 sq. 10 Gen. 15, 16 Philo Quaest. III 12 14 Deut. 34, 7 Ios. 24, 30 15 Philo Quaest. III 12 24 Ezech. 10, 14

3 ceruicibus *DN* diuturniorem uitam *P* diuturniore uita *cet.* 7 diuturna (di *s. u. m2*) *P* neque . . . capite *in ras. D* 8 canis *DN*, *om. cet.* 12 CCCC^{ti} *P* (ti *m3*) *C* CCCC *T'M* anni *del. ed. Rom.* XXX^{ta} *P* (ta *m3*) *DC* XXX *M* 14 quoḍ (t *s.* ḍ) *P* moises (i *ex* e) *P* 15 magis aliquid *B* 16 tetras *P* (t *alt. ex* r *m2*) *T'* (*in ras.*) 20 sequentiumque *PB* sequentium *T'* *cet.* 21 secuntur *T'BM* 25 quoque mundi *P* istius] huius *B* quattuor sunt *P* (sunt *s. u. m3*) *cet.*

quibus congregati filii ecclesiae regnum Christi sacratissimum propagarunt uenientes ab oriente atque occidente, septentrione ac meridie. quadrupertito igitur latere sancta surrexit ecclesia. decas quoque ex isto numero adsurgit. si enim conectas ab uno usque quattuor, hoc modo decimam facies. conputa unum, adde illi duo: fiunt tres. adde tribus tres: fiunt sex. et ad D sex adde quattuor: fiunt decem. tetras igitur decimam inplet, decas numerum omnem conplectitur. quattuor quoque aetates sunt hominis: pueritia adulescentia iuuentus maturitas. paulatim adsurgit et fundatur sapientia. itaque summa prudentiae quarto aetatum ordine uenit. meritoque etsi quis ante sub rege Aegypti fuit, maturioris tamen aetate consilii exit de potestate eius et legem sibi agnoscit sequendam. tunc fit ei E uitae istius mare peruium. similis ratio est his quae gignuntur solo. ubi semen sparsum fuerit, humo soluitur et primo prorumpit in radicem, deinde germinat, formatur fructus et postea maturescit. arbores quoque ipsae primum fructum ferunt, deinde ipse adolescit fructus, accessu temporis mutat colorem, quarto ordine consummatur, hoc est nouissimo. ita ergo et nos in hac terra adflictionis fugiamus lateres formare, sed gemitu et lacrimis prouocemus domini misericordiam, ut F mittat nobis Moysen et Aaron, hoc est legem et sacerdotem, sed illum uerum sacerdotem et sacerdotum principem, qui licet inter homines uersaretur, dicebatur ecce spiritus

20 Exod. 1, 14 23 Psalm. CVIIII 4 Hebr. 5, 6 et 10; 7, 17. 21. 24. 26 24 Thren. 4, 20

2 atque ab occidente *B* 3 ac *PC* et *cet.* quadrụpertito *P* (i *s.* ụ) quadripertito *T'DM* quadripartito *NBC* 7 et fiunt *B* decimam] decem *DN* 8 .IIII. *P* 10 et fundatur (*in mg. inf. m2*) ẹt sapientia *P* prudentiae *P* prudentia *T'B* 11 ẹtsi *P* (v *s.* ẹ) ut si *cet.* 12 aetate *om. DN* 14 uitae istius *PCM* uita istius *D* istius uitae *NB* est *P* (s *s. u.*) *T'B, om. cet.* qui *DN* 15 homo (v *s.* o *pr. m2*) *P* 17 ipsae *P* (ae *in ras.*) *BC* ipsum *M* ipse *T'DN* 20 terra afflictionis hac *DN* 21 lacrimis et gemitu uocemus *DN* 22 moesen (i *s.* e *pr. m2*) *P* 23 sed *om. DN* uero *DN* sacerdotem (v *s.* e *m2*) principũ (-pem *m2*) *P* sacerdotem principum *C* 24 dicebat *M*

ante faciem nostram Christus dominus, et liberet nos de terra Aegypti, ut domini pascha celebremus. feramus etiam fructum fidei ab ipsa pueritia, augeamus in adulescentia, coloremus in iuuentute, conpleamus in senectute. iam enim 343 A
5 securis ad radices arborum posita est, ut qui facit fructum ferat. adultam etiam maturamque segetem nostram messor inueniat, ut maturos fructus in apothecis recondat, ne inmaturos hiemps deprehendat, uentus decutiat, pluuia corrumpat.

6610 Ego tamen arbitror significari magis inter aduentum domini priorem et secundum, qui futurus est iudicii dies, tempus medium. ideo enim et ad solis occasum uiro huiusmodi factus B
est pauor magnus, quia occidente iam mundo futurum sacrificium declarabatur, quo mundus redimeretur, fides esset hostia,
15 quae non diuideretur a filiis Abrahae — nam qui eam diuidunt non sunt Abrahae filii. fides conparatur regno caelorum; simile est enim regnum caelorum grano sinapis et simile regnum caelorum negotianti, qui emit agrum et inuenit in eo margaritam pretiosam. regnum caelorum
20 indiuisum est, quia regnum trinitatis unum est. ideo perpetuum C
atque aeternum, quia indiuisum; omne enim regnum diuisum facile destruetur — hostia foret etiam pudicitia trinitati dicata post illud sacrificium uitulae [quia] laboribus, quia sacerdotalis uictima, caprae autem, quia pro peccatis hostia,
25 arietis, quia pro omni mundo et pro ipsis aeriis uel caelestibus,

2 Exod. 12, 3 sqq. 4 Matth. 3, 10 Luc. 3, 9 13 Matth. 27, 45 17 Matth. 13, 31 18 Matth. 13, 45 21 Luc. 11, 17 25 Philo de gig. 2 (263, 8), cf. Cic. Tim. 10

2 feramus *in mg. m3 P* 5 securis (i *ex* u) *P* 6 maturamque (ma *in ras.*) *P* 8 hiem* *T'* hiems *N* 12 huiusmodi . . . quia *in ras. D* factus *DN, om. cet.* 13 est *P* (s *s. u.*) et *C, om. M* 14 mundus* *P* 15 qui eam *m2 ex* que iam *P* 17 enim *om. DN* 18 simile est *P* (est *in u. extremo m3*) *cet.* homini negotianti *BM* 19 preciosam *ex* speciosam *P* 21 adq; &nũ adque (t *s.* d) aeternum *P* 23 quia *P m1, inclusi,* quoque pro *P m2 cet.* 24 est uictima *P* (est *s. u.*) *cet.* 25 omni* (s *ut uidetur eras.*) *P* aeriis *PM* aereis *B* aeris *C* arietib; *D* (ib; *m2 ex* is) arietibus *N*

non solum pro hominibus nec solum pro agnis, sed etiam pro haedis, quos peccatricis generationis faetore exuit, testificatur oraculum futuros adhuc in terra adflictionis Abrahae D filios, ut in hoc agone multorum et grauium certaminum se probent et ita cum multa superlectili aureorum et argenteorum uasorum spoliis opimis exeant et reuertantur animae atque exeant pretiosa possidentes corpora uirtutum diuersarum et praecipue castimoniae passionum thensauro repleta, sumpturae etiam Christi iudicio de diabolo et eius ministris ceterisque qui sibi uoluerunt nocere uindictam. tunc erit pauor magnus etiam iustorum; nemo enim sine peccato. omnes E habebunt quod timeant, quia inpleta peccata erunt, ut cum superabundauerit peccatum, superabundet gratia.

67 Iterum cum iam sol esset ad occasum, flamma facta est. et ecce fornax fumigabunda et lampades ignis, quae pertransierunt per media diuisa illa. etiamsi qui dubitaret de superioribus, confirmarent sequentia, quando flammam factam ad occasum legimus, quae inluminaret uespertina mundi tempora et fulgeret in tenebris, reuelaret F latentia. denique continuo uisa est fornax fumigabunda, cuius similitudine uidetur exprimi uita humana inplicata iniquitatibus saeculi istius atque inuoluta, non habens ueri fulgoris claritudinem et splendorem sinceri ignis. intus quasi fornax aestuat diuersis cupiditatibus et quibusdam desideriorum anhelat ignibus, foris uelut quodam fumo adtexitur, ne uideat ueritatis 344 A

11 Iob 14, 4 12 Rom. 5, 20 14 Gen. 15, 17 Philo Quaest. III 15 20 Philo Quaest. III 15

2 aedis *P* 3 futuros (o *ex* u) *P* 4 hoc *om. DN* se*probent *P* 5 suplectili* (*fort.* a *eras.*) *P*, supellectili *P corr. cet.* 6 opîmis (s *s. u.*) *P* exeant (e *alt. ex* t) *P* 8 possessionum *α* tesauro *P* thesauro *T' cet.* 9 diabulo *P* 10 uoluere *B* 12 quod *T'* (*ex* quid) *B* (*in ras*) ut] et *DN* 13 superhabundauit *T'* (h *s. u., corr.* -det) *DN* 17 qui (*exp. m2*) *P*, *om. cet.* dubitaret *scripsi* dubitaretur *libri*; *fort.* cui dubitaretur 19 uespertina (a *ex* ã) *P* ac reuelaret *P* (ac *s. u. m3*) *cet.* 21 uita (ita *in ras.*) *P* 23 ignis] luminis *D* (*s. l* ignis) *N* 24 anhelat (h *s. u.*) *D* hanelat *B*

faciem. obumbrantur itaque et obducuntur quadam caligine oculi animae, ut confundatur globo quodam fumigantis nubiculae mentis aspectus, ne pura possit spectare negotia, donec caelestes lampadas dirigat Iesus dominus, hoc est fulgorem suae gloriae, quando non indigebunt inquit luce lucernae et lumine solis, quoniam ipse dominus erit lux omnibus et ipse inluminabit omnia mundi istius, quorum supra cognita est diuisio, nunc manifestata in lumine, <ut> non per speculum in aenigmate nec in parte, sed faciem ad B faciem ueritatis soliditas atque illud quod perfectum est possit uideri.

10, 68 Post haec secutum est oraculum dei dicentis: semini tuo C dabo terram hanc a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphraten. qui futuram gloriam demonstrauerat debuit etiam conferenda uirtutum merita polliceri; ipse enim et adiutor laborantum et remunerator est innocentium. Aegyptus hic non regionis nomen, sed fluminis est. sic enim ueteres Nilum uocabant, siue quod ipse regioni nomen dedisset siue D de regionis accepisset uocabulo. denique et poeta Graecus testificatur ita esse dicens:

στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.

angustum autem et uile est ut putemus quod caelestibus

5 Apoc. 22, 5 9 I Cor. 13, 12 12 Gen. 15, 18 Philo Quaest. III 16 19 Hom. Odyss. XIIII 258, XVII 427 Philo Quaest. III 16

1 obumbratur . . . obducitur *DN* 2 oculus *D* (us *ex* i *m2*) *N* confundatur (a *in ras.*) *B* confundantur (*om.* mentis) *M* 3 spectari *D* aspectari *N* 4 lampades *DNBCM* dns ihs *T'DNM* 5 gloriae suae *N* non indigeb̄ (unt *s.* t̄) inquid (in *s. u.*) *P* luce *T'BM* lucem *N* (m *eras.*) *cet.* 8 ut *addidi* 9 non] nunc *DN* nec (*s.* tunc) *D* tunc nec *N* faciem *P* (m *exp.*) facie *cet.* 11 uideri (ri *ex* re) *P* 12 hoc *CM* sequutum *NC* 14 eufraten *libri* 16 laborantium *T'DNCM* innocentium est *DN* innocentum (*om.* est) *B* 17 nomen non regionis *DN* est *post* nomen *transponit B* 19 ḍę (*s.* quod) *P* quod *cet.* uocabulo (ṽ *s.* o *alt.*) *P* uocabulum *cet.* 21 CIh-CANδENAIΓΥΠΙΟΠΟΤΑΛΙωNeACAΛΙΦΓEAICCAe *P, eadem fere, sed magis corrupta cet. nisi quod in DN* — CIhCAC, *in CM* — ICCAC *recte legitur; corr. Erasmus*

signis terrena spoponderit. itaque consideremus ne forte perfectam beatitudinem et consummationem bonorum meritorum promiserit. perfecta enim beatitudo ex tribus istis uidetur subsistere, corporis atque animae et accidentibus bonis, quae E
Graeci ἐκτός dixerunt, ut sit corporis castimonia patientia 5
uel temperantia, sit animae prudentia atque iustitia. Aegyptus igitur flumen corporalia uidetur significare, unde et Geon dictus est ipse fluuius, quia de terra figuratus est homo, Euphrates autem quae sunt animae, eo quod fons sit iustitia ceterarum uirtutum, quae uirtutes alias inluminet. prudentia 10
enim sine iustitia nocet, fortitudo quoque, nisi eam iustitia temperet, intolerabilis insolentia est furori quam rationi propior, F
dominationi quam libertati, sobrietas et temperantia priuata bona sunt nec ulli usui, nisi iusta erga deum reuerentia et fideli mente pietatem colas: iustitia sola est, quae uirtutes 15
omnes conplectitur et conmendat omnes. accidentia quoque sunt negotiationes et mercaturae uel agriculturae, conpetentia quaestus laborum operumque ruralium. sunt etiam corporis accidentia salubritas et conmoditas ualitudinis, decus, forti- 345 A
69 tudo, quae ex tempore accidunt et cum aetate mutantur. non 20
mediocrem hanc triplicem gratiam putes. habes enim perfectionem perfectam in euangelio. nam cum dicit dominus Iesus legis perito illi: diliges dominum tuum, animae iustitiam mandat tenendam. etenim si honorari parentes iustum

3 Arist. Eth. Nic. I 8 (1098 b, 12) Diels Dox. 570, 26 6 Philo Quaest. III 16 7 Gen. 2, 13 9 Philo Quaest. III 16 Legg. alleg. I 23 (58, 16; I 80, 6 *C.*) de somniis 39 (692, 34); cf. de paradiso 3, 18 23 Matth. 22, 37

1 sposponderit (s *alt. eras.*) *P* 4 accidentibus (i *pr. ex* e) *P* 5 ἐκτός *scripsi* eCTOT *P* (*s. m3* esteta i. e. *'extera'*) ECTOT *T'* (*s. m1* estęta) esteta *cet., cf. Philo Quaest. III 16* 'externorum' *et Bonitzii ind. Aristot. s. u.* ἐκτός 6 atque] ac *DN* aegypti *D* (i *in ras.*) *N* 8 est ęt *P* est *in ras. m3 N* 9 eufrates *libri* 10 inluminet (e *in ras.*) *N* 12 proprior *P* (r *alt. eras.*) *C* 14 ulli usui] illius ui *DNCM* 15 fidei *NM* 20 accidunt (dunt *ex* d̄ *m3*) *P* 21 hanc (n *s. u.*) *P* ꝑperfectionem (ꝑ *eras.*) *P* 23 dominum deum tuum *P* (deum *s. u.*) *cet., fort. recte* 24 honorare *M*

est, quanto magis parenti omnium deferri debet honorificentia? rursus cum dicit: non occides, non adulterium, non furtum facies, non falsum testimonium dices. B uirtutes corporis seruandas admonet. in posterioribus uero dicens: nemo est qui relinquat domum aut parentes aut uxorem aut filios propter regnum dei et non recipiat septies tantum in hoc tempore, in saeculo uenturo uitam aeternam possidebit nonne incrementum bonorum accidentium cum animae corporisque
70 remuneratione promittit? haec quae simplicibus uerbis scriptura sacra exprimit magno quodam coturno Aristoteles et C Peripatetici personant atque extollunt, Pythagoricum quoque dogma esse testificantur sui. sed quis illorum aequauit Abraham tempore, quis auctoritate et sapientia deum, cuius oraculo Abraham triplicis huius gratiae munus agnoscit?
71 dantur autem ei tamquam in disciplinam alienigenae nationes. ut mens aequi obseruantissima recidat uitia, emendet errata. magis tamen euidens ecclesiae declaratur mysterium, quia per apostolos eius, qui sunt Istrahelitae, quorum patres .... D et ex quibus patribus Christus secundum carnem sub lege factus est, congreganda ecclesia foret credituris populis nationum. quos non otiose decem numero significauit, sed ut ostenderet quia illi ante perfidi, ubi mensuram impietatis inplessent, profecto essent fidei adepturi coronam.

2 Matth. 19, 18 5 Luc. 18, 29 sq. 22 Gen. 15, 19 sq. Philo Quaest. III 17 (omisit cum Philone Euaeos) 22 Matth. 20, 24 23 Matth. 23, 32

1 deferre debes *M* honorificentiam *T'* (m *eras.*) *CM* 2 adulterabis *B* 5 relinquęt (a *s.* ę) *P* 7 saeculo autem *P* (autem *s. u. m3*) *cet.*, *fort.* ⟨et⟩ in s. ę futuro *B* 9 incrementū (ū *in ras.*) *N* 10 sacra scriptura *DN* 11 aristotiles *P* (i *alt. ex* e) *cet.* 12 pitagoricum (*del. m2*) pytagoricum (ł ci *m2 s.* cum) *P* pytagoricum *T'DBCM* 13 abraham aequauit *B* 14 deum] dn̄i *DNCM* 19 apłos *ex* apłs *P* israhelitae¦ae *P* (ae *alt. eras.*) *C* isrłitae *cet.* *lacunam significaui* 20 patribus *om. N* 23 impietatis (im *del. m3*) *P* pietatis *cet.* 24 profecti (o *s.* i *m3*) essent (ut *s. u.*) *P* perfecto (perfecte *M*) essent *CM*

72 Denique sequitur quia Sara uxor Abrahae sterilis fuerat. erat autem ei ancilla Aegyptia, cui nomen Agar, quod ad E ecclesiam pertinere in ea expositione, quam de moralibus scripsimus, apostolicis docuimus exemplis. ecclesia enim sterilis uidetur in hoc saeculo, quia non saecularia parturit nec praesentia, sed futura, hoc est non ea quae uidentur, sed quae non uidentur. huius ancilla est synagoga uel omnis haeresis, quae seruos, non liberos creat. ideoque Agar dicitur habitatio. etenim temporalis spem fouet, non perpetuae possessionis gratiam tenet. itaque ne insolens partu corporeo F fiat ancilla eius et ius sibi ecclesiae uindicet, dicitur ibi: eice ancillam et filium eius; non enim heres erit
73 filius ancillae cum filio meo Isaac. sed etiam in singulis Sarra est et in singulis Agar. Sarra uirtus uera est, uera sapientia, Agar autem est uersutia tamquam ancilla perfectioris uirtutis; alia enim sapientia spiritalis, alia sapientia huius mundi. ideo etiam Aegyptia scribitur, quia philosophica eruditio abundauit in Aegypto. denique et Moyses eruditus erat in omni sapientia Aegyptiorum, sed abiecit eam praeferens Aegypti thensauris obprobrium pro Christi nomine. nam si illam iudicasset alicuius momenti esse sapientiam, 346 A non utique dixisset: precor, domine, non sum dignus

1 Gen. 16, 1 Philo Quaest. III 18 et 19 3 cf. de Abrah. I 4, 28 8 Legg. alleg. III 87 (135, 38; I 167, 10 *C.*) de sacrif. Cain et Abel 10 (170, 3; I 220, 2 *C.*) 12 Gen. 21, 10 15 Philo Quaest. III 19 de congr. erud. grat. 5 (522, 44) 17 Philo Quaest. III 19 de congr. erud. grat. 5 (522, 41) 22 Exod. 4, 10

1 sara *NBCM* sarra *cet.* sterilis fuerat *s. u. m2 P* 2 erat ... Agar *om. DN* ei] et *BM* 7 sed ea quae *B* omnis *scripsi* omnes *libri* 8 haeresis *P m1 T'* haereses *P m2 T'* (*corr.*) *cet.* (haereses omnes *B*) creat *P* 10 ne] ut non *D* (ut *s. u.*) *N* corporeo (o *alt. s. u.*) *P* 11 dicitur (r *ex* s) ibi *P* 13 filius (*s. u. m3*) *P* isac *P* 14 sara (*bis*) *NBCM* 15 perfectioris *DN* perfectionis *CM* profectioris *PB et* (*corr.* prouectioris) *T', cf. Philo Quaest. III 19* 16 alia est enim *BM* 17 scribitur aegyptia *B* 18 moyses *m2 ex* moesis *P* 20 thesauros (i *s.* o) *P* thesauris *cet.*

ante hesternam et nudiustertianam diem neque ex quo coepisti loqui seruo tuo; gracili enim collo et tardiori lingua ego sum. denique quasi inerudito respondetur ei quod erudiretur a domino: ego aperiam os tuum et instruam te quod debeas loqui.

74 Mysterium autem praeclarum quod lex non satis plena, ut persuaderet populis et gentes uocaret, uel quia clausa foret B usque ad Christi aduentum, qui exponens nobis prophetica oracula et proferens lectionis ueteris testimonia ueluti quoddam os legis aperuit, ut fidei clamor in totum perueniret orbem. unde et mystice ait Sara: conclusit me dominus ut non pariam. intra ergo ad ancillam meam et filium facies ex illa, ut agnoscas in praedestinatione fuisse semper ecclesiam dei et paratam fidei fecunditatem, quando iuberet dominus, prorumpere, sed uoluntate domini certo reseruatam tempori. C denique scriptum est: tempore accepto exaudiui te et in die salutis adiuui te. aduertimus itaque quod festinabat ecclesiae fides, sed conclusa erat eius fecunditas. quo uerbo demonstratur quoniam expectabat partus sui tempora, quia quod conclusum est aperiri solet. qua ratione conclusa fuerit docet te apostolus dicens: conclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnibus misereatur, ut non uolentis

5 Exod. 4, 12 12 Gen. 16, 2 Philo Quaest. III 20 17 Esai. 49, 8 20 Philo Quaest. III 20 22 Rom. 11, 32 23 Rom. 9, 16

1 nudius (i *s. u.*) tertia⌣Nam die (*s.* nã die, *sed, eras.*) *P* 3 collo *PB* collocutione *D* colloquutione *N* colloqutioni *C* collocutioni *M* tardiore *DN* 4 respondetur (ur *ex* us *m2*, e *alt. ex* i *m3*) *P* ei (*in ras.*) quod (d *s. u.*) *P* 7 plena erat *P* (erat *s. u. m3*) *cet.* aut (a *eras.*) *P* 11 legis os *B* totom (v *s.* o *alt.*) *P* totum (o *ex* u) *T'* ǫrbem *s. u. m3 in u. extremo P* 12 ȩtiąm (*s.* ait *m3*) *P* sarra *PD* 13 facies (e *s. u. m3*) *P* 14 illa] ea *B* cognoscas *CM* praedestinatione* (m *eras.*) *P* semper fuisse *B* 16 prorumpere *N* prorumperet *T'* (t *eras.*) *cet.* reseruatam *Erasmus* reseruato *D* (a *s.* ǫ) *C* reseruata *cet.* 17 scriptum *DN* sic scriptum *P* (sic *s. u. m3*) *cet.* 22 enim *om. B* 23 omnib. (b. *m3 ex* s) *P* omnium *B*

neque currentis, sed miserantis dei esset gratia, ne te D
ipsum iustificares, sed omnia tribueres deo, qui te uocauit.
nemo ergo pigrescat et excusationem praetendat desidiae suae,
quo serius credat quia scriptum est non uolentis esse neque
currentis; consideret enim quid additum sit: sed miserantis
inquit dei. talem te ergo praebe bonis studiis et prompta
fide, ut deus tui misereatur et uocet te, sicut uocauit eccle-
siam dicens: palam factus sum non quaerentibus me,
75 apparui iis qui de me non interrogabant. et recte prae- E
missa sunt inferiora, ut meliora sequerentur. peperit ancilla
seruos, ut eos ecclesia liberos faceret et de seruitute populos
ad libertatem uocaret, de culpa ad innocentiam, de offensa ad
gratiam. singulorum quoque hominum si spectes ordinem,
non omnes a perfectis inchoauerunt, nec apud omnes tempore
prima est, sed merito antiquior perfecta uirtus. prudentis
igitur mentis est considerare, quamdiu imperfecta est anima. F
quae sunt secum deliberet, ut uel in posterioribus se exerceat
uirtutum disciplinis, donec exercitii usu ualescat; dum uero
se erroris inuolucris exuerit et ab omni enodauerit offensione
consummatam sui purgationem exhibens, tunc suo nitatur
ordine magnos partus edere.

76 Praeterea dicitur Abrahae: esto sine reprehensione,
cui dabatur spiritus sapientiae sanctus, bene mobilis, inmacu-
latus. oportet igitur uiri sapientis animam die noctuque in exer-
citio iugi specula praetendere, numquam somno indulgentem, 347 A
perpetuis uigiliis intentam deo ad conprehensionem rerum
earum quae sunt et singularum causarum cognitionem. sed
etiam futurorum interpres sapientia est; scit praeterita et de

8 Esai. 65, 1 15 Philo Quaest. III 20 22 Gen. 17, 1

1 miserentis *T'BM* miserandis *C* 3 desidiae suae *om. DN* 5 additum (d *pr. ex* u) *P* miserentis *NBM* 8 non *om. DNCM* 9 his *libri* de *eras. D, om. N* 10 inferiora *M* interiora *cet.* 11 seruos (s *alt. s. u.*) *P* 14 omnes (e *ex* i *m2*) *P* 17 deliberet (er *s. u.*) *P* 18 *malim* cum uero 19 errorum *B* 25 som*no (soin *in ras.*) *D* summo *C* sompno *BM*

futuris aestimat, scit uersutias sermonum et solutiones argumentorum, signa et monstra scit antequam fiant et euentus temporum et saeculorum. non potest igitur bonus atque perfectus non esse qui hanc adquisierit, quia et omnem habet uirtutem et imago bonitatis est. unde et saeculi istius sophi- B
stae traxerunt definitionem sapientis huiusmodi, quod sapiens
77 uir bonus, dicendi peritus sit. redeamus nunc ad donum dei, quo nihil plenius. quid enim melius sapientia, quid peius uanitate, quid deterius superstitione? ideo tamquam ei cui promiserat plenitudinem perfectionis ait: augebo te ualde et ponam te in gentes, et reges de te erunt, quia eius qui fidelis est totus mundus diuitiarum est, et augetur, non minuitur ut stultus. ponitur in gentes Abraham, hoc est C
fides eius ad gentes transfertur et reges saeculi, qui credi-
derunt et se subiciunt domino Iesu, cui dicitur: tibi offerent reges munera. nec illud absurdum, quia ex genere Abrahae non solum reges erunt dignitate, uerum etiam illi reges, qui peccato non seruiant, nec uincat eos malitia supra quos regnum mors non habeat. mentis quoque bonae cognouimus regias
esse et principes inuentiones, quae sicut Abraham mediocris D
quidem generationis prouentus non habet, sed abundat regalibus. cui data est terra in possessionem omnem, ut dominetur corpori nec sit captiua uoluptatum carnalium, sed quasi famulatu debito obnoxia caro menti seruiat. secundum personam autem
Abrahae euidens mysterium ecclesiae, quae totum orbem fidei

7 cf. Quint. Inst. or. XII 1, 1 10 Gen. 17, 6 Philo Quaest. III 44 13 Sir. 19, 23 15 Psalm. LXVII 30 18 Sap. 7, 30 19 Philo Quaest. III 44 22 Gen. 17, 8

2 signa *ex* sana *P* 3 atque] et *B* 4 habet *s. u. m2 P* 6 sapientis *om. DN* 7 donum *DN* domum *cet.* 9 uanitate (e *ex* i *m3*) *P* ideoque *T'DN* ei cui *s. u. ex* eccui *P* ei qui *C* 11 gentes (s *s. u.*) *P* quia qui eius est (*om.* fidelis) *DN* 12 agetur *P* augeatur (a *alt. eras.*) *D* 13 minuitur (i *alt. ex* e) *P* 16 absurdum (b *in ras.*) *P* 19 habeat (a *alt. s. u.*) *P* regias (e *s.* ia) *P* reges *cet.* 22 omnem *P*, *om. cet.*, *fort.* omnis 23 carnalium uoluptatum *DNB*

hereditate possedit, bene pater electus soni dicitur, pater fidei, pater piae confessionis.

11, 78 Et quia ad perfectum uocatur. oraculum perfectionis accipit. E circumcidatis inquit omne masculinum uestrum et F circumcidatis carnem uestram; perfecta autem circumcisio spiritalis est. denique et lectio hoc docet, cum dicit: circumcidite duritiam cordis uestri. et hic plerique sic accipiunt, ut sit: circumcidite omne masculinum uestrum, hoc est mentem uestram; nihil est enim mente ualidius. deinde quia masculinum etiam sanctum dicitur: omnis masculus adaperiens uuluam sanctus domino uocabitur. quid autem mente sanctius, quae dat bonarum semina cogitationum, quibus aperit uuluam animae conclusam pariendi sterilitate. ut possit illas inuisibiles generationes edere, utero illo uidelicet spiritali, de quo dicit Esaias: in utero accepimus et parturiuimus spiritum salutis? circumcisio ergo cordis intellegibilis, circumcisio etiam carnis mandatur sensibilis: illa in ueritate, ista in signaculo. gemina itaque circumcisio, quia et animi et corporis quaeritur abstinentia. denique Aegyptii quarto decimo anno circumcidunt mares et feminae apud eos eodem anno circumcidi feruntur, quod ab eo uidelicet anno incipiat flagrare passio B motus uirilis et feminarum menstrua sumant exordia. legis autem lator aeternae signaculum circumcisionis carnalis in

1 Philo Quaest. III 43 de Cherub. 2 (I 140, 1; I 171, 20 *C.*) de mut. nom. (I 588, 23) 4 Gen. 17, 10 sq. Philo Quaest. III 46 7 Deut. 10, 16 11 Exod. 13, 2 16 Esai. 26, 18 20 Philo Quaest. III 47

1 hereditatem *P* electus soni (ionis *s.* us soni) *P* electionis *cet.* 3 perfectum (rf *ex* rt) *P* accepit *N* 4 circumciditis (a *s.* i) *P* omne *DNBM* omnem *cet.* 8 omnem *P* (m *exp.*) *T'M* 11 adaperians (e *s.* a) *P* aperiens *T'* 13 semina *Costerius* semitã *libri*; sementa *Henricus Schenkl* 14 sterilitatem *P* 15 sedere (s *eras.*) *P* 18 mandatur (a *pr. ex* u) *P* illa (l *alt. s. u.*) *P* 21 eodem *s. u. P* 23 motus *om. DN* menstruas (s *alt. eras.*) *P* sumant *T'NBM et* (n *s. u.*) *D* sumat *PC* lægis (æ *ex* a) *P*

solis maribus exigit, eo quod ad admixtionis usum uir mu-
liere uehementior sit, et ideo ipsius impetum infringere uoluit
circumcisionis signaculo, uel quia uiri licito se errare credunt,
si solo se abstineant adulterio, meretricios autem usus tamquam
naturae legi suppetere putant, cum praeter coniugium nec C
uiro liceat nec feminae misceri alteri. altiore autem interpre-
tatione illud panditur, quod si mens purgata et circumcisa
sit, exsuta superfluis uoluptatibus et cogitationibus restringit
animam ad sui castimoniam purisque sensibus infusam bono-
rum facit partuum generatricem.

79 Octauo autem die circumcidi puerum lex iubet, mystico
utique praecepto, quia ipse est resurrectionis dies; dominica
enim die resurrexit dominus Iesus. ergo si dies resurrectionis
circumcisos nos et exutos inueniat delictorum superfluis, ab D
omni ablutos sorde, mundos a uitiis corporalibus, si hinc
mundus exieris, mundus resurges. circumcide igitur te non
carne, sed uitio carnali et circumcide tuum non solum uerna-
culum, sed etiam pretio emptum. si ad singula referas,
uernaculi sunt naturales motus, pretio empti, ratione et
doctrina adquisiti. egent autem illi et hi tamquam uirgulta
purgatione et incisione luxuriae, ne euagentur ut sterilia
sármenta et obumbrent inutilia fructuosis, uel ut quaedam E
omni uitio distenta uitis incassum laborat, ita cauendum ne
etiam nostra mens pluribus occupata non solum bonos non
generet partus, sed etiam inutilibus plerisque degeneret,
simul ut ⟨uelut⟩ uitis putata non facile siluescat, dissoluatur

12 Matth. 28, 1 18 Philo Quaest. III 50

1 ad mixtionis *DBCM* (*fort. recte*) ammixtionis *N* mulierem *P* 4 abstineant se *NB* meretriceos *P* (e *tert. ex* i *m3*, os *ex* us *m1*) *CM* meritricios *B* 7 purgata (r *s. u.*) *P* 8 exsuta *P* (s *eras.*) exuta *cet.* superfluęns (is *s.* ęns) *P* 9 animă suă *B* (*in quo* animă . . . sui *in ras.*) 11 circũcidi (cũ *s. u. m3*) *P* 13 itaque *DN* 21 purgationem *P* 22 *uerba* uel ut *usque ad* inscientiam (*632, 3*) *om. D m1 N; in D ea suppleuit m2* 23 omnia *P* uitis *scripsi* multis *libri* 24 mens nostra *B* non generet *T'* (ñ *ex* in) *M* ingeneret *B* (ñ *s.* in) *cet.* 26 uelut *addidi*

cito, sed posteritati reseruetur. nam et ingeniosi multa pariunt quae utile est circumcidere et qui doctrinam diligentia adsecuti sunt uidere in se debent inscientiam. mysterii autem ratio dilucida. uernaculi enim Iudaei, pretio empti gentes sunt, qui crediderunt, quia pretio sanguinis Christi redempta ecclesia. ergo et Iudaeus et Graecus quicumque crediderit debet scire se circumcidere a peccatis, ut possit saluus fieri. et domesticus et alienigena et iustus et peccator circumcidatur remissione peccatorum, ut peccatum non operetur amplius, quia nemo ascendit in regnum caelorum nisi per sacramentum baptismatis. nec proderit superioris iustitia temporis, si in fine uitae iustitiam dereliquerit. ideo Paulus ait: pretio empti estis; nolite fieri serui hominum. sunt enim contraria, quia seruitus peccato contrahitur et pretio peccatum remittitur. 5 F 349 A

80 Haec, igitur simplici expositione abundare ad intellectum opinamur. ideoque non cybos geometricae nec tetragonum numerum philosophiae nec confessionem ut aiunt Pythagoricam nec semper uirgines ut appellant ebdomadis numeros cura discutimus inani nec mundum radio formamus nec caelum in puluere quaerimus nec intra angustos abacos orbem concludimus, sed uera aperimus mysteria, unam salutem esse Christi resurrectionem. conplantemur ergo similitudini mortis eius, ut mereamur resurrectionis consortium. et uetus homo noster 81 simul sit confixus cruci, ut corpus peccati destruatur. egregie B

5 I Cor. 6, 20 10 Ioh. 3, 13 12 I Cor. 7, 23 17 Philo Quaest. III 49 18 Philo Legg. alleg. I 5 (46, 16; I 64, 19 *C.*) de uita Moys. III 27 (II 166, 42) de decalog. 21 (198, 8) de sept. 6 (II 281, 15) 20 Uerg. Aen. VI 850 23 Rom. 6, 5 24 Rom. 6, 6

1 mulạta *P* 4 delucida (i *s.* e) *P* sunt gentes *DN* 5 quę *P* (ę *m3 ex* i) *T'BCM* redempta est *DN* 7 circumcidere se *B*, se *om. C* 9 ut *D* (*in ras.*) *NM* uel *cet.* 15 redimitur *B* 17 non cybos *PC* non cubos *T'B et* (*in quo* cu*bos) *M* nec cibos *DN* 18 nec] nec non *DN* pytagoricam *BCM* pitagoricam *DN* 19 appellante *P* (e *alt. exp.*) *C* appellant* *T'* 20 nec solis radios *D* (*in mg. m2* ał liber nec dū) *N* 25 crucifixus cruci *DN* peccati *om. DN*

autem infantiae in primis uagitibus circumcidi mares lex iubet, etiam uernaculos, quia sicut ab infantia peccatum ita ab infantia circumcisio. nullum tempus uacuum debet esse tutelae, quia nullum est culpae uacuum. et infans reuocandus C a peccato est, ne idolatriae polluatur contagio et ne adorare adsuescat idolum et exosculari simulacrum, parentis uiolare nidum, pietatem laedere. simul ne quisquam infletur, quod sibi iustus uideatur, aetatis maturioris processu Abraham circumcidi iubetur. nec senex ergo proselytus nec infans uernaculus excipitur, quia omnis aetas peccato obnoxia et ideo omnis aetas sacramento idonea.

82 Et erit inquit testamentum meum in carne uestra. D forsitan referatur hoc loco: 'quomodo spiritalem dicis circumcisionem, cum oraculum dicat: erit testamentum circumcisionis in carne uestra?' quasi uero animae solius et non passionum corporis exigatur temperantia. nam et uisus et auditus et odoris et gustus et tactus et uocis ipsius quaeritur quaedam castimonia, quia et uisus procacior habet crimen, et ideo scriptum est: noli intendere fallaci mulieri neque capiaris oculis neque abripiaris palpebris, et in ipso auditu crimen est, si seducat te meretrix et multo E blandimento sermonis et laqueis labiorum suorum te alliget, et in ipso tactu crimen est, ideoque tibi dicitur: ne multus fueris ad alienam neque continueris amplexibus non tuam, et in uoce culpa est; laqueus enim fortissimus est homini sua labia et abducitur a labiis sui oris. et mel ipsum noli multum edere, ne uomas. oportet ergo ut omnium sensuum acuta sit moderatio, ne aut impetus in uitium trahat

12 Gen. 17, 13 Philo Quaest. III 51 19 Prouerb. 5, 3; 6, 25 23 Prouerb. 5, 20 26 Prouerb. 25, 27

4 uacuum est culpae *B* reuocatur (andus *m3 s.* atur) *P* 7 nitu (dum *m3 s.* tu) *P* 9 proselytus *P* proselitus *cet.* 17 odoratus *M* istius *N* 18 crimen] curam *N* 19 nolite *D* 21 te *om. DN* 23 ideoque *PCM* ideo *cet.* 26 est *om. N* hominis *CM* 28 sit *s. u. m3 P*

83 aut nimietas laedat aut mora offensioni sit. non otiose autem nec superflue plerique hoc qui sequitur loco moueri uidentur, eo quod ita dixerit dominus: quoniam qui non fuerit circumcisus masculus et non circumciderit carnem praeputii sui octauo die, interibit anima illa de genere suo, quia testamentum meum interrupit. graue enim putatur quod infanti octo dierum neglegentia parentum fraudi esset futura, ita ut interiret anima eius, cum ipsa lex etiam homicidae, qui tamen non uoluntarium facinus necandi hominis inpleuerit, ciuitates praescripserit, ad quas confugiendo mereatur sanguinis inpunitatem. quomodo ergo aut illic ratio habetur fortuitae necis aut hic ratio infantiae non habetur, in qua crimen non potuit esse aut dissimulationis aut uoluntatis, nisi forte putent aliqui quia in morte fili grauius puniuntur parentes? sed iniustum putatur ut culpa nocentum inferatur poena innocenti uel propter poenam nocentis innocens puniatur aut fiat consors supplicii qui dispar est merito. unde aliqui putant quod de parente dicat exterminando, quod eius intereat anima, non paruuli. sed ualde ambiguum est, licet suffragetur huic adsertioni quod ait: quia testamentum meum interrupit. itaque hoc ad intellegentem magis quam ad infantem referendum uidetur. alii grauiora parentibus uel silentio minitantem putant dominum deum, quo plus timeant
84 maiores, quando nec infanti parcitur. mihi autem satis liquido patet dictum de uniuscuiusque mente. diximus enim masculi nomine mentem significari, quod sit ualidus mentis uigor et animam in sui copulam trahat sitque uehementior tamquam sexu potior et uirili ualiditate. ergo haec ratio est, quod omnis mens, quae non fuerit circumcisa a superfluis corporalibus et purgata sollemni munere, ut exsuat se passionum uitiis,

350 A B C D

3 Gen. 17, 14 Philo Quaest. III 52 8 Ios. 20, 3

2 eo *scripsi* et *D* (*in ras.*) *cet.* 8 esset (t *s. u. m3*) *P* ipsa *om. N* 13 aut *pr.*] autem *T'DN, om. B* 14 filii *P* (i *tert. s. u.*) *cet.* 17 est *om. DN* aliqui *om. DN* 30 exsuat *P* exuat *cet.* passionum uitiis *PBCM* passionibus et uitiis *D* (et *s. u.*) *N*

interibit. non caro, inquit, interibit, non homo, sed anima illa interibit, quia potuit salua fieri, si habuisset purgationem, nuda autem praesidii et incircumcisi cordis conluuione infir- E
mior salutem generis sui seruare non potuit. omne autem genus uidetur inmortale. ut homo genus est, ut ullus species est, homo semper dicitur, ullus non semper, immo non deficit ullus. deficit qui fidem non habet. persona deficit unius, condicio uel nomen hominum non deficit. ex diuturno igitur et innoxio in id quod temporale est et noxium peccator deducitur, qui mentis suae adscribere debet infantiae quod incautus fuit et intemperans uel remissionem peccatorum non adquisiuit. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu 351 A
sancto, non potest introire in regnum dei. utique nullum excepit, non infantem, non aliqua praeuentum necessitate: habeant tamen illam opertam poenarum inmunitatem, nescio an habeant regni honorem.

85 Sarae quoque una additur littera, hoc est R, ut uocaretur Sarra. quod utique par est ut in superioribus non unius adiectione pensari litterae. non enim munus deo est una littera, sed uirtus litterae, quae exprimit muneris diuini gratiam. Sara enim dicitur ἀρχὴ ἐμή, hoc est potestas mea uel princi- B
patus meus .... initium uel regis ...., Sarra autem dicitur graece ἄρχουσα, latine 'quae regat.' illa mortalis, ista inmortalis: illa specialis, ista generalis. est namque in me prudentia,

4 Uerg. Georg. IIII 208, cf. de Abrah. II 1, 4 12 Ioh. 3, 5 17 Gen. 17, 15 Philo Quaest. III 53 de Cherub. 1 et 2 (139, 13 et 28; I 171, 14 et 172, 9 *C.*), 12 (146, 31; I 180, 9 *C.*) de mut. nom. 11 (590, 1) de congr. erud. grat. 1 (519, 6) de Abraham 20 (II 15, 44)

4 non potuit seruare *DN* 10 dedicitur *DN* 13 sancto *om. B* non introibit (*om.* potest) *N* 14 excipit *DNM* 15 illa *PBC* 17 saruae (u *eras.*) *P* 19 adiectioni *DNCM* deo (d *ex* i; ideo *scripturus erat librarius*) *P* 21 sara *NB* sarra *T'* (r *pr. eras.*) *cet.* ἀρχὴ ἐμή *Erasmus* apXHpIH *libri* 22 meus *P m1* mei *P m3 cet.* *lacunas significaui; fort. sic restituendus est hic locus*: ‹ἀρχή enim graece est uel› initium uel regis ‹potestas›; *an* regimen *scribendum?* sara *N* 23 apXOYCA *libri* 24 namque (que *s. u. m3*) *P*

in me castimonia, in me uirtus, in me iustitia, me solum regunt et mihi dominantur et sunt mortales; moriente enim me soluuntur et moriuntur etiam illa. quae autem prudentia generaliter dicitur, quae castimonia, quae fortitudo ceteraeque uirtutes principales, sed generaliter principales et reginae C quaedam inmortales, in his potestas est, inmortale illud principale, sicut est regina ecclesia, quae non me unum, sed uniuersos regit. ergo speciem in genus, partem in uniuersitatem, corruptibilitatem in incorruptibilitatem conuersam uidemus, quae omnia ecclesiae conuenire certum est; non enim specialis haec, sed generalis ratio est nec partis, sed uniuersitatis salus. ideoque his praecedentibus cum unumquemque prudentia sua ad hanc principalem et diffusam per D omnes salutem deduxerit, in qua fons sapientiae iustitiaeque est, requiritur generatio et ille perfectae partus iucunditatis, cuius nomen Isaac; nulla enim melior uoluptas quam emendatae gratia conscientiae. hinc Epicurei traxerunt summum bonum uoluptatem esse, sed eam corporis magis inquinamento quam sobrietate mentis aestimauerunt.

86 Quid est autem quod ait: cecidit in faciem Abraham E et risit? et hic reuerentia significatur, quod timuit deum uelut libero risu laedere, quamuis risus laetitiam declararet uiri iusti, qui tantis gratulabatur promissis. non enim dubitantis hic risus, sed credentis fuit. simul quia cadunt ante deum omnia et mutantur et transeunt, sola illa inmutabilis stat semper substantia. aut fortasse et in hoc mysterio prophetauit Abraham dominum Iesum, quod per susceptionem dominici corporis et resurrectionem tanti conplenda oraculi gratia foret. adorat igitur non elementum terrae, de quo dictum est: et adorate scabellum eius, quoniam sanctum. F

15 Philo Legg. alleg. III 77 (131, 8; I 162, 6 *C.*) 20 Gen. 17, 17 Philo Quaest. III 55 30 Psalm. LXXXVIII 5

6 quaedam inmortalis *PBC* 11 haec est *CM* 15 iocunditatis *P* (o *ex* u) *cet.* 16 cui *B* nomen *P* nomen est *cet.* melior est *DN* 22 declararet laetitiam iusti uiri *B* 30 sanctum *PD* sanctum est *T' cet.*

ubi enim corpus, ibi et aquilae, quae adorauerunt uersantem
87 in corpore. et dixit inquit in corde suo: si centum annorum nascetur et si Sarra nonaginta annorum pariet. Graecus medie posuit τῇ διανοίᾳ, ut possimus aestimare quia cordi suo dixerit quasi alternanti 352 A secum: 'si centenario nascetur et nonagenaria pariet,' hoc est: aetas generandi praeteriit; ‹at› deo omnia possibilia et ideo facile etiam istud, ut senibus reuocet iuuentutis annos, uires refundat, sterilibus det fecunditatem.
88 nec illud praetereundum, quod promissa sibi generatione legitima respondit Abraham deo: Ismahel uiuat hic in conspectu tuo. iusti est etiam pro peccatoribus interuenire, et ideo uel hoc credant Iudaei, quia et pro ipsis interuenit, B si tamen credant. hoc est enim uiuere in conspectu dei, digna dei uerbo negotia gerere; oculi enim domini super
89 iustos. unde et dominus ait: etiam. ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium. de Ismahel autem exaudiui te. etiam cum dicit, confirmat promissa; confirmatiuum etenim uerbum est. et ideo prius generationem ecclesiae confirmat futuram, ut uerum cognosceret propheta quod de Ismahel audisse se dixit deus, prouidens quia caecitas Istrahel ex parte C haberet contingere, donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Istrahel saluus fieret. itaque sicut testamenta hominum prius heredem ferunt, postea legatum exprimunt, melioribus hereditatem, inferioribus legata, ita in domini testamento, unde et nos hunc morem accepimus, heres scribitur natura

1 Matth. 24, 28 Luc. 17, 37 2 Gen. 17, 17 Philo Quaest. III 56 5 Uerg. Aen. IIII 287 11 Gen. 17, 18 Philo Quaest. III 57 14 Philo Quaest. III 57 15 Psalm. XXXIII 16 16 Gen. 17, 19 sq. Philo Quaest. III 58 22 Rom. 11, 25 sq. Philo Quaest. III 60

3 nascitur *P*; filius *add. α* 4 THΔIANOIA *P*, *eadem fere, sed plus minus corrupta cet.* 6 centenario *T'* (o *ex* us) centenarius *cet.* nascetur (e *ex* i *m3*) *P*; filius *add. ed. Rom.* 7 at *addidi*, sed *ed. Rom.* sunt possibilia *P* (sunt *s. u. m2*) *cet.* 8 ut *s. u. m3 P* 15 enim *om. DN* 16 sara *NB* 20 uerbum *P* (b *exp. m3*) *T'* recognosceret *D* hismahel *P* hysmahel *D* 21 *et* 23 israhel *PD* israel *uel* isrł *cet.* (21 ex parte israel *B*) 24 heredē (ē *ex* e *m3*) *P*

bonus, nobilis, legitimo creatus coniugio, legato donatur
90 inferior. promittitur autem generatio sequenti anno, ut aduertas D
quam generationem polliceatur dominus, hoc est non illam
uteri corporalis Sarrae, sed istum partum ecclesiae, qui esset
futurus. denique et infra ait: reuertar ad te in futurum
et erit Sarrae filius. in quo utrumque possumus accipere, et hunc conuentum ecclesiae et fidelium resurrectionem.
91 tertio decimo quoque anno quod circumciditur Ismahel, ratio E
euidens, quia is qui incipere habet uti cognitione feminae,
ante debet recidere in se ardorem libidinis, ut a superfluis
abstineat commixtionibus, coniunctioni tantum se legitimae
92 reseruet. mentem quoque sapientis hospitalem esse decet, ut
etiam aliis inpertiat sui gratiam et prudentiae suae fructum aliis
quoque diuidat atque ita bonis epuletur doctrinae cibis epulum-
93 que eius exhibeat desiderantibus, tum praeterea nesciat nisi se- F
cundum naturam uiuere, in cuius instituto et ordine dei lex est,
nulli se transuersariae cupiditati miscere nouerit, solius sapientiae praeoptet copulam, mandatis dei saeculi istius gloriam et
quandam praesentis laudis hereditatem praeferre nesciat atque ut
altaribus domini suas immolet utilitates, ita iudicii ignem non
excipiat neque reformidet, sed magis etiam ut alios eripiat elaboret.

2 Gen. 17, 21 5 Gen. 18, 10 8 Gen. 17, 25 Philo Quaest. III 61 12 Philo Quaest. III 62 Hugo de sancto Uictore de claustro animae II 5

1 legatu (o *s.* u *m3*) *P* donatur legato *B* 4 uterꝭ (*s.* uteri *m2*) *P* uteris (s *eras.*) *T'* 4 *et* 6 sare *NB* 10 recidere (recide *in ras.*) *P* a *om. DN* 12 decet esse *B* 14 ita *om. DN* bonis epuletur *scripsi* bonis epulentur *PBCM* epulentur bonis *DN* 15 tunc *DN* 17 transuersari *DN* nouerit (er *s. u. m3*) *P* 21 delaboret *D* (d *exp.*) *N* EXPLICIT DE SCO ABRAHAM LIBER II. INCIPIT LIBER DE SCO ISAAC *P* EXPLICIT DE SCO ABRAHAM LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM *T'* EXPLICIT DE SCO ABRAHAM LIBER II. INCIPIT LIBER SCI AMBROSII DE ISAAC *D* EXPLIC LIB SCD'S S' AMBROSII DE SCO ABRAHA PATARCHA. INCIPIT LIBER (*ras. 5 fere litt.*) AMBROSII LIBER DE YSAAC *N* EXPL DE SCO ABRAHAM LIB' SCD'S. INCIP SCI AMBR DE YSAAC LIBER PM' DE ANIMA *B* EXPLICIT LIBER SE'DUS DE SCO ABRAHA. INCIPIT LIB' T'CIUS *C* INCIPIT LIBER TERCIUS QUI LIBER EST DE NOE *M*

DE ISAAC VEL ANIMA.

A = Audomaropolitanus 72 saec. VIIII f. 1^{r}
P = Parisiacus 1913, olim Colbertinus saec. VIIII f. 126^{r}
P' = Parisiacus 1719, olim Tellerianus saec. XI f. 98^{r}
V = liber bybliothecae Uaticanae antiquae 5759 saec. VIIII uel X f. 1^{r}
$\mathfrak{A}$ = Augiensis CXXX, nunc Caroliruhensis saec. X f. 2^{r}
$\mathfrak{A}'$ = Augiensis CCXIII, nunc Caroliruhensis saec. X f. 29^{r}
$\mathfrak{A}''$ = Augiensis CLVI, nunc Caroliruhensis saec. XI f. 23^{u}
E = Einsidlensis 164 saec. XII p. 37
D = Duacensis 226 saec. XII f. 73^{u}
T = liber sancti Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352, saec. XII f. 21^{r}
C = excerpta in Commentario in Cantica canticorum ex Ambrosii scriptis collecto
N = $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''E$
N' = $\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''E$
α = editio Amerbachiana

Librorum A et P scripturas integras adscripsi, ex ceteris selectas. libros P' et D raro respexi.

1, 1 In patre nobis sancti Isaac uel origo satis expressa est 355 **A**
uel gratia. cui ad omnem redundat gloriam quod tanto et **B**
tam inimitabili uiro natus Abrahae patri praemium fuit.
neque uero istud mirabile, cum in eo dominicae generationis
et passionis figura praecesserit, siquidem et sterilis anus ex
promissione dei peperit eum, ut crederemus quod potens est
deus facere, ut possit et uirgo generare, et oblatus unicus
ad inmolandum, qui et patri non periret et inpleret sacri- **C**
ficium. itaque ipso nomine figuram et gratiam signat; Isaac
etenim risus latine significatur, risus autem insigne laetitiae
est. quis autem ignorat quod is uniuersorum laetitia sit qui
mortis formidolosae uel pauore conpresso uel maerore sublato
factus omnibus est remissio peccatorum? itaque ille nomina-
batur et iste designabatur, ille exprimebatur et iste adnun-
tiabatur. ipse est, quem iam tunc persequebatur ancilla: ipse

5 Gen. 18, 11 sqq., 21, 2 7 Gen. 22, 2 sqq. 9 Gen. 21, 6
Philo de praem. et poen. 5 (II 413, 21 *M.*) 15 Gen. 16, 4

DE ISAAC ET ANIMA LIB. I *P* INCIPIT (LIBER BEATI AMBROSII *add. V*) DE ISAAC ET ANIMA *V*𝔄′ DE ISAAC ET ANIMA 𝔄 INCIPIT LIBER .II. DE ẏSAAC ET ANIMA 𝔄″ INCIPIT LIBER DE ẏSAAC UEL ANIMA *E* INCIPIT LIBER SANCTAE MEMORIAE AMBROSII EPISCOPI ET CONFESSORIS DE ẏSAAC ET ANIMA *F*′ INCIPIT EIUSDEM SECUNDUS DE ẏSAAC *T. in A folium primum, in quo fuit inscriptio, excisum est; m2 hunc titulum addidit* INCIPIT LIB SCI AMBROSII DE ISAAC UEL DE (DE *s. u.*) ANIMA; *eadem in D* 1 est expressa 𝔄″ 2 cui *A* (*s. m2* ł cū) *T* (*ex* cum) *VN* 3 inimitabili *A et* (in *eras.*) *P*𝔄 imitabili *cet.* patrię *A* (ę *s. u. m2*) patris *T* (s *eras.*) 5 sterelis *A et* (*corr. m1*) 𝔄 6 potens *A* (*s. m2* ł potest ita) *T* (*ex* potest ita) 7 posset *P et* (i *s.* ę) *T* oblatus est *T* 9 significat *N* 13 est (t *s. u.*) *A* nominabatur (i *s.* a *alt. m2 A*) 14 iste (*s. m2* ł ille) *A* designabatur (i *s.* a *alt. m2*) *A*

est, propter quem iam tunc dicebatur: expelle ancillam; non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac: ipse est, cui pater alienigenam sponsam adquisiuit: 356 A ipse est, mitis, humilis atque mansuetus, qui ueniente Rebecca, hoc est patientia exiuit in campum abalienare. sapientis enim est segregare se a uoluptatibus carnis, eleuare animam atque a corpore abducere; hoc est enim se hominem cognoscere, qui Chaldaeorum sermone Enos dicitur, Latino homo. Enos autem qui adsumpsit et sperauit inuocare deum et ideo creditur esse translatus. non uidetur itaque homo esse nisi is qui in deum sperat. qui autem sperat in deum non degere B in terris, sed quasi translatus adhaerere deo manifesta ueri 2 interpretatione signatur. bonus igitur Isaac uerus utpote plenus gratiae et fons laetitiae. ad quem fontem ueniebat Rebecca, ut impleret hydriam. dicit enim scriptura quia descendens ad fontem impleuit hydriam et ascendit. descendit itaque ad sapientiae fontem uel ecclesia uel anima, ut totum uas inpleret suum et hauriret purae sapientiae disciplinas, C quas haurire Iudaei de fonte profluo noluerunt. quis iste fons sit audi dicentem: me dereliquerunt fontem aquae uiuae. ad hunc fontem sitiens currebat anima prophetarum,

1 Gen. 21, 10 3 Gen. 24, 3 sqq. 4 Matth. 11, 29 Esai. 66, 2 5 Gen. 24, 63 Philo de congr. erud. grat. 7 (524, 38) Legg. alleg. III 14 (95, 38; I 122, 12 *C.*) de cherub. 13 (147, 29; I 181, 16 *C.*) 8 Gen. 5, 6 sqq. et 18 sqq. Philo de Abrah. 2 (II 2, 38) de praem. et poen. 2 (II 410, 30) 15 Gen. 24, 16 16 Philo de post. Caini 44 (254, 14) 20 Hier. 2, 13

3 isaac (a *alt. s. u. m2*) *A* (*saepe*) 4 mitis h. a. mansuetus *om. V* 7 *uerba* hoc est . . . *p. 646, 11* consortium *desunt in V* agnoscere *P'* 8 latinę (ę *ex* o *m2*) *A* latine 𝔄″*ET* 11 degeret (t *s. u. m2*) *A* 12 ueri *A* (ɨ i *s.* e *m2*) *T* (e *ex* i) uiri *N* 14 gratia *P* at (e *s.* a) *P* laetitiae (ae *alt. ex* a) *P* ad (d *ex* t) *A m2 P*𝔄′ 15 impleret aquam (aquam *del. m2 et s. scr.* ydriam) 𝔄′ impleret ẏdriam 𝔄″*E* impleret aquam *A et m1 P*𝔄 impleret hydriam aqua *m2 P et* 𝔄 (*in quo* hydriă *s. u. et* m *in* aquam *del.*) hauriret aquam (*s.* impleret ydriam) *T* 21 currebat sitiens 𝔄″*E*

sicut et Dauid dicit: sitiuit anima mea ad deum uiuum, ut sitim suam ubertate diuinae cognitionis expleret et insipientiae sanguinem spiritalium rigatu dilueret fluentorum. hic est enim fluxus sanguinis, sicut significat lex, qui deoperitur, quando uir sedenti in diebus sanguinis sui mulieri miscetur. mulier est delectatio, corporis inlecebrae. itaque caue ne uigor mentis tuae coitu quodam corporeae 357 A uoluptatis inflexus emolliatur atque in eius omnis amplexus resoluatur et fontem eius aperiat, qui debet esse clausus et saeptus intentionis studio et consideratione rationis; hortus enim clausus, fons signatus. namque mentis uigore resoluto sensus se corporalis delectationis effundunt, perniciosi nimis et in adpetentiam plenam grauis periculi proruentes, quos, si mentis uiuidae considerata mansisset custodia, refrenasset.

2, 3 Intuere igitur, o homo, qui sis, quo salutem tuam uitam- B que tuearis. quid est itaque homo? utrum anima an caro an utriusque copula? aliud enim nos sumus, aliud nostrum, C alius qui induitur et aliud uestimentum. legimus in ueteri testamento: omnes animae, quae descenderunt in Aegyptum de hominibus dictum. et alibi dictum est: non

1 Psalm. XXXXI 2 et 3 4 Leuit. 20, 18 6 Philo de mundi opif. 59 (40, 2; I 57, 15 *C.*) 7 'itaque' ... 'refrenasset' *C* 4, 40 (I 1587 BC *B.*) 10 Cant. 4, 12 20 Gen. 46, 26 21 Gen. 6, 3

1 deum fontem uiuum *ET*; *cf. de interp. Iob et Dauid IIII (II) 2, 6 (uol. II p. 271, 20)* 6 corporis (raŧ *in mg. m3*) 𝔄 corporalis 𝔄′ (al *s. u. m2*) 𝔄″*E* corporales (*m2* corporis) *D* 7 coetu 𝔄𝔄′ cętu 𝔄″ coitu (*s. rasuram 5 litt.*) *T* 8 omnis *D* omnes *A* (-is *graphio*) *P*𝔄 *et* (i *s.* ę) *TC* oms (*s.* ms *ras.*) 𝔄′ amplexus omnis (oms *E*) 𝔄″*E* 11 et fons *E* uigore *om. NC* mentis uigore *s. u. T, in quo post* resoluto *est spatium 6 litt.* 12 sensu. se *A* sensu se *NC* corporalis (e *m2 s.* į) *A* corporales 𝔄″*EC et* (es *m2 ex* is) 𝔄𝔄′ *et* (i *s.* ę) *T* delectationes *A* (i *m2 s.* e *tert.*) 𝔄″*EC et* (es *m2 ex* is) 𝔄𝔄′ *et* (i *s.* ę *ult.*) *T* perniciosi (e *m2 s.* į *ult.*) *A* perniciosę 𝔄 (ę *ex* i *m3*) 𝔄′ (ę *ex* i *m. ant.*) 𝔄″*EC* perniciosę (i *s.* ę) *T* 13 proruentes *A* (ŧ flu *s.* ru *m2*) *et* (r *alt. ex* fl) *T* profluentes *C* 14 quos *P* quoḍ *T* (s *s.* ḍ) *AN* quas *DC*

permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam carnes sunt. de alterutro ergo legitur quia homo dicitur, et de anima et de carne. sed illa discretio, quod, ubi anima pro homine dicitur, Hebraeus significatur deo adhaerens, non corpori, ut est illud: anima benedicta omnis simplex, ubi autem caro pro homine nuncupatur, peccator exprimitur, ut est illud: ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. quod enim operor, non cognosco; non enim quod uolo ago, sed quod odi illud facio. hoc iam posterius et de utroque; alius est enim qui uult, alius qui odit, alius qui facit. denique addidit: si ergo quod odi hoc facio, consentio legi, quoniam bona: nunc autem iam non ego illud operor, sed quod habitat in me peccatum. illud quoque expressius: uideo legem carnis meae repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati. et tamen cum utrumque in se concertantem hominem declarasset, hoc est interiorem et exteriorem, in animae magis quam in corporis parte se maluit constituere, quod anima sua captiua traheretur ad peccatum, in qua esse mallet et esse confirmat dicens: infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? tamquam ab extraneo hoste ita se
4 desiderat liberari. non ergo sanguis anima, quia carnis est

5 Prouerb. 11, 25 7 Rom. 7, 14 sq. 11 Rom. 7, 16 sq. 14 Rom. 7, 23 21 Rom. 7, 24 23 cf. Cic. Tusc. I 19 sqq. Tertullianus de anima 5 Diels Doxographi gr. 212 sqq.

1 omnibus (*s. m2* ł hominibus) *A* 2 carṇęs (o *s.* ṇęs *m2*) *A* caro *D* 3 discretio* 𝔄′ discretio est 𝔄″*E* est discretio *D* 4 ponitur 𝔄″ dicitur (*eras.*, *s.* ponitur) *T* legitur *E* 7 illud (d *ex* t) *A* 8 *ante* sub *legitur in A*𝔄 sum *eras.*, *in* 𝔄′ *exp.* 10 est *s. u.* 𝔄′ 11 alius (ł d *s.* s *m2*) qui odit *A* aliud quod odit *P et* (*s.* ạliụs qụi, *sed eras.*) *T* 12 bona est *A* (est *s. u. m2*) 𝔄′ (ẽ *ins. m2*) 𝔄″*E* 15 repungnantem *A* legem (m *eras.*) *A* legẽ 𝔄′ (ẽ *ex* e *m2*) 𝔄″*E* 17 concertantem (con *del. m2*, *s. et infra* a *ras.*) *A* 19 se maluit] similauit se 𝔄′ (il *ex* ul, se *s. u. m. ant.*) 𝔄″ (il *ex* ul) *E* traheretur captiua 𝔄″*E* 20 qua esse se *A* (se *s. u. m2*) *N* confirmat* *A* 22 ab] de *N′* 23 *fort.* <ab illo> liberari; liberari a corpore *T* liberari a carne *ed. Rom.*

sanguis, neque armonia anima, quia et huiusmodi armonia carnis est, neque aer anima, quia aliud est flatilis spiritus, aliud anima, neque ignis anima, neque entelechia anima, sed anima est uiuens, quia factus est Adam in animam uiuentem, eo quod insensibile atque exanimum corpus aṇima uiuificet et gubernet. est et praestantior homo, de quo dicitur: spiritalis autem diiudicat omnia, ipse autem a nemine 358 A iudicatur. hic est praestantior ceteris. unde et Dauid dicit: quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, nisi quod uisitas eum? homo uanitati similis factus est. non ille secundum imaginem dei homo uanitatis est, sed qui illud amisit et in peccatum decidit et in materialia ista dilapsus est ipse homo est uanitatis. anima igitur secundum sui naturam optima est, sed plerumque per inrationabile sui obnoxia fit corruptioni, ut B inclinetur ad uoluptates corporis et ad petulantiam, dum mensuram rerum non teneat, aut fallitur opinione atque inclinata ad materiem adglutinatur corpori. sic uisibile eius inpeditur et malitia repletur, quia dum intendit malitiae, eius se uitiis replet et fit defectu bonitatis intemperantior.
3, 6 perfecta autem anima auersatur materiam, omne inmoderatum mobile malignum refugit ac respuit nec uidet nec C

4 Gen. 2, 7 6 I Cor. 2, 15 9 Psalm. VIII 5 10 Psalm. CXXXIII 4

2 aliud est 𝔄″*D* alius est *A* (d *m2 s.* ș *pr.*) *cet.* 3 endelichia (d *ex* t, h *s. u. m2*) *A* entelichia (h *s. u. m2*) *P* entelichia (chia *in ras. 4 litt.*) 𝔄 indelichia (i *alt. ex* e *m2,* h *s. u.*) 𝔄′ inthelicia 𝔄″ intellegentia *E* endelechia (t *s.* ḍ, i *s.* ẹ) *T* 4 quia *A* (i *eras.*) *T* qua *cet.* 5 exanimum *A* (ł me *m2 s.* mum) 𝔄 (e *m4 s.* u *et* m *exp.*) 9 memor (me *s. u. m2*) 𝔄 10 ominis *A* uanitatis (s *eras.*) *AP*𝔄′ 13 uanitatis *A* (ti *s. u. m2*) *T* (s *s.* ṭiș) uanitas *P* 15 inrationabile sui *A m1 P* inrationabilẽ sui *A m2* inrationabilem partem (partem *s. u. m2*) sui 𝔄 inrationabilem sui partem *N*′ (partem *s. u. m. ant.* 𝔄′) inrationabilem sui motum *T* 17 mensura *A* tenet 𝔄′ (*m2 ex* teneat). 𝔄″*E* adque (*exp. m2 et s. scr.* ł aut) *A* 20 defectu *D* defectus *cet.* 21 aduersatur *AT et* (d *eras.*) 𝔄′ materiã (ł a *s.* ã *m2*) *A* materiẽ *T*

adpropinquat ad illius terrenae labis corruptionem: diuina intendit, terrenam autem materiem fugit. fuga autem est non D terras relinquere, sed esse in terris, iustitiam et sobrietatem tenere, renuntiare uitiis, non usibus elementorum. fugiebat Dauid sanctus a facie Saul, non utique ut terras relinqueret, sed ut inmitis et inobseruantis et perfidi declinaret contagium. fugiebat autem adhaerens deo, sicut ipse ait: adhaesit post te anima mea. abducebat se et ableuabat uitiis saeculi huius, eleuabat animam suam sicut Isaac in campo uel abalienabat uel, ut alii habent, deambulabat. nam hoc E quoque ostendit cum uirtutibus familiare habere consortium, ut deambulet unusquisque in innocentia cordis sui, nullo usu terrenis uitiis misceatur atque inreprehensibilem uiam inoffenso carpat mentis uestigio nec ullum locum in se aperiat corruptioni.

7 Talis erat Isaac, cum Rebeccam aduenientem expectaret praeparans se copulae spiritali. ueniebat enim caelestibus iam dotata mysteriis, ueniebat magna secum ornamenta aurium F et manuum ferens, eo quod auditu et operibus emineat ecclesiae pulchritudo, cui recte dictum aduertimus: esto in milia milium, et semen tuum possideat aduersariorum ciuitates. decora igitur ecclesia, quae ex inimicis gentibus filios adquisiuit. sed potest hoc etiam ad animam deputari, quae passiones corporis subigit et ad uirtutum officia conuertit repugnantesque motus sibi oboedientes efficit. ergo 359 A uel anima patriarchae uidens mysterium Christi, uidens Rebeccam uenientem cum uasis aureis et argenteis tamquam eccle-

4 Reg. I 19, 18 sqq. 7 Psalm. LXII 9 9 Gen. 24, 63 16 Gen. 24, 62 sq. 18 Gen. 24, 22 20 Gen. 24, 60 26 Gen. 24, 63 et 53

1 ullius *tacite Maurini* diuina *A m1 P* diuinâ *AN* diuinam (m *eras.*) *T* 2 materiæm (-am *corr.*) 𝔄 3 terrenas (s *eras.*) 𝔄′ terrena 𝔄″*E* 6 perfidę (i *s.* ę *m2*) *A* perfidę (i *s.* ę) *P* 7 sicut et *A* (et *s. u. m2*) *cet.* 8 anima mea post te 𝔄″ te *in ras. A* 12 *inde a uerbo* ut *rursus inc. V* 14 mentis carpat 𝔄″ 17 praeparęns (a *s.* ę *m2*) *A* iam caelestibus 𝔄″*E* 23 dụputari (e *s.* ụ *m2*) *P* 25 efficit (i *pr. ex* e *m2*) 𝔄𝔄′

siam cum populo nationum mirata pulchritudinem uerbi et sacramentorum eius dicit: osculetur me ab osculis oris sui uel Rebecca uidens uerum Isaac, uerum illud
8 gaudium, ueram laetitiam desiderat osculari. quid est igitur: osculetur me ab osculis oris sui? considera uel ecclesiam iam diu promisso sibi per prophetas dominico B aduentu per tempora multa suspensam uel animam, quae eleuans se a corpore abdicatis luxurie atque deliciis uoluptatibusque carnalibus, exuta quoque sollicitudine saecularium uanitatum iam dudum infusionem sibi diuinae praesentiae et gratiam uerbi salutaris exoptet, commacerari, quod sero ueniat, et adfligi et ideo quasi uulneratam caritatis, cum moras eius ferre non possit, conuersam ad patrem rogare, ut mittat sibi deum uerbum, et causam, qua sit ita inpatiens, C declarare dicentem: osculetur me ab osculis oris sui. non unum osculum quaerit, sed plura oscula, ut desiderium suum possit explere; quae enim diligit non est unius osculi parcitate contenta, sed plura exigit, plura uindicat et ita se amplius dilecto commendare consueuit. denique illa in euangelio sic probata est, quia non cessauit inquit osculari pedes meos. et ideo remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum. ergo et haec anima oscula uerbi D multa desiderat, ut inluminetur diuinae cognitionis lumine.

2 Cant. 1, 2 5 'uel ecclesia' . . . 648, 10 'infundere' *C* 1, 4 et 5 (I 1548 EF *B*.) 12 Cant. 5, 8 20 Luc. 7, 45 et 47

1 miratagque *V* (*qui om.* 646, 25 ergo . . . 647, 1 nationum) 2 ab (*exp. m4*) 𝔄 3 uel Rebecca . . . 15 oris sui *om. V* uidens (*s. m2* ł audiens) *A* audiens *N et* (*exp. et s.* uidens) *T* uerum *pr.*] uirum *N et* (uerum *corr.*) *T* 5 considera igitur uel *E* 8 luxorię *A m1* luxuria *A m2 PTC* luxuriae (atque *exp. m2*) 𝔄𝔄′ *et* (atque *om.*) 𝔄″ *et* (*in quo* luxurie) *E* 9 sollicitudinem *N* 12 adfligi et *P et* (et *s. u. m2*) *T* adfliget (ł it *s.* et *m2*) *A* affligi* *D* affligitur *C* adfligi 𝔄 (gi *ex* git) 𝔄′ (gi *ex* gąet *ut uidetur*) *cet.* ideoque 𝔄″ *E* (*om.* et) caritatis (e *s.* iș *m2*) *P* karitatis (e *s.* iș) *T* caritate *N* (e *ex* is *m2* 𝔄𝔄′) 14 mitat *A* dn̄ (vs *m1 s.* n̄) *A* deus 𝔄C′ dș̄ (*s. m2* dn̄) *T* dn̄i *N′P′* 18 plura *pr. A m1* (ł rima *s.* ra *m2*) plurima *T* (a *s.* iṃą) *C* 22 quoniam 𝔄 multa *E*

hoc est enim osculum uerbi, lumen scilicet cognitionis sacrae; osculatur enim nos deus uerbum, quando cor nostrum et ipsum principale hominis spiritu diuinae cognitionis inluminat. quo anima donata caritatis pignore nuptiali laeta atque ouans dicit: os meum aperui et duxi spiritum. osculum est enim, quo inuicem amantes sibi adhaerent et uelut gratiae interioris suauitate potiuntur. per hoc osculum adhaeret anima E deo uerbo, per quod sibi spiritus transfunditur osculantis, sicut etiam ii qui se osculantur non sunt labiorum praelibatione contenti, sed spiritum suum inuicem sibi uidentur infun- 9 dere. ostendens itaque non solam speciem uerbi et uultum quendam, sed omnia eius interiora diligere adiungit ad osculorum gratiam: quia bona inquit ubera tua super uinum et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. illa osculum poposcit, deus uerbum se ei totus F infudit et nudauit ei ubera sua, hoc est dogmata sua et interioris sapientiae disciplinas et unguentorum suorum dulci odore fraglauit. quibus captiua dicit uberiorem esse iucunditatem diuinae cognitionis quam laetitiam omnis corporeae uoluptatis. adspirat enim in uerbo odor gratiae et remissio peccatorum, quae in totum diffusa mundum omnia tamquam exinanito repleuit unguento, quia per uniuersos grauis conluuies detersa uitiorum est.

5 Psalm. CXVIII 131 11 'ostendens' ... 19 'uoluptatis' *C* 1, 7 (I 1549 C *B.*) 13 Cant. 1, 2 sq. 20 'adspirat' ... 23 'uitiorum est' *C* 1, 9 (I 1549 D *B.*) 21 Cant. 1, 3

1 cognǫtionis (i *s.* ǫ) *P* cognitionis (ni *ex* na *m2*) 𝔄′ cogitationis 𝔄″*E* 3 principale (i *s.* e *m2*) *A* spu (*s. m2* ł sps) *A* sps *T* (*s.* spu) *C* 5 eduxi *A* (e *s. u. m2*) *C* adduxi *T* spm *A* (m *in ras.*) 7 hoc *ex* hunc *m2* 𝔄, *om. V* 8 dō (*s. m2* ł dī) *A* dī *TC* transfunditur sps 𝔄″*E* 9 hi *AP*𝔄𝔄″ hii *cet.* 10 inuicem sibi (⁄ *m2*) *A* sibi inuicem *NTC* 11 se speciem *D* 14 ungentorum *AVT* (*saepe*) 16 infundit *V et* (n *exp.*) *T* docmata *V* 17 interiores (i *m2 s.* e) *A* 18 flagrauit 𝔄 (*corr. m. 1*) *V*𝔄″*EC* fraglauit (l *ex* r *m. ant.*) 𝔄′ captiua *A et* (*s. m2* ał capta) *V*, (*s. m1* capta) 𝔄*T* capta iam 𝔄′ (*m. ant. ex* captiua) 𝔄″*E* capta *C* dicit (v *s.* i *pr.*) 𝔄 dicit (i *pr. ex* u) 𝔄′ 23 uitiorum *post* grauis *transponunt* 𝔄″*E*

10 Propterea inquit adulescentulae dilexerunt te. adtrahe nos: post odorem unguentorum tuorum curramus. bona quidem prudentia, sed dulcis misericordia; illam enim pauci adsecuntur, haec ad omnes peruenit. propter hanc, inquit, indulgentiam tuam diligunt te animae renouatae 360 A spiritu. unde et ad animam dicitur: renouabitur sicut aquilae iuuentus tua; ad animam enim loquebatur dicens: benedic, anima mea, dominum. et ideo et ista festinat ad uerbum et rogat ut adtrahatur, ne forte derelinquatur, quia currit dei uerbum et non est adligatum. denique exultat tamquam gigans ad currendam uiam et, quia egressus eius a summo caelo et occursus eius ad summum eius, uidens se inparem tantae uelocitati B dicit: adtrahe nos. bona anima, quae non pro se sola, sed pro omnibus rogat. adtrahe inquit nos. habemus enim cupiditatem sequendi, quam unguentorum tuorum inspirat gratia: sed quia cursus tuos aequare non possumus, adtrahe nos, ut auxilio tuo fultae uestigiis tuis possimus insistere. si enim tu adtraxeris, curremus et nos et spiritalia uelocitatis flabra capiemus. et deponitur enim sarcina, quibus manus tua fulcro est, et oleum tuum infunditur, quo curatus C est ille qui a latronibus uulneratus est. ac ne inpudens tibi

1 Cant. 1, 3 sq. 3 'bona inquit prudentia' . . . 6 'spiritu' *C* 1, 9 (I 1550 A *B.*) 6 Psalm. CII 5 8 Psalm. CII 1 'et ideo' . . . 650, 14 'rogabat' *C* 1, 13—15 (I 1551 B—D *B.*) 10 II Thess. 3, 1 II Tim. 2, 9 11 Psalm. XVIII 6 sq. 21 Luc. 10, 34

1 adolescentule *A* dilexerunt (le *s. u. m2*) 𝔄 2 nos ut *T* 3 curremus *D et* (e *ex* a) 𝔄′ quidem (*s. m2* ł inquit) *A* inquit *TC* 7 aquilae (ae *ex* a) *m3* 𝔄 *m2* 𝔄′ 8 et *alt. exp. m2 A, om. VNT* ista *om. N′* 11 tamquam] ut 𝔄″ gigans *V et* (n *exp.*) *A*𝔄𝔄′ gigas *cet.* 12 egresus *A* a *om. C* 13 usque ad *T* (usque *s. u.*) 𝔄″*EC* tante (ł a *s.* e *m2*) uelocitati (ł e *s.* i *alt. m2*) *A* tantae uelocitatis *V* tanta uelocitate (*corr. m2*) *T* 18 cuius (*s. m2* ł tuis) *A* 20 et (*exp. m2 A, m3 P*) deponatur (i *s.* a *m2 A*) enim *AP* deponitur enim *cet.* 21 fulcro *V*𝔄𝔄″*C* fulchro 𝔄′*ET* pulchro (f *s.* p *m2*) *A* pulchra (a *ex* o *m3*) *P* 22 qui (a *s.* i *m2*) *A* ac] at *C*

uideatur quod ait: adtrahe nos, audi dicentem: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. uides quod libenter nos adtrahat. ne remaneamus sequentes. sed qui uult adtrahi currat, ut conprehendat, et currat superiora obliuiscens et ea quae sunt priora adpetens; sic enim poterit Christum conprehendere. unde et apostolus: sic currite, ut omnes conprehendatis. uult et ista ad brauium peruenire quae desiderat conprehendere. prudenter ergo rogat ut adtrahatur, quia non omnes sequi possunt. denique Petro dicenti: quo uadis? respondit uerbum dei: non potes me modo sequi, sequeris autem postea. claues ei commiserat regni caelorum et sequendo se inparem iudicauit. hanc tamen animam non distulit, quia non praesumebat, sed rogabat.
4, 11 denique ait: introduxit me rex in cubiculum suum. EF
beata anima quaecumque ingreditur penetralia. nam ea insurgens de corpore ab omnibus fit remotior atque intra semet ipsam diuinum illud si qua insequi possit scrutatur et quaerit. quod cum potuerit conprehendere, ea quae sunt intellegibilia supergressa in illo confirmatur atque eo pascitur.

1 Matth. 11, 28 7 I Cor. 9, 24 8 I Cor. 9, 24 10 Ioh. 13, 36 12 Matth. 16, 19 15 Cant. 1, 4 'introduxit' . . . 651, 12 'summum est' *C.* 1, 16 (I 1551 EF *B.*)

1 quod* (e *eras.*) 𝔄 ait *s. u. m2 A, m3 P* 3 attrahit 𝔄″*EC* 5 posteriora 𝔄 (*m3 ex* superiora) *TC* superior 𝔄″ 7 unde . . . desiderat conprehendere *om.* 𝔄″*E, in mg. inf. m. ant.* 𝔄′ apostolus ait *A* (ait *s. u. m2*) *VNT* omnes *om.* 𝔄*TC, exp. in A* 8 ista (ł e *s.* a *m2*) *A* quem (m *eras., s. m2* ł quẽ) *A* 11 respondit ꝙm (cum *exp. m2*) *A* modo sequi *P* modo sequi (⁄ *m2*) *A* sequi modo *VNTC* 12 amiserat (cõ *m2 s.* a) *A* 13 insequendo *C* inparem *A m2 ex* inper*** 15 ait *s. u. m2 A, om. P;* introduxit ⟨inquit⟩ *Henricus Schenkl* 16 quaecumque *A* (uerbi *s.* cumq; *m2*) *P* quae uerbi *VNC* quae***** (cumque *s. ras.*) *T* hęc (*s. u. m3 P, m2 T*) penetralia *PT* nam ea insurgens *A m1 P* namque ea insurgens *A m2 V*𝔄𝔄′*TC* insurgens namque 𝔄″*E* 18 si qua insequi *scripsi* si quam qui *A m1 P* si quo modo assequi (adsequi 𝔄𝔄′) *A m2 cet.* 19 potuerit (u *m2 s. u.*) *A* 20 quae *A m1 P* atque *A m2 cet.* pascetur *AP*

talis erat Paulus, qui sciebat se raptum in paradisum, sed siue extra corpus raptum siue raptum in corpore nesciebat. adsurrexerat enim anima eius de corpore et se a uisceribus et uinculis carnis abduxerat atque eleuauerat, factusque a se ipso alienus intra semet ipsum tenuit uerba ineffabilia, quae audiuit, et uulgare non potuit, quia aduertit ea loqui homini non licere. anima ergo bona contemnit uisibilia et sensibilia nec consistit in eis nec in despiciendis his inmoratur et residet, 361 A sed ascendit ad illa aeterna et inuisibilia et plena miraculis puro sensu se piae mentis adtollens. etenim perfectioni studens solum illud bonum diuinitatis intendit nec aliud quicquam requirendum putat, quia tenet quod summum est. itaque uir huiusmodi, in quo est animae pulcritudo, solus sibi abundat, quia ipse sibi est satis. nec solus aliquando est, cui praesul 12 dominus adest. denique in illud diuini illius introducta secre- B tum exultemus inquit et laetemur in te. diligamus ubera tua super uinum. non enim in diuitiis et auri argentique thensauris, non in possessionum fructibus, non in potestatibus, non in conuiuiis, sed in solo deo iustus exul- 13 tat. eadem tamen anima cognoscens se corporis societate fuscatam dicit ad alias animas uel ad illas caelestes et

1 II Cor. 12, 3 sq. 5 II Cor. 12, 4 14 Ioh. 16, 32 16 Cant. 1, 4 'exultemus' ... 19 'exultat' *C* 1, 21 (I 1552 D *B.*) 19 Habac. 3, 18 20 'eadem' ... 652, 3 sol *C* 1, 21 (I 1552 E *B.*)

1 talis ... 7 licere *om. V* in paradisum ... extra corpus raptum *infra in mg.* 𝔄 2 raptum *alt. exp. m2 A, om. NT;* raptum *bis om. C* 3 et] ex *A* (*del. m2 et s. scr.* et) *P*; de 𝔄′ *utrum* ex *an* et *praebeat ambigas* 4 et uinculis ... alienus *om.* 𝔄 leuauerat *C* a se *P*𝔄′*T* ut (*s. m2* ł a se) *A* a semet 𝔄″*EC* 5 ipsum] ipso (v *m2 s.* o) *A* 6 loqui homini (/ *m2*) *A* homini loqui *TC* 7 contempnit *PVNT* 8 commoratur (im *s.* com) *T* 9 miraculi *VN′* 13 pulchritudo *A* (h *s. u.*) *cet.* 15 introductus *A* (ł ta *s.* tus *m2*) *P* introducta (ł us *s.* a) *T* 16 et *eras.* 𝔄′, *om.* 𝔄″*E* 18 thesauris *libri* in *pr. C, s. u. m1 VT, m2 D, om. cet.* 19 conuiviis (vi *s. u. m2*) *A* iustus *del. m2 A, om. VNTC* 20 se corporis societate *A* (c a b *m2*) corporis societate se *TC*

adpositas sacro ministerio potestates: nolite aspicere me, quoniam offuscata sum, quoniam non est intuitus C me sol. filii matris meae pugnauerunt aduersum me, hoc est inpugnauerunt me corporis passiones, carnis inlecebrae colorarunt; ideo mihi sol iustitiae non refulsit. quo uiduata praesidio deuotionem meam et obseruantiam plenam seruare non potui. hoc est enim: uineam meam non custodiui, quia spinas et non uuam adtuli, id est faciens peccata pro 14 fructibus. et cum de uerbo loquitur, inradiante sibi uerbi splen- D dore conuersa ad ipsum dicit: ubi pascis? ubi manes in meridiano? recte dicit ubi pascis? quia regale est dei uerbum: ubi manes? quia morale: in meridiano, quia mysticum, siquidem meridie Ioseph cum fratribus suis in conuiuio constitutus futurorum temporum mysteria reuelabat. sed etiam Dauid ait: reuela ad dominum uiam tuam et spera in eum, et ipse faciet et educet sicut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum sicut meridiem. et ipse Paulus meridie circumfulsisse sibi lumen E adseruit, quando a persecutione est conuersus ad gratiam. queritur ergo quod derelicta sit, quod destituta sit pauper ex diuite; abundabat enim munere gratiarum, sed egere coepit, ubi diuinae praesentiae sibi copia denegata est, et ideo uel quasi mercennaria haberi postulat, quae ante sibi pretiosioris 15 copulae gratiam uindicabat. cui respondit uerbum dei: nisi

1 Cant. 1, 6 5 Malach. 4, 2 7 Cant. 1, 6 8 Matth. 7, 16 10 Cant. 1, 7 'ubi pascis' . . , 24 'uindicabat' *C* 1, 28 et 29 (I 1554 BC *B*.) 13 Gen. 43, 15 15 Psalm. XXXVI 5 sq. 17 Act. 9, 3 24 Cant, 1, 8 'nisi' . . . 653, 7 'suffragabitur' *C* 1, 33 (I 1555 CD *B*.)

1 adpositus (ł a *m2 s.* u) *A* 2 effuscata *V* 3 et (*s. u. m2*) filii *A* 4 carnes (ł i *m2 s.* e) *A* 5 decolorarunt (de *s. u. m2*) *AV* decolorarunt me (me *s. u. m3*) 𝔄 decolorauerunt me *N'* (de *et* me *s. u. m. ant.* 𝔄') decolorauerunt *T* 8 ñ|uuã *m2 ex* n*uã *A* attulit *N'* (t *exp. m. ant.* 𝔄') 9 inradi*n*te (a *s. ras. pr.*) *A* 11 regale (a *m2 in ras., s.* e *ras.*; *fuit* regul'e) 𝔄' regulare 𝔄''*E* 13 siquidem . . . 19 gratiam *om. V* si quidem quia *N'* 18 meridie *post* lumen *transponunt NTC* 21 abundabat enim (bat en *in ras. m1*) *P* munera (ł e *s.* a *m2*) *A*

cognoscas te, decora inter mulieres. quae quereris quod relicta sis, nisi te cognoscas, nisi te paeniteat lapsus F
tui, nisi intentionem deuotionis adprobes, nisi fides tua et sinceritas augeatur, querella nihil proderit. aut sic: nisi cognoscas te quia decora es, nisi pulchritudinem naturae tuae serues et corporis te inlecebrae non demergant nec inpedimenta detineant, nihil tibi creaturae melioris nobilitas suffragabitur.

16 Cognosce igitur te et naturae tuae decorem et exi quasi exuta uinculis pedem et nudo exserta uestigio, ut carnalia integimenta non sentias, uestigium mentis tuae corporalia uincula non inplicent, ut pes tuus speciosus adpareat. tales 362 A
enim sunt qui ad regnum caelorum adnuntiandum eliguntur a domino, de quibus dictum est: quam speciosi pedes euangelizantium pacem! talis Moyses, cui dicitur: solue calciamentum pedum tuorum, ut uocaturus populum ad dei regnum deponeret prius carnis exuuias et nudo spiritu uestigioque mentis incederet. hoc est ergo quod ait: exi tu in calcaneis gregum et pasce haedos
tuos in tabernaculis pastorum, quia per greges regnum B
intellegimus, eo quod potestatis sit gregibus praesidere. praesidet autem unusquisque sibi quadam potestate regali, si coherceat in se corporis luxus et seruituti redigat carnem

8 'cognosce' . . . 654, 12 'hostiles' *C* 1, 34 et 35 (I 1555 D—F *B.*) 13 Rom. 10, 15 Esai. 52, 7 15 Exod. 3, 5 18 Cant. 1, 8

1 quereris (*om.* quae) *P*𝔄 quae reris *V et* (*corr. m2*) *A*, (*m. ant*) 𝔄′ 2 te *alt. del. A m2, s. u. m2 E, post* paeniteat *ponunt TC* peniteant (n *s. u. m2*) *A* 3 intentionē (ē *ex* e *m2*) *A* 4 quaerella *A* quaerela *PV* querela *cet.* aut (*s. m2* ł ac) *A* ac *VNT* 7 naturae 𝔄″*E* 8 et *alt. om N′* exi** 𝔄′ exige 𝔄″*E* 9 exserta (ł tersa *m2 s.* serta) *A* ẹxtẹrsạ (*s.* exerta) *T* exerta *cet.* 10 integumenta *N′* (u *ex* i *m2*) *C et* (gi *ex* gu) *T* 11 uincla *P*𝔄*TC* 12 eleguntur (i *s.* e *alt.*) *m1 V m3* 𝔄 16 deponeret prius carnis exuuias *A* (ł perduceret *m2 s.* deponeret) *PV* perduceret (perducere *m2* 𝔄′, deponeret *s.* perduceret *T*) prius carnis exuuias (poneret *m2 s.* exuuias 𝔄′) 𝔄𝔄′*T* prius carnis exuuias deponeret 𝔄″*E* procederet prius carnis abiciens exuuias *C, in quo post* ut *add.* qui 22 coerceat *P*𝔄*TC*

suam. ideoque dictum est: regnum dei intra uos est. unde pulchre ait ad animam: exi, id est exi seruitio, exi ex carnis imperio atque dominatu et exi non in carne, sed in spiritu, exi ad regimen potestatis. ideoque addidit: pasce haedos tuos, rege ea quae in sinistra tua sunt; nam si non regantur, facile labuntur. coerce petulantiam, lasciuiam tui corporis et luxuriam inrationabilem, edoma leues motus, pasce eos non in corporeis tabernaculis, sed in tabernaculis pastorum, qui regere gregem norunt. sunt enim amabilia tabernacula Istrahel sicut nemora obumbrantia super flumen, in quibus anima tamquam in procinctu bellico sita bonam exercet militiam, incursus explorat hostiles, uirtutis labore quaerit uictoriam, ut possit equae illi, quae Solomonis est, conparari, uelox ad currendum, habilis ad partum, quoniam fecunditas animae desideratur et quaeritur. haec ergo equa pretiosa est et currus Pharao ueloces, quod aliqui ad ecclesiam referunt et ad populum. sed de hoc mysterio alibi saepius diximus et maxime in psalmo CXVIII, hoc autem loco de anima dicendum suscepimus. huius equae similis aestimatur haec anima, hoc est propheticae uel apostolicae uirtutis, quod in eorum adnumeretur grege qui

1 Luc. 17, 21 2 Uerg. Ecl. I 40 5 Matth. 25, 33 10 Num. 24, 5 sq. 12 'uirtutis' . . . 655, 6 'insignia' *C* 1, 42 (I 1557 CD *B.*) 13 Cant. 1, 9 18 expos. in psalm. CXVIII serm. II 33 sqq.

2 a (*s. u. m2 A*) seruitio *AC* 3 ex *P* et *A m1* e *A m2 VMT* a M' (a *ex* e *m. ant.*) M''*EC* 5 id est (*haec s. u. m2*) rege *V* hoc est rege M''*EC* 6 coherce *VN* (h *exp.* M) 7 luxoriam (v *s.* o) *A* 10 israł *P* isrł *cet.* super (*s. m2* ł sicut) *A* sicut *T* 12 malitiam (i *s.* a *pr.*) *P* 13 labore *PV et* (e *s. u.*) *T* labor *ANC* non possit *A* (non *s. u. m2*) *T* (non *exp.*) *C* solomonis *A* salemonis *E* salomonis *P* (o *pr. ex* a) *cet.* 14 paratum (*s. m2* ł partum) *A* 15 desideraptur *A* 16 farao *APV*M pharaonis *C* pharao *cet.* quod . . . psalmo CXVIII *om. C* 18 CXVIII *A* (*s. m1* mi octaui decimi) *PV*MM' centesimi octaui (noni M'') decimi *cet.* 19 sed hoc (*om.* autem) loco *C* huius equae *PC* huius eque (e *pr. s. u.*) *T* huius quae *A*M huius ***** M' huiusque M''*E* q̃ (*om.* huius) *V* 20 huic animę *T* (*exp. et s.* hec anima) *C* haec anima hoc est *om. V* profeticae *AV* uel (*s. m2* ł et) *A* 21 gregem *N*

fecunditate praedicationis suae totius orbis terrarum spatia referserunt et quamuis in corpore constituti nulla tamen cursus spiritalis sensere dispendia. ideoque laudatur quod caelesti sibi inluminante praecepto iam speciosa, iam pulchra sit, quae uultu praeferat castitatis decorem et redimicula ceruicis adtollat, in qua sunt patientiae et humilitatis insignia. talis animae diligebat Isaac uerus decorem humilitatem patientiam et ideo partus eius auide requirebat. F

18 Concepit autem Rebecca et patientia sua nodum sterilitatis absoluit. quid autem pariat prophetica atque apostolica anima consideremus et quomodo pariat. abiit inquit interrogare dominum, quia exultabant infantes in utero eius. et responsum accepit: duae gentes in utero tuo sunt, eo quod nihil sponte praesumat, sed in omnibus summum deum praesulem poscat suorum consiliorum, simul plena pacis atque pietatis duos populos sua fide et praedicatione conectat et

19 tamquam utero suo claudat. quae non inmerito soror magis 363 A quam uxor adpellatur, eo quod mitis atque pacifica anima communis magis pietatis quam specialis copulae nomen accipiat et quia uniuersis magis quam uni se existimet obligatam.

20 fodit autem puteos Isaac et plurimos quidem, quos foderat pater eius, et repleuerant illos post mortem Abrahae patris illius alienigenae. prae ceteris tamen fodit hos puteos, unum in conualle Gerarum et inuenit ibi puteum aquae uiuae, et B litem fecerunt pastores Gerarum cum pastoribus Isaac, eo quod aquam sibi huius putei quasi propriam uindicabant,

9 Gen. 25, 21 11 Gen. 25, 22 13 Gen. 25, 23 21 Gen. 26, 18 23 Gen. 26, 19 sq.

2 referserunt $\mathfrak{A}$ (sper *s.* fer *m3*) resperserunt $\mathfrak{A}'$ (sper *ex* fer *m2*) $\mathfrak{A}''E$ referserunt (ser *exp. m2*) *T* repleuerunt *C* 7 uerus (ł rũ *s.* rus *m2*) *A* uerum (s *s.* m) *T* 8 auide *s. u. m. ant. A* 9 sue (e *ex* a *m2*) $\mathfrak{A}'$ suę $\mathfrak{A}''$ no•dum (n *eras.*) *P* sterelitatis *A* (*s. m2* ł spiritalis) *V* spiritualis (*s.* ł sterilitatis) partum *T'* 10 profetica *AV* 20 existimet (*s. m2* ł extimet) *A* ęstimet *T* 21 fodit . . . *p. 660, 17* in moralibus *om. V* 24 *et* 25 gerarim $\mathfrak{A}''E$ *et* (i *ex* u) *T* 26 huius (*s. m2* ł eius) *A* eius *N et* (hu *s.* ę) *T*

et uocauit nomen eius Iniustitiam. et fodit alium puteum, in quo orta est disceptatio, et inposuit illi nomen Inimicitias. et fodit tertium, in quo lis nulla inter pastores commissa est, et uocauit eum Latitudinem. fodit et puteum [Iuramenti] et non inuenit in eo aquam et uocauit eum puteum Iuramenti.
21 quis haec legens terrena magis quam spiritalia opera esse C arbitretur, quod uel Abraham fodit puteos uel Isaac, tanti uidelicet patriarchae, uel etiam Iacob, sicut in euangelio repperimus, uelut fontes quidam generis humani et specialiter deuotionis ac fidei. quid est enim puteus aquae uiuae nisi profundae altitudo doctrinae? unde et Agar ad puteum angelum uidit et Iacob ad puteum Rachel sibi inuenit uxorem; Moyses quoque secus puteum futuri locauit merita prima coniugii. D
22 a puteo igitur uisionis aperire Isaac adorsus est puteos et bono ordine, ut eius putei aqua primum rationabile animae oculumque eius dilueret et foueret, quo uisum eius faceret clariorem. fodit etiam alios puteos plures. unde et scriptum est: bibe aquam de tuis uasis et de puteorum tuorum fontibus. quanto plures fuerint, tanto est uberior redundantia gratiarum. fodit tamen puteum, quem foderat pater Abraham, de quo litem fecerunt pastores Gerarum, hoc E est maceriae — ubi enim maceria ibi diuisio inter repugnantes, ibi iniustitia —, et ideo uocauit Iniustitiam. alium quoque fodit

1 Gen. 26, 21 3 Gen. 26, 22 4 Gen. 26, 25 et 32 sq. 8 Ioh. 4, 6 et 12; cf. Philo de profug. 36 (576, 2) 11 Gen. 21, 14; cf. Philo de profug. 37 (576, 16) 12 Gen. 29, 2 et 9 sq. 13 Exod. 2, 15 sqq. 18 Prouerb. 5. 15 22 et 657, 2 sq. Ephes. 2, 14

1 puteum (*exp. m2*) *A*, *om. NT* 3 de quo 𝔄 4 Iuramenti *inclusi* 7 arbitraretur *A* (ar *alt. s. u. m2*) *T* (ar *alt. exp.*) abrahã (ã *ex* e) *P* 8 sicut et *N* 9 reperimus *PT* uelut (e *s. u. m3*) *P* 14 a puteo (*s. m2* ł ad puteum) *A* ad puteum (*corr.* a puteo) *T* adorsus *A* (ł t *m2 s.* s *pr.*) *T* (s *pr. ex* t) puteus *A et* (-os *corr.*) *T* 19 uberior (or *in ras. ex* us *m2*) 𝔄′ superius 𝔄 uberius *cet.* 21 pater (ł eius *s. u. add. m2*) *A* pater eius *T* gerarim 𝔄″*E* 22 macherię *A*𝔄′ macheria *A* (h *s. u. m. ant.*) 𝔄′ 23 ibi *A* (*exp. m2*), *om. N*, *s. u. T* uocauit eum *A* (eum *s. u. m2*) *T* eum uocauit 𝔄

et orta dissensione uocauit eum Inimicitias. in quibus uidetur elucere doctrina moralis, eo quod sublato pariete maceriae solutae sint in carne hominis inimicitiae et facta sint utraque unum in figura per Isaac, in ueritate per Christum, meritoque postea pura aqua in eo puteo sit reperta tamquam doctrina F moralis utilis ad hauriendum. puteus quoque Latitudinis quid aliud significat nisi de naturalibus disciplinam? qua causa et Latitudo dicitur. quia sine contentione, sine lite iam quietus atque securus est qui mundana haec et sensibilia fuerit supergressus. unde superatis iam aduersantibus et alienigenis cogitationibus — quid enim tam alienum quam omnia saecularia, quae perpetua esse non possunt? — potest sapiens dicere: dilatauit dominus nobis et auxit nos super terram, quia terrena transcendit. ultimus est puteus Iura- 364 A menti, in quo ei uisus est deus et ait ei: noli timere; tecum enim sum et benedixit eum. haec doctrina iam mystica 23 est. habes haec in Solomone, quia Prouerbia eius moralia. Ecclesiastes naturalis, in quo quasi uanitates istius despicit mundi, mystica sunt eius Cantica canticorum. habes et in propheta: seminate uobis ad iustitiam. uindemiate ad fructum uitae, inluminate uobis lumen cognitionis. hoc est lumen cognitionis habere caritatis perfectionem. B ideoque dictum est: noli timere; caritas enim timorem excludit foras. ut cognoscamus autem quia et Solomon ita hos

13 Gen. 26, 22 15 Gen. 26, 24 17 cf. Origenes XIII 73 AB *M.* 'habes' . . . 659, 20 'credidit' *C* 5, 43—47 (I 1587 F—1588 E *B.*) 20 Osee 10, 12 22 I Ioh. 4, 17 24 I Ioh. 4, 18

1 dissensione orta 𝔄 2 moralis] oraculis *N′* macheriae *A* (h *s. u. m. ant.*) 𝔄′ 3 sint *pr.* (*l* u *s.* i *m2*) *A* sụnt (i *s.* ụ) *T* sụnt (i *s.* u) *T* 8 et sine lite 𝔄 9 haec *A* (*exp. m2*), *om. T* 12 possent (*l* u *s.* e *m2*) *A* possint 𝔄 *et* (*corr. m2*) 𝔄′ 13 d*latauit (i *s. ras. m2*) *A* nos (*ex* nobis) *m3 P m1 T* 17 solomone *A m1* salemone *E* salomone *A m2 cet.* 19 eius] ei *P* eius sunt 𝔄″*E* 20 ad . . . uobis *infra in mg.* 𝔄 21 lumen cognitionis] ad cognitionem *N′* 22 hoc . . . cognitionis *om.* 𝔄 enim[b] est[a] 𝔄″ est enim *C* 23 ne timeas *C* 24 et *om. N′C* solomon *A m1* salomon *A m2 cet.*

interpretatus est puteos, ut ad moralem doctrinam et naturalem referret et mysticam, in singulis libris suis, quos de moralibus uel naturalibus uel mysticis scripsit, posuit hos
24 puteos. nam et in Prouerbiis, cum declinandam speciem diceret saecularis inlecebrae, ait: bibe aquam de tuis uasis et de puteorum tuorum fontibus, et superfluant tibi C aquae de tuo fonte. et infra: fons aquae tuae sit tibi proprius et iocundare cum uxore, eo quod aduersus temptamenta mundi remedio nobis uera sapientia sit, moralis quoque doctrina, quae imaginem mundanae uoluptatis meretriciis quibusdam inlitam fucis inriguo suo diluat et
25 fluento sui fontis abstergeat. de naturalibus quoque habes in Ecclesiaste dictum: feci mihi piscinas aquarum ad inrigandum ex his saltum germinantem. neque te moueat quod pro puteo piscinas posuit, quia et Moyses puteum Latitudinis dixit, eo quod a sollicitudine omni et angustiis absoluitur qui mundum hunc pia mente transcenderit. D non inmerito ergo piscinas habet Ecclesiastes, qui uidit nullam abundantiam esse sub sole, sed, si quis abundare uelit, in
26 Christo abundet. de mysticis puteus superest nobis, quem etiam ipsum repperimus in Canticis canticorum dicente scriptura: fons hortorum, puteus aquae uiuae et impetus descendens a Libano. etenim si mysteriorum altitudinem E persequaris, puteus tibi uidetur tamquam in profundo sita

5 Prouerb. 5, 15 sq. 7 Prouerb. 5, 18 13 Eccl. 2, 6 18 Eccl. 9, 6 20 Philipp. 1, 26 22 Cant. 4, 15

3 uel *pr.*] *A* (*s. m2* et) et *NTC* et de myst. *E* 8 iocundare (o *ex* u) 𝔄𝔄′ cum uxore *om. N′* aduersus (ł um *m2 s.* us) *A* aduersum *T* 9 remedio (v̌ *s.* o *m2*) *A* remedium *N* (um *ex* a 𝔄′) *T* (o *s.* um) *C* uera[e] sapientia[e] (e *bis add. m2*) *A* 11 inlitam (i *alt. ex* a) *A* fucis (s *pr. s. u. m2*) *A*, fucis *s. u. T* 12 abstergeat *A*𝔄*E*, (e *alt. eras.*) 𝔄′ abstergit (i *m3 ex* e) *P* abstergat *cet.* 13 ecclesiaste 𝔄″*EC* ecclesiasten 𝔄′ (n *eras.*) *cet.* 17 soluitur *N′C* trascenderit *A* 20 de] Et de *N′* 21 reperimus *PET* 22 impletus (l *eras.*) *P* impetu 𝔄″*C* 24 persequaris (*compendium uoculae* per *falso pro uocula* pro *accepit corrector et s. scr.* [*m2*] ł p) *A* persequeris *N′*

mystica esse sapientia; si uero haurire uelis affluentiam caritatis, quae maior et uberior est quam fides et spes, tunc tibi fons est. exuberat enim caritas, ut et haurire eam comminus et rigare eius affluentia hortum tuum possis spiritalibus fructibus redundantem. et quia ultra ipsum puteum Latitudinis est qui caritatem habet, ideo dixit quia ubi caritas est, ibi impetus magnus descendat a Libano. ne quid autem moueat quod et puteum eundem et fontem dixit, etiam euangelium te instruat, in quo scriptum est quia uenit Iesus in ciuitatem Samariae, quae dicitur Sychar, iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. erat autem ibi fons Iacob. et fatigatus inquit sedebat sic supra puteum. unde et ad mysticam doctrinam hunc referri puteum etiam ibi cognoscimus, quia ibi Samaritana illa, id est custos, custos autem caelestium praeceptorum, hausit de puteo illo diuina mysteria cognoscens quia deus spiritus est et non in loco adoratur, sed in spiritu et quia Messias Christus est et ideo qui adhuc expectatur a Iudaeis iam uenit. quibus auditis mulier illa, quae speciem ecclesiae gerit, legis sacramenta cognouit et credidit. F 365 A

27 In ipso quoque Canticorum libro Solomon hanc triplicem sapientiam euidenter expressit, licet in Prouerbiis dixerit, ut tripliciter sibi scriberet qui sapientiam eius uellet audire.

9 Ioh. 4, 5 sq. 14 Ioh. 4, 7 15 Ioh. 4, 21 sqq. 22 Prouerb 22, 20, cf. 17

2 et *ante* spes *s. u. m2 A*, *om. A m1 P* & spes *s. u. m2 E* 4 affluentiã (ł a *s.* ã *m2*) *A* 5 et quia (*in mg. m2* ali' lib et quia ipse pute' latitudinis est) *A* ultra *om. NTC* ipse puteus 𝔄' (*m2 ex* ipsum puteum) 𝔄''*ETC* 6 impletus (l *eras.*) *P* 7 descendat *A* (i *s.* a *m2*) 𝔄' (*s.* a *ras.*) descendit *TC* 8 eundem *post* fontem *transponunt* 𝔄''*C* 10 sychar 𝔄*E* sichar *cet.* 12 super *N'* (pra *ex* per *corr.*, *sed eras.* 𝔄') *TC* puteum] fontem *P' et* (*exp. et s.* puteum) *T* 13 et *exp. in A*, *eras. in P*, *om. cet.* 17 est *om. N'* 21 solomon *A m1* salamon *P* salemon *E* salomon *A m2 cet.* 23 scripserit *N'* uellet (et *ex* it) *A*

ait ergo in Canticis sponsa de sponso: ecce es formonsus B
consobrinus meus equidem pulcher: adclinatio nostra
opaca, trabes domorum nostrarum caedri, lacunaria
nostra cupressi. possumus hoc de moralibus accipere. ubi
enim requiescit Christus et ecclesia nisi in operibus suae
plebis? denique ubi inpudicitia, ubi superbia, ubi iniquitas
erat, ibi ait dominus Iesus: filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet. de naturalibus autem
28 quid accipimus? in umbra inquit eius concupiui et sedi, C
et fructus eius dulcis in faucibus meis. qui enim
terrena supergreditur et cui mundana moriuntur, quoniam
crucifigitur ei mundus et ipse mundo, omnia quae sunt sub
29 sole contemnit et refugit. de mysticis quoque ait: introduc-
cite me in domum uini, constituite in me caritatem.
etenim sicut uitis uineam suam ita dominus Iesus populum
quasi uitis aeterna quibusdam bracchiis caritatis amplectitur.
30 considera singula. in moralibus flos est, inter spinas lilium, D
sicut ipse ait: ego flos campi et lilium conuallium. in
moralibus ergo flos est, in naturalibus sol iustitiae, qui oriens
et resurgens inluminat, occidens obumbrat — caue ne tibi occi-

1 Cant. 1, 16 sq. 7 Matth. 8, 20 9 Cant. 2, 3 12 Galat. 6, 14
13 Cant. 2, 4 15 Ioh. 15, 1 18 Cant. 2, 1 19 Malach. 4, 2

1 ecce pulcher es consobrinus meus. ecce pulcher es et decorus. acclinatio *C* es *s. u. m2 A*, *eras.* 𝔄′, *om.* 𝔄″*E* formonsus *scripsi* speciosus (*ex* sponsus) *T* sponsus *APV* sponsus est *N′* (est *s. u.* 𝔄′; *in* 𝔄″ *uerba* ecce . . . meus *in mg. add. m2*) 2 consobrinus (o *alt. ex* u) *P* equidem *A* (*s. m2* ℓ et ideo) *P* et ideo *N* et quidem (quidem *add. m2*) ideo *T* pulcher *APT* pulchra 𝔄 (h *s. u.*) 𝔄′ (ra *ex* er *m2*) 𝔄″*E* 3 caedri *AT* cedri *cet.* 4 cypressi 𝔄′*E* cipressi 𝔄″ morabilibus *A* 8 naturalibus (libus *in ras.*) *P* 9 accipiamus *A* (a *alt. s. u. m2*) *NC* et (a *alt. del.*) *T* 10 qui *A* 13 contemnit *A* contempnit *cet.* introducite *P′* introduc *A* (ℓ ducite *m2 s.* duc) *cet.* 14 constitue 𝔄″ (ite *s.* e) *T* 15 uitis (*s. u.*) uineam suam uitis *T* uineam suam uitis *C*, uitis *om. cet.* populum suum *TC α, fort.* <suum> populum 16 bracchiis *A* brachiis *cet.* 17 in moralibus itaque dn̄s flos *V* est et *P* 20 occidens (ℓ dit *m2 s.* dens) *A* occidit et *T* ne (e *ex* i *m2*) *A*

dat, quia scriptum est: sol non occidat super iracundiam uestram —, in mysticis caritas est, quia plenitudo legis est Christus. et ideo ecclesia, quae diligit Christum, uulnerata est
31 caritatis. hanc itaque caritatem suscitat et resuscitat, donec E uocem eius accipiat et praesentiam eius accersat, quia quaesitus non solum uenit, sed etiam saliens uenit, saliens super montes, transiliens super colles. super maioris gratiae animas salit, inferioris transilit. uel sic: saliens quomodo uenit? saltu quodam uenit in hunc mundum. aput patrem erat, in uirginem uenit et ex uirgine in praesaepe transiliuit. in praesaepi erat et fulgebat e caelo, descendit in Iordanen, ascendit in crucem, descendit in tumulum, surrexit F e tumulo et sedit ad patris dexteram. inde quasi inulus ceruorum, qui desiderat ad fontes aquarum, descendit ad Paulum et circumfulsit eum et exiliuit super ecclesiam sanctam, quae est Bethel, quod dicitur domus dei; Pauli enim uocatio ecclesiae firmitudo est.

32 Uenit ergo et primo post parietem est, ut inimicitias animae et corporis soluat sublato pariete, qui inpedimentum concordiae uidebatur afferre. deinde prospicit per fenestras. quae sint fenestrae audi dicentem prophetam: fenestrae apertae

1 Ephes. 4. 26 2 Rom. 13, 10 3 Cant. 2, 5 6 Cant. 2, 8 13 Psalm. XXXXI 2 14 Act. 9, 3 16 Mich. 5, 2 Cant. 2, 9 18 Cant. 2, 9 Ephes. 2, 14 20 Cant. 2, 9 21 Esai. 24, 18

2 est caritas $\mathfrak{A}''$ 4 caritatis *A* (ł te *m2 s.* tis) $\mathfrak{A}$ *et m1* $P\mathfrak{A}'$ caritate *P m3* $\mathfrak{A}'$ *m2 cet.* 5 accersiat *P' et* (i *s. u.*) *m2 A m1 T* 8 animas *VT* anima *AP et m1* $\mathfrak{A}'$ animã $\mathfrak{A}$ (ã *ex* a *m3*) $\mathfrak{A}'$ *m. ant. cet.* inferioris (e *s.* i *ult.*) *m3* $\mathfrak{A}$ *m1 D* 9 aput *AVT* apud *cet.* 10 praesepe *libri* 11 transiliuit (liit *s.* liuit *m2*) *A* transiliit $\mathfrak{A}$ et (*s. u. m2*) in *A* presepi *APVN'* presepe *T* presepio $\mathfrak{A}$ e] in *T* 12 iordanem $\mathfrak{A}'$ (nem *in ras. m2*) $\mathfrak{A}''$ iordane *E* et surrexit $\mathfrak{A}$ 13 sedit *A* (e *s.* i *m2*) *P* sedet *E* (et *ex* it) *cet.* enulus *A* (ł hin *m2 s.* en) *P* (in *m3 s.* e) *V et* (hin *s.* e *m3*) $\mathfrak{A}$, (henulus *m. ant.*, hīnulus *m2*) $\mathfrak{A}'$ hinnulus $\mathfrak{A}''$ (n *pr. exp.*) *ET* 16 bether *A* (ł l *s.* ŗ *m2*) *P* (l *s.* r) ɋuɋd (*s. m2* ł que) *A* quę *T* 17 fortitudo $\mathfrak{A}''$ 19 concordiae (e *s. u. m2*) *P* 20 aferre *A* (*corr. m2*) *P* 21 profetam *AV* prophetam dicentem *C*

sunt de caelo. prophetas itaque significat, per quos dominus 366 A
genus respexit humanum, priusquam in terras ipse descen-
33 deret. et hodieque si qua eum anima multum requirat, mul-
tum merebitur misericordiae, quoniam qui multum requirit
plurimum debetur ei. si qua ergo anima eum studiosius
quaerat, longe audit uocem eius et quamuis ab aliis requirat,
prae ipsis, a quibus quaerit, audit uocem eius. uidet eum
salientem ad se uenire, id est properantem atque currentem B
et transsilientem eos qui infirmo corde uirtutem eius capere
non possunt. deinde prospicientem per aenigmata prophetarum
legendo eos et tenendo eorum sermones uidet eum prospi-
cientem, sed quasi per fenestram, non adhuc quasi praesentem.
uidet eminentem super retia. quid est hoc nisi forte quia illa
retia nobis sunt, non illi? retia, eo quod adhuc illa anima
intra sensibilia et mundana sit, quae mentem hominis capere
et quodam sinu proprio consuerunt inuoluere. posito igitur C
adhuc in saecularibus, sed tamen quaerenti eum per retia se
34 ostendit. denique dicit ad animam eiusmodi: exsurge, ueni
proxima mea, id est exsurge a delectationibus mundi, exsurge
a terrenis et ueni ad me, quae adhuc laboras et onerata es,
quia sollicita es quae sunt mundi. ueni supra mundum, ueni
ad me, quia ego uici mundum. ueni prope iam pulchra
aeternae uitae decore, iam columba, id est mitis atque man- D
sueta, iam tota gratiae spiritalis. iure ergo retia iam timere

10 Num. 12, 8. 13 Cant. 2, 9 18 Cant. 2, 10 20 Matth. 11, 28 23 Cant. 2, 10

1 profetas *APV* utique *ed. Rom.* 2 terrã *VN'* 3 hodieque *A* (que *exp. m2*) *E* (*om.* et) *P*𝔄𝔄'𝔄'' hodie *VTC* 5 plurimum] multum *TC* ergo] eum (*om. deinde* eum) *N'* 9 transsilientem *AP* transilientem *cet.* 10 deinde] deniqne *D* 11 eum (*s. m2* ł enim) *A* enim *TC* 12 adhuc quasi (/ *m2*) *A* quasi adhuc *VNTC* 13 super retia (a *ex* ã) *P* 14 illi? retia sunt *TC* illa anima adhuc *T* 15 intra (*s. m2* ł trans) *A* 16 consuerint (n *alt. s. u.*) *V* consueuerunt *C* 17 saecularibus *A* (ł o *s.* bus *m2*) *P* saecularío 𝔄 (*in mg. m3* saeculo) cetulo (*ex* saecularío) 𝔄' saeculo *cet.* 19 delectionibus (*corr. m2*) *A* 23 aeternae (e *tert. s. u.*) *m2 A m3 P* aeterna 𝔄' decorᵃ (e *s.* ᵃ) *V* 24 tota <plena> *ed. Rom.*

non debet, cum is uocet ad se animam qui temptamentis et retibus mundi non potuit capi. nam cum homines in medio laqueorum ambulemus, per adpetentiam escae retibus simul et laqueis obnoxii sumus, ille in corpore positus retia non timebat, sed eminebat super retia, id est supra temptamenta mundi et corporis passiones, immo et alios eminere faciebat. ideoque etiam hanc animam fundare uolens dicebat: E
35 exsurge, ueni promixa mea, noli timere retia. iam praeteriit hiemps, id est uenit pascha, uenit indulgentia, aduenit remissio peccatorum, cessauit temptatio, imber abiit, procella abiit, quassatio. ante aduentum Christi hiemps est, post aduentum eius flores sunt. unde ait: flores uisi sunt in terra. ubi ante spinae ibi nunc flores. tempus inquit secandi aduenit. ubi ante desertum ibi messis est. uox turturis audita est in terra nostra. bene addidit pro- F
pheta nostra quasi admirans quod ubi ante inpudicitia ibi
36 castitas. ficus protulit grossos suos. quae ante quasi infructuosa iubebatur excidi, haec fructus adferre iam coepit. sed quid dubitas, quia grossos dixit? priores discutit, ut posteriores meliores adferat, sicut synagogae fructus abicitur, renouatur autem ecclesiae. et quamuis plena tranquillitas sit
37 et adoleuerint mysteria, iterum tamen dicit: exsurge secura 367 A

2 Sir. 9, 13 (20) 8 Cant. 2, 11 10 Cant. 2, 11 12 Cant. 2, 12 13 Cant. 2, 12 14 Cant. 2, 12 17 Cant. 2, 13 18 Luc. 13, 7 22 Cant. 2, 13 sq.

1 debet anima *N'* (anima *extra u. m2* 𝔄') animam *del. m2* 𝔄' (*in quo* adase, a *alt. eras.*), *om.* 𝔄"*E* 2 cum nos 𝔄 (nos *s. u. m3*) 𝔄' (nos *s. u. m1*) 𝔄"*E* 4 obnoxii sumus *A* (sumus *add. m2*) *TC* 5 super temptamenta 𝔄" 7 ideoque . . . dicebat *in mg. T, om. C* hanc etiam 𝔄" 8 praeteriit (ii *m2 ex* i) 𝔄' 10 aduenit *AP* uenit *cet.* 11 quassatio *A*𝔄𝔄"*E, om. V* id est quassatio (id est *s. u. m2*) 𝔄' et quassatio *P* (et *s. u. m3*) *T* (et *s. u. m1*) *C, fort. recte* ante *in ras. m2* 𝔄' 13 ibi *ex* ubi *P* 14 secundi *A m1 et* (a *s.* u *m2*) *P* fecundum (*s. l* secandi) *A m2* secandi (i *ex* o) 𝔄 15 profeta *AV* 16 ibi iam (iam *s. u. m2*) 𝔄' 17 grossus *AP* ante *A* (*exp. m2*), ante *om. TC* 18 excidi *AP* abscidi *cet.* ferre *α* 19 grossos (os *ex* us) *A* 20 *post* sicut *ras. 5 litt. P* 21 autem *om.* 𝔄"*E* 22 mynisteria (*l* miste *m2 s.* myniste) *A*

integimento petrae, id est tuta praesidio passionis meae et fidei munimento; suxerunt enim mel de petra et oleum de firmissima petra. hoc integimento animae piorum indutae iam nudae non sunt, et haec illis est praemunitio. ideoque et huic animae ait: et ueni tu, columba mea, integimento petrae iuxta praemunitionem, ostende mihi faciem tuam et insinua uocem tuam. hortatur ad confidentiam, ut non erubescat crucem Christi nec eius signaculum, hortatur ad confessionem, uult omnes insidias demoueri, ut bonus fidei odor spiret, ut dies fulgeat, ut aduersae noctis umbra non noceat, quoniam qui iuxta Christum est dicit: nox praecessit, dies adpropinquauit. est et umbra saecularium, quae praeterit, et dies caelestium Christus, qui sanctis suis lucet. accipit haec anima bona pignora caritatis. B

5, 38 Sed quia semper solliciti esse debemus, semper intenti et quia uerbum dei sicut capreola exilit aut sicut inulus ceruorum, semper uigilet anima et praetendat, quae requirit eum et quae tenere desiderat. ideo quasi sublapsum sibi in cubili inquit meo in noctibus quaesiui eum quem C D

2 Deut. 32, 13 5 Cant. 2, 14 8 I Tim. 1, 8 Cant. 8, 6 10 II Cor. 2, 15 12 Rom. 13, 12 17 Cant. 2, 9 20 'in cubili' ... 665, 8 'conparatur' *C* 3, 1 (I 1572 F, 1573 A *B*.) Cant. 3, 1

1 integumento *E* ụṭạ (*s.* tuta *m2*) *A* uta *P* tuta. 𝔄′ (d *eras.*, tu *m2 in ras.*) 2 enim *om. N′* 3 firmissima (ł ma *m2 s.* missima) *A* firma *VNTC* 4 non *A* (*s. u. m2*) *P′TC*, *om. cet.*; *fort.* iam ⟨non⟩ nudae praemonitio (o *pr. ex* u *m2*) *P*𝔄′ 5 ueni (*om.* et) 𝔄″*E* tu *eras. in* 𝔄′, *om.* 𝔄″*E* 6 praemonitionem *P* (o *pr. ex* u *m2*) 𝔄𝔄′ 9 remoueri (re *ex* de *m2*) 𝔄 11 est qui dicit *A* (qui *s. u. m2*) *T* (qui *del.*) 12 dies autem *TC* 13 prae..terit *A* p̨eterit *m3 ex* peterit 𝔄 praeteriit *V* 14 licet (v *s.* i) *V* accipit *P* accepit *A* (e *m2 ut uidetur*) *cet.* 17 inulus *V et m1* 𝔄 hinulus 𝔄′ *m1* (h *s. u.*) *E* enulus *A* (ł hin *s.* en *m2*) *P* (in *s.* e *m3*) hinnulus 𝔄 *m3* 𝔄′ *m2 T et* (n *pr. exp.*) 𝔄″*C* 18 eum quem requirit *T* eum quem quaerit *C* requirat (i *s.* a) *V* 19 quem *TC* ideo ... sibi *in ras. T* sublatum *V* 20 cubili (culo *s.* li *m2*) *A* cubiculo *T* eum *exp. m2 A*, *s. u. m2 T*, *om. VN*

dilexit anima mea. qui bene quaerit in cubili quaerat, in noctibus quaerat. nec dies feriatus neque noctes sint, nullum tempus uacet a pietatis officio et, si non inuenerit primo, perseueret in requirendo. ideoque dicit: exsurgam itaque et quaeram in ciuitate, in foro, in plateis. et fortasse ideo non inuenit adhuc, quia in foro quaesiuit, ubi lites E sunt, in plateis, ubi nundinae rerum uenalium; non enim ulla 39 Christus pecunia conparatur. possumus et sic intellegere: in cubili quaerit Christum quae requirit eum cum tranquillitate, cum pace, in noctibus quaerit, quoniam per parabolas loquebatur — posuit enim tenebras latibulum suum et nox nocti indicat scientiam —, deinde quoniam quae dicimus in corde nostro et nos conpungere in cubilibus debent. sed tamen nec sic inuenit et ideo dicit: exsurgam, id est erigam F et adtollam intentionem meam, ut quaeram inpigre, quaeram sollicite, introibo in ciuitatem. est et anima quae dicit: ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. est ciuitas munita per Christum, est ciuitas illa Hierusalem in caelo, in qua abundent diuinae legis interpretes et disciplina periti: per eos uerbum dei quaeritur. quaeram inquit in foro illius ciuitatis, in illo foro, ubi tractant iura consulti, ubi oleum uenditur, quod euangelicae uirgines emunt, ut semper faces suae luceant nec eas fumus iniquitatis extinguat. quaeram

4 Cant. 3, 2 8 'possumus' . . . 668, 8 'sacramenta' tua *C* 3, 10—16 (I 1574 E—1575 D *B.*) 10 Matth. 13, 13 11 Ezech. 20, 49, cf. Origenes XIII 85 C *M.* Psalm. XVII 12 12 Psalm. XVIII 3 13 Psalm. IIII. 5 16 Esai. 27, 3 18 Hebr. 12, 22 19 I Cor. 14, 28 22 Matth. 25, 8 et 9

1 in noctibus quaerat *s. u. m1 A, om. V* 2 nec noctes *P'T* 4 querendo *E* dicitur (ur *eras.*) 𝔄 6 quaesiuit eum *T* quaesiuit adhuc (adhuc *s. u. m2*) *A* 9 quę (i *s.* ę *m. ant.*) *A* que *ex* qui *A m2* requirit (it *ex* at) 𝔄″ quaerit *C* 13 ęt (*s. m2* ea) *A* et *P* ea *VNTC* 15 ut quaeram (*s. m2* ł et requiram) *A* et quaeram 𝔄*T* 16 in *om.* 𝔄″*E* 19 abundent *A* (a *s.* e *m2*) *et* (a *s.* e *m3*) *P*𝔄 habundent *V* abundant *N'* (ant *ex* ent *m2* 𝔄') *TC* disciplina *A m1 P* disciplinarum *A m2 cet.* 20 eos] quos *N'* (*ex* eos 𝔄') *C* 23 ne* (c *m2 s. ras.*) *A* ne *P* nec (c *eras.*) 𝔄

inquit in plateis, in quibus superfluunt aquae de illis fontibus prorumpentes, de quibus Solomon dicit esse potandum. 368
40 dum quaerit igitur Christum, inuenit custodes, qui in ministerio sunt: ab his requisiuit. sed anima quae deum quaerit etiam custodes transit; sunt enim mysteria, quae etiam angeli concupiscunt uidere. unde Petrus ait: nuntiata sunt inquit uobis per eos quibus euangelizarunt spiritu sancto misso de caelo, in quem concupiscunt angeli prospicere. ergo qui transierit custodes uerbum inuenit. transiuit
41 Iohannes, qui uerbum aput patrem inuenit. multi quoque B sunt, qui in otio quaerunt Christum et non inueniunt, et inueniunt eum in persecutionibus et cito inueniunt. et ideo quasi post temptationes, quia in periculis fidelium suorum adest, quam modicum inquit, cum transiui ab eis, et inueni eum. tenui eum et non dimisi eum. omnis enim qui quaerit inuenit, et qui inuenerit adhaerere debet, ne pos-
42 sit amittere. et quoniam per euangelium in terris uidemus caelestia mysteria figurata, ueniamus ad illam Mariam, ueniamus ad Magdalenam. consideremus quemadmodum Christum C in cubili corporis sui, in quo defunctus iacebat, in noctibus quaesiuerint, quando dixit illis angelus: Iesum, qui crucifixus est, quaeritis: non est hic; surrexit enim. quid igitur quaeritis uiuentem cum mortuis? quid quae-

1 Prouerb. 5, 15 3 Cant. 3, 3 6 I Petr. 1, 12 9 Cant. 3, 4 10 Ioh. 1, 1 14 Cant. 3, 4 15 Matth. 7, 8 18 Matth. 28, 1 Luc. 24, 3 et 10 21 Matth. 28, 5 sq., Luc. 24, 5

2 solomon *A m1* salemon *E* salomon *A m2 cet.* 3 ministerio (mi *ex* mo *m3*) *P* 4 requirit *N'* (*m2 ex* qui requi | siuit siuit 𝔄') 7 quibus (*s. m2* ł qui) *A* qui 𝔄*T* euangelizauerunt *VNTC* 9 qui] cum 𝔄' (*s. u. m. ant.*) 𝔄''*E* uerbum *A* (ł bi *s.* bum *m2*) *et ex* uerbi *m3* 𝔄, *m2* 𝔄', uerbi *T*, uerbum *s. u. V* 10 aput 𝔄*T* apud *A* (d *ex* t) *cet.* 12 inueniunt *pr.*] quaerunt 𝔄' (*m2 in ras. ex* inueniunt) 𝔄''*E et* (*qui deinde om.* cito) *C* 14 et *om. NTC* 15 *post* inueni eum *add.* et *A m2* 𝔄 *et* (et *exp.*) *T* demisi (*corr. m2*) *AP* 19 quemadmodum (*s. m2* ł quomodo) *A* quomodo *T* 22 non est ... 667, 2 soluentem *om.* 𝔄 resurrexit *T*

ritis in sepulchro eum qui iam in caelo sit? quid quaeritis in uinculis sepulturae uniuersorum uincla soluentem? non sepulchrum huic sedis, sed caelum est. et ideo dicit una ex D
13 his: quaesiui eum et non inueni eum. tamen dum uadunt apostolis nuntiare, miseratus quaerentes occurrit eis Iesus dicens: hauete. illae autem accesserunt et tenuerunt pedes eius et adorauerunt. tenetur ergo Iesus, sed delectatur sic teneri, quia fide tenetur. denique delectauit eum et illa mulier, quae tetigit eum et curata est sanguinis fluxu, de qua dixit: tetigit me aliquis; nam sentio de me uirtutem exisse. tange ergo et fide tene et constringe E fideliter pedes eius, ut uirtus de eo exeat et sanet animam tuam. etsi dicat: noli me tangere, tu tene; nondum enim ascendi ad patrem meum dixit. semel dixit: noli me tangere, quando resurrexit, aut forte illi dixit quae putabat furto esse sublatum et non uirtute propria resuscitatum. denique in alio libro habes quia tenentibus pedes et adorantibus dixit: nolite timere. tene ergo et tu, anima, sicut tenebat et Maria, et dic: tenui eum et non dimittam, F ceu dicebant ambae: tenemus te. uade ad patrem, sed non

4 Cant. 3, 1 5 Matth. 28, 9 10 Luc. 8, 46 13 Ioh. 20, 17 17 Matth. 28, 10

1 sit *P* (*m3* est) *T* (*s. m1* est) 2 uincula 𝔄″*EC*′ 3 sepulchrum *V* (h *s. u.*) sepulchrū (ū *m2 in ras.*) 𝔄′ huic (*s. m3* huius) 𝔄 sedis *A* (e *s.* i *m2*) *P* (e *s.* i *m3*) sedes *cet.* et *A* (*exp. m2*) *P*, *om. cet.* 4 *alt.* eum *om. TC* 5 **apostolis (ad *eras.*) *P* renuntiare *A* (re *s. u. m2*) *TC* miseratus (q; *add. s. u. m2*) *A* misertus *C* 6 hauete (h *eras.*) *A*𝔄′ auete 𝔄″*EC* et illae *A* (et *exp.*) 𝔄 *et* (et *eras.*) 𝔄 7 adorauerunt eum *A* (eum *s. u. m2*) *VNTC* sed] et *TDC* 9 a sanguinis *A* (a *s. u. m2*) 𝔄 (a *s. u. m3*) *TC* 10 fluxum 𝔄 *et* (m *eras.*) 𝔄′ 11 uirtutem de me *VNTC* tene eum *ed. Rom.* 12 ut sanet *N*′*C* 13 nondum . . . meum dixit *om.* 𝔄″*E* 14 ad (d *s. u. m2*) *A* 15 surrexit 𝔄″*E* et forte *N*′ (et *ex* aut *m2* 𝔄′) 17 pedes *om. N*′ 20 ceu *scripsi* cum *N*′ *et m1 AP*𝔄 cui *m2 AP*, *m3* 𝔄 *cet.* ceu . . . 668, 1 labatur *om. V* teneamus 𝔄″*E*

relinquas Euam, ne iterum labatur. tecum eam ducito, iam non errantem, sed arborem uitae tenentem. rape tuis pedibus inhaerentem, ut tecum ascendat. noli me dimittere, ne iterum serpens uenena sua fundat, ne iterum quaerat femineum mordere uestigium, ut supplantet Adam. dicat ergo anima tua: teneo te et inducam te in domum matris meae et in secretum eius, quae concepit me, ut cognoscam mysteria tua, ut hauriam sacramenta tua. suscipe igitur Euam iam non ficulneae foliis adopertam, sed sancto amictam spiritu et noua gratia gloriosam, quia iam non tamquam nudata absconditur, 369 A sed tamquam circumdata uestimenti splendore fulgentis occurrit, quia uestit eam gratia. sed nec Adam primo nudus erat, quando eum innocentia uestiebat.

44 Uidentes itaque eam filiae Hierusalem Christo inhaerentem et adhuc ascendentem cum eo — dignatur enim quaerentibus frequenter occurrere et condescendere, ut eos eleuet — dicunt: quae est haec, quae ascendit a deserto? — desertus hic terrae locus et incultus uidetur, sentibus et spinis B nostrorum obsitus delictorum —, mirantes uidelicet quomodo anima, quae ante in inferno relinquebatur, inhaereat dei

4 Gen. 3, 15 6 Cant. 3, 4; 8, 2 8 Gen. 3, 7 10 Gen. 3, 8 sqq. 14 Cant. 3, 5 17 Cant. 3, 6

1 relinquas (e *s.* a *m2*) *A* derelinquas $\mathfrak{A}C$ ḍerelinqueṣ (a *s.* e *tert.*) *T* euã *D* (*in ras.*) eã *A* (ã *ex corr.*) me *C* eam $\mathfrak{A}'$ (*ex* eum *m. ant.*) *cet.* labar *C* tecum eam *A* (*s. m2* ł et cũ ea) $\mathfrak{A}'$ (te *in ras.*) tecum (*om.* eam . . . tenentem) *V* et cum eam $\mathfrak{A}$ tecum *ex* et cum ea *T* et cum maria *C* ducito (*s. m2* dicito) *A* dicito (u *s.* i *pr.*] eam *T*, *om. C*. iam *om. T* et (*in quo* errante) *C* 2 arborem (ł re *s.* rem *m2*) *A* tenentem *A* (ł te *s.* tem *m2*) tenente *C* tecum rape *N* (c̃ rape *in ras. m2* $\mathfrak{A}'$) *TC* 3 ut *del. m2 A*, *in mg. T*, *om. VN* ascendat (dã *m2 s.* dat) *A* ascendam *VNC et* (t *s.* m̃) *T* me *del. m2 A*, *s u. sed eras. T* 5 subplantet *P*$\mathfrak{A}\mathfrak{A}'$ 6 inducã (ã *ex* at *m2*) *A* inducat (cam *s.* cat) *P* 7 accepit (con *s.* ac *m2*) *V* ut . . . tua *s. u. m2 V* 8 hauriam (h *s. u. m2*) *A* suscipe (i *ex* e) *A* **** (*s.* euam *m2*) euã* (m *eras.*, ã *m3 ex corr.*) *P* 14 uidens (ł dentes *m2 s.* dens) *A* adherentem *E* 16 condescendere (de *pr. s. u. m2*) *A* conscendere *P'* 17 haec est *N* hec est *T* descendit (ł ascen *s.* descen *m2*) *P* 19 mirantes (ur *s.* es) *T* 20 derelinquebatur *N'* (re *s. u. m. ant.* $\mathfrak{A}'$)

uerbo et ascenderit sicut uitis propago in superiora se subrigens, uelut fumus natus ex igni atque alta petens, tum praeterea bonis odoribus fraglet. odor autem ille orationis piae redolet suauitatem, quae dirigitur sicut incensum in conspectu dei. et in Apocalypsi legimus quod ascendit fumus incensorum orationibus sanctorum, quae incensa deferuntur per angelum, sanctorum orationes scilicet, C super altare illud aureum, quod est ante sedem et tamquam suaue piae precationis fraglat unguentum, quia de aeternorum et inuisibilium, non de corporalium petitione conpositum est, praecipue tamen murram redolet et tus, eo quod peccato mortua sit et deo uiuat. hanc igitur ascendentem et non resistentem uidentes et meritorum eius odoribus delectatae, agnoscentes quoque Solomonis illius esse pacifici sponsam, D etiam comitatu sedulo persequuntur usque ad lectum Solomonis, eo quod ei uera in Christo requies debeatur. lectus enim sanctorum Christus est, in quo uniuersorum fessa saecularibus proeliis corda requiescunt. in hoc lecto requieuit Isaac et benedixit filium iuniorem dicens: maior seruiet

5 Apoc. 8, 4 6 Apoc. 8, 3 11 Rom. 6, 2 12 'hae igitur filiae Hierusalem ascendentem' ... 671, 4 'mortem animam suam posuit' *C* 3, 33—35 (I 1578 E—1579 B *B.*) 16 Cant. 3, 7 18 Gen. 27, 27; 25, 23

1 ascendat *N'* (at *ex* erit *m2* 𝔄') 2 igne *N'* (e *ex* i *m2* 𝔄') tum (*s. m2* ꝧ tã) *A* tam (v *s.* a) *T* 3 odoribus *APVT* ꝺperibus *cet.*; *cf. Cant. 1, 3* fraglet *ex* flagret *A m2 T* flagret *cet.* 4 redolent (nt *del. et s. m2* t) *A* 6 orationibus *A*𝔄 *et m1* 𝔄' de (*s. u. T*) orationibus *PVT* ex (*s. u. m. ant.* 𝔄') orationibus *N'*, *cf. Apoc. 8, 4* ταῖς προσευχαῖς 7 deferuntur (ꝧ r *s.* d *m2*) *A* referuntur *V* (re *exp.*) *T* (d *s.* ꝛ *pr.*) *N* angelum (ꝧ lorum *s.* lum *m2*) *A* angelorum *V*𝔄*T* orationes *T* (pe *s.* ꝛ) 𝔄' (o *in ras. 3 litt. m. ant.*) 8 sedem dei *T*, *cf. Apoc. 8, 3* τοῦ θρόνου 9 suaue ac *P* (ac *s. u. m3*) *T* (ac *s. u. m1*) fraglat *A m2 PT* flagrat *A m1 cet.* 11 mirram *T* thus *A* (h *s. u. m2*) *NT* peccato *VTP'* peccatorum *A et* (rum *eras.*) *P*𝔄'*D*, (rum *del. m3*) 𝔄 peccatis 𝔄''*E* 13 delectantes *N'* 14 *sq.* solomonis *A m1* salemonis *E* salomonis *A m2 cet.* pacifici esse 𝔄'' 15 prosecuntur 𝔄𝔄'' prosequntur *T* 16 requies in $\overline{\text{xpo}}$ *N'* debeatur (a *s. u. m. ant.*) *A*

minori, in hoc lecto recubans Iacob benedixit duodecim patriarchas, in hoc lecto recubans archisynagogae filia surrexit a morte, in hoc lecto iacens uiduae defunctus mortis E
46 uincula Christi uocatus uoce dissoluit. perducta igitur sponsa usque ad sponsi requiem nuptiale canunt dicentes caritatem 5
a filiabus Hierusalem: egredimini et uidete in rege Solomone, in corona, qua coronauit eum mater eius in die sponsalium eius. canunt epithalamium et uocant ceteras potestates caelorum uel animas. ut uideant caritatem, quam circa filias Hierusalem habet Christus. unde et meruit 10
coronari a matre quasi filius caritatis, sicut Paulus ostendit dicens quia deus eripuit nos de potestate tenebrarum F
et transtulit in regnum fili caritatis suae. caritatis itaque filius et ipse caritas est, non ex accidentibus habens caritatem, sed habens semper in substantia sua sicut regnum, 15
de quo dicit: ego in hoc natus sum. ideoque dicunt: egredimini, id est exite de sollicitudinibus et cogitationibus saeculi, exite de angustiis corporalibus, exite de uanitatibus mundi et uidete quam rex pacificus in die sponsalium suorum habeat caritatem, quam gloriosus sit, quia corporibus resur- 20 370 A

1 Gen. 48, 2; 49, 1 sqq. 2 Marc. 5, 35 et 42 3 Luc. 7, 12 et 15 6 Cant. 3, 10 et 11 8 cf. Origenes XIII 63 A 10 Cant. 3, 11 12 Coloss. 1, 13 16 Ioh. 18, 37 19 Paralip. I 22, 9 Hebr. 7, 2

2 archisynagogae (e *s. u. m1*) *A* archisynagogi 𝔄″*ETC* 5 nuptiale carmen (carmen *s. u. m2*) canunt dicentes caritatem a filiabus *A* (*cf. Cant. 3, 10* ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων), nuptiale (lẽ *m2*) canunt dicentes caritatem a (a *eras.*) filiabus *P*, nuptiale (-lẽ 𝔄″*E*) canunt dicentes caritatem (*s.* carmen *m3* 𝔄) a (*om.* 𝔄″*E*) filiabus (ad filiam *m3* 𝔄) *N*, nuptiale canunt carmen dicentes filiabus *VTC*; *uidetur igitur Ambrosius* nuptiale *eodem modo quo Graecum* epithalamium *dixisse* 6 in rege *A*𝔄*C* in regem (in *eras.*) *P*𝔄′ *et* (in *exp.*) *T* regem *V*𝔄″*E* 7 salạmone (o *s.* ạ) *A* salomone 𝔄*C* salemonem *E* salomonem *cet.* in (*del. m2*) *A*, *s. u. T*, *om.* 𝔄*C* coronă *A* (ă *ex* a *m2*) 𝔄*C* qua* *A* 11 quasi *om. VN*, *s. u. T* 13 fili *A m1* filii *A m2 cet.* 14 acce*dentibus (n *eras.*, i *s.* e *pr.*) *A* accedentibus *P* 15 in *del. m2 A*, *om. N et* (*om. simul* semper) *C*, *s. u. VT* 18 exite *pr.* (x *s. u.*) *A* 20 corporibus (i *in ras. litt.* ali) *A*

rectionem dedit et animas sibi iunxit. haec magni est corona certaminis, hoc praeclarum munus sponsalium Christi, sanguis eius et passio. quid enim plus potuit dare qui sibi etiam non pepercit, set pro nobis mortem suam obtulit?
47 5 ipse quoque dominus Iesus delectatus fide animae huius, confessione, gratia et conlaudatis eius meritis propius eam aduocat dicens: ades huc a Libano, sponsa, ades huc a Libano: transibis et pertransibis a principio fidei B a capite Sanir et Hermonin, a speluncis leonum, a 10 montibus pardorum, hoc est: egredere de corpore et totam te exue; non potes enim mihi adesse, nisi ante peregrineris a corpore, quoniam qui in carne sunt peregrinantur a dei regno. ades inquit, ades. bene repetiuit, quia siue praesens siue absens adesse et placere domino deo tuo debes. adesto 15 praesens, adesto absens, etsi adhuc in corpore es. mihi enim omnes praesentes sunt, quorum fides mecum est. adest mihi C qui exit de saeculo: adest mihi qui me cogitat, me intuetur, de me sperat, cui ego portio sum: adest mihi qui abfuerit sibi, adest mihi qui se negauerit. ille mecum est qui intra 20 se non est, quoniam qui in carne est non est in spiritu. ille mecum est qui ex se ipso egreditur, ille iuxta me qui extra se fuerit, ille mihi integer qui perdiderit propter me animam

1 Cant. 3, 11 3 Rom. 8, 32 7 Cant. 4, 8 'ades huc a' . . . 672, 6 'certaminis' *C* 4, 25 (I 1583 DE *B.*) 12 II Cor. 5, 8 19 Marc. 8, 34 22 Matth. 10, 39

1 iuncxit *V*𝔄′ 4 set (s *add. m. ant., s. m2* ł et) *A* et *cet.* in mortem animam suam posuit *C* in mortem animam suam obtulit *ed. Rom.* 5 animeae *A* huius] eius 𝔄 6 confessione (is *s.* e *alt. m3*) *P* confessione (isq; *s.* ę) *T* gratiae *N′* propius *A* (*s. m2* ł propitius) *T* (*ex* propitius) propicius 𝔄 adducit *N′* (it *ex* at) 𝔄′ 7 aduocans dicit *T* 9 sanyr 𝔄″ hermonin *A* (ł a *m2 s.* in, a *quod sequitur eras.*) *V*𝔄𝔄′ hermoniin *P* hermonim 𝔄″ hermonym *E* hermoniim *TC* 14 adess& (ł se *s.* s& *m2*) *A* adesseţ *P* 15 es *om. N′* 17 exiit *TC* 18 abfuerit 𝔄″*C* affuerit *T* (ƀ *s.* f̣) *V*𝔄 *et* f *pr. s. u. m3 P*, *m2* 𝔄′ a*fuerit (d *s. ras.*, affuerit *m2*) *A* afuerit *E* 19 adest . . . negauerit *om. C* ille . . . spiritu *om.* 𝔄″ 21 me est qui *TC* 22 integer est *T* propter me perdiderit 𝔄″*EC*

suam. et ideo: ades, ades, sponsa: transibis et pertransibis a principio fidei. transit et pertransit ex terris et pertransit quae ad Christum peruenit. transit fidei merito et operum claritate quae lucent sicut Sanir et Hermonin, hoc est uia lucernae transit deuictis temptationibus saeculi et superatis nequitiis spiritalibus legitimi petens coronam cer-
48 taminis et ideo meruit Christo iudicante laudari. hortus clusus soror mea sponsa, hortus clusus, fons signatus; emissiones tuae paradisus malorum granatorum cum fructu pomorum Cypri. laudatur sponsa, eo quod hortus sit habens in se odorem agri illius pleni, de quo dicit Isaac: odor filii mei tamquam odor agri pleni. bona ergo anima fraglat odores iustitiae. et fortasse ager est patriarcha, hortus est anima inferioris alicuius quasi agri portio et hortus clusus, ne incursetur a bestiis, et fons signatus, quae integritate signaculi perseuerantiaque fide propria peccata diluerit. nam qui de ecclesia accipit

6 Ephes. 6, 12 7 Cant. 4, 12 sq. 'hortus' . . . 673, 6 'exprimatur' *C* 4, 34 (I 1585 C—E *B*.) 12 Gen. 27, 27

1 ades ades sponsa *A* (ades *alt. eras.*) *PV*𝔄*TC* ades (ades* 𝔄′, adesit *E*) desponsata *N*′ et pertransibis *om. P* 2 et pertransit *om. T* ex terris *scripsi* et terris *A* (*ł* erit *m2 s.* terris) et erit 𝔄 ęt ęris (*s. m. ant.* ceteros) 𝔄′ ceteros 𝔄″*EC*, e terris *P et* (*ex* et erit) *T*, *om. V* 3 fidein (n *del. m2*) *A* 4 lucent *A* (*ł* cet *m2 s.* cent) lucet *T* sanyr 𝔄″ hermonin *A* (in *in ras. m2*) 𝔄′ (n *in ras.*) *PV* hermonim 𝔄𝔄″*E* hermoniim *T* hermon *C* 6 legitime *N*′ 7 hortus . . . sponsa *om. A*, hortus soror *et s. u.* mea sponsa *ins. m1*, c̃clusus *s.* soror *m2* 8 clusus *P* clausus *N*′ (a *s. u.* 𝔄′) conclusus *V*𝔄*TC* clusus *PV*𝔄 clausus *A m1 N*′ (a *s. u.* 𝔄′) conclusus *A m2 TC* 10 fluctu (r *s.* l) *P* cypri *exp.* 𝔄′, *om.* 𝔄″*E* 12 filii (i *tert. s. u. m2*) 𝔄′ 13 ergo] igitur *E* fraglat (l *s. u.*) 𝔄′ flagrat *V*𝔄*C* odore *ed. Paris. a. 1642* 14 patriarcha *A m1* patriarchae (*ł* a *s.* ae) *A m2* 15 clusus *PV* clausus *N*′ (a *s. u.* 𝔄′) conclusus *A* (con *s. u. m2 et* usus *in ras. m1*) *TC* bestiis (i *pr. ex* e) *P* 16 perseueranteque *N*′ (*corr. ex* perseuerantiaque 𝔄′) 17 fidei *A* (i *alt. add. m2*) *VTC* nūquid *A* (*s. m2 ł* nam qui) numquid *P* nam qui 𝔄𝔄′*C et* (*s.* num quid) *T* nam quae *V*𝔄″*E*; *fort.* iam qui ecclęsiae (*s. m2 ł* de ęcla) *A* ecclesia *P* de ecclesia *T* (ñ *s.* de) accipit *A* (*s. m2 ł* accepit) accepit *VN* acceperit *T* (*s.* accipit) *C*

habet quod ad uirginitatis gratiam referat, eo quod in paradiso delectationis posita sine labore fructus capiat spiri- F
tales, ut ei patriarcharum animae rurali quodam labore fructus suos conferant, quo ista capere possit perpetuam
5 suauitatem. quae merito fons signatus dicitur, eo quod imago in ea dei inuisibilis exprimatur. laudant etiam munera animae, quae missa sunt sponso, quibus dotata ueniebat. dos autem piae animae boni odores sunt, murra aloe crocum, quibus spirat hortorum gratia et peccatorum faetor aboletur.
49 10 itaque tanto secura praeconio conquiescere aquilonem grauem 371 A
uentum petit, ne flores discutiat, spirare austrum, hoc est: uult hiemem praeterire et mollioris flatus uernare temperiem. inuitat sponsum in hortum suum. descendit sponsus et fructum eius diuersitate delectatus laetatur quod inuenerit fortiorem
15 cibum, inuenerit etiam dulciorem. est enim uelut panis quidam uerbi et mel alius uehementior, alius suasorius sermo. est et fides alia feruentior ut uinum, alia lucidior ut sucus est lactis. hunc cibum Christus epulatur in nobis, hoc poculum bibit et B
eius potus ebrietate nos prouocat, ut ad meliora et optima
20 ab inferioribus faciamus excessum.

6, 50 Audiens hoc anima hausit mysteriorum ebrietatem caele- C
stium et uelut soporata a uino et quasi in excessu uel stupore

6 Coloss. 1, 15 'laudantur munera' ... 675, 2 'discutiamus singula' *C* 4, 41 et 42 (I 1587 C—F *B.*) 10 Cant. 4, 16; 2, 11 12 Cant. 2, 11 13 Cant. 5, 1 14 I Cor. 3, 2 Cant. 5, 1 15 Cant. 5, 1 19 Cant. 5, 1 Psalm. XXII 5

2 pisita (o *s.* i *pr.*) *P* 3 labore (*s. m2* amnę sine) *A* amne (*s.* labore, *sed eras.*) sine labore *T* sine labore *C* 4 quos *A* (*s. m2* ł quo) *P*𝔄 quorum *V* quo *N'* (o *ex* os 𝔄') *TC* 6 dei inuisibilis in illa 𝔄"*E* ea (*s. m2* ł illa) *A* illa *V*𝔄𝔄'*TC* laudent (a *s.* e) *A* 7 sponsa *P* a sponso *T* (a *s. u.*) *C* donata 𝔄 duos 𝔄' (s *eras.*) duo 𝔄"*E* deo *T* (*s.* dos) *C* 8 mirra *P*𝔄 et aloę 𝔄"*E* crocum *exp.* 𝔄', *om.* 𝔄"*E* 9 ||||fetor (t *s. u.*) *A* fetor *VN* aboletur (le *in ras.*) *P* adoletur 𝔄 (b *s.* d) *N'* (d *ex* u *m1*, a *m2 in ras.* 𝔄') 11 hoc] id *N'* 13 fructuum *V*𝔄𝔄"*ETC et* (u *alt. s. u.*) *m2* *A*𝔄', *m3* *P* 14 delectatur *VT*

posita dicit: ego dormio, et cor meum uigilat. tum uerbi praesentis lumine percussa, cum oculis requieuisset inflexis, excitatur a uerbo. quartus autem hic iam processus est animae. primum etenim caritatis inpatiens et uerbi moras non ferens rogabat, ut oscula mereretur, et meruit desideratum uidere, introducta quoque est in cubiculum regis. secundo cum mutua misceret adloquia, in umbra eius requieuit, et subito uerbum ei de medio sermone discessit, quaerenti tamen non diu abfuit, sed saliens super montes et transiliens super colles aduenit. nec multo post quasi capreolus aut ceruorum inulus, dum adfatur dilectam, exsiliuit et reliquit. tertio cum in cubili et noctibus, in ciuitate et foro et plateis quaesitum non repperisset, aliquando orationibus suis gratiaque reuocauit, adeo ut etiam propius uocaretur a sponso. quarto ipsa iam ab eo dormiens excitatur, quamuis corde uigilaret, ut continuo uocem pulsantis audiret. sed moram passa dum surgit, quia uelocitatem uerbi non poterat conprehendere, dum aperit ostium, transiuit uerbum, et ipsa exiuit in uerbo eius et per uulnera requisitum, sed uulnera caritatis uix tandem

1 Cant. 5, 2 5 Cant. 1, 2 7 Cant. 2, 3 9 Cant. 2, 8 sq. 11 Cant. 3, 1 sq. 13 Cant. 3, 4 14 Cant. 5, 2 sqq. 19 Cant. 2, 5

1 cum *V et* (c *ex* t 𝔄′) *N′* 2 lumine (*l* nis *s.* ne *m2*) *A* cum *s. u. m3 P, m1 T, post* oculis *add. s. u. P′, om. cet.* oculis r. inflexis *om. C* 3 excitatus (*l* tur *m2 s.* tus) *A* excitatur (r *ex* s) *P* iam *P, del. m2 A, s. u. T, om. cet.* 4 est *s. u. T, om.* 𝔄″ primo *D* 6 est quoque *T*, est *om.* 𝔄″*E*, quoque est *om. C* (secundo *ante* introducta *transposito*) 7 subito uerbum ei *A* (*s. m2* subacto ei uerbo) *P*, subito ei uerbum *VC et T corr.*, subito ei (eius 𝔄′ *m2* 𝔄″*E*) uerbo *N* subacto ei uerbo *T ante corr.* 9 abfuit 𝔄″*C et* (b *in ras.*) *D*, (b *s. u.*) *T* affuit *V et* (f *pr. s. u. m2*) 𝔄′ afuit *E* adfuit *AP*𝔄 super ſuper (*alt. exp. m2*) *A* 10 hinulus *A* (h *s. u.*) *E* hinnulus 𝔄′ (*m2 ex* inulus) 𝔄″ (n *pr. exp.*) *T* hinniculus *C* 12 et foro *A* (*l* in *m2 s.* et) *PC* in foro *cet.* et *APV* in *TC* et in *cet.* 13 reperisset *A* (*l* rit *m2 s.* riss) *VE* reperit et 𝔄*C et* (*s.* reperisset) *T* rationibus *N′* gratia quęrentem 𝔄″*E* 15 ab ipso *T* 16 moras (s *s. u. m3*) *P* morã (ã *ex* a *m. ant.*) 𝔄′ 17 potuit 𝔄″*EC* 18 ipsa (*l* e *s.* a *m2*) *A* ipsę (a *s.* ę) *T* 19 requęsitum 𝔄 *et* (qui *ex* quę *m2*) 𝔄′ uulnera (*l* ta *add. s. u. m2*) *A*

inuenit et tenuit, ut postea non amitteret. ad summam haec F
conpendioso sermone perstrinxi; nunc discutiamus singula.
51 etsi dormias, si modo deuotionem animae tuae nouerit,
Christus uenit et pulsat eius ianuam et dicit: aperi mihi,
soror mea. bene soror, quia nuptiae spiritales sunt uerbi
atque animae. neque enim animae norunt coniugiorum foedera
et usus copulae corporalis, sed sunt sicut angeli in caelo.
aperi inquit mihi, sed extraneis claude. claude saeculo,
claude mundo neque ipsa foras ad illa materialia prodeas
neque tuum relinquens lumen alienum requiras, quia materiale 372 A
lumen tenebrosam infundit caliginem, ut non uideatur lumen
uerae gloriae. aperi ergo mihi, noli aperire aduersario neque
des locum diabolo. aperi ipsam te mihi, noli coartari, sed
dilatare, et adimplebo te. et quia decurso orbe terrarum plus
molestiarum et offensionis repperi nec facile habui, ubi
requiescerem, ideo tu aperi, ut in te filius hominis reclinet
caput, cui non est requies nisi supra humilem atque man-
52 suetum. audiens anima aperi mihi et caput roris plenum, B
hoc est temptationibus saecularibus subito turbata et quasi
surrectura quae surgere iubebatur ait, cum aloen redoleret et
murram, insignia sepulturae: exui tunicam meam, quo-
modo induam eam? laui pedes meos, quomodo

1 Cant. 3, 5 3 'etsi dormias' ... 17 'mansuetum' *C* 5, 14 (I 1592 D *B.*) 4 Cant. 5, 2 7 Matth. 22, 30 16 Luc. 9, 58 17 Esai. 66, 2 18 Cant. 5, 2 'audiens anima aperi mihi caput roris plenum habens, hoc est' ... 677, 2 'carcerem reuertar' *C* 5, 27—29 (I 1594 C—E *B.*) 20 Cant. 5, 5 21 Ioh. 19, 39 Cant. 5, 3

1 admitteret *A* 2 con**pendioso *A* prẹstrinxi (ł p *s* prę *m2*) *A* praestrinxi *P*𝔄 nunc (n *alt. s. u.*) *A* non (*s.* nvnc *m2*) *V* per (*s. u. m2*) singula *A* 3 deuocationem (ca *exp. m2*) *A* 5 nubtiae *A* 8 mihi inquit *V* sed non *A* (non *s. u. m2*) *V*𝔄*T* claude . claude *PC* claude *cet.* saeculo claude claude 𝔄″*E* 9 mundo *del. m2* 𝔄′ *om.* 𝔄″*E* 11 tenebrosum *AP et* (*corr. m1*) 𝔄 12 aperire ... noli *om. C* 13 locum des *N*′ diabulo *A* (*corr. m2*) 𝔄 17 super *TC* atque *APV*𝔄 et *N*′*C* et (*exp. et s.* atque) *T* 18 plenum habens *TC* 19 subito (o *ex* a) 𝔄″ 20 redolet *N*′ 21 exiui *P*

inquinabo illos? ueretur enim, ne iterum in temptationes resurgat, ne iterum in culpam redeat atque peccatum et egressus suos uirtutumque processus terrenis incipiat uestigiis inquinare. certe etiam hoc modo perfectionem uirtutis suae C indicat, quae tantam Christi meruit caritatem, ut ad eam ueniat et pulset ianuam eius et ueniat cum patre et cenet cum eadem anima et ipsa cum eo, sicut in Apocalypsi dixit Iohannes. etenim cum in superioribus audisset: ades huc a Libano, sponsa, ades huc a Libano et cum aduerteret in carne se Christo adesse non posse, sed tunc adesse, si adesset in spiritu, conformans se ad eius uoluntatem, ut esset et ipsa conformis imaginis Christi, iam non sentit carnis D exuuias, iam quasi spiritus exuit se corporis coniunctione, iam quasi oblita et quae, si uelit, copulae illius meminisse non possit, ait: exui tunicam meam, quomodo induam eam? exuit enim tunicam illam pelliciam, quam acceperunt Adam et Eua post culpam, tunicam corruptelae, tunicam passionum. quomodo induam eam? non requirit ut induat, sed ita significat abiectam, ut iam indumento sibi esse non possit. laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? hoc est: uestigia mea laui, dum egrederer ac E me eleuarem de corporis contubernio, de illa conexione et familiaritate carnalis amplexus, quomodo inquinabo ea, ut in

5 Apoc. 3, 20 8 Cant. 4, 8 12 Rom. 8, 29 16 Gen. 3, 21

1 inquinabulo *A* illos (*in ras.*) *V* eos *N'* 2 culpa *P et* (-ã *m3*) 𝔄 3 egressus 𝔄' (e *pr. eras.*, us *ex* os) *T* (e *pr. eras.*) gressus *E* 4 etiam *s. u. T, post* modo *transponit C* 5 indigeat *A* (ł cat *s.* geat *m2*) *P* (c *s.* gę) *V*𝔄 *et* (*corr. m2*) 𝔄' meruit (ł erit *m2 s.* it) *A* meruerit *VNTC* 7 apocalipsin *A* (n *add. m2*) apocalipsi *V*𝔄𝔄''*E* 8 iohannes apostolus *A* (apłs *s. u. m2*) *TC* adhuc *A* (ad *exp. m2*) *P* 9 sponsa *s. u.* (*om. alt.* ades . . . Libano) *T* sponsa . . . Libano *om. VNC* 10 Christi 𝔄 *et* (*corr. m2*) 𝔄' 11 confirmans *A* (ł for *m2 s.* fir) *P* 12 conformis (i *ex* e) *P* imagini *P'C* 13 exuit (ł ens *m2 s.* it) *A* exuens *VNTC* coniunctionem *A* coniunctionē *P* 14 quę si (ł quasi *s. m2*) *A* 15 exuit (t *eras.*) *A* 18 eam] illam *TC* 19 abiecta (ł m *s. add. m2*) *A* 20 posset *V*𝔄𝔄'𝔄''*C et* (i *s.* ę) *T* 21 eos] illos *TC* 23 eã (ł a *s.* ã *m2*) *A* eos *N'*

corporis claustrum et illum tenebrosum passionum eius carcerem reuertam?

53 Dum haec illa dicit, misit operationem suam uerbum tamquam per cauernam, non adhuc faciem ad faciem, misit tamquam manum. et uenter inquit meus conturbatus est super eum. et surrexi ego aperire fratri meo, F manus meae destillauerunt murram, digiti mei murra pleni sunt super manus clausurae. quid hoc significet consideremus. primum operibus suis uidetur, ut dixi, deus uerbum tamquam per cauernam, non plene atque perfecte. deinde augetur amor et conceptus adolescit atque ex seminibus eius, quae quodam utero intellegibili susceperit anima, totam plenitudinem diuinitatis eius habitantem in eo corporaliter, ut legimus, uidere desiderat. surrexit, ut proprius illud dei uerbum uideret. et in hoc ipso processus eius significatur, quod surrexit per uigorem atque uirtutem. praesentia enim uerbi hausit anima uirtutem, sicut praesentia Mariae, cum 373 A utero grauis esset, erudit Iohannem in utero constitutum adeo ut exiliret ex utero et exultaret domini praesentiam recognoscens. surrexit aperire, et opera eius et facta mortificata sunt mundo. talis enim debet esse anima, quae uerbum est receptura, ut moriatur mundo et consepeliatur in Christo; sic enim Christus inuenitur et tale sibi quaerit hospitium. deinde ipsa ministeria operationum, id est manus et digiti, quibus

4 Cant. 5, 4 I Cor. 13, 12 5 Cant. 5, 4 sq. 6 'surrexi' . . . 680, 9 'quaerat agnoscit' *C* 5, 40—44 (I 1596 E—1597 E *B.*) 13 Coloss. 2, 9 17 Luc. 1, 44 22 Galat. 6, 14 Rom. 6, 4 Coloss. 2, 12

2 reuerta. (ar *s.* a. *i. e.* am) *A m1* reuertar 𝔄′ (*ex* reuertantur) *T* (antur *s.* ar) *C* reuertantur *A m2 cet.* 3 hoc *V* 4 faciem *pr.* (m *exp.*) *AP*, faciem *del. m3* 𝔄 facie *VET et* (e *ex* ẽ) *P′* 6 aparire *A* 8 murra *om.* 𝔄*T* quid (i *ex* o) hoc (ho *postea add.*) *A* 9 dixit *N′* 12 intelligibilis *A* (s *exp. m2*, gi *ex* ge *m1*) intellegibilis *PN* 16 rigorem *AP* 17 hausit (h *eras.*) *A* animae (e *s. u. m2*) *A* 18 erudit iohannem *P* erudiuit iohannem *A* (ui *s. u. m2*) *VTC* edutitio annę 𝔄 eruditio anne (*s. m2* erudiuit prophetam) 𝔄′ eruditio animę 𝔄″*E* 19 ex] in *D* et] ut (*s.* et) *V* 22 in *eras.* 𝔄′ 24 ministeria *A* (ni *s. u. m1*) 𝔄″ (*in ras. ex* misteria) idem (*s. m2* ꝭ id est) *A* id. ẽ *P*

conprehenditur Christus, mortificantur, quos digitos uelut B
eminentia factorum nostrorum opera possumus aestimare.
itaque uelut e conplexu suo cum iam expanderet intellegibiles
manus suas et digitos, ut conprehenderet uerbum, transisse
sibi illud, non tamen adhuc pertransisse anima pia dicit. et
hoc processum habet, quando transeat et pertranseat animam
dei uerbum, quia scriptum est: et tuam ipsius animam
pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cor-
dium cogitationes. hic adhuc transitur, non pertransitur, C
ut Maria in posterioribus forte pertransitur, ubi tamquam
54 signaculum ponitur in medio eius dominus Iesus. denique
statim alius profectus uerbi transeuntis, quia exiuit anima
in uerbo eius, hoc est uerbum eius secuta exiuit de cor-
pore eleuans se de eius habitaculo et peregrinam se faciens
ei, ut adesset deo et esset ciuis sanctorum; simul enim et
carnis domestici et dei esse non possumus. ergo in hoc loco
exire significatur, ut dixi, anima, quando abducit se a corporis D
uoluptatibus. denique scriptum est: exi de Babylone
fugiens a Chaldaeis. non utique ut regiones Babylonis
Hebraeus fugiat, sed ut mores, prophetico admonetur adloquio.
siquidem sint qui in Babylone sint Hebraei et de Babylone
exisse moribus doceant. nam et illi, de quibus dicit propheta

6 Cant. 4, 8 7 Luc. 2, 35 11 Cant. 8, 6 15 sq. Ephes. 2, 19
18 Esai. 48, 20 22 Psalm. CXXXVI 1

2 aestimare (*s. m2* ł demonstrare) *A* demonstrare *T* 3 uelut e conplexu suo (*s. m2* ł uelut cõplexu suo) *A* uelut (t *s. u. m3 P*) de conplexu suo *PP'* uelut complexu suo *T* expanderet (a *ex* e *m2*) *P* expenderet (ł ten *s.* pen *m2*) *A* extenderet *cet.* 4 transsise *A* 5 illud (d *ex* t *m2*) *A* pertransisset (ł e *m2 s.* et) *A* pertranssit (t *alt. in ras.*) *P* 6 et pertranseat *s. u. m2 A* 8 pertransiuit *V* reuellentur *A* 10 pertransitus (-ur *m2*) *P* 13 eius *alt. del. m2 A, om. V𝔄T* 17 corporis (i *in ras. 3 litt.*) *P* 18 babylone *P𝔄'C* babilone *cet.* 19 regionis *m1 AP𝔄𝔄'* regiones *A𝔄' m2 𝔄 m3 VTC* regionem *P m3 𝔄"E* 20 ebreus *A* fugiat *s. u. m1 A* profetico *A* profetico *PV𝔄* 21 sint *pr.*] sint (u *s.* i *m2*) *V* in *s. u. m2 A* sint *alt.*] sunt *𝔄'* (*m2 ex* sint) *𝔄"EC* ebraei *A* 22 profeta *AV*

quia sedebant super flumina Babylonis, sedebant quidem in regione Babylonis, sed in eius non erant uitiis et confusione. nam quomodo erant in illa confusione uitiorum, qui flebant E gerentes paenitentiam, quod de arca deuotionis ac fidei et uirtutis paternae meritis excidissent? quae autem in uerbo exit 55 anima uerbum requirit. unde et ista cum quaereret, incidit in custodes, qui circumeunt ciuitatem. percusserunt inquit me et uulnerauerunt me, tulerunt pallium a me custodes murorum. bene quidem quasi sponsa ueniebat cum pallio, quo obnuberet caput, cum sponsus occurreret. F sicut Rebecca, quae cognito quod Isaac sibi ueniret obuius descendit de camelo et pallio se operuit, ita haec anima nuptialis uestis praeueniebat insignia, ne forte reiceretur quasi uestem non habens nuptialem uel ut caput uelaret propter angelos, sed illi percusserunt eam, ut amplius probaretur; exercentur enim animae temptationibus. tulerunt ei pallium quaerentes, si uerum decorem nudae uirtutis adferret, uel quia sine integimento quis illam caelestem ciuitatem debeat introire, nulla deferens secum operimenta fucorum. sunt etiam qui requirant, ne qua anima exuuias secum uehat carnalis inlecebrae et concupiscentiam corporalem. nudatur pallio, cum eius conscientia manifestatur. sed est et quae bene nudatur, cui licet imitari dicentem: uenit 374 A enim huius mundi princeps, et in me inueniet

3 Psalm. CXXXVI 1 7 Cant. 5, 7 11 Gen. 24, 65 13 Matth. 22, 12 sq. 23 Ioh. 14, 30

1 quia *scripsi* qui *A* (*add. m2*) *T*, quod *VNC*, *om. P* sedebant quidem in regione Babylonis *om. N'* 2 babilonis *AV*𝔄 erat *A m1* (t *in ras. maioris spatii*) erant *A m2* confessione (*corr. m2*) 𝔄' 3 confussione *A* 6 dum *C* quaerit *N'* 7 in *del. m2 A, om. V*𝔄*T* circueunt 𝔄"*E* 8 a me] ad (*eras.*) 𝔄', meum 𝔄"*E* 9 ueniebant (t *m2 s.* nt) *A* 11 cognitio (i *alt. eras.*) *A* 12 ita *A m1 P* ita et *A m2* (et *s. u.*) *cet.* 13 praeueniebat (*s. m2* ł praenitebat) *A* praenitebat *V*𝔄 praemittebat 𝔄' *m2* (***nittebat *m1*) *cet.* 18 in illam 𝔄"*EC* illam (** *s.* i) 𝔄' 20 fuscorum *A* (s *s. u. m2*) *T* exuuias *ex* excubias *m2 A*𝔄' 22 nudaṇtur (n *exp. m2*) *A* 24 princeps mundi huius 𝔄"*E* inueniet (ł nit *m2 s.* niet) *A* inuenit *VNTC*

nihil, certe quia in illo solo nihil inuenit qui peccatum non fecit. beata et illa est in qua non grauia aut multa inuenit, sed inuenit in ea amictum fidei et sapientiae disciplinam.
56 itaque sine dispendio sui, quia etsi uolet quis, non potest ueram auferre sapientiam — etsi aduersarius obstrepat, ibi tamen uera innoxiae conuersationis elucet integritas —, sine dispendio ergo transiuit custodes et filiabus caelestis illius B ciuitatis admixta uerbum requirit et quaerendo eius in se excitat caritatem et ubi uerbum quaerat agnoscit. quod inter orationes sanctorum moretur et ipsis inhaereat nouit et quod ecclesiam suam uel animas iustorum suorum inter lilia pascat intellegit. hoc mysterium tibi in euangelio dominus demonstrauit, cum in sabbato duceret per seminata discipulos. Moyses per desertum duxit plebem Iudaeorum, Christus per seminata C ducit, Christus per lilia ducit, quia et per passionem eius desertum floret ut lilium. sequamur ergo, ut in die sabbati, illius magni sabbati, in quo requies magna est, fructus colligamus. nec uerearis, ne Pharisaei accusent seminata colligentem. etsi illi accusent, sed Christus excusat et similes facit quas uult animas se sequentes Dauid illius, qui supra legem panes propositionis manducabat, nouae gratiae sacramenta prophetica iam tunc mente prospiciens.
7, 57 Laudatur itaque sponso, quod tam bene et constanter D

1 I Petr. 2, 22 10 Luc. 2, 46 11 Cant. 2, 16 12 Matth. 12, 1 (Marc. 2, 23 Luc. 6, 1) 13 Deut. 29, 5 17 Ioh. 19, 31 18 Luc. 6, 2 19 Luc. 6, 3—5 20 Reg. I 21, 6 23 Cant. 6, 3 'Laudatur' ... 681, 8 'uirtutum' *C* 6, 6 (I 1606 BC *B*.)

1 quia certe 𝔄″*E* certe quia 𝔄′ 4 uol** *A m1* (uvlt *m. ant.*; *s.* l uolet *m2*) uolet *cet.* 5 ueram auferre (r *alt. s. u.*; / *m2*) *A* auferre ueram *TC* ibi (l v *s.* i *pr. m2*) *A* ubi *TC* 6 integritas (r *s. u.*) *P* 7 transiuit (i *alt. s. u. m2*) *P* illius caelestis 𝔄″*EC* 10 moritur *A et corr. m2 P*𝔄′ *et* (a *m3 s.* i) 𝔄 12 hoc ... 22 prospiciens *om. V* 13 semina (l ta *s. u. add. m2*) *A* 15 et *exp. m2 A, om. NI'C* 16 diem *N'* 18 nec (l ne *s. u. m2*) *A* ne *NT* farisaei *AP*𝔄 19 accusent (c *pr. s. u. m. ant.*) *A* accusant *N'* (ant *ex* ent *m2* 𝔄′) *C* 20 dauid (id *ex* it *m2*) *A* 22 profetica *AP*𝔄 concipiens *C* 23 a sponso *VP'T et* (a *add. m2*) 𝔄′ sponsa *ED* sponsa a sponso *C*

requisierit eum, ideoque iam non solum soror dicitur, sed etiam bene placita nominatur quasi ei conplacita qui conplacuit patri, et speciosa sicut Hierusalem, admiratio sicut ordinata, quod ciuitatis aeternae uniuersa habeat mysteria et admirationi sit omnibus uidentibus eam, quia plena ut aequitas atque perfecta est et fulgorem de uerbi lumine mutuata, dum id semper intendit, fit etiam terribilis ordine quodam ad summum prouecta uirtutum. ideoque quasi perfectae dicit: auerte oculos tuos a me, noli contra me intendere. deuotione nimia ac fide possibilitatem naturae et condicionis propriae supergressa, quia lucem inaccessibilem ex regione intueri est graue, auerte inquit oculos tuos a me, eo quod plenitudinem diuinitatis eius et splendorem ueri luminis sustinere non possit. possumus tamen et sic accipere auerte oculos tuos a me: etsi tu perfecta es, aliae mihi adhuc redimendae sunt animae, aliae fulciendae; eleuas enim me uidendo, ego autem ideo descendi, ut omnes eleuem. etsi surrexi et habeo patris sedem, tamen orphanos uos non relinquam quasi paterno praesidio destitutos, sed praesentia mea uos confirmabo. habes hoc in euangelio scriptum: ecce

2 Matth. 17, 5 8 'ideoque sponsus sponsae quasi' ... 682, 17 'sequi possit' *C* 6, 7—9 (I 1606 D—1607 A *B*.) 9 Cant. 6, 4 11 I Tim. 6, 16 13 Coloss. 2, 9 17 Ioh. 6, 38 sq. 18 Hebr. 8, 1; 12, 2 Ioh. 14, 18 20 Matth. 28, 20

2 quia *C* nonplacuit (ł com *m2 s.* non) *A* 3 admiratio sicu ordinata *om. V* 5 quia ... est et *om. V* 7 sit *APVTC* 8 perfecta 𝔄′ (a *ex* e *m2*) *P*′ 11 proprie (r *alt. s. u.*) *P* supergressam 𝔄 *et* (m *eras.*) 𝔄′ supergressa est *T* supergressa es *C* ex regione *scripsi* et religione *A* (ł e regione *s. m2*), *P* (s *m2 s.* n), e (*eras.*) religioni (ni *ex* ne) 𝔄′ e regione *cet.* 16 eleuas (ł uans *s.* uas *m2*) *A* eleuaris *V* (ris *in ras. m2*) eleuans 𝔄 *et* (eleuas *m2*) 𝔄′ 17 ideo autem ego 𝔄 descendiṭ (ṭ *eras.*) *P* 18 orphanos 𝔄″*ETC* orfanos *cet.* uos *extra u. A m1 uel m. ant.* non relinquam uos 𝔄″*EC* 19 quasi *om.* 𝔄𝔄″*E*, quos (*del. m2*) 𝔄′ paterno *N*′ pater non *A*𝔄*T et* (n *alt. eras.*) *P* pater non (non *s. u.*) *V* 20 *uerba* habes ... *p. 683, 19* fecunditatis *om. V* habet *A* (ł es *s.* et *m2*) *P, quod uix defendere licet* in euangelio hoc 𝔄″*C*

ego uobiscum sum usque ad consummationem mundi. auerte ergo oculos a me, quia me eleuas. quanto enim quis ad dominum intendit, tanto amplius dominum eleuat 375 A et ipse eleuatur. unde et ille ait: exaltabo te, domine, quoniam suscepisti me; sanctus enim exaltat dominum, peccator humiliat. uult ergo illam auertere oculos, ne eam considerans quod iam ad superiora sequi possit eleuetur et ceteras animas derelinquat. ideo et in euangelio non omnibus discipulis, sed perfectioribus suam gloriam demonstrauit. constitue nunc doctorem aliquem, qui rem obscuram uelit aperire audientibus, quemadmodum, etsi ipse potens in sermone sit B et scientia, condescendat tamen ad eorum ⟨in⟩scientiam qui non intellegant et simplici et planiore atque usitato sermone utatur, ut possit intellegi. quisquis igitur inter audientes uiuacior sensu sit, qui facile sequi possit, eleuat eum atque excutit. hunc uidens doctor reuocat, ut patiatur magis doctorem humilioribus et planioribus inmorari, quo et ceteri sequi pos-
58 sint. quod ait Acylas: sonans ut reuelata, sonantem ad C admirationem dignam rettulit quasi magna et sonora habentem opera, reuelata ad operum claritatem uel quod eius animae opera luceant coram patre, qui in caelo est. unde non otiose pallium eius sublatum intellegis, ut aperta meritis et nuda

4 Psalm. XXVIIII 2 8 Matth. 17, 1 sqq. 18 Cant. 6, 9 21 Matth. 5, 16

2 oculos tuos *E* a] ad (d *eras.*) *P* 3 dominum] dm̃ *A* (*s. m2* ł dnm) *P*, *quod fort. defendi potest* 6 ergo (ł enim *s. m2*) *A* enim *NT* auertere illam 𝔄″*EC* auertere (a *ex* e *m. ant.*) *A* nec *A*𝔄*T et* (c *exp. m3*) *P* (c *eras.*) 𝔄′ 10 doctorem aliquem (/ *m2*) *A* aliquem doctorem *NTC* 12 inscientiam *scripsi* inscitiam *C* scientiam *cet.*, *quod aegre defendas* 13 intellegant (ł u *s.* a *m2*) *A* intellegant (u *eras.*) 𝔄𝔄′ intellegunt *TC* 14 quisquis *E* quis *A* (s *exp. m2*) 𝔄′ (s *eras.*) *P*𝔄 si quis 𝔄″ *et* (si *s. u.*) *TC*, *fort.* quisque 15 eleuat aut̃ (aut̃ *in ras. m. ant.*, *s. m2* ł eum) *A* 16 excutit] *fort.* exaltat *Henricus Schenkl* 18 Acylas *scripsi* aquilas 𝔄 *et* (as *m2 in ras. ex* ans) 𝔄′ apquinlas *E* aquila *cet.*, *cf. p. 686 u. 21* 19 r&ţulit (t *exp. m2*) *A* retulit *cet.* 20 releuatã 𝔄″ 21 cęlis 𝔄″*E* 22 apaerta (ta *ex* te) meritis (e *ex* i) *A*

59 fulgeret. laudatur praeterea, quod fidelis, quod uerbo potens,
quod fructibus fecunda diuersis, quod una sicut columba habens
spiritus unitatem, in qua sit pax, quae fecit utraque unum et D
quae non sit composita ex diuersis elementis discretae con-
pugnantisque naturae. quid enim tam diuersum quam ignis
et aqua, aer et terra, ex quibus corporis nostri creatura con-
sistit? anima autem benedicta omnis simplex, quae imita-
tur dicentem: ut omnes unum sint, sicut tu, pater, in
me et ego in te, ut ipsi in nobis unum sint; haec
enim est consummatio atque perfectio. unde et addidit: ut
sint unum, sicut et nos unum sumus, ego in his
et tu in me, ut sint consummati in unum. haec est E
ergo anima columba atque perfecta, quae simplex et spiritalis
neque huius turbatur corporis passionibus, in quo foris pugnae,
intus timores sunt. denique hoc uerbo unitatis concordiam
et pacem significari scriptura nos docet dicens: multitudo
autem credentium habebant animam unam et cor
60 unum, et non erat separatio in eis ulla. nec otiose
fecunditatis laudatur anima, non solum quod sit fecunda
uirtutibus, sed etiam quod nihil habeat in se mali. illud enim F
decorum et speciosum est, in quo nihil sit mali; decorum
enim quod bonum, quod autem indecorum, hoc malum. spe-
ciosa fecunditas est bonorum operum. contraria ergo speciosi-

1 Cant. 6, 8, cf. 5, 2 'laudatur etiam sponsa quod' . . . 684, 9 'uestiuntur' *C* 6, 10 et 11 (I 1607 A—C *B.*) 3 Ephes. 2, 14 7 Prouerb. 11, 25 8 Ioh. 17, 21 10 Ioh. 17, 22 sq. 14 II Cor. 7, 5 16 Act. 4, 32

2 sicut (*s. m2* ł sit) *A* sit 𝔄*TC* 9 ut *scripsi* ut et *P'T'*, *om. P*, et *A* (*s. u. m2*) *cet.* 10 est enim *E* 11 et *om. N'T* 12 ut *A* (*s. u. m2*) *P* (*extra u. m3*) 𝔄"*P'TDC*, *om. cet.* 13 una 𝔄' (*ex* anima *m2*) *C* et *A* (*s. m2* atque) *P* atque *cet.* spiritalis (s *alt. m1 in ras. maioris spatii*) *A* spiritalis est *T* 17 cor unum et animam unam 𝔄"*EC* 19 laudatur itaque *V* 20 illud . . . mali *in mg. m. ant.* 𝔄' 21 et *A* (*exp. m2 et s. scr.* atque) *P* atque *cet.* decorum (*ex* de quorum) *P*𝔄' decorū| enī (ū enī *in ras. m. ant.*) *A* *uerba* decorum enim *usque ad p. 685, u. 12* orta sunt *om. V* 23 bonum (orum *s.* um) *P*· ergo] enim 𝔄" speciositatis (s *tert. eras*) 𝔄' speciositati 𝔄"*ETC*

tatis sterilitas, quoniam qui priuatur specie uel decore, in eo est enim malum; quod autem malum, hoc est sterile et infecundum. cuius rei quod euidentius indicium quam natura est? terra enim quae bona est fertilis atque fecunda, quae autem mala ea ieiuna et sterilis; quae uero fertilis haec decora. quid enim pleno agro pulchrius, cum seges fluctuat, 376 A cum poma inrutilant uel cum uuarum serta dependent aut bacis onusta olea curuescit uel uiridanti gramine montium uertices, uallium humilia uestiuntur? et ut scripturae utamur testimonio, Iacob decorus erat et ideo erat odor agri pleni, Esau hispidus erat et indecorus, et ideo agrestis erat, qui fructus ullos habere non posset. de ipso quoque domino, posteaquam ecclesiae fecunditatem fecit adsurgere, pulchre B dictum: dominus regnauit, decorem induit et alibi: confessionem et speciem induisti. liquet igitur decorum id esse quod fecundum, indecorum quod infecundum. similis est causa animae soli, quia ea decora anima, quae fecunda sit meritis, fecunda consiliis, ea indecora, quae sterilis. infirmitates etenim animae sunt sterilitas et materia; namque eam sterilitas fructu defraudat suo, inopiam infert, timorem incutit, adolet cupiditates et uanas opiniones; sic anima cadit. C

10 Gen. 27, 27 11 Gen. 27, 11; 25, 27 14 Psalm. LXXXXII 1 15 Psalm. CIII 2

1 priuatur (ł pra *s.* pri *m2*) *A* 2 est enim *A*𝔄 *et* (enim *exp.*) *P*𝔄′ est omne *TC* est 𝔄″*E* est *exp. m2 A, om. NTC* 5 et] atque 𝔄″*EC* sterelis *A* 6 in pleno *A* (in *s. u. m2*) 𝔄′ (in *eras.*) 𝔄𝔄″*ET* 7 inrutilant *P* (in *exp. m3*) 𝔄 (in *eras.*) dependent *A* (v *s.* ę *tert. m2*) 𝔄′ (e *tert. ex* u *m2*) dependunt *E et* (e *s.* u) *m2 P, m3* 𝔄 11 ideo (i *postea add.*) *A* 12 ullos *A* (*s. m2* ł illos) illos *N′ et* (ullos *corr.*) *T* posset (e *ex* i *m2*) 𝔄′ possit *E* 14 dictum est 𝔄″*ET et* (est *m2 s. u.*) *A*𝔄′ 15 decorū *A m1*, decorē *m. ant. et* ł v̄ *s.* ē *m2* 16 indecorū *A m1*, indecorē *m. ant. et* ł v̄ *s.* ē *m2* 17 decora (e *ex* o) *P* 18 sterelis *A* 19 infirmitates etenim *T corr.*, infirmitate sed enim *T ante corr. cet.* 20 eam (*s. m2* ł ea) *A* defrugat 𝔄 defraudat (a *pr. s. u.*) 𝔄′ suo inopiam *A m1 et m2*, sua inopia *m. ant.* infert (*s. m2* ł inserit) *A* inserit *T* inferit 𝔄

quid ergo est malitia nisi boni indigentia? suo enim defraudatur atque alieni indiget, exinanitur ac repletur sine ulla mensura et modo. materialia autem uitia animae obumbrant gratiam. ignorantia et concupiscentia animae sunt aegritudines, sed ad speciem quam ad materiem magis referuntur. materia est caro, species est ignorantia et concupiscentia. cur igitur caro accusatur, cum tantae sint in specie labes? quia nihil species potest sine materia. denique nihil species securis sine D materia facit. quid enim esset concupiscentia, nisi eam caro inflammaret? friget in senibus, pueris quoque, quia in his corpus infirmum est: ardet in adolescentibus, quibus uis corporis feruet. ex bonis igitur mala orta sunt; non enim sunt mala nisi quae priuantur bonis. per mala tamen factum est, ut bona eminerent. ergo indigentia boni radix malitiae est et definitione boni malitia deprehenditur, quoniam per disciplinam boni malum repperitur. bonum autem nullius eget, E sibi abundat, mensuram et perfectionem, finem quoque tribuit omnibus, in quo uniuersa constant et de quo omnia pendent. haec boni natura est, quae mentem replet.

61 Circa hoc uersatur anima pura, hoc intro perspicit et deum cernit, bonis omnibus abundat. unde et ait: fauces eius

1 Augustinus contra Iul. Pelag. I 8, 44 (quid . . . indigentia) 12 Augustinus contra Iul. Pelag. I 8, 44 et contra sec. Iul. resp. IIII 109 (ex bonis mala . . . 14 malitiae est) 21 Cant. 5, 16

1 defrugatur $\mathfrak{A}$ defraudatur (a *pr. s. u*) $\mathfrak{A}'$ 2 ac (*s. m2* ł atq;) *A* atque *NT* ulla *om.* $\mathfrak{A}''E$ 4 ignorantia et *α* ignorantia $\mathfrak{A}$ (a *alt. ex* ę *m3*) $\mathfrak{A}''E$ ignorantiae *APT et* (e *eras.*) $\mathfrak{A}'$ concupiscentiae $\mathfrak{A}$ (e *alt. eras.*) *P'T* 5 magis quam ad materiem $\mathfrak{A}''E$ 6 cur *ex* quur *m2* $\mathfrak{A}'$ 7 accuṣsatur *A* 9 concupis•centia *P* 10 in (*s. u. m3*) pueris *P* in *alt. om.* $\mathfrak{A}''E$ 11 quibus *scripsi*, in quibus *T*, *om. cet.* 13 sunt mala (⁄ *m2*) *A* mala sunt *VNT* 14 bona eminerent (*s. m2* ł bona minuerent) *A* radix *A* (*s. u. m2*), *om. P* malitiae (e *del. m3*) *P* 16 malũ (ũ *in ras. m2*) $\mathfrak{A}'$ 20 *fort.* huc intro intropspicit *A* (p *mut. in* p; ł spicit *m2 s.* pspicit) introspicit *VNT* **** & *A* (& *del. m2*, *s. m2* et in hoc) et in hoc *VNT*

dulcedines et totus desiderium. omnium enim bonorum auctor est deus et quae sunt eius profecto omnia sunt. nusquam illic malum et, si in illo nostra mens maneat, malum F nescit. anima igitur quae in deo non manet ipsa sibi auctor malorum est, itaque peccat, anima autem quae peccat ipsa morietur; aureis enim uinculis soluta uirtutum prona fertur praecipitio et labitur ad inferiora. anima autem beata est quam nulla aduersa corporis proelia expugnant. haec anima sicut passer laqueo contrito euolat; escae enim malorum sunt uoluptates corporis. his quisque intendit laqueo innectit
62 animam suam, qui autem ab escis eius temperat et de 377 A tenebris eius exit, eius anima fulget ut diluculum, de qua dicitur: quaenam est haec prospiciens tamquam diluculum, speciosa sicut luna? prospicit enim tamquam de domo libera nec dicit: tenebrae cooperiunt me et parietes circumdant me, et quis scit si uidet altissimus? sed ipsa magis lucem expetit: tamquam in superioribus domus suae, id est corporis sui et supra mundum posita diuina intuetur et ad aeterna se eleuat, ut deo adsit, iam lumen suorum operum sicut luna orbem suum toto orbe B
63 circumferens. quod autem Acylas ait: sonans sicut sol, uidetur illa axis caelestis conuersio solisque et lunae et

1 'omnium'...21 'circumferens' *C* 12 et 13 (I 1607 C--E *B*.) 9 Psalm. CXXIII 7 13 Cant. 6, 9 15 Sir. 23, 18 (26)

1 dulcedines (ł nẽ *s.* nes *m2*) *A* distillant dulcedinẽ *T* 2 auctor (c *s. u.*) *P* et quae... illic malum *om. V* omnia (ṽ *s.* a *m3*) *P* omnia bona *TC* et nusquam *N'* (et *s. u. m2* 𝔄') nusquam enim *P'* 3 nostra mens (⁄ *m2*) *A* mens nostra *VNTC* 4 auctor (*s. m3* auctrix) 𝔄 auctrix *T* 5 est malorum *T* itaque... morietur *om. V* 6 profana *A* (*s. m2* ł prona) *P* 10 corporeae *P'* quisquis *N'* (*ex* quisque *m2* 𝔄') *TC* innectit] intendit *A* (*s. m2* ł innectit) *P* 12 de qua... diluculum *om.* 𝔄 13 haec est *T*, haec *om. E* 14 ląna (v *s.* ą) *m2 A*, *m3 P* 15 cooperiunt (o *alt. m. ant. s. u.*) *A* cooperuerunt *N'* 17 ipsam *VNT* 19 ad (*s. u.* 𝔄') diuina *N'* intuetur *om. N'* ad *om.* 𝔄"*E* 21 quod...*p. 687 u. 4* laudari *om. V* achylas *A* (h *s. u. m. ant.*; *s. m2* ł aquila) acyllas *P* aquilas 𝔄𝔄'*E* aquila 𝔄"*T*

stellarum cursus concentusque globorum exprimi — ac quibusdam etiam nostris uidetur —, qui quoniam fidem non inuenit, saltem propter gratiam suauitatis non uidetur alienus.
8, 64 dum laudatur a sponso, uerecunde refugiens coram laudari, C
deinde sponsi amore reuocata ait: <in> hortum nucis D
descendi uidere in natiuitate torrentis. ubi enim est ecclesia nisi ubi uirga et gratia floret sacerdotalis? ibi est frequenter, ut in amaritudinibus et temptationibus probetur. per nucem amaritudines intellegimus, per torrentem temptationes, sed tamen tolerabiles, quia scriptum est: torrentem pertransiuit anima nostra. itaque descendit in locum amaritudinis, ubi floret uitis et malorum granatorum specie diuersus et multiplex fructus, qui uelut uno tegmine totius E
corporis fide et caritate munitur. in illa ergo amaritudine non cognouit se anima; corruptibile enim corpus grauat animam et terrenum habitaculum cito inclinatur. cognoscere autem semper se debet. sed temptatus est et Petrus, non se cognouit et Petrus; nam si cognouisset, non negasset auctorem. sed cognouit eum Christus; denique cognouit qui etiam respexit
— cognoscit enim dominus qui sunt ipsius — et tamquam suum misericordiae suae frenis ut bonus rector reuocauit a
65 lapsu. rector ergo noster est Christus. ideoque ait anima: 378 A
posuit me currus Aminadab. anima ergo currus, qui

2 cf. de Abrah. II 8, 54 5 Cant. 6, 10 7 Num. 17, 8 8 Origenes XIII 209 D 10 Psalm. CXXIII 5 12 Cant. 6, 10 17 Luc. 22, 55 sqq. 19 Luc. 22, 61 20 II Tim. 2, 19 23 Cant. 6, 11 'posuit' ... 689, 11 'animas pias' *C* 6, 19—22 (I 1608 D—1609 A *B*.)

1 concentusque *T* concentus *cet.* ac *scripsi* a *libri* 2 in fidem (in *s. u. m3*) 𝔄 3 uenit *N* saltim *A* (i *ex* e) 𝔄′ 5 in *add. ed. Rom.* 7 ibi *PN′* (𝔄′ *m2 ex* ubi) *T* ubi *AV*𝔄 *et m1* 𝔄′ 9 amaritudinem *N′* 10 tollerabiles *A* 11 anima mea 𝔄″ descendet *A* (ł it *s.* et *m2*) *P* 12 species *N′* 15 animę (ł a *m2 s.* ę) *A* 16 inhabitaculum 𝔄″*E* 17 se semper *N′* (se *s. u. m. ant.* 𝔄′) non se ... Petrus infra *in mg.* 𝔄 18 negasset *A* (ł gauisset *m2 s.* gasset) 𝔄″*T* negauisset 𝔄 (ui *exp. m3*) *cet.* 19 quia <eum> *ed. Rom.*, etiam <eum> *tacite Maurini* 20 ţą̃quą̃ ṣuū̃ (*s. m2* ł tamen) *A* tamen *VNT* 23 est (*s. u. m3*) ergo *P* qui (e *s.* i *m2*) *A* quę *V*𝔄*T* quia 𝔄″

bonum rectorem sustinet. si currus est anima, habet equos uel bonos uel malos. boni equi uirtutes sunt animae, mali equi passiones corporis sunt. bonus ergo rector malos equos restringit et reuocat, bonos incitat. boni equi sunt quattuor: prudentia temperantia fortitudo iustitia, mali equi iracundia concupiscentia timor iniquitas. interdum ipsi equi inter se dissident et aut iracundia protendit aut timor et se inuicem impediunt et cursum retardant. at uero boni equi euolant et a terris ad superiora se subrigunt animamque eleuant, maxime si iugum habeant suaue et onus leue dicentis: tollite iugum meum super uos; iugum enim meum suaue est et onus meum leue. ipse rector est, qui nouit equos proprios gubernare, ut aequalis omnium cursus sit. si uelocior est prudentia, tardior iustitia, admonet flagello proprio segniorem. si temperantia mansuetior, fortitudo durior, nouit copulare discordes, ne forte currum suum dissipent. itaque licet intellegibili spectaculo uidere unamquamque animam cum summo certamine ad caelum rapi, festinantes equos, qui priores perueniant ad brauium Christi, quo prius inponatur palma ceruicibus. isti equi sunt subiecti fidei iugo, adstricti uinculo caritatis, iustitiae frenis, retinaculis sobrietatis. pulchre ergo ait: posuit me currus Aminadab, hoc est pater populi. ipse autem qui pater populi idem pater Naasson, hoc est serpentini. iam tu recole quis sicut serpens in cruce pependerit pro salute uniuersorum et intelleges illam animam esse

3 Augustinus contra Iul. Pelag. II 5, 12 (bonus ... iniquitas), cf. III 14, 28 6 Plato Phaedr. 247 B 10 Matth. 11, 29 sq. 17 Philipp. 3, 14 23 Num. 1, 7; 2, 3 24 Ioh. 3, 14, cf. Num. 21, 9

1 equites (ites *m2 ex* os) $\mathfrak{A}'$ 4 restring& $\mathfrak{A}'$ (i *s.* & *m2*) $\mathfrak{A}''E$ 8 ad (*s. m2* ł at) *A* 9 ad (d *s. u. m3*) *P* 12 proprios gubernare equos $\mathfrak{A}''$ 16 cursum (*s. m2* ł currum) *A* 17 uideret *A* (ł e *s.* et *m2*) *P* uider& (*& exp. et s. ras.*) $\mathfrak{A}'$ 19 quo (ł quorum *s. m2*) *A* quorum *VNTC* 20 equi sunt] qui sunt? qui *N'* uinculo *A* (ł lis *s.* lo *m2*) uinculis *VN* 21 pulchre ... 689, 9 Christi *om. V* 23 id est *A* (*s. m2* ł idem) *P* (*m3 corr.* idem) 24 serpentum *DC* serpentiniturecole *** $\mathfrak{A}'$ qui *N'* 25 intellegis *A* (*m2* -iges) *PN* intelligas *C*

pacificam, cui pater deus praesul sit, Christus agitator, quia scriptum est et hoc nomen in nostris: pater, pater agitator
66 Istrahel. hic ergo agitator dicit: conuertere, Solamitis, conuertere. bene et quasi agitator ad currum dicit: conuertere Solamitis, hoc est pacifica. quae enim pacifica est anima cito se conuertit et corrigit, etiamsi ante peccauit, et E magis eam Christus ascendit et regere dignatur, cui dicitur: ascende in equos tuos, et equitatus tuus sanitas et alibi: misi equos tuos † Tharsis. hi sunt equi Christi. ascendit ergo Christus equos suos, ascendit uerbum dei animas pias.

67 Unde cognosce quia et istam ascendit et perduxit eam ad locum palmae, quando et dicit ad eam: quid pulchra et suauis facta es caritas in deliciis tuis? statura tua similis facta est palmae. et ipsa ait: dixi. ascendam in palmam. sed etiam ipsa caritas palma est; ipsa est enim plenitudo uictoriae; plenitudo enim legis caritas est. 379 A curramus ergo, ut conprehendamus: curramus, ut uincamus. qui uicit ascendit in palmam et manducat fructus eius. qui uicit iam non currit, sed sedet, sicut scriptum est: qui uicit,

2 Reg. IIII 2, 12 3 Cant. 6, 12 8 Habac. 3, 8 9 Habac. 3, 15 12 'unde' . . . 692, 9 'processum accipit' *C* 7, 12—16 (I 1610 F—1611 E *B.*) 13 Cant. 7, 6 sq. 15 Cant. 7, 8 17 Rom. 13, 10 18 I Cor. 9, 24 19 Apoc. 3, 21

1 deus pater $\mathfrak{A}''E$ praesul** (sit *s.* ** *m2*) $\mathfrak{A}'$ praesulet *A* (e *alt. ex* i *m2*) praesulit *P*$\mathfrak{A}''E$ praesul et $\mathfrak{A}T$ 3 israł *P* isrł *cet.* conuertere (re *s. u.*) *m2 A m3 P* solamitis (is *ex* es *m3*) *P* sunamitis *T* (*in mg.* ał salamitis) *C* salamitis *A* (is *ex* es *m2*) *cet.* 4 et bene *T* *post* agitator *add.* et quasi *A* (*s. u. m2*) *N* 5 solamitis *P* sunamitis *TC* salamitis *cet.* 9 misisti *A* (sti *s. u. m2*) $\mathfrak{A}T$, *recte puto* Tharsis *corruptum; fort. latet* in mari hii *A* (i *alt. s. u. m2*) $\mathfrak{A}E$ equi sunt $\mathfrak{A}''$ 10 $\overset{c}{\overline{\text{xps}}}$ $\overset{a}{\text{equos}}$ $\overset{b}{\text{suos}}$ *A* (c a b *m2*) equos suos $\overline{\text{xps}}$ *NT* 12 unde . . . 690, 5 nescierunt *om. V* cognosces *A* (s *alt. in u. ult. add. m2*) *T* 13 quid (*s. m2* ł quã) *A* quam *T* 14 suauis ęt (et *exp. m2*) *A* 16 in *om.* $\mathfrak{A}''E$ est palma $\mathfrak{A}$ 17 est *pr. om. N'* 19 uincit *A* (*s. m2* ł uicit) *P* 20 sed *extra u. m. ant. A* sedsed& (d *pr. ex* s, et *s.* & *m3*) *P* uiciţ (erit *s.* iţ *m2*) *T*

dabo ei sedere mecum in sede mea, sicut et ego uici et sedeo cum patre meo in sede ipsius. hinc philosophi currilia illa animarum in suis libris expressere certamina, nec tamen ad palmam peruenire potuerunt, quoniam summitatem uerbi et altitudinem illorum animae nescierunt. B
68 quam cognouit haec anima, in qua erat uerbi conuersio. sic enim ait: ego fratri meo, et super me conuersio eius. hunc sensum tertio repetiuit diuerse in Canticis canticorum. in principio ait: frater meus mihi et ego ei, qui pascit in liliis, usque dum aspiret dies et amoueantur umbrae. deinde ait: ego fratri meo et frater meus mihi, qui pascit inter lilia. in fine ait: ego fratri meo et super me conuersio eius. primo ad institutionem animae — ideo et praemisit frater meus mihi; illo C enim se demonstrante etiam anima adhaerendi deo sumpsit affectum —, quod sequitur secundum profectum, tertium secundum perfectionem. in primo quasi in institutione adhuc umbras uidet anima necdum uerbi adpropinquantis reuelatione commotas, et ideo adhuc ei dies euangelii non refulgebat. in secundo sine umbrarum confusione odores pios carpit. in tertio iam perfecta requiem in se uerbo ministrat, ut conuertatur super D eam et caput suum reclinet atque requiescat, meritumque iam tenens quem ante quaesitum inuenire non poterat inuitat
69 ad agrum suum dicens: ueni frater meus, exeamus in

3 Plat. Phaedr. p. 246 sqq. 7 Cant. 7, 10 9 Cant. 2, 16 11 Cant. 6, 2 12 Cant. 7, 10 16 Origenes XIII 213 C 17 Cant. 2, 17 20 Cant. 1, 12 sq. 21 Cant. 8, 3 22 cf. p. 675, 16 sq. 24 Cant. 7, 11

1 ei *s. u. m. ant.* 𝔄′ 3 currilia (*s. m2* ł curulia) *A* curulia *NT* 5 illam 𝔄′ (*m2 ex* illorum) 𝔄″*E* 6 quem *V* 9 ei *s. u.* 𝔄 pascitur *N′* 10 ammoueantur *A* 12 pascitur *N′* 13 primo *AP* primum *cet.* 14 ille *A* (ł lo *s.* le *m2*) 𝔄 (*corr. m2*) *P* 15 anima *del. m2 A, om. VNT* 17 perfectionem (ł pro *s.* per *m2*) *A* profectionem 𝔄 (*corr. m3*) 𝔄′ (p *ex* p *m2*) 18 commota sed *A* (ł tas *s.* ta *m2*) *P* 19 eis (s *eras.*) 𝔄′ 20 carpit (r *s. u. m2*) *V* 22 meritoque *VN* 23 quae 𝔄″*T* antea 𝔄″ 24 *sq.* agrum (um *ex* i *m2*) *P*

agrum, requiescamus in castellis. supra ad hortum inuitabat, hic ad agrum habentem non solum florum gratiam, sed etiam triticum et hordeum, hoc est solidiorum firmamenta uirtutum, ut fructus eius aspiciat. requiescamus inquit in castellis, ad quae Adam, cum de paradiso eiectus esset, E fuerat relegatus. in his requiescebat, sed terram operabatur. qua autem ratione exire eum in agrum uelit intellectus manifestus est: ut quasi bonus pastor pascat gregem suum, lassos adleuet, reuocet errantes. nam etsi ista anima noua et uetera seruauit ei, tamen sunt adhuc uelut agni, qui lactis suco nutriendi sunt. ergo quasi perfecta non pro se, sed pro aliis interuenit, ut de sinu patris exeat, ut procedat foras tamquam sponsus de thalamo egrediens suo, currat uiam, ut F infirmos lucretur, non in illo secreto patris solio et in illa luce inmoretur, quo inualidi sequi non queant, sed ut adsumatur et inducatur in domum sponsae atque secretum, sit foris sibi ut nobis intus, sit medius nostrum, etsi non uideatur a nobis. unde ait: quis dabit te fratrem, frater, lactantem

9 Cant. 7, 13 10 I Cor. 3, 2 13 Psalm. XVIII 6 16 Cant. 8, 2 17 Ioh. 1, 26 18 Cant. 8, 1

1 castellis (is *ex* um) 𝔄 2 habentem *om. V spatio relicto* 3 solidorum (ł diorum *s.* dorum *m2*) *A* solidarum (a *ex* o *m3*) *P* 5 adquae (t *s.* ḍ *m. ant.*) *A* ad quae 𝔄′ *m2 in ras.* esset *s. u. V* 6 relegatus 𝔄 (le *ex* li *m3*) 𝔄″*E* religatus *cet.* 7 quia (*s. m2* ł qua) *A* qua (ua *in ras. m2*) 𝔄′ uellet 𝔄′ (*ex* uelit, it *s. u.*) 𝔄″*E* 9 lassos (s *pr. m1 s. u.*) *A* adleuet *ego* ableuet *AP* alleuet (l *ex* b) *m3* 𝔄 *m2* 𝔄′ alleuet *cet.* etsi (si *s. u. m2*) *A* si et *E* 10 ei *A* (*s. m2* ł et) *P* et *V*𝔄*T et* (*exp. m. ant.*) 𝔄′, *om.* 𝔄″*E* 11 sunt *A* (*s. m2* ł sint) 𝔄 sint *cet.* 13 egrediens suo *A* (/ *m2*) suo egrediens 𝔄″*ET* 15 inualidis (ł di *s.* dis *m2*) ęqui *A* inualidis *equi (a *eras.*) *P* inualidi (inualidis, s *s. u., sed eras. T*) equi *NT* *post* equi *add.* contendere 𝔄′ (*s. u. m2*) conscendere 𝔄″*E* queant *A* (v *s.* a *m2*) *P* queunt *VNT* adsumatur (ur *eras.*) 𝔄′ 16 inducat *N′* sponsae (ae *ex* a) *m3 P m1 D* sponsa *AVT* sponsam 𝔄 (m *exp. m3*) *cet.* sibi sit foris (foras *E*) 𝔄″*E* 17 medius *A* (ł um *s.* us *m2*) medium *V*𝔄*T* 18 dab|it te (a *et* te *in ras. m. ant.*) *A* frater fratrem 𝔄″*E* frater (*om.* fratrem) *ed. Rom.* lactantem (l *ex* i *m3*) *P* lactentem *E*

ubera matris meae? inueniens te foris osculabor te. bona anima quae foris est, ut uerbum intus sit. illa extra corpus, ut uerbum habitet in nobis.

71 Adsumam inquit te et inducam te. recte adsumitur et inducitur uerbum dei, quia pulsat animam, ut aperiatur sibi ostium, et nisi apertum sibi ostium inuenerit, non intrat; si quis autem aperuerit ianuam, intrat et cenat. sic sponsa uerbum adsumit, ut adsumendo doceatur. unde non inmerito ascendit adhuc ad superiores mansiones et semper processum 72 accipit. quod significant uirtutes, quae dicunt animae: quae est haec, quae ascendit candida innitens super fratrem suum? superius dixerant: quaenam est haec prospiciens tamquam diluculum, speciosa sicut luna, electa ut sol? hic plus quod adiceretur inuentum est, eo quod uerbo dei innixa ascenderet. perfectiores enim supra Christum recumbunt, sicut et Iohannes in Christi pectore recumbebat. ita ergo haec uel incumbebat in Christo uel supra ipsum sese reclinabat aut certe, quoniam de nuptiis loquimur, iam quasi tradita in Christi dexteram in thalamum 73 ducebatur sponso. et quia iam copula caritatis est, blanditur ei sponsus et dicit: sub arbore mali eleuaui te. illic

380 A B C

3 Coloss. 3, 16 4 Cant. 8, 2 7 Apoc. 3, 20 10 Cant. 8, 5 'quae est' ... 697, 13 'indiges' *C* 6—14 (I 1613 E—1615 B *B.*) 12 Cant. 6, 9 16 Ioh. 13, 23 21 Cant. 8, 5

7 sic/// sponsa *P* 9 adhuc *A* (ł hanc *s.* huc *m2*) *P* ad hanc *N et* (uc *s.* ąnç) *T, om. V* 10 accipit (i *pr. ex* e *m2*) 𝔄′ significant 𝔄″*ET et* (n *alt. s. u.*) *V* significat *cet.* dicuntur *A* (ł cunt *m2 s.* cuntur) *P* dicunt *T* (*in quo*: processum accipit uirtutis. quod significant animae quae dicunt) dicunt uel *cet.* 11 candida (*s. m2* ł anima) *A*; candida *om. T* 12 dixerąnt (v *s.* ą *m2*) *A* dixerunt *VNT* est haec *APVT* haec est 𝔄 haec est quae 𝔄″ est haec quae 𝔄′*E* 14 ut] sicut *N*′ *diceretur 𝔄′ diceretur 𝔄″*E* inuentum (ł turū *s.* tum *m2*) *A* 15 ascenderat *C* 17 haec *P* ut haec 𝔄′ et haec *A* (et *s. u. m2*) *cet.* xpm *VNTC* 18 sese] ęę (*s.* se *m. ant.*) 𝔄′ se 𝔄″*E* reclinat (ł bat *s.* t *m2*) *A* reclinabat (ba *s. u. m3*) *P* 19 traditā *A* (ł ta *s.* tā *m2*) *P* dextera *V*𝔄′*E* dextra 𝔄″ 20 a (*s. u. m2*) sponso *V* sponsa *E* 21 arborē *V*𝔄𝔄′*E et* (-e *m2*) 𝔄″

parturiuit te mater tua, illic parturiuit te quae peperit te. bona anima quae requiescit sub arbore fructuosa et maxime boni odoris. nam si Nathanahel bonus. in quo D dolus ullus non erat, sub arbore fici uisus est, utique bona quae sub arbore mali eleuata est sponso suo. plus est eleuari quam uideri, plus est etiam a sponso eleuari. nam etsi Nathanahel uidebatur sub arbore, tamen anima eius sponsa non erat, qui occulte ueniebat ad Christum, quia uerebatur Iudaeos. non erat speciosa sicut luna, electa ut sol, quae erat in umbra, quia sponsa per diem nubit, publice confitetur. ideo ista sub arbore mali, illa sub ficu, quia haec confessionis suae odorem diffundebat longius, illa habebat puritatis et innocentiae suauitatem, fraglantiam spiritus non habebat.
74 illic inquit parturiuit te mater tua, illic parturiuit E te quae peperit te; ibi enim nascimur, ubi renascimur. parturiuntur autem in quibus Christi imago formatur. unde et ille ait: filioli mei, quos ego parturio, donec formetur Christus in uobis; parturit enim qui in utero
75 accipit spiritum salutis et aliis infundit. unde quoniam iam formatus in hac erat Christus, ait: pone ut signaculum in cor tuum, ut sigillum in bracchium tuum. signaculum Christus in fronte est, signaculum in corde: in fronte, ut semper confiteamur, in corde, ut semper diligamus, signa- F

3 Ioh. 1, 47 et 50 9 Cant. 6, 9 17 Gal. 4, 19 20 Cant. 8, 6

3 natanahel *A* nathanahel (h *pr. s. u. m3*) *P* nathanael *TC* 4 ullus non *A m1 P* nullus (n *s. u.*) ṇọṇ *A m2* nullus non 𝔄 *et* (non *exp. m. ant.*) 𝔄′ nullus *cet.* bona anima 𝔄′ (anima *in mg. m. ant.*) 𝔄″*EC* 5 a sponso est *V* est a sponso *C* sponso est 𝔄𝔄′ est enim 𝔄″*C* 6 est *del. m2 A, s. u. T, om. VNC* etsi (et *s. u. m. ant.*) 𝔄′ 7 natanahel *P* nathanael 𝔄″ (h *s. u.*) *TC* 10 quia quae *C* 11 sub *alt.*] suf *P* fico 𝔄 *et* (-u *m2*) 𝔄′ 13 et *om. N′* ignorantiae *P* flagrantiam *VNT* 15 ubi (*s. m2* ł ibi) *A* ibi *NT* 16 pariuntur 𝔄″*E* 17 mei (i *s. u.*) *A, om. VNT* 19 accepit 𝔄′ (*corr. m2*) 𝔄″*E* et et (*alt. eras.*) *P* 20 Christus *Cα* xpo *cet.* 21 bracchium *A* brachium *cet.* 22 xps (*s. m2* ł xpi) *A* xpi 𝔄*TC*

culum in brachio, ut semper operemur. luceat ergo imago eius in confessione nostra, luceat in dilectione, luceat in operibus et factis, ut, si fieri potest, tota eius species exprimatur in nobis. ipse sit caput nostrum, quia caput uiri Christus: ipse oculus noster, ut per illum uideamus patrem: ipse uox nostra, per quem loquamur ad patrem: ipse dextera, per quem patri deo nostrum sacrificium deferamus: ipse 381 A quoque est signaculum nostrum, quod est perfectionis et caritatis insigne, quia diligens pater signauit filium, sicut legimus: quem pater signauit deus. caritas itaque nostra Christus. bona caritas, quando se morti obtulit pro
76 delictis: bona caritas, quae peccata remisit. et ideo nostra anima induat caritatem et caritatem huiusmodi, quae sit ualida ut mors, quia sicut mors finis peccatorum est, ita et caritas, quoniam qui diligit dominum peccare desinit. caritas enim non 15 B cogitat malum neque gaudet super iniquitatem, sed omnia sustinet. nam qui ea quae sua sunt non quaerit quomodo quaerit aliena? est et mors illa ualida per lauacrum, per quam peccatum omne sepelitur et culpa dimittitur. talis erat caritas, quam deferebat illa euangelica mulier, de qua dominus ait: 20 remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. est et illa mors sanctorum martyrum ualida, quae culpam abolet superiorem, et ideo ualida, cuius non inpar est C

4 I Cor. 11, 3 10 Ioh. 6, 27 13 Cant. 8, 6 15 I Cor. 13, 5—7 17 I Cor. 13, 5 21 Luc. 7, 47

2 eius *om. N'* lectione *VNC* 5 ner̄ (*s. m2* nr̄) *A* 6 quam *C* dextra *𝔄''* 7 quam *𝔄''P'C* deo patri sacrificium nostrum offeramus *𝔄''EC* 9 quia (*s. m2* ł qua) *A* 11 bona caritas . . . delictis *infra in mg. A* morti se obtulit *𝔄''* obtulit se morti *C* 12 delictis nostris *VT, fort. recte* peccata *tacite Maurini* peccatis *A* (ł tū *m2 s.* ţiş) *P* peccatum *cet.* anima nostra *𝔄''EDTC* 13 eiusmodi *C* 14 ita *om. E* 15 dn̄m *E* 16 iniquitate *DTC* 17 nam qui *P'C* nam* *T'* nam quę *uel* nam que (*sic A𝔄𝔄'*) *cet., fort.* namque <qui> ea *om. C* 18 quaeret *ed. Rom., recte puto* aliena quaerit *𝔄''* aliena quaeret *C* per *pr.*] per quam *A* (quam *s. u. m2*) *T* 19 erat (*s. m2* ł et) *A* et *VNT* 20 euangelica illa *𝔄''EC* 21 eius peccata *T'* 23 in partes (*s. m2* ł impar est) *A*

caritas, quae adaequatur martyrum passioni, ut auferat meritum
77 delictorum. zelus quoque ut inferi, quoniam qui dei zelum habet pro Christo nec suis parcit. itaque et mortem habet caritas et zelum habet caritas et alas ignis habet caritas. denique Christus diligens Moysen in igne ei adparuit et Hieremias habens in se donum diuinae caritatis dicebat: et erat ignis flammans in ossibus meis et dissolutus sum D undique et ferre non possum. bona igitur caritas habens alas ignis ardentis, quae uolitat per pectora et corda sanctorum et exurit quicquid materiale atque terrenum est, quicquid uero sincerum est probat et quod contigerit suo igne meliorat. hunc ignem misit in terras dominus Iesus, et refulsit fides, accensa deuotio, inluminata est caritas, iustitia resplenduit. hoc igne inflammauit cor apostolorum suorum, sicut testatur Cleopas dicens: nonne cor nostrum ardens erat in nobis, E cum aperiret scripturas? alae igitur ignis flammae scripturae sunt diuinae. denique aperiebat scripturas, et ignis exiebat atque audientium corda penetrabat. et uere alae ignis, quia eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum. cum Paulus quoque adsumeretur a Christo, uidit circumfulsisse supra se lumen et super eos qui simul erant, cecidit a pauore et probatior resurrexit, denique apo-

2 Cant. 8, 6 5 Exod. 3, 4 5 Hier. 20, 9 14 Luc. 24, 32 19 Psalm. XI 7 20 Act. 9, 3 sqq.

2 ut (*s. m2* ł et) *A* et *VN* zelum dei *N'* 4 caritas *pr. om. N'* 7 inflammans *A* (in *s. u. m2*) *V*𝔄𝔄''*ETC et* (n *alt. s. u. m. ant., sed del.*) 𝔄' 8 undique *om. T* bona (*s. m2* ł dona) *A* alas habens *C* 9 ardens (ł tis *s.* s *m2*) *A* ardentes *V* (es *in ras.*) 𝔄' (-is *m2*) 𝔄''*E* 10 atque] et *TC* 11 sincerum (ł rissimum *s.* rum *m2*) *A* sincerissimum *T* probat *om. VNDT* contigerit (ti *ex* te *m3*) *P* 12 hanc (v *s.* a *m2*) *A* misit in terras *A* (/ *m2*) in terras (terram *DC*) misit *VNDTC* 13 aşcensa (c *s.* ş *m2*) *A* accensa est 𝔄' (est *s. u. m. ant.*) *C* 14 corda *VC et* (da *s. u. m3*) 𝔄 15 cleophas *VTC et* (h *s. u.*) *m3* 𝔄 *m2* 𝔄' 16 flammae] in flammae 𝔄' (e *eras.*) 𝔄''*E* in flamma *C* 18 exibat *V*𝔄*TC* cordę (a *s.* ę *m2*) *A* 21 supra] super *C* 22 a *om.* 𝔄''*E*

stolus factus est, qui persecutor aduenerat. spiritus quoque F
sanctus descendit et repleuit totam domum, in qua erant
plurimi sedentes, et uisae sunt dispersae linguae
tamquam ignis. bonae alae caritatis, uerae alae, quae
uolitabant per ora apostolorum, et alae ignis, quae purgatum
sermonem loquebantur. his alis euolauit Enoch raptus ad
caelum, his alis euolauit Helias curru igneo et equis igneis
ad superna translatus: his alis dominus deus per columnam
ignis deducebat patrum plebem: has alas habuit Seraphim,
quando sumpsit carbonem ignis de altari et tetigit os prophetae
et iniquitates eius abstulit et peccata purgauit: harum alarum 382 A
igni purgati sunt filii Leui et baptizantur populi nationum,
sicut testificatur Iohannes dicens de domino Iesu: ipse uos
baptizabit in spiritu et igni. merito uri renes suos uolebat
et cor suum Dauid, qui alas igneas caritatis sciebat non esse
metuendas: merito Hebraei pueri in fornace ardenti non sentie-
bant ignis incendia, quia caritatis eos flamma refrigerabat.
et ut plenius cognoscamus quia alas habeat perfecta caritas,
audisti dudum dicentem: quotiens uolui congregare filios B
tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas
suas.

78 Sumamus igitur has alas, quae sicut flammae ad superiora
dirigant. exuat unusquisque animam suam inuolucris sordidi-

1 Act. 2, 2 sqq. I Tim. 1, 13 5 Psalm. XI 7 6 Gen. 5, 24
7 Reg. IIII 2, 11 8 Exod. 13, 21 9 Esai. 6, 6 sq. 12 Malach. 3, 3
13 Matth. 3, 11 14 Psalm. XXV 2 16 Dan. 3, 50 19 Matth. 23, 37

3 plurimi (lu *in ras.*) *P* 5 apłorum (a *s. u.*) *T* apostolorum *V*𝔄″*EC* populorum *AP*𝔄𝔄′*DP′* quae *VD* quia *C* qui *cet.* 8 translatus est *N′* 9 serafim *AP* seraphym *E* saerafin 𝔄′ seraphin *cet.* 10 carbones *N′C* 12 igne *N′* (e *ex* i 𝔄′) *C* baptizabantur *A* (ba *alt. s. u. m2*) 𝔄*TC* 14 baptizabit (bit *ex* uit) *m2 A m3 P* igne *N′* (e *ex* i 𝔄′) *C* 16 metuendas . . . incendia *om. VN* 17 eis *P* (o *s.* ị *m3*) eos *T* eis *cet.* flamma] ignis *T* refrigerebat *A* (a *s.* ẹ *tert.*) *P* 18 quia (a *s. u. m2*) *A*𝔄′ habeat *V*𝔄″*E et* (at *ex* bat *m2*) 𝔄′ habet *C* habebat *cet.* perfæcta *A* 19 dudum *A m1* dudnm *A m2* dnm *TD* 22 flamma 𝔄″ ad *del. m2 A, in mg. m3* 𝔄, *s. u. m. ant.* 𝔄′ 23 dirigant *A* (v *s* a *m2*) *P* diriguntur *T* dirigunt *cet.*

oribus et quasi aurum igni adprobet detersam luto. sic enim purgatur anima ut aurum optimum. pulchritudo autem animae sincera uirtus et decus uerior cognitio superiorum, ut uideat illud bonum, ex quo pendent omnia, ipsum autem ex nullo. eo igitur uiuit atque intellectum accipit. uitae enim fons C est summum illud bonum, cuius nobis accenditur caritas et desiderium, cui adpropinquare et misceri uoluptas est, quod ei qui non uidet desiderio est et qui uidet inest, ideoque alia uniuersa despicit, hoc mulcetur et delectatur. hoc est quod sumministrat uniuersis substantiam, ipsum autem manens in semet ipso dat aliis, nihil autem in se ex aliis suscipit. de quo propheta ait: dixi domino meo: deus meus es tu, D quoniam bonorum meorum non indiges. hoc solum uidere desiderauit, sicut ipse alibi ait: unam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnes dies uitae meae et uideam delectationem domini et considerem templum eius. si quis igitur purum illud et incorporeum summum illud uidere meruerit, quid habeat aliud quod desideret? denique Petrus gloriam resurrectionis Christi uidit et nolebat descendere dicens: domine, bonum est nos hic

3 Plat. Conu. 211 A 12 Psalm. XV 2 14 Psalm. XXVI 4 17 Plat. Conu. 210 E sqq. 20 Matth. 17, 4

1 igne $\mathfrak{A}''C$ ignē *E* 2 anima//// $\mathfrak{A}'$ ut *APVT* sicut (*s. u. m3*) $\mathfrak{A}$ uelut $\mathfrak{A}''EC$, *om.* $\mathfrak{A}'$ 3 decus *A* (*ł* cens *s.* cus *m2*) *P et* (us *ex* ens *m2*) $\mathfrak{A}'$ decons *V* decor $\mathfrak{A}''EC$ decens $\mathfrak{A}T$ supernorum *C* 4 pendent (ent *ex* it *m2*) *V* pendēt (ē *ex* e *m3*) $\mathfrak{A}$ pendit & (*ex* pend&) $\mathfrak{A}'$ 5 accipit (i *pr. ex* e *m2*) $\mathfrak{A}'$ 6 in nobis *N'C* 7 quod ... inest *in mg. m2 A* 8 uidit *PVNT* et ei *C Costerius* uidit *PVNT* inest] uita est *C* 9 uniuersa alia $\mathfrak{A}''EC$ hoc *P* hoc non *A* (*ł* uno *m2 s.* non) hoc uno *cet.* 10 sumministrat *A* (b *s.* m *pr. m2*) *P* subministrat *cet.* uniuersis (*ł* sã *s.* sis *m2*) *A* uniuersam *VNTC* ipse *A* (*ł* sum *s.* se *m2*) *P* in semet ipso manens $\mathfrak{A}''E$ 11 ipso (*ł* sum *s.* so *m2*) *A* ipsum *V*$\mathfrak{A}T$ suspicit *P* (*corr. m3*) suscepit *N'* (*corr. m2* $\mathfrak{A}'$) 12 meo (*del. m2*) *A*, *s. u. V*, *om. N'TC* 13 indiges (*in ras. 4 litt.*) *T* eges $\mathfrak{A}''C$ 14 petiui *V*$\mathfrak{A}'T$ 15 omnibus diebus *T* 18 summum illud *om. V* meruerit *A* (er *exp. m2*) *P* meruit *cet.* habeat *A* (*ł* bet *s.* beat *m2*) *P* habet *cet.* aliud *in ras. P* 20 nos *AP* nobis *cet.*

esse. et quanto inconparabilior est illa diuinitatis gloria et E
lux inaccessibilis, quam si quis uiderit quid aliud concupiscat?
non regna, non facultates honores gloriam potestates; illis
enim uti nihil beatitudinis est, hoc uti beatum est, ut illa
despiciens ad hoc conuersus maneat. hanc igitur uidens
pulchram imaginem ingrediatur intro, foris relinquat uultum
corporis. nam qui intuetur corpora non debet introrsum
intueri, ne more mergentis in gurgite rapiatur atque absor- F
beatur et quasi in profundum demersus nusquam adpareat.
fugiamus ergo in patriam uerissimam. illic patria nobis et
illic pater, a quo creati sumus, ubi est Hierusalem ciuitas,
79 quae est mater omnium. sed quae est fuga? non utique
pedum, qui sunt corporis; isti enim quocumque currunt in
terra currunt et de solo ad solum transeunt. nec nauibus
fugiamus aut curribus aut equis, qui obligantur et cadunt,
sed fugiamus animo et oculis aut pedibus interioribus. adsue-
scamus oculos nostros uidere quae dilucida et clara sunt,
spectare uultum continentiae et temperantiae omnesque uir- 383 A
tutes, in quibus nihil scabrum, nihil obscurum et tortuosum
sit. et ipsum spectet quis et conscientiam suam: illum
oculum mundet, ne quid habeat sordium; quod enim uidetur
non debet dissonare ab eo qui uidet, quoniam conformes nos

1 Plat. Conu. 211 D, E 2 I Tim. 6, 16 10 'fugiamus' . . . 700, 9 'custodire' *C* 8, 33—35 (I 1618 C—F *B.*) 11 Galat. 4, 26 Hebr. 12, 22 22 Rom. 8, 29

2 inaccessabilis (c *pr. s. u. m3*) *P* inascensibilis 𝔄 quid aliud quid (*alt.* quid *s. u. m2*) *A* 3 honores (ł rē *s.* res *m2*) *A* honorem *T* potestatem 𝔄, potestates 𝔄′ (te *alt. s. u. m. ant.*) 6 intro *A* (ł tus *s.* tro *m2*) *P* intus *cet.* 6 uultus *N′* 8 more (ł te *s.* e *m2*) *A* 9 in *om. N′* profundum *A* (ł do *s.* dum· *m2*) *P* profundo *cet.* 10 ergo *del. m2 A* illic (c *ex* nc) 𝔄′ patria est (est *add. m2*) *V* 11 illic *om. C* 12 quae *pr.* (e *s. u. m3*) *P* 15 aut *pr. A* (*s. m2* ł et) et *VN*, *om. T* 17 lucida *A* delucida 𝔄*T et* (di- *m2*) 𝔄′ 20 ipsum] sem (*s. u. m2*) ipsum *V* se ipsum *Cα* spectet *A* (ł ex *s.* s *m2*) *P* expectet *VNT* per illum *A* (per *s. u. m2*) *T* 21 sordiū *A* (ł dū *s.* ū *m2*) *PVT* sordidum *NC* (sordidum habeat 𝔄″*EC*) *et* (d *alt. eras.*) *D*

deus imaginis uoluit esse filii sui. cognitum igitur nobis est illud bonum nec longe est ab unoquoque nostrum; in ipso enim uiuimus et sumus et mouemur; ipsius enim et genus sumus, ut apostolus gentiles posuit significare. B ipsum est bonum quod quaerimus, solum bonum; nemo enim bonus nisi unus deus. hic est oculus, qui magnum illum et uerum decorem intuetur. solem nisi sanus et uigens oculus non aspicit, nec bonum potest uidere nisi anima bona. fiat ergo bonus qui uult uidere dominum et quod est bonum. huius boni similes simus et secundum id operemur quae bona sunt. hoc est bonum, quod supra omnem operationem est, supra omnem mentem atque intellectum. ipsum est quod semper manet et ad ipsum conuertuntur omnia, in quo habitat plenitudo diuinitatis, et per ipsum reconciliantur omnia 384 A in ipsum, et ut plenius definiamus quid sit bonum, uita est bonum, quia semper manet dans uiuere et esse omnibus, quia fons est omnium uitae Christus, de quo ait propheta: in umbra eius uiuemus; nunc enim uita nostra abscondita in Christo est; cum autem adparuerit Christus, uita nostra, tunc et nos cum illo adparebimus in gloria. ergo non timeamus mortem, quoniam requies est corporis, animae autem uel libertas uel absolutio. B

2 Act. 17, 28 5 Marc. 10, 18 Luc. 18, 19 13 Coloss. 2, 9 18 Thren. 4, 20 Coloss. 3, 3 sq.

1 filii (i *ult. s. u.*) $\mathfrak{A}$ 3 et mouemur et sumus *T* adsumus et mouemur *C* 4 et (*s. u. m2*) gentiles (*l* i *s.* e *alt. m2*) *A* et gentilis *T* significare (*l* i *s.* e *m2*) *A* significari *V*$\mathfrak{A}\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''$, monere *C*, *om. T* 5 est enim *A* (enim *s. u. m2*) *TC* 6 unus] solus *C* 7 uigens *tacite Maurini* uehens *A* uehemens *V*$\mathfrak{A}''$*E et* (me *s. u.*) *m3 P*, *m3* $\mathfrak{A}$, *m. ant.* $\mathfrak{A}'$, ualens *TC* 11 omnem ... supra *s. u. V* 13 et *A* (*del. m2*) *P*, *om. cet.* et ad ... 16 manet *om. C* 15 et (*s. u. m3*) ut *P* definiamus (i *s.* e *m2*) *A* 16 esse (*l* est *s. m2*) *A* est *N*, et esse *om. T* 17 uitae $\mathfrak{A}''$*EC* uita *cet.*, *cf. p. 697 u. 5* ait propheta *A* (⁄ *m2*) propheta ait *TC* 19 in $\overline{\text{xpo}}$ est *A* (⁄ *m2*) est in $\overline{\text{xpo}}$ *DP'T* 20 et nos apparebimus cum ipso (*om.* tunc) *C* cum illo *om.* $\mathfrak{A}''$*E*

nec uereamur eum qui potest carnem interficere, animam autem non potest, quia non timemus eum qui potest uestimentum auferre, non timemus eum qui potest nostra furari, nos autem non potest. nos igitur animae sumus, si uolumus esse Hebraei de iis qui sunt socii Iacob, id est imitatores eius. nos animae sumus, nostra autem membra sunt ⟨uestimenta⟩. seruanda sunt quidem uestimenta, ne scindantur, ne inueterescant, sed ille magis qui his utitur seruare se debet et custodire.

1 Matth. 10, 28 4 Gen. 46, 27 8 Hebr. 1, 11

1 carnem] corpus $\mathfrak{A}''$ 4 simus *C* 5 his *libri* 6 sint *C* uestimenta *ante* sunt *add. C et ed. Rom., ego post* sunt *inserui* 7 sunt quidem uestimenta *om.* $\mathfrak{A}''E$ ne inueterescant *om. C* 8 se *om. A*

EXPL LIBER DE ISAAC (A *alt. add. m. ant. A*) UEL DE ANIMA *A et D* (*in quo* ŸSAAC) EXPLICIT DE ISAAC ET ANIMA *PP'* EXPL. DE ISAAC ET ANIMA LIBER I *V* EXPLICIT LIBER (DE *add.* $\mathfrak{A}'$) ISAAC UEL DE ANIMA $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'$ EXPL. L. II. DE ISAAC ET ANIMA (*in mg. postea add. m1*) $\mathfrak{A}''$ EXPLIC̄. *E* FINIT LIBER SECUNDUS S̄CI AMBROSII DE PATRIARCHIS *T*

DE BONO MORTIS.

A = Audomaropolitanus 72 saec. VIIII f. 24
P = Parisiacus 1913, olim Colbertinus saec. VIIII f. 209^{u}
P' = Parisiacus 1719, olim Tellerianus saec. XI f. 109^{r}
V = Uaticanus bybliothecae Uaticanae antiquae 5759 saec. VIIII uel X f. 21^{r}
$\mathfrak{A}$ = Augiensis, nunc Caroliruhensis CXXX saec. X f. 28^{r}
$\mathfrak{A}'$ = Augiensis, nunc Caroliruhensis CCXIII saec. X f. 54^{r}
$\mathfrak{A}''$ = Augiensis, nunc Caroliruhensis CLVI saec. XI f. 43^{r}
E = Einsidlensis 164 saec. XII p. 70
$\mathfrak{A}'''$ = Augiensis, nunc Caroliruhensis CCXXXVI saec. X f. 1^{r}
C^{s} = Cameracensis 204 saec. X f. 6^{r}
E' = Einsidlensis 136 saec. X p. 147
G = liber s. Galli 187, inde a sect. 27 (p. 727, 18) saec. X p. 307
D = Duacensis 226 saec. XII f. 89^{u}
T = liber s. Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352 saec. XII f. 39^{u}
N = $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''E$
N' = $\mathfrak{A}'\mathfrak{A}''E$
α = editio Amerbachiana

Librorum A et P scripturas omnes proposui, ex ceteris selectas, librorum D et P' raro mentionem feci.

1, 1 Quoniam de anima superiore libro sermonem aliquem conte- 389 A
xuimus, faciliorem uiam putamus de bono mortis conficere B
aliquid. quae si animae noceat, malum uideri potest, si autem
nihil officiat animae, ne malum quidem. quod autem malum
5 non est id etiam bonum, quoniam quod uitiosum id malum,
quod autem uitio caret id bonum, ideoque bona malis con-
traria sunt et mala bonis. denique innocentia est, ubi non est
nocendi uoluntas, et noxius dicitur qui non sit innoxius, mi-
sericors qui remittat, inmisericors qui ignoscere atque inflecti
2 10 nesciat. sed forte aliqui adserat: 'quid tam contrarium quam C
uita morti? si ergo uita bonum putatur, quomodo mors non
est mala?' et ideo quid sit uita, quid etiam mors consideremus.
uita est frui spirandi munere, mors priuari. hoc autem spi-
randi munus apud plerosque in bonis ducitur. hoc est ergo
15 uita, frui bonis, mors contra bonis exui. et scriptura dicit:

INCIPIT DE BONO MORTIS *A*𝔄𝔄′ *et* (LIBER DE) *D* DE BONO MORTIS INCIPIT *P* LIBER SCI AMBROSII DE BONO MORTIS *E′* AMBROSII DE BONO MORTIS *C* INCIPIT LIBER (SECUNDUS *add. V*, SCI AMBROSII EPI 𝔄‴*P′*, III. 𝔄″) DE BONO MORTIS *V*𝔄″𝔄‴*P′* INCIPIT EIUSDEM TERTIUS DE BONO MORTIS *T* INCIPIT LIBER TERCIUS DE BONO ET FELICITATE MORTIS *E* 2 de *s. u. m2 A* 4 quidem est 𝔄‴*CE′* 5 quoniam . . . 10 nesciat *om. V* 9 remittit *A m2 NT* 10 nescit *A m2 NT* aliquis *A m1* (is *in ras. min. spatii*; *l* qui *m2 s.* quis) aliqui* (d *eras.*) 𝔄 aliqui *T* aliquis *cet.* adserat *A* (*l* ant *s.* at *m2*) *P* adserant *V* (n *exp.*) 𝔄*T* dicit (*in ras. mai. m3*) 𝔄′ adserit 𝔄‴ asserit 𝔄″*CEE′* 13 frui spirandi munere *A* (/ *m2*; e *s.* i *eras.*) frui spirandi munere (c b a *eras.*) 𝔄′ spirandi frui munere *T* spirandi munere frui (fungi 𝔄‴*E′*) 𝔄‴*CE′*𝔄″*E* 14 mun' (n' *in ras. m2*) *A* 15 frui uita *A* (/ *m2*) frui uita *P* exui bonis *T* et scriptura . . . 704, 9 infertur *om. V*

ecce dedi ante faciem tuam uitam et mortem, bonum et malum, uitam bonum appellans, mortem malum uel illa D sibi propria et haec sibi ⟨contraria⟩ conferens. denique ut lectionis diuinae exemplo utamur, in paradiso est positus homo, ut ederet de ligno uitae et ceteris paradisi lignis, de ligno autem in quo esset cognitio boni et mali non ederet, quo die autem ederet, morte moreretur. non seruauit praeceptum et caruit fructu atque eiectus de paradiso mortem gustauit. malum igitur mors, quae pretio damnationis infertur.

2, 3 Sed mortis tria sunt genera. una mors peccati est, de qua 10390 A scriptum: anima quae peccat ipsa morietur. alia mors mystica, quando quis peccato moritur et deo uiuit, de qua ait item apostolus: consepulti enim sumus cum illo B per baptismum in mortem. tertia mors, qua cursum uitae huius et munus explemus, id est animae corporisque secessio. aduertimus igitur quod una mors sit mala, si propter peccata moriamur, alia mors bona sit, qua is qui fuerit mortuus iustificatus est a peccato, tertia mors media sit; nam et bona iustis uidetur et plerisque metuenda, quae cum absoluat omnes, paucos delectat. sed non hoc mortis est uitium, sed nostrae infirmitatis, qui uoluptate corporis et delectatione C uitae istius capimur et cursum hunc consummare trepidamus, in quo plus amaritudinis quam uoluptatis est. at non sancti

1 Deut. 30, 15 5 Gen. 2, 16 sq. 11 Ezech. 18, 4 12 Rom. 6, 2 Galat. 2, 19 13 Rom. 6, 4

3 propria *A* (ł priora *s. m2*) *P* priora *cet.* contraria *addidi* 6 quo *alt. A* (ł a *s.* o *m2*) *P* qua *cet.* 7 mortem *A* (m *exp. m2*) 𝔄′ (m *eras.*) 11 scriptum est *A* (est *ins. m2*) *cet.* (scriptura dicit *C*) peccauerit 𝔄‴*CE*′ moriatur 𝔄′ morietur *D* (e *s. u.*) moritur *P*′ 12 mistica *AT* 12 de qua . . . apostolus *om. E*′ 13 item *scripsi*, *om. P*′, idem *cet.* (idem ait apostolus *T*) cum xpo *T* (xpo *s. u. m2*) 14 mortẽ (ẽ *ex* e *m2*) *A* morte *P*𝔄‴*CE*′ *et* (e *ex* ẽ) *T* 15 ęt mụnụs (*s. m2* ł mundi) *A* mundi *T* 16 peccata *s. u. E*′, peccatum *N*′ 17 moriamor (v *m2 s.* o *alt.*) *A* (*in quo* mala . . . moriamur *in ras. m1*) quia *A* (*s. m2* ł qua) *P* quae 𝔄 (e *eras.*) murtuus (*corr. m2*) *A* 18 et *s. u. m1 A* 20 hoc (*exp. m2*) *A*, *s. u. m2* 𝔄′ *et T*, *om. V*𝔐*D* 22 capimur (ł car *s.* ca *m2*) *A* 23 at] an *N*′ (n *in ras. m2* 𝔄′)

et sapientes uiri, qui longaeuitatem peregrinationis huius ingemescebant, dissolui et cum Christo esse pulchrius aestimantes, denique diem generationis suae exsecrabantur, sicut quis ait: pereat dies illa, in qua natus sum. quid enim est quod haec uita delectet plena aerumnarum et sollicitudinum, in qua innumerae calumniae et multae molestiae et D multae lacrimae eorum qui adflictantur molestiis, et non est inquit qui eos consoletur? et ideo laudat Ecclesiastes defunctos magis quam uiuentes et optimus inquit supra hos duos qui nondum natus est, qui non uidit hoc malum. et alibi idem Ecclesiastes meliorem longaeuo uiro eum adseruit quem abortu eiecit mater sua, quia non uidit haec mala, quae fiunt in hoc mundo, nec in has uenit tenebras nec in uanitate ambulauit saeculari, et ideo requiem hic 391 A magis habebit qui in hanc uitam non uenit quam ille qui uenit. quid enim boni est homini in hac uita, qui in umbra uiuit nec expleri postest cupiditatibus suis? et si expleatur diuitiis, fructum quietis amittit, quia cogitur custodire quod misera auiditate quaesierit, ut miserius eas possideat cui prodesse non poterunt. quid enim miserius quam ut custodia torqueat quarum abundantia nihil prosit?

Itaque si plena oneris uita, utique finis eius adleuamento B

2 Philipp. 1, 23 4 Iob 3, 3 7 Eccl. 4, 1 9 Eccl. 4, 2 et 3 11 Eccl. 6, 3—5 16 Luc. 1, 79

1 et *APA'''CE'* ac *cet.* uiri *eras.* A''', uiri sapientes *CE'* 2 ingemescebant (i *s.* e *alt. m2*) *AC*, ingemiscebant (i *ex* e *alt. m3*) *P et N*, (mi *ex* me A') *T* 4 ille (*m. ant. s. u.*) quis (s *eras.*) A' ille qui A''*E* illa (l e *m2 s.* a) *A*, ille A'''*CE T* 8 consoletur eos *V* 10 hos duos] hortiuos (v *s.* o *alt. et s.* u *ras.*) A''' (*in quo* optimos), auortiuos *E'* (*in quo* optimos), abhortiuũ *C* (*in quo* optimũ; *m2 corr.* supra utrumque abhortiuus), abortiuo *P'* qui non *alt.*] qui (ui *in ras. m2*) ñ (ñ *s. u. m2 in ras.*) *P* 12 eum *om.* A''*E* abhortu A' (h *eras.*) *C* (h *exp. m2*) 14 seculari *A* (*s. m2* l scli) *PT* huius saeculi *E'* saeculi *cet.* 15 hac uita A'''*CE'* hac uitã *E* 18 eo igitur (*s. m2* l cogitur) *A* ego igitur *P* cogitur *s.* ergo *m2 T, qui post* custodire *s. u. m2 add.* non prodest *et post* quaesierit *s. u.* necesse est 22 plena (a *m2 ex* is) *P* honeris *E'* (h *eras.*) *C* (h *exp.*) honoris A''' adleuamentum A'''*CE' et* (tũ *ex* to) *T*

est. adleuamentum autem bonum, mors autem finis: mors igitur est bonum. neque enim aliter gauisus est et Symeon, qui responsum acceperat non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini. et cum parentes in templum inducerent, suscepit manibus suis et dixit: nunc dimittis seruum tuum in pace, quasi necessitate quadam in hac uita teneretur, non uoluntate. ita dimitti petit quasi a uinculis quibusdam ad libertatem festinaret. sunt enim uelut C uincula quaedam corporis huius et quod est grauius uincula temptationum, quae nos alligant et ad iniuriam captiuitatis adstringunt quadam lege peccati. denique in exitu ipso uidemus quemadmodum anima decedentis paulatim soluat se uinculis carnis et ore emissa euolet tamquam carcereo corporis huius exuta gurgustio. denique festinabat etiam sanctus Dauid de loco hoc peregrinationis exire dicens: aduena ego sum apud te in terra et peregrinus sicut omnes patres mei. et D ideo tamquam peregrinus ad illam sanctorum communem omnium festinabat patriam petens pro huius commorationis inquinamento remitti sibi peccata, priusquam discederet e uita. qui enim hic non acceperit remissionem peccatorum illic non erit; non erit enim, qui ad uitam aeternam non potuerit peruenire, quia uita aeterna remissio peccatorum est. ideoque

2 Luc. 2, 26 4 Luc. 2, 28 et 29 15 Psalm. XXXVIII 13

2 bonum est *N'T* et *om. E, in ras. D* 4 cum *P* cum eum *A m2 cet.* 5 suscepit eum 𝔄 dimittis *in mg. E'* *post* dimittis *add.* dn̄e *E' et s. u.* 𝔄'*T*, *ante* dimittis 𝔄'''*C* 6 quasi] quia *E* teneretur in hac uita 𝔄''*E* 8 festinaretur 𝔄'''*C et* (ur *eras.*) *E'* properaret *T* 11 adstringant 𝔄'''*CE'* astringant (v *s.* a *alt.*) *P'* 12 uinculis (*l* lo *s.* lis *m2*) *A* uinculo *T* a uinculis *E' et* (a *s. u. m3*) 𝔄 13 et] ex 𝔄'''*CE'* 14 etiam festinabat 𝔄'''*CE'* 15 hoc loco 𝔄''*E'* 18 festinabat patriam *P* patriam festinabat *A* (patriam *s. u. m2*) *cet.* commemorationis 𝔄''' *et* (me *exp.*) *E'*, (me *del. m2*) *C* 19 inquinamentū 𝔄''' *et* (-o *m2*) *C* 21 enim erit 𝔄 erit enim (*s.* enim *ras.*) 𝔄' erit autem 𝔄''𝔄'''*CEE'*, *recte puto* potuerit (*s. m2 l* poterit) *A* poterit *VET*

dicit: remitte mihi ut refrigerer prius quam eam, et amplius non ero.

6 Quid igitur tantopere uitam istam desideramus, in qua E quanto diutius quis fuerit tanto maiore oneratur sarcina? ipse dominus ait: sufficit diei malitia sua et Iacob dixit: dies annorum uitae meae quos habeo centum triginta minimi et mali, non quia dies mali, sed quia 7 nobis accessu dierum malitiae incrementa cumulantur; nullus enim dies sine nostro peccato praeterit. unde egregie apostolus ait: mihi enim uiuere Christus et mori lucrum. aliud ad necessitatem uitae referens, aliud ad mortis utilitatem; Christus enim nobis uiuere, cui seruimus, cui oportet F sanctis suis in euangelii praedicatione deferatur obsequium. denique et Symeon, qui ait: nunc dimittis seruum tuum, propter Christum expectabat. Christus enim rex noster est: ideo quod rex iubet deserere non possumus et contemnere. quantos imperator terrae huius in peregrinis locis aut honoris specie aut muneris alicuius causa iubet degere! numquid hi inconsulto imperatore discedunt? et quanto amplius est 392 A diuinis placere quam humanis! uiuere ergo sancto Christus

1 Psalm. XXXVIII 14 5 Matth. 6, 34 6 Gen. 47, 9 10 Philipp. 1, 21 14 Luc. 2, 29 15 Matth. 21, 5 20 Philipp. 1, 21

1 refrigerem (r *s.* m) *m. ant. A, m3* 𝔄 refrigerer *E'* (r *ult. s. u.*) *C* (r *ult. in ras. ex* m) refrigerem 𝔄‴ abeam (ab *s. u. m2*) 𝔄 3 desiderem *P* 4 sarcina peccatorum 𝔄' (peccatorum *s. u. m2*) 𝔄″*E*𝔄‴*CE'; fort.* maiore ‹malitiae›; maiore ‹malorum› *Henricus Schenkl* 5 sufficit (su *in ras. m. ant.*) *A* efficit (su *m2 s.* e) *P* sufficit 𝔄 (*ex* efficit *m. ant.*) 𝔄' (suffi *in ras. m. ant.*) 6 quas 𝔄‴*E'* *et* (o *s.* ą *m2*) *C* CXXX *APV*𝔄𝔄' centum triginta *cet.* 10 ait *s. u. V* enim *exp. m2 A, om. VNT* xps est *A* (est *s. u. m2*) *V*𝔄‴*CE'T* 11 aliud ... 708, 1 lucrum *om. V* aliut *bis* (*m2* aliud) *A* 12 est (*s. u. m2*) uiuere *E'* oportet ut 𝔄″*E* 13 sanctis *A m1 P* a sanctis *A m2 cet.* 15 est *P et m1 A* erat *A m. ant. in ras.* (est et *s.* ęrąt *m2*) est et *cet.* 18 alicuius (cuius *in ras. m. ant.*) *A* 20 placere *A* (*s. m2* ł parere) *P* parere *T* (*corr.* placere) *cet.* humanis uiuere? (? *m2*) ergo sco xps est (est *fort. ins. m. ant.*) uiuere (*s. u. m2*) et *A*; *eadem* 𝔄 *et* (*pr.* uiuere *eras.*) 𝔄', (*alt.* uiuere *eras.*) *T*; est *fort. delendum*

est et mori lucrum. quasi seruus enim non refugit uitae obsequium et quasi sapiens lucrum mortis amplectitur; lucrum est enim euasisse incrementa peccati, lucrum fugisse deteriora, ad meliora transisse. et addidit: dissolui et cum Christo esse; multo enim melius; permanere autem in carne magis necessarium propter uos. aliud melius, aliud necessarium, necessarium propter fructus operis, melius propter gratiam et copulam Christi.

3, 8 Ergo quoniam docuit apostolus eum qui euaserit ex hoc corpore, si meruerit tamen, cum Christo futurum, quid sit mors, quid etiam uita consideremus. itaque scriptura docente cognouimus quia mors absolutio est animae et corporis et quaedam hominis separatio. soluimur enim hoc nexu animae et corporis, cum recedimus. unde et Dauid ait: disrupisti uincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis. uincula autem uitae huius, id est coniunctionis nostrae, quae ex anima constat et corpore, significari docet superior uersiculus psalmi eius: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. et ideo quasi propheta praeuidens se cum sanctis et qui pro deuotione animas suas in Christo deposuerunt futurum laetatur, quia et ipse obtulit se fideliter pro dei populo, <cum> aduersus Golian singulari certamine dimicaret et solus com-

4 Philipp. 1, 23 sq. 14 Psalm. CXV 7 et 8 17 Psalm. CXV 6 22 Reg. I 17, 40 sqq., cf. 10

1 enim *om.* *E'* 2 quasi (*s. m2* ł ut) *A* ut *T*, quasi *om.* *VAA'* 3 enim *om.* *N'* 4 ad (*s.* et, *sed eras.*) *A'* et ad *A''E* 6 magis ... aliud necessarium *om.* *A'''CE'* 7 fructūs *A et* (ū *ex* u *m2*, s *eras.*) *AA'* fructum *VA''EA'''CE'* 14 recedamus *A'''E et* (i *s.* ą *m2*) *C* et *om.* *T* dirupisti *P'E* 18 ęius (u *s.* ę) *P* eius (*del. m. ant. et s. scr.* huius) *A'* ęius (hu *s.* ę) *T* huius *A''EA'''CE'P'* 19 propheta praeuidens *A* (/ *m2*) praeuidens propheta *T* 21 laetatus *P* cum *addidi, post* Golian *tacite Maurini,* ut *ante* aduersus *s. u.* *P m2 T* 22 golian *AA''EA'''C et* (m *ex* n) *A' m2 E'* goliān *P* goliam *cet.* dimicaret et *A* (*s. m2* ł re ut) *PV et* (*ex* dimicare ut) *T* dimicare ut *A''E* dimicare et *AA'A''' et* (ut *m2 ex* et) *CE'*

mune periculum et crimen refelleret uel cum se morti pro domini placanda offensione promptus obiceret uel cum se pro salute populi laborantis diuinae ultioni paratus offerret. sciebat E enim gloriosius esse pro Christo mori quam regnare in hoc saeculo; quid enim praestantius quam fieri Christi hostiam? itaque cum frequenter ab eo legamus domino oblata esse sacrificia, hoc tamen loco addidit: tibi sacrificabo hostiam laudis. non 'sacrifico' inquit, sed 'sacrificabo' significans illud perfectum esse sacrificium, quando unusquisque domino corporis huius uinculis absolutus adsisteret et offerret se hostiam laudis, quia ante mortem nulla est perfecta laudatio neque F quisquam in hac uita possit definito praeconio praedicari, cum posteriora eius incerta sint. mors igitur solutio est animae et corporis. denique et in apostolo docuimus lectum: dissolui et cum Christo esse multo melius. solutio autem ista quid agit aliud nisi ut corpus resoluatur et quiescat, anima autem conuertatur in requiem suam et sit libera, quae si pia est, cum Christo futura sit?

9 Quid igitur in hac uita aliud iusti agunt nisi ut exuant se 393 A huius corporis contagionibus, quae uelut uincula nos ligant, et se ab his molestiis separare contendant, renuntient uoluptatibus atque luxuriae, fugiant flammas libidinum? nonne igitur unusquisque in hac uita positus speciem mortis imitatur, qui potest se ita gerere, ut ei moriantur omnes corporis delectationes et cupiditatibus omnibus mundique inlecebris

1 Reg. II 12, 13 2 Reg. II 24, 17 14 Philipp. 1, 23

1 refellere $\mathfrak{A}'$ (ere *ex* eret) refelleret *in ras. T* morte pro dn̄i *A m1 P* morte (*l* i *s.* e *m2*) pro dn̄i *A m2* morti pro dn̄i *in ras. T* 5 hostia $\mathfrak{AA}'$ 9 pfectum (p *ex* p) *P* 12 potest $\mathfrak{A}''ET$ difinito *A* 13 solutio *A m1 P* $\mathfrak{A}'''CE'$ absolutio *A m2* (ab *s. u.*) *T* (ab *exp.*) *cet.* 16 quid agit *in ras. 4 litt. m. ant. A* (quit *scriptum fuisse uidetur*) 20 contagionibus $\mathfrak{A}'$ *m2 et Dunelmensis B 2, 6* cogitationibus $\mathfrak{A}'$ *m1 D* (*l* contagi *s.* cogitati) *cet.* 21 renuntiant $\mathfrak{A}''$ *et corr. m2 CE'* uoluptatibus suis $\mathfrak{A}''E$ 22 luxoriae (v *s.* o *m2*) *A* fugient *P* 24 quis *A* (s *s. u. m2*) *T* (s *eras.*) se ita gerere *scripsi* se agere *A m1 P* ita se agere *A m2* (ita *s. u.*) *T* (a *in* ita *in ras.*) *cet.*

etiam ipse moriatur, sicut mortuus erat Paulus dicens: mihi B
enim mundus crucifixus est et ego mundo? denique ut
sciamus quia est mors in hac uita et bona mors, hortatur
nos, ut mortem Iesu in corpore nostro circumferamus; qui
enim habuerit in se mortem Iesu, is et uitam domini Iesu
in corpore suo habebit. operetur igitur mors in nobis, ut
operetur et uita, bona uita post mortem, hoc est bona uita
post uictoriam, bona uita absoluto certamine, ut iam lex carnis
legi mentis repugnare non nouerit, ut iam nobis nulla sit
cum corpore mortis contentio, sed sit in corpore mortis C
uictoria. atque haut scio ipse an maioris uirtutis mors ista
quam uita sit. certe apostoli moueor auctoritate dicentis:
ergo mors in nobis operatur, uita autem in uobis.
unius mors quantorum populorum uitam aedificabat! itaque
docet et istam mortem in hac uita positis expetendam, ut
mors Christi in corpore nostro eluceat, et illam beatam, qua
conrumpitur exterior ut renouetur interior homo noster et
terrestris domus nostra dissoluatur, ut habitaculum nobis D
caeleste reseretur. imitatur igitur mortem qui se a communi-
one carnis huius abducit atque illis uinculis soluit, de quibus
dicit tibi dominus per Esaiam: sed solue omnem conli-
gationem iniustitiae, dissolue obligationes uiolen-
tarum commutationum, dimitte confractos in remis-
sionem et omnem circumscriptionem iniquam dis-
rumpe.

1 Galat. 6, 14 4 II Cor. 4, 10 5 II Cor. 4, 11 6 II Cor. 4, 12 Augustinus contra duas epist. Pelag. IIII 11, 31 (operetur igitur ... contentio) 8 Rom. 7, 23 12 II Cor. 4, 12 17 II Cor. 4, 16 21 Esai. 58, 6

1 sicuti *N'* sicut ... ego mundo *om. V* 4 $\overline{\text{ihu}}$ *A* (*s. m2* ł $\overline{\text{xpi}}$) *P*𝔄*'''CE'* xpi *cet.* 10 corporis morte *V*𝔄*'''CE'* 11 atque *om.* 𝔄*'''CE'* aud *P* an (*exp. m2*) *A* ** quod *T* 15 et docet *A* (*& exp. m2*) *P* docet *cet.*, *fort.* edocet 18 dissoluatur *A* (ł re *m2 s.* dis) *T* (dis *ex* re) resoluatur *V*𝔄𝔄*'* 21 dicit tibi *AP* tibi dicit *cet.* ṣęḍ solue (ł dissolue *s. m2*) *A* dissolue 𝔄*'* (dis *in ras. m2*, sed *eras.*) *T* solue 𝔄*''E* 22 omnes obligationes *A* (omnes *s. u. m2*) 𝔄 omnes colligationes *T* 24 dirumpe *P'E*

10 Imitatur ille qui se uoluptatibus exuit et a terrenis delectationibus adtollit atque adleuat et in illo caelesti habitaculo E
locat, in quo Paulus, cum adhuc uiueret, conuersabatur. aliter autem non diceret: nostra autem conuersatio in caelis est, quod pariter ad praesumptionem meriti potest meditationemque conferri. illic enim erat eius meditatio, illic animae eius conuersatio, illic eius prudentia, quae utique intra angustias carnis huius haerere non solebat. sapiens enim cum illud diuinum requirit, absoluit animam suam corpore et eius ablegat
10 contubernium, cum illam ueri tractat scientiam, quam uelut F
nudam sibi et apertam desiderat demonstrari et ideo retibus quibusdam et nebulis huius corporis se quaerit exuere. neque enim manibus istis aut oculis atque auribus conprehendere supernam illam possumus ueritatem, quoniam quae uidentur
15 temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna. denique saepe fallimur uisu et aliter pleraque quam sunt uidemus, fallimur etiam auditu, et ideo contemplemur non illa quae uidentur sed quae non uidentur, si nolumus falli. quando igi- 394 A
tur anima nostra non fallitur, quando solium ueritatis adtingit,
20 nisi quando se ab isto secernit corpore neque ab ipso deci-

4 Philipp. 3, 20

1 imitatur et mortem (et mortem *s. u.*) ille *T* imitatur ille mortem *N'* (mortem *s. u. m. ant.* 𝔄') aeternis *A* (*s. m2* ł a terrenis) *P* 2 adleuat *scripsi* alleuat *CE'* eleuat *T* ableuat 𝔄 (l *s.* b *m3*) *cet.* 3 collocat *A* (col *s. u. m2*) *T* 4 autem] enim 𝔄"*E*, *fort. recte* 5 ąd praęsumptiǫnęm (*s.* assumptionem *m2*) *A* ad (d *in ras.*) praesumptionem (prae *s. u.*) *T* 6 erat eis *A m1* erat eius (u *s. u.*) *P* erat eius *A m2* eius erat *V*𝔄𝔄"*E* eius meditatio erat *T* 7 intra *A* (*s. m2* ł inter) *P* inter *cet.* 8 solebat *C* (b *s. u. m2*) 𝔄"*ET* soleat 𝔄 (at *in ras. ex* nt *m3*) *cet.* 9 inquirit *T* ablegat *V*𝔄 abligat *A* (e *s.* i *m2*) *P et* (*s. est ras.*) 𝔄' obligat 𝔄"'*CE'* allegat (i *s.* e) *T* abnegat 𝔄"*E* 14 illam supernam 𝔄" qm̃ q̃ *m2 ex* quae *V* quõquę (oq *in ras.*) 𝔄 17 non contemplemur (*om. postea* non) 𝔄"*EE'* *et* (non *s. u. et* non *postea eras.*) 𝔄"' non illa *ed. Rom.* illa non *APV*𝔄𝔄'*CT* 18 sed quae non uidentur *om. E* 19 folium (*in mg. m2* ał speculum) *V* attingit (it *ex* itur) 𝔄' 20 secernitur (*om.* se) 𝔄 (itur *ex* it *m. ant. et postea m2*) *N'*

pitur et inluditur? inluditur enim uisu oculorum, inluditur auditu aurium, et ideo relinquat illud et deserat. unde et apostolus clamat: ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quae sunt omnia ad corruptelam; in corruptelam enim sunt quae sunt in corporis indulgentiam. et ideo ostendens non per corporis indulgentiam, sed per animae eleuationem et cordis humilitatem inuenisse quod B uerum est addidit: nostra autem conuersatio in caelis est. ibi igitur quaerat quod uerum est, quod est et manet seque in sese colligat et congreget omnem aciem uirtutis suae neque aliis committat et credat, sed ipsum se cognoscat et intellegat et quod sibi uidetur uerum esse, hoc sequendum nouerit: quod delectatione carnali eligendum aestimauerit, hoc sciat falsum, ab eo fugiat et recedat, quia fraudis est plenum.
11 merito ergo depretiauit et dehonestauit hoc corpus corpus C mortis appellans. quis enim oculis potuit uidere uirtutum spiendorem, quis iustitiam manibus conprehendere, quis sapientiam oculorum obtutibus intueri? denique quando aliquid cogitamus, neminem nobis occurrere, neminem uolumus obstrepere auribus nostris atque ita intendimus animo, ut plerumque non uideamus praesentia. quin etiam in noctibus sincerius cogitamus et tunc melius quae mouent corde meditamur. D unde et propheta ait: quae dicitis in cordibus uestris

3 Coloss. 2, 21 sq. 8 Philipp. 3, 20 15 Rom. 7, 24 23 Psalm. IIII 5

2 et *tert. om.* $\mathfrak{A}''$ 4 ad (*s. m2* ł in) *A* ịn (*s.* ad) *T* 5 corruptela *A* (*s.* a *ras.*) *V*$\mathfrak{A}'$ corruptelam (m *eras.*) *T* indulgentia *AV*$\mathfrak{A}'$*T* 6 non] se non *V* indulgentiam $\mathfrak{A}'''$*CE'* diligentiam *cet.* 7 *fort.* inuenisse ⟨se⟩; se inuenisse *T* (se *s. u.*) 8 addidit . . . caelis est *om. E'* 9 manet *A* (ł eat *s.* et *m2*) maneat *T* (eat *eras.*, et *s. ras.*) 10 in se *T* 11 aliis *A* (s *exp. m2*) *PV* alii *cet.* sed *A* (d *exp.*, ł se *s. u. m2*) *T* (d *s. u.*) sc ipsum $\mathfrak{A}''$ 12 sequando $\mathfrak{A}'''$ *et m1 CE'* sequendo *m2 CE'* 13 aestimaueriṭ (ł t *s.* uerit *m2*) *A* aestimat *T* 15 deprauauit $\mathfrak{A}'''$ (u *pr. in ras.*) *CE'* corpus *pr. s. u. m2 V* 16 uirtutū (ł tis *s.* tū *m2*) *A* uirtutis *T* 19 nobis *om. E'* et neminem $\mathfrak{A}$ 21 in praesentia $\mathfrak{A}'''$*CE'* quin etiam *exp. m2 A, s. u. T, om. VN'* quin etiam in noctibus *in ras. in spatio min.* $\mathfrak{A}$ 22 nunc $\mathfrak{A}$ tunc (t *ex* n) $\mathfrak{A}'$ meditantur (*in ras.*) $\mathfrak{A}$

et in cubilibus uestris conpungimini. saepe etiam aliqui claudunt oculos, si quid profundae uolunt nisu cogitationis eruere, oculorum inpedimenta uitantes. saepe etiam solitudines captamus, ne cuius sermo nostris auribus insurret et quasi semita quaedam inhaerentem cogitationi animam abducat a uero atque ab intentione deflectat.

12 Multas igitur occupationes nobis corporis huius necessitas E gignit atque usus inuehit, quibus inpeditur animae uigor et reuocatur intentio. unde pulchre dicit sanctus Iob: memento quia lutum me finxisti. si ergo lutum est corpus, oblinit nos utique, non diluit et coinquinat animam inquinamento intemperantiae. corium et carnem inquit me induisti, ossibus et neruis intexuisti. ligatur itaque et distenditur anima nostra istius corporis neruis et ideo interdum rigescit, saepe curuatur. et addidit: ab iniquitate innocentem me F non fecisti. si enim inpius fuero, uae mihi! si autem sim iustus, non potero me reclinare; plenus enim confusionis sum. induxisti super me temptationes. quid enim est haec uita nisi plena laqueorum? inter laqueos ambulamus, inter plurimas uersamur temptationes. denique idem supra ait: numquid non temptatio est uita hominis in terra? bene addidit in terra, quia est uita hominis et in caelo. sicut mercennarii inquit merces uita

9 Iob 10, 9 12 Iob 10, 11 15 Iob 10, 14. 15. 17 19 Sir. 9, 20 21 Iob 7, 1 23 Iob 7, 1

1 et *om.* $\mathfrak{A}''E$ 4 neç huius (*s. m2* ł ne cuius) *A* ne cui uis (*m2* ne cuiusuis) *T* auribus nostris $\mathfrak{A}'''$ (*in quo* u$\overset{n}{\text{r}}$is) *CE'* 6 abducata uero *A* (*corr. m2*) $\mathfrak{A}$ (*corr. m3*) abducato (u *s.* o) uero *P* 8 usus] huius $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (huius *eras.*) *C* inuehit (ł nit *s.* hit *m2*) *A* inuenit *T* et *A* (*s. m2* ł ac) *P* ac *cet.* 9 iob (*in ras.*) $\mathfrak{A}''$ iacob (ac *del. m2*) *E* 10 fecisti *V*$\mathfrak{A}'''CE'$ 12 indu*isti $\mathfrak{A}'$ induxisti $\mathfrak{A}''CE'$ 15 a*didit (b *eras.*, d *s. ras.*) *P* 16 non *exp. m2 A*, *s. u. T*, *om.* $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'$ si *A* (sin *m2*) *P*$\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''CE'$ sin (n *eras.*) $\mathfrak{A}'P'T$ sin *cet.* 17 potuero N' (u *eras.* $\mathfrak{A}'$) 18 confusionis *A* (ł ne *s.* nis *m2*) $\mathfrak{A}'$ (s *s. u. m2*) confusione $\mathfrak{A}T$ 19 est *A m1 P* aliud est $\mathfrak{A}$ est aliud *A m2* (aliud *extra u.*) *cet.* 22 in terra (*s. m2* ł supra terram) *A* supra terram (*corr.* in terra) T^i 23 et *exp. m2 A*, *om. V*$\mathfrak{A}T$, *s. u. m. ant.* $\mathfrak{A}'$

eius, in labore scilicet et tepore, leuior fabulis et fluitans et natans uerbis, cuius habitatio in luteis domibus et ipsa uita 395 A in luto. nulla firmitudo sententiae, nulla constantia. in die nox desideratur, in nocte dies quaeritur; ante escam gemitus, inter cibos fletus lacrimae dolores timores sollicitudines, nulla requies a perturbationibus, nulla a laboribus reclinatio. irae et indignationis motus horridior. plerique cupiunt mortem et non inpetrant; si autem inpetrauerint, gratulantur, quia sola est mors requies uiro.

4, 13 Sed dicet aliquis scriptum esse quia deus mortem non 10 B fecit. uita erat in paradiso, ubi lignum uitae, et uita erat lux hominum. mors igitur mala, quae accidit et subintrauit. sed quomodo mors mala, si aut secundum gentiles sensu caret C aut secundum apostolum lucrum Christus est, cum quo esse multo melius? quomodo igitur nobis mors malum, si nullus post mortem sensus est? ubi enim nullus sensus, nullus utique iniuriae dolor, quia dolor sensus est. aut quia est post mortem sensus, est utique uita post mortem et superstes

1 **Iob** 7, 6 3 Iob 7, 4 10 Sap. 1, 13 11 Gen. 2, 9 14 Philipp. 1, 21 et 23

1 tepore $\mathfrak{A}$''*ED et* (te *ex* tem) $\mathfrak{A}$' temptatione *T* tempore *cet.* tabulis $\mathfrak{A}$'''*CE* uentis fabulis *T* 2 nutans *V* natans (na *ex* nu) *T* luteis est *A* (est *s. u. m2*) *T* 3 fortitudo $\mathfrak{A}$'''*CE* *in A in mg. inf. haec adscripta sunt m2:* ali' lib ∴ nulla (*s.* ∴) formido et ipsa uita ī domib; sententię nulla ĉstantia; *in T in textu haec leguntur* nulla firmitudo ęt ipsą uitą iu ḍoloribuș sententiae nulla constantia conscientia *AP* 5 doloris *N*' (is *in ras.* $\mathfrak{A}$') dolores (es *ex* is) $\mathfrak{A}$''' timoris *VN*' timores (es *ex* is) $\mathfrak{A}$''' sollicitudinis *V* solitudinis $\mathfrak{A}$' 7 indignationis *A* (ł es *s.* is *m2*) $\mathfrak{A}$' (is *ex* es *m2*) indignationes $\mathfrak{A}$ *et* (i *s.* e) *T* 10 dicit *APNCT* sed dicet ... *p. 715 u. 9* obsita *om. V* 12 mala quae *A* (⁄ *m2*) aut (*eras.*) mala quae (quae *s. u.*) *T* accidit *A* (ł e *s.* i *pr. m2*) accedit $\mathfrak{A}$ (e *ex* i) *T* (i *s.* ę, ę *eras.*) $\mathfrak{A}$'''*CE* accessit *N*' (ss *in ras. m2* $\mathfrak{A}$') 13 mors mala *A* mala mors $\mathfrak{A}$*T et* (*s.* b a *m. ant.*) $\mathfrak{A}$' aut *A* (*s.* ł aut *m2*) autem *T* (em *eras.*) $\mathfrak{A}$'''*CE* 14 $\overline{\text{xps}}$ *A* (*s.* ł $\overline{\text{xpi}}$ *m2*) $\overline{\text{xpi}}$ *N*$\mathfrak{A}$'''*CE* esse (*s. m2* ł etsi) *A* esse est (est *eras.*) *T* 15 nobis mors *A* (⁄ *m2*) mors nobis $\mathfrak{A}$'' 16 nullius utique $\mathfrak{A}\mathfrak{A}$' 18 superstes *A m2 P m3* $\mathfrak{A}$' *m2 C m2* $\mathfrak{A}$''*ET* superstis *m1 AP*$\mathfrak{A}$'*C cet.*

mortis est anima, quae sensu utitur et uita fungitur. cum autem manet post mortem uita atque anima, manet bonum nec morte amittitur, sed augetur, nec ullo inpedimento mortis D retardatur anima, sed operatur ea magis, quia operatur quae sua sunt sine ulla corporis societate, quod animae maiori oneri quam usui est. quid igitur est mali animae, quae puritatem suam custodierit et uirtutum disciplinam seruauerit? aut si non seruauit, non mors malum, sed uita, quia uita non fuit: quae est enim uita uitiis peccatisque obsita? quid igitur accusamus mortem, quae aut uitae pretium luit aut abolet eius dolorem atque cruciatum? itaque mors aut suae quietis E bono utitur aut malo alieno laborat.

14 Nunc illud specta: si uita oneri, mors absolutioni, si uita supplicio, mors remedio, aut si iudicium post mortem, etiam uita post mortem. uita igitur haec non est bona, aut si hic bona uita, quomodo illic mors non est bona, cum illic nullus supersit terribilis iudicii metus? sed ipsa hic uita si bona est, quibus rebus bona est? uirtute utique et bonis moribus. non ergo secundum animae et corporis copulam bona est, F sed quia per uirtutem quod malum est suum repellit, quod

5 Sall. bell. Iug. 14, 4

2 animae $\mathfrak{A}'''$ (ae *m2 ex* a) *CE'* 3 amittitur (*s. m2* ł minuiẗ) *A* augeatur $\mathfrak{A}$ illo (v *s.* i) $\mathfrak{A}'''$ ullụm (o *s.* ụm *m3*) $\mathfrak{A}$ 4 operatur ea *scripsi* operatur aut (ut *s. u. m. ant.*) *A* (*s. m2* ł operatura) operatur (a *eras.*) *P*$\mathfrak{A}\mathfrak{A}'$ operatura $\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''C$ operatur *E'T* 5 societate corporis $\mathfrak{A}''E$ maiori *ex* mori *A* honeri *P* (h *exp. m3*) $\mathfrak{A}'$ (h *eras.*) $\mathfrak{A}$ honori *A* 6 mali est *P'T* 8 seruauit *A* (ł uerit *s.* uit *m2*) *P*$\mathfrak{A}'''CE'$ seruauerit *cet.* non] nec *E'* 13 specta $\mathfrak{A}'''CE'$ exspecta *A* (s *eras.*) expecta *cet.* si uita *exp. m2 A, s. u. T, om.* $\mathfrak{A}$, uita *N'* (*s. u. m ant.* $\mathfrak{A}'$) onerịs *A* (s *fort. add. m. ant.*) honeri *P* absolutioni (nis *s.* ni *m2*) *A* 15 haec *scripsi* ea *libri*; hic *Maurinorum codex Uaticanus* aut si ... est bona *A infra in mg. m2*, $\mathfrak{A}'$ *infra in mg. m1, in quo* hic non est (non est *eras.*) bona 16 uita bona $\mathfrak{A}''E$ illic non est bona mors *T* mors illic $\mathfrak{A}''$ 17 supersit *A* (super *del. m2*) *T* (*in quo* nullus super *ex* nullius) sit *VN* hic uita *om. N'* 18 itaque *VCE'* uirtute ... moribus *in ras.* $\mathfrak{A}'''$ 19 ergo] enim $\mathfrak{A}'''CE'$ 20 suum *exp.* $\mathfrak{A}'$, *om.* $\mathfrak{A}''E$ repellit (ł a *m2 s.* i) *A* repellạt (i *s.* ạ) *T*

autem bonum est mortis adipiscitur. ut quod animae est magis quam id quod contubernii et coniunctionis operetur. quodsi uita bona, quae animae se a corpore separantis est speculum, et si anima bona, quae se eleuat atque abducit a corporis contubernio, et mors utique est bonum, quae animam a societate huius carnis absoluit et liberat. omnifariam igitur mors bonum est, et quia conpugnantia diuidit, ne se inuicem inpugnent, et quia portus quidam est eorum qui magno uitae istius iactati salo fidae quietis stationem requirunt et quia deteriorem statum non efficit, sed qualem inuenerit in singulis talem iudicio futuro reseruat et quiete ipsa fouet et praesentium inuidiae subducit et futurorum expectatione conponit. accedit eo quod frustra homines mortem timent quasi finem naturae. nam si recolamus quod deus mortem non fecerit, sed postquam homo lapsus in flagitium est praeuaricationis et fraudis, sententia conprehenderit, ut in terram suam terra remearet, inueniemus mortem finem esse peccati, ne quo esset uita diuturnior eo fieret culpa numerosior. passus est igitur dominus subintrare mortem, ut culpa cessaret: sed ne iterum naturae finis esset in morte, data est resurrectio mortuorum, ut per mortem culpa deficeret, per resurrectionem autem perpetuaretur natura. ideoque mors haec transitus uniuersorum est.

16 Gen. 3, 19

1 morte *N'* (e *ex* i *m. ant.* 𝔄') *et m2 C* ut] aut 𝔄'''*E' et* (a *eras.*) *C* 3 a *exp. m2 A*, *s. u. T* separantis *P* (sp *s.* an, *sed eras.*) *T* (s *alt. ex* um) 4 speculum *s. u. eras. P* se *s. u.* 𝔄 abque (d *m2 s.* b) *P* 5 contubernio (o *alt. ex* um) 𝔄 mors (s *in ras. ex* t*) *A* 6 huius carnis *A* (*s. m2 bis* /) *P*𝔄'''*CE'* carnis huius *cet.* 7 bonum est *AP* est bonum *cet.* 8 quia *om. VN*, *s. u. T* quidem *N'* est quidam 𝔄'''*CE'* 9 fidae *scripsi* fide *libri* 10 inuenerit in singulis *A* (/ *m2*) in singulis inuenerit *VNT* 11 in iudicio 𝔄'''*CE et* (in *s. u. m2*) *T* futurą (o *s.* ą *m2*) *A* reseruat *A* (re *exp. m2*) *T* (re *s. u.*) 12 inuidię (ł a *s.* ę *m2*) *A* conponet (ł it *m2 s.* et) *A* accedit eo *om.* 𝔄'''*CE'* accedit (e *ex* i *m. ant.*) *A* accidit 𝔄' 16 sententiam 𝔄'''*CE' T* 19 ut* *ex* ui *P* 22 ideoque (*s. m2* ł itaque) *A* itaque *VNT*

opus est ut constanter transeas: transitus autem a corruptione ad incorruptionem, a mortalitate ad inmortalitatem, a perturbationibus ad tranquillitatem. non igitur te nomen mortis offendat, sed boni transitus beneficia delectent. quid est enim mors nisi sepultura uitiorum, uirtutum suscitatio? unde et ille ait: moriatur anima mea in animis iustorum, id est consepeliatur, ut sua uitia deponat, iustorum adsumat gratiam, qui mortificationem Christi in corpore suo atque anima circumferunt. mortificatio autem Christi remissio peccatorum, abolitio criminum, erroris obliuio, adsumptio gratiarum est. quid autem de bono mortis plenius possumus dicere quam quod mors est, quae mundum redemit? C D

5, 16 Sed de communi omnium morte dicamus. quid eam timeamus, quae animae nocere non soleat? scriptum est enim: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. per mortem autem istam anima liberatur, dum a corporis contubernio secernitur et inuolucris perturbationis exuitur. unde et nos, dum in corpore sumus, usum mortis imitantes adleuemus animam nostram ex istius carnis cubili et tamquam de isto exsurgamus sepulchro. abducamus nos a corporis nexu, relinquamus omnia quaecumque terrena sunt, ut cum uenerit aduersarius, nihil in nobis inueniat suum. contendamus ad illud aeternum, ad illud diuinum euolemus pinnis dilectionis et remigio caritatis. surgamus hinc, hoc est de saecularibus atque mundanis. dixit enim dominus: surgite eamus hinc praecipiens, ut unusquisque surgat de terris, erigat animam humi iacentem, ad superna E F

1 I Cor. 15, 42 6 Num. 23, 10 Coloss. 2, 12 8 II Cor. 4, 10 15 Matth. 10, 28 22 Ioh. 14, 30 26 Ioh. 14, 31

1 opus ... transeas *om. V* transeas *om.* 𝔄‴*E′ et* (*qui del.* opus ... constanter *m1*) *C* 2 incorruptionem (in *s. u.*) *P* perturbatione 𝔄″ 3 nomen te 𝔄″ 13 eam (*s. m2* ł etiam) *A* timeamus (a *eras.*) 𝔄′ timemus 𝔄″*E* 14 enim est 𝔄‴*CE′* 19 adleuemus *scripsi* ableuemus *libri* 21 omnia] autem omnia 𝔄‴*CE′* 23 contendamus (n *alt. s. u.*) *A* illud *pr.*] illū *A* (d *m2 s.* ū) *P* illud *alt.*] illū *A* (d *m2 s.* ū) *P* 24 pimnis *A m1* pennis *A m2 cet.* 27 terrenis *C ed. Paris. a. 1569*

adtollat, excitet aquilam suam, illam aquilam, de qua dictum est: renouabitur sicut aquilae iuuentus tua. ad animam hoc dictum est. anima ergo nostra sicut aquila alta petat, 397 A supra nubes uolet, renouatis splendescat exuuiis, caelo uolatus suos inferat, ubi laqueos incidere non possit. auis enim, quae descendit ex alto uel quae in altum se extollere non potest, frequenter aut laqueis capitur aut uisco fallitur aut quibuscumque inretitur insidiis. sic quoque et anima nostra caueat ad haec mundana descendere. laqueus in auro, uiscum est in argento, nexus in praedio, clauus in amore. dum aurum petimus, strangulamur: dum argentum quaerimus, in uisco eius in- B haeremus: dum praedium inuadimus, adligamur. quid inane quaerimus lucrum pretiosae animae detrimento? exiguus tibi totus est mundus pro unius animae dispendio; quid enim prodest homini, si hunc mundum lucretur, animae uero suae detrimentum patiatur? aut quam commutationem dabis pro anima tua? non auro redimitur, non argento, immo auro amittitur. quin etiam mulieris decus, dum temptatur, adstringit. clauus est libido, clauus tristitia, clauus iracundia, C

2 Psalm. CII 5 7 Uerg. Georg. I 139 14 Luc. 9, 25

1 excitet . . . 3 nostra *om. V* excitat $\mathfrak{A}'''CE'$ aquilam *alt. del. m2 A, om.* $\mathfrak{A}T$ 2 sicut] ut $\mathfrak{A}'''CE'$ aquilae (e *s. u. m3*) $\mathfrak{A}'$ aquila $\mathfrak{A}\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''CE'$ 4 super $\mathfrak{A}'''CE'$ caelos $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (i *s.* o *m2*) *C* 5 inferat *F* (f *ex* s) inserat $\mathfrak{A}'$ (s *ex* f) *cet.* 6 se in altum $\mathfrak{A}'''CE'$ 7 quibuscumque inretitur insidiis (*s. m2* ⁊meret̃ in altum ⁊ quibuscumque) *A* (*in quo* insidiis *ex* insidias) 8 et *del. m2 A, s. u. T et* (*eras.*) $\mathfrak{A}'$, *om. V*$\mathfrak{A}$ 9 uiscus (us *ex* um; *om.* est) *T* 11 stranguilamur $\mathfrak{A}$ (r *ex* s) $\mathfrak{A}'$ (i *eras. et* ur *ex* us) stranguilamus $\mathfrak{A}'''$ strangulamus *E' et* (-ur *m2*) *C* eius *s. u. T, eras.* $\mathfrak{A}'''$, *om. C* inhaeremus (in *del. m2*) *A* inhęremus (h *s. u.*) *P* haeremus *cet.* 12 inane] in uanum *N'* 13 pretioso (*om.* animae) $\mathfrak{A}'''CE'$ tibi totus est (/ *m2*) *A* totus[a] tibi[b] est (a b *m. ant.*) $\mathfrak{A}'$ totus tibi est *V*$\mathfrak{A}T$ tibi est totus $\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''CE'$ 17 redimitur non argento (/ *m2*) *A* non argento redimitur *T* argento. homo aurum amittit $\mathfrak{A}'''CE'$ 18 temptator $\mathfrak{A}E'$ *et* (u *s.* ǫ) $\mathfrak{A}'''$, (est *add. s. u. m?*) *C* temptat $\mathfrak{A}''E$ 19 adstringitur $\mathfrak{A}'''CE'$ clauis *ter* $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (*ter corr. m2*) *C*

claui sunt omnes passiones, quae uelut ueru quodam animam nostram penetrant et ⟨se⟩ infigunt corpori uisceribusque eius adnectunt.

17 Fugiamus ergo haec mala et exaltemus animam nostram ad illam imaginem dei et similitudinem. fuga malorum similitudo dei est et uirtutibus imago dei adquiritur. ideo qui nos pinxit quasi auctor pinxit uirtutum coloribus: ecce ego, inquit, Hierusalem, pinxi muros tuos. non detergeamus D pinicillo neglegentiae depicta animae nostrae firmamenta muralia. ideo dixit muros pinxi, quibus hostem possimus 18 auertere. habet anima muros suos, de quibus eminet et de quibus ait: ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. his munitur muris, his obsessa defenditur. et uere murus anima, quae praetendit in castris. unde et ipsa ait in Canticis: ego murus et ubera mea ut turris. bonus murus, quem pinxit dominus, sicut ipse ait: in manibus meis pinxi muros tuos, et in conspectu meo es semper. bona E anima, quae habet speculatorem deum et in manibus eius est, sicut anima prophetica, quae in manus domini commendatur ut spiritus et quae in conspectu dei est; oculi enim domini super iustos, sicut ipsa ait: ego eram in oculis eius

7 Esai. 49, 16 12 Esai. 27, 3 14 Cant. 8, 10 16 Esai. 49, 16 19 Psalm. XXX 6 20 Psalm. XXXIII 16 21 Cant. 8, 10

1 claui] clauis *P* (s *eras.*) *E'* uelut (uel aut *m2*) *A* uelit (v *s.* i) 𝔄 uer *P* (*s. add.* v *m3*), 𝔄 (*s. add.* v *m. rec.*), *A* (*s. add.* ł me *m2*) ueru *VN'TP'* uerme *T* (*exp. et s.* ueru) *D* uermes 𝔄'''*CE'* quoddam 𝔄 (d *pr. add. m. rec.*) *E* quidam *C m2* quodam 𝔄' (quo *m2 in ras.*) 2 penetrat *E'* se *addidi* 8 hierusalem *A m1 P* ab hierusalem 𝔄 ad hierusalem *A m2* (ad *s. u.*) 𝔄' (ad *ex* ab) *cet.* detergeamus *A* (e *tert. exp. m2*) *C* (e *tert. exp. m1*) 𝔄' (e *tert. eras.*) detergamus *V*𝔄''*T* 9 pinicillo *A m1* pincillo *P* pinicello *A m2 V*𝔄𝔄'''*E' et m1* 𝔄' piniçello (i *s.* e) *T* pinicelo *C* penicello 𝔄' *m2* 𝔄''*E* 11 et *om.* 𝔄''*CE'* 12 ego ... defenditur *om. V* 14 ipsa *P* (a *ex* e *m3*) *T* (a *ex* e) ipse *cet.* ait in canticis *A* (⁄ *m2*) in canticis ait *T* 15 turres 𝔄' (e *ex* i *m2*) 𝔄''*E*𝔄'''*CE'* 17 es *s. u. T, om. VE'* 19 profetica *APV* 20 et *del. m2 A, om.* 𝔄*T* 21 sicut *A m1 PVE'T* sicut et *A m2 cet.* ipsa *V* ipse *cet.*

tamquam inueniens pacem. bonas turres habet quae habet et de intellegibilibus uerbum et de moralibus disciplinam. ideoque haec anima habens gratiam suorum uberum ingreditur in hortos et inueniens illic sponsum sedentem et F disputantem amicis ait: qui sedes in hortis uocem tuam insinua mihi. mihi inquit, non amicis. fuge, frater meus: hortatur ut fugiat sponsus, quia iam sequi potest etiam ipsa terrena fugientem. dicit ut similis sit dammulae, quae euadit de retibus; uult enim et ipsa fugere et euolare supra mundum. 10398 A

19 Hinc hortum illum sibi Plato conposuit. quem Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellauit; Iouem enim et deum et mentem totius dixit. in hunc introisse animam, quam Uenerem nuncupat, ut se abundantia et diuitiis horti repleret, in quo repletus potu iaceret Porus, qui nectar effunderet. hoc igitur ex libro Canticorum conposuit, eo quod anima deo adhaerens in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diuersarum uirtutum floresque sermonum. quis autem ignorat quod B ex paradiso illo, quem legimus in Genesi habentem lignum uitae et lignum scientiae boni et mali et ligna cetera, abun-

3 Cant. 6, 1 et 10 uerba 'ideoque' . . . 6 'amicis' leguntur in Commentario in Cantica cant. ex scriptis Ambrosii collecto 8, 28 (I 1617 E *B.*) 4 Cant. 8, 13 6 Cant. 8, 14 uerba 'fuge' . . . 10 'mundum' leguntur in Commentario in Cantica cant. ex scriptis Ambrosii collecto 8, 33 (I 1618 C *B.*) 11 Plato Conu. 203 b uerba 'hinc hortum' . . . p. 723 u. 16 'sequitur' leguntur in Commentario in Cantica cant. ex scriptis Ambrosii collecto 5, 1—5 (I 1589 F—1590 F *B.*) 19 Gen. 2, 9

1 auraes (*s. m2* ł turres) *A* aures *P* turres (*s.* aures, *eras.*) *T* 2 et *pr. om.* 𝔄‴*CE* 5 cum amicis *A* (cum *s. u. m2*) *V*𝔄″*ET Comm. in Cant.* 8 ipsa *om.* 𝔄‴*CEP* 11 hinc . . . p. 721, 5 paradisus *om. V* quem| alibi (*m2 extra u.*) | iouis hortum alibi (*inter* hortum *et* alibi *s. est ras.*) hortum 𝔄′ 12 alibi *pr. om. A* (*in quo post* alibi *est ras.*), *s. u. m1 E* 13 totam 𝔄′ (am *ex* ius *m2*) 𝔄″; mentem intelligi uoluit. totam dixit in *E;* totius mundi *α* quem 𝔄‴*CE* 15 purus *A* (*s. m2* ł porus) *PE* porus 𝔄‴ (v *s.* o *m2*) *C* (u *ex* ti) ꝓorꝛuș (*s. m. ant.* purus) 𝔄′ purū 𝔄″*E et* (*ex* porus) *T* potu *Comm. in. Cant.* 18 autem] enim 𝔄‴*CE* 20 et cetera 𝔄‴*E et* (et *del. m2*) *C*

dantiam uirtutum putauerit transferendam et in horto mentis esse plantandam, quem in Canticis Solomon hortum animae significauit uel ipsam animam. sic enim scriptum est: hortus clausus soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus; transmissiones tuae paradisus. et infra ait anima: C exsurge, aquilo, et ueni, auster, perfla hortum meum, defluant unguenta mea. descendat frater meus in hortum suum. quanto hoc pulchrius, quod anima ornata uirtutum floribus hortus sit uel in se paradisum habeat germinantem. in quem hortum inuitat dei uerbum descendere, ut anima illa uerbi imbre caelesti et eius copiis inrigata fructificet. uerbum autem dei pascitur animae uirtutibus, quotiens oboedientem sibi et opimam inuenerit, et carpit D fructus eius atque his delectatur. cum autem descenderit in eam dei uerbum, defluunt ex ea salubrium unguenta uerborum et diuersarum fraglant longe lateque redolentia gratiarum spiramina.

Unde ait sponsus — sponsus autem animae deus uerbum est, cui anima legitimo quodam conubii foedere copulatur —: ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa,

3 Cant. 4, 12 sq. 6 Cant. 4, 16 7 Cant. 5, 1 20 Cant. 5, 1 sq.

1 in hortum $\mathfrak{A}'$ (*ex* horto) $\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''CE'$ 2 canticis canticorum $\mathfrak{A}''CD$ salomon *libri* 3 significauit *A* (*i* cat *s.* cauit *m2*) significat *T* 4 conclusus *N'* sponsa soror mea $\mathfrak{A}T$ sponsa^{b} soror^{a} mea (b a *m. ant.*) $\mathfrak{A}'$ signatur (s *m2 s.* r) *A* 5 transmissionis $\mathfrak{A}'''$ *et* (-es *ex* -is *m2*) *C* quae infra ait (*om.* anima) *V* 7 et defluant (defluent $\mathfrak{A}'''CE'$) *A m2 VN*$\mathfrak{A}'''CE'T$ ungenta $A\mathfrak{A}T$ descendit $\mathfrak{A}$ 8 quando (do *ex* to *m. ant.*, *s. m2* to) *A* pulchrior $\mathfrak{A}'''CE'$; quanto hoc pulchrius *om. V* 10 dei uerbum *A m1 P* uerbum dei *A m2 cet.* 11 ut anima illa *om. V* caelesti *tacite Maurini* caelestis *libri* 12 fructificet *ex* fructiferet *A m. ant.* (*et rursus m2*) *et m3 P* ut (*s. u. m2*) animae *A* 15 ea $\mathfrak{A}T$ uerbum dei $\mathfrak{A}'''CE'$ ungenta $A\mathfrak{A}T$ 16 flagrant *V* (*s. m2* fraglant) *C* (*m2* fraglant) $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'\mathfrak{A}'''E'$ *Comm. in Cant.* 18 deus] dei $\mathfrak{A}'''CE'$ 19 animae $\mathfrak{A}'''$ (e *del. m2*) *T* (-ma *corr.*) *AP*$\mathfrak{A}$; e legitimo *haud probabile* quoddam $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (d *pr. eras.*) *C* 20 meum *om.* $\mathfrak{A}''E$

uindemiaui murram meam cum unguentis meis, manducaui panem meum cum melle meo, bibi uinum meum E
cum lacte meo. edite, proximi mei, et bibite et inebriamini fratres mei. ego dormio, et cor meum uigilat. cognoscamus quos fructus et cibos epuletur deus quibusue delectetur. delectatur eo, si quis mortificet peccatum suum, obliteret culpam suam, sepeliat atque abolefaciat iniquitates suas. murra enim sepultura est mortuorum, mortua autem peccata sunt, quae uitae suauitatem habere non possunt. perfunduntur autem diuini sermonis unguentis et fortiore cibo uerbi uelut pane et suauiore sermone uelut melle curantur F
quaedam uulnera delictorum. sermonum autem cibos esse docet et alibi Solomon dicens: faui mellis sermones boni. in illo ergo horto sermones boni sunt, alius qui culpam coherceat, alius qui iniquitatem corripiat, alius qui mori faciat insolentiam et uelut sepeliat eam, quando correptus 399 A
aliqui erroribus suis renuntiat. est etiam fortior sermo, qui confirmat cor hominis ualidioribus scripturae caelestis alimentis. est etiam sermo suasorius, dulcis ut mel et tamen peccatoris conscientiam in ipsa suauitate conpungens. est etiam feruen-

10 Psalm. CIII 15, I Cor. 3, 2 13 Prouerb. 16, 24 18 Psalm. CIII 15

1 mirram *V* myrram *T* (y *ex* u) *cet.* ungentis *AT* 3 proximi (mi *s. u. m2*) *A* 5 de quibus uere (*om.* deus) $\mathfrak{A}'''CE'$ 7 oblitteret *T et* (t *pr. m2 s. u.*) $\mathfrak{A}''C$ 8 murra *A m1* mirra *VT et* (r *pr. s. u.*) $\mathfrak{A}'''$ myrra *A m2 cet.* est sepultura *A m2 NT* autem] enim $\mathfrak{A}'''CE'$ 10 perfundantur *A* (v *s.* a *m2*) *P* ungentis *AT* unguento $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (u *alt. add. m2*) *C* forciore (i *s.* e *m2*) *A* fortiori $\mathfrak{A}'''CE'T$ 11 suauiori $\mathfrak{A}'''CE'T$ *Comm. in Cant.* sermonis *tacite Maurini* curentur *P* 13 solomon *AP* salomon *cet.* sermonis $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (-es *m2*) *C* 14 hortū $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (-o *m2*) *C* 15 cohercet *T* corripiat *A* (ł pit *s.* piat *m2*) corripit *T* mori faciat *A* (*s. m2* ł mortificat) moris faciat $\mathfrak{A}$ mortificat *T* 16 sepeliąt *A* (a *exp. m2*) sepelit *T* 17 aliquis *A* (s *s. u. m2*) $\mathfrak{A}$ (s *s. u.*) *cet.* fortior sermo (b a *m2*) $\mathfrak{A}'$ sermo fortior $\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''C$ *Comm. in Cant. et* (sermo *in mg.*) *E'* 20 feruentioris spiritus sermo *A m1* (is *et* spiritus *del. m2*) sermo feruentioris (is *postea add.*) spiritus (*s. u.*) *T*

tioris spiritus sermo, qui inebriat sicut uinum et cor hominis laetificat, est etiam lacteus sermo, purus et candidus. hos cibos dulcium utiliumque sermonum epulandos sponsus proxi- B
mis suis dicit; proximi autem sunt qui eum sequuntur et nuptiis eius intersunt. quo cibo et potu repleta anima — bibit enim unusquisque aquam de suis uasis et de puteorum suorum fontibus — atque inebriata saeculo dormiebat, uigilabat deo, et ideo, sicut posteriora docent, aperiri sibi deus uerbum
21 eius ianuam postulabat, ut eam suo repleret ingressu. hinc ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex uino et C
melle prophetico, hinc somnus ille translatus est, hinc uita illa perpetua, quam deos suos dixit epulari, quia Christus est uita. ideoque talium sermonum seminibus animae eius repletus est uenter atque ipsa exiuit in uerbo. quae autem exit anima seruitio isto et eleuat se a corpore uerbum sequitur.

6, 22 Sed sunt principatus aerii et potestates mundi, qui nos D
uel de muro deicere animae uel inpedire recta gradientes

1 Psalm. XX 5; CIII 15 Sir. 40, 20 3 Cant. 5, 1 5 Prouerb. 5, 15 10 Plato Conu. 203 B 12 Ioh. 14, 6 14 Psalm. XVI 14 15 Uerg. Ecl. I 40

2 hoc cibo $\mathfrak{A}'$ *m2* $\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''E'$ hoc̣ cibo *C* (*corr. m2, sed* s *bis eras.*) 3 epulandoș (s *exp. m2*) *A et* (s *eras.*) *C* proximos suos $\mathfrak{A}'$ (os suos *in ras. m2*) $\mathfrak{A}''E$ 4 *post* dicit *add. P' et Comm. in Cant. 5, 4* edite, proximi mei, et bibite et inebriamini, fratres mei (*Cant. 5, 1*) eequntur *T* secuntur $N\mathfrak{A}'''E'$ 5 qui *A* (o *s.* i *m2*) *E'* 7 inebriata (i *s.* ą *m. ant., s. m2* ł tus) *A* 8 dns *A* (*m2 ex* dš) *T* dei $\mathfrak{A}'''CE'$ 9 eius *om.* $\mathfrak{A}'''CE'$ suo eam $\mathfrak{A}$ impleret *T* hinc ... 13 ideoque *om. V*, *qui* itaque *add. post* talium 10 illi epulatores $\mathfrak{A}'''CE'$ 12 perpera aqua $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (*m2* quae *ex* aqua) *C* perpetua quam (quam *s. u. eras.*) $\mathfrak{A}'$ perpetua aqua $\mathfrak{A}''$ *et* (a *alt. s. u.*) *E* dš *A* (ł deos *s. m2*) *P* deus (u *ex* o) *T* 13 uita est $\mathfrak{A}''$ animę (ł a *s.* ę *m2*) eius repletus (ł ta *s.* tus *m2*) est (*del. m2 et s. scr.* et) uenter *A* animae (e *postea add.*) eius replet' (' *postea add.; deinde ras. 7 fere litt.*) uenter *T* eius *om. V* 14 atque in ipsa $\mathfrak{A}'''CE'$ 15 exiit $\mathfrak{A}$ anima (ł e *m2 s* a *alt.*) *A* a seruitio $\mathfrak{A}'$ (a *s. u. m2*) $\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''CE'$ 17 aerii *A* (*exp. m2*) *T* (*s. u.*) *C* (i *alt. s. u. m2*) aeri $\mathfrak{A}'''E'$ 18 uel *pr.*] uelut $\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''CE'$ recte $\mathfrak{A}''\mathfrak{A}'''CE'$

uel ad altiora tendentes quaerunt deponere atque ad terrena reuocare. sed nos multo magis ad sublimia mentem erigamus uerbum sequentes dei. illi principatus offundunt saecularia, quibus tuam mentem incuruent. tunc magis ad Christum, E anima, dirige gressus tuos. iniciunt cupiditatem auri, argenti, 5 uicinae possessionis, ut adquirendae eius gratia excuses a cena illius, qui ad nuptias uerbi te inuitauit: tu caue excuses, sed uestem te indue nuptialem et utere conuiuio diuitis, ne diues, qui te inuitauerat, cum tu excusaueris, dum es saecularibus occupatus, alios inuitet et tu excludaris. inici- 10 unt etiam honoris adpetentiam potestates mundi, ut te extollas sicut Adam et, dum uis adaequare deum similitudine potestatis, F diuina praecepta despicias et quae habebas incipias amittere.
23 qui enim non habet et quod habet auferetur ab eo. quotiens in oratione nobis, qua maxime deo adpropinquamus, offunduntur 15 ea quae plena sunt obprobii alicuius aut sceleris, quo nos a studio precationis auertant! quotiens inimicus cordi nostro conatur inserere quo nos reflectat a sanctitatis proposito et piis uotis! quotiens corporeos inflammat ardores, quotiens occursare facit oculos meretricios, quibus castum iusti temptet 20 400 A affectum, ut inprouiso amoris spiculo feriat inparatum! quotiens inserit animo tuo uerbum iniquum et cogitationes cordis

7 Matth. 22, 11 et 12 9 Luc. 14, 18 sqq. 14 Matth. 13, 12

1 atque] et 𝔄''*E* 2 nos *om.* 𝔄'''*CE'* 3 offendunt (st *s.* ff *m. rec.*) 𝔄 ostendunt (*s.* offundunt) *T* offerunt 𝔄' (*m2 ex* offendunt) 𝔄''*E*𝔄'''*CE'* 4 tunc (nc *eras.*) *PT* tu *N'* 5 initiunt (nt *m2 ex* m) *P* auri et argenti 𝔄'''*CE'* 6 possessiones (-is *m2 C*) adquirenda (-dă 𝔄''', -ae *m2 C*) et ius (ut eius *m2 C*) 𝔄'''*CE'* gratia 𝔄' (a *alt. ex* ę *m2*) excuses te *T* (te *exp.*) *C'* (te *s. u. m2*) 7 caue ne *A* (ne *s. u. m2*) *cet.* 9 diuitiis *A* (ł tis *s.* tiis *m2*) 𝔄' (*m2* -tis) 10 es] a 𝔄'''*CE'* 12 adaequari dn̄ 𝔄' *m1* adaequari dō 𝔄' *m2* 𝔄''*ET* 13 despici*as (s *eras.*) *A* 15 qua (*m2* quă) *A* offenduntur 𝔄 (st *m3 s.* ff) 𝔄' (*m2* offerunt) 16 sint *V*𝔄 a] ab 𝔄'''*CE'* 17 cordis nr̄i 𝔄'''*CE'* 18 quo (*s. m2* ł qui) *A* quod (d *eras.*) *T* 19 corporeos (os *ex* us) *m. ant. A*, *m. rec.* 𝔄 20 occursare (ł sores *s.* sare *m2*) *A* occurs̨o r̨e s̨ (*s.* sare) *T* contemnet 𝔄''' contempne n̨t *E'* contempnet (d *s.* t *pr. m2*) *C* 21 speculo f. imperatum 𝔄'''*CE'*

absconditas! de quo tibi dicit lex: attende tibi, ne fiat uerbum absconditum in corde tuo iniquum et dicat tibi Iesus: 'quid cogitas mala in corde tuo?' neue cum abundaueris auro et argento et opimis agrorum fructibus uel honoribus dicas: 'uirtus mea dedit mihi haec' et obliuiscaris dominum deum tuum. B

24 His ergo anima quae cupit euolare deponitur. sed tu obluctare quasi bonus miles Christi Iesu et inferiora despiciens, terrena obliuiscens ad caelestia et aeterna contende. attolle animam tuam, ne eam inliciat esca laqueorum. uoluptates saeculi escae quaedam sunt et quod peius escae malorum, escae temptationum. dum uoluptatem quaeris, laqueos incurris. 'oculus' enim 'meretricis laqueus amatoris est'. oculus ergo meretricis est laqueus: laqueus est etiam sermo meretricis, C qui obdulcat ad tempus fauces tuas et postea exasperat eas amaritudine conscientiae peccatricis. laqueus est aliena amoenitatis plena possessio. omne iter istius uitae plenum laqueorum est. unde iustus dicit: in uia hac, quam ambulabam, absconderunt laqueos mihi. in uia inquit hac absconderunt: ideo tu illam uiam ambula, quae dicit: ego sum uia et ueritas et uita, ut dicas: animam meam conuertit; deduxit me super semitas iustitiae propter nomen D 25 suum. moriatur igitur nobis hoc saeculum, moriatur nobis

1 Deut. 15, 9 3 Matth. 9, 4 5 Deut. 8, 17 sq. 18 Psalm CXXXXI 4 20 Ioh. 14, 6 21 Psalm. XXII 3

2 dicit *A m2 V*𝔄𝔄′ 3 ihs *AP*𝔄‴*CE′* ds 𝔄 dns *VN′T* malū *N′* 4 et *alt.*] uel *E* 7 his (*s. m2* ł hęc) *A* eleuare 𝔄‴*E′ et* (-ri *m2*) *C* 8 milex (s *s.* x *m2*) *A* et *om.* 𝔄‴*CE′* obluiuiscens terrena despiciens 𝔄″*E* 9 et *add. m2 P* 10 inliceat *A* (*corr. m. ant.*) *P* (*corr. m3*) 𝔄′*C* (*corr. m2*) *V*𝔄𝔄‴*E′* uoluntates *AP et* (*corr. m2*) 𝔄′ 11 quod *s. u. m2 V* peius est 𝔄″*E et* (est *s. u. m2*) *V*𝔄′ 12 dum *om.* 𝔄‴*CE′* 13 oculus *pr.*] laqueus (*s. m2* ł oculus) *V* laqueus (*s. m2* oculus) *T* laqueus *cet.*; *cf. de Cain et Abel I 14, 25* 14 laqueus ergo est (*om.* etiam) 𝔄‴*CE′* est *om. N* etiam *m2 ex* enim 𝔄′ 16 amoenitatis (ł tas *s.* tatis *m2*) *A* amoenitas (tis *s.* s) *T* possessio plena amoenitatis 𝔄″*E* 18 quì *AP* qua *cet.* 20 et *AP*, *om. cet.* 23 hoc . . . nobis *in mg. P* (*margine absciso intercidit* hoc saeculum m) *post alt.* moriatur *add.* igitur 𝔄‴*CE′*

carnis istius sapientia, quae inimica est deo. subiciamus animam nostram soli Christo, ut dicat unusquisque: nonne deo subdita est anima mea? non saeculo subdita, non mundo, inquit, subdita. non potest hoc pecuniosus, non potest auarus dicere, sed dicit iustus et continens. auarus autem dicit: anima, habes multa bona in annos multos posita; requiesce, manduca, bibe et epulare, quia auari anima subdita est luxuriae corporali, iusti autem anima utitur corpore ut instrumento aut organo, quae uelut praeclara artifex quo uult obsequium corporis ducit et effingit de eo speciem quam elegit et eas quas uoluerit facit in eo resonare uirtutes, pangens nunc modulos castitatis, nunc modulos temperantiae, sobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, uirginitatis suauitatem, grauitatem uiduitatis. interdum tamen modulator conpatitur organo suo: et ideo honesta modulare, ut sit honesta conpassio. nam et ille qui uidet uidendo plerumque et audiens audiendo afficitur. et ideo dicit scriptura: oculi tui recta uideant et infra: ne multus fueris ad alienam. noli intendere in oculos iuuenculae, noli intendere in uerba meretricis.

7, 26 Et quid de extraneis laqueis loquor? nostri nobis laquei sunt cauendi. in ipso hoc corpore nostro laquei circumfusi nobis sunt, quos debemus uitare. non credamus nos huic corpori, non misceamus cum eo animam nostram. cum amico

1 Rom. 8, 7 2 Psalm. LXI 2 5 Luc. 12, 19 17 Prouerb. 4, 25 18 Prouerb. 5, 20 23 Sir. 6, 13 (?); cf. Uulg. Prouerb. 25, 9

2 Christo] dō $\mathfrak{A}'''CE'$ deo *s. u. m2* V subdita (di *in ras. paulo maiore*) *A* subiecta $\mathfrak{A}''ED$ 3 est *APV*$\mathfrak{A}T$ erat *E* erit $\mathfrak{A}'$ (*m. ant. ex* est) *cet.* non *pr.*] non** (ne *eras.*) *P* 7 et *om.* *N*$'\mathfrak{A}'''CE'$ quia auari (quia a *in ras.*) *A* 8 luxoriae *A* corpore (p *in ras. ex* p) *A* 9 aut (a *exp. m2*) *A* ut (*s.* aut) *T* ortano $\mathfrak{A}'''E'$ orgato (-no *m2*) *C* 10 de eo] decus $\mathfrak{A}'''CE'$ 11 pingens *P* 12 castitatis n. modulos *infra in mg.* $\mathfrak{A}$ 13 carmen (n *s. u., ex* carnē *m2*) *A* 14 modulatur (*corr. m2*) *AP* 17 efficitur *A* (*extra u. m1,* ł af *s.** ef *m2*) *P*$\mathfrak{A}'''CE'$ recta (a *ex* e) *A* uideant (nt *ex* t) *A* 19 in *alt.* (*exp. m2*) *A*, in *s. u. T*, *om. V* 20 quid (d *s. u.*) *P* loquar (a *ex* o *m2*) *A* loquor (or *in ras.*) *T* sunt laquei $\mathfrak{A}'''CE'$ 21 in *om.* $\mathfrak{A}'''CE'$ nobis circumfusi $\mathfrak{A}'''CE'$

20 401 AB

inquit misce animum tuum, non cum inimico. inimicum tibi corpus est tuum, quod repugnat menti tuae, cuius opera inimicitiae, dissensiones, lites perturbationesque sunt. noli cum eo miscere animam tuam, ne utrumque confundas. nam si miscetur, ergo melior fit caro, quae inferior est, quam anima, C quae superior, quia anima uitam corpori tradit, caro autem mortem animae transfundit. confunditur ergo utriusque operatio, confunditur prope ipsa utriusque substantia. igitur suscipit in se anima insensibilitatem defuncti corporis et corpus omnibus animae uirtutibus fungitur. ac ne forte quia infunditur anima corpori etiam confundi putetur, exemplo nobis sit huius luminis gratia, siquidem et lumen terreno loco infunditur nec tamen confunditur. non sit ergo confusa operatio, quorum dispar D substantia est, sed sit anima in corpore, ut uiuificet corpus, 27 hoc gubernet, inluminet. negare tamen non possumus quod conpatiatur corpori suo. nam et contristatur, siquidem Iesus ait: tristis est anima mea usque ad mortem, affectum hominis in se exprimens et alibi: anima mea turbata est, siquidem ut modulator modulis suis aut tibiae aut citharae aut organi uoce, gestu affectuque conpatitur, in tristibus sonis E tristior, in laetis laetior, in acutioribus excitatior, in ipsis mitioribus mitior atque mansuetior, ut sonos cantuum ipse

2 Rom. 7, 23 17 Matth. 26, 38 18 Ioh. 12, 27

1 animam tuam *N'* 2 est corpus *N'* repugn& (a *s.* & *m3*) 𝔄' 3 inimicitiae *om.* 𝔄'''*CE'* perturbationesque (que *del. lineola subiecta m2, sed ea est eras.*) *A* 7 transfundit (s *s. u. m2*) *P* ịnfundit (trans *s.* ịn) *T* 9 corpus (pus *s. u. m2*) *A* 11 exemplo (ł v̄ *s.* o *m2*) *A* exemplum *VN* 12 terrenū *A* (no *s.* nū *m2*) *P et* (ū *ex* o) *T* 14 ut *A* (*s. m2* ł et) et *T* 15 si inluminet 𝔄'''*E'* ** (*s.* et *m2*) inluminet *C* se inluminet *N'* (se *s. u. m. ant.* 𝔄') negare (e *pr. ex* a *m3*) *P* 16 nam et . . . 728, 5 concentum *om. V* 18 *inde a* turba]ta *incipit G hac inscriptione adiecta* IN XPI NOMINE INCIPIT SERMO BEATI AMBROSII EPISCOPI DE BONO MORTIS ET DE EXITU HUIUS MISERRIMAE ATQUE CADUCIS VITAE 19 ut *scripsi* et *libri* modulator *P*𝔄''*E* modulatore *D* (e *s. u. m2*) 𝔄' (e *eras.*) *T* (e *exp.*) *A*𝔄'''*CE'G* 21 acuriositatibus *G* 22 mitioribus *et* mitior (i *pr. bis in ras.*) *A* atque mansuetior *om.* 𝔄''*E* sonus *APE' et* (-os *m2*) 𝔄; sonus *fort. defendi potest*

commendet et quodammodo moduletur affectus, anima quoque in hoc corpore tamquam in fidibus musicis, quae sobria est, tamen summis, ut ita dicam, digitis uelut neruorum sonos ita pulsat carnis istius passiones, ut consonum reddat morum atque uirtutum consentientemque concentum, ut in omnibus cogitationibus suis, in omnibus operibus id custodiat, ut omnia F consilia et facta sibi concinant. anima est ergo quae utitur, corpus quod usui est, ac per hoc aliud quod in imperio, aliud quod in ministerio, aliud quod sumus, aliud quod nostrum est. si quis animae pulchritudinem diligit, nos diligit; si quis corporis decorem diligit, non ipsum hominem, sed carnis diligit pulchritudinem, quae tamen cito marcescit et defluit.

28 Unde illi intende de quo dicit propheta: qui non accepit in uanum animam suam. in uanum accepit animam suam, ut iam de huius uitae dicamus molestiis, qui saecularia struit, aedificat corporalia. cotidie ad edendum et bibendum surgimus, 402 A et nullus expletur, ut non post momentum esuriat ac sitiat. cotidie lucrum quaerimus, et nullus cupiditati modus ponitur. non satiabitur inquit oculus uidendo nec auris auditu. qui diligit argentum non satiabitur argento. nullus finis laboris et nullus est fructus abundantiae. cupimus cotidie scire noua,

13 Psalm. XXIII 4 19 Eccl. 1, 8

1 quodadmodo 𝔄‴*CE'* 3 sonus *A* (*corr. m2*) *P*𝔄‴*CE'G* 4 istius *om.* 𝔄″*E* cũsonum 𝔄‴*CE'* 6 suis *om. G* ut * (& *s. ras.*) *E* 7 et *om. A m1* (*add. m2*) *P*, atque *P'* concinnant 𝔄‴ *et* (n *alt. eras.*) *CE'* concinant (ant *in ras. m2*) 𝔄′ concinnent 𝔄″ (*s. l* čcinant) *EG* ergo est *G* 8 in *om. E'* 11 ipsam (a *ex* u) animam nec hominem *G* · diligit *s. u.* 𝔄′ *m. ant. et T*, *om. V*𝔄 12 tamen] tam *G* 13 intende *om. P* (*in quo uerba* illi de qua *del. m3*) qua *AP*𝔄 accipit *V*𝔄‴*CE'G* 14 uano *pr. A m1 PN'TD* uanum *A m2* 𝔄‴*CE'* (*in his tribus* animam suam in uanum) *cet.* accepit 𝔄𝔄‴*CE'* accipit 𝔄′ (i *pr. ex* e *m2*) *cet.* 15 huius uitae huius *A* (*alt.* huius *del. m2*) *P* (*alt.* huius *eras.*) uitae huius 𝔄‴*CE'*, *fort. recte* instruit *VNT* seruat (a *ex* i *m2*) *C* 17 non *post* momentum *transponunt* 𝔄‴*CE'G* hac *P* 19 oculos (v *s.* o *alt.*) *P* uidendo 𝔄′ *m1* uisu 𝔄′ *m2* 𝔄″*E*𝔄‴*CE'G* auditu* *A* auditui *P* 20 satiatur *VN*

et quid est ipsa scientia nisi cotidiani doloris abiectio? omnia quae sunt iam fuerunt et nihil sub sole est nouum, sed B omnia uanitas. totam uitam odio habui dixit Ecclesiastes. qui uitam odio habuit utique mortem praedicauit. denique laudauit mortuos magis quam uiuentes et illum iudicauit beatum, qui in hanc uitam non uenit nec inanem hunc suscepit laborem. circumiuit inquit cor meum, ut scirem impis laetitiam et ut considerarem et quaererem sapientiam et numerum et ut scirem per impium laetitiam et molestiam et iactationem, et inuenio ego eam amariorem quam mortem, non quia amara sit mors, sed quia C impio amara. et tamen amarior uita quam mors. grauius est. enim ad peccatum uiuere quam in peccato mori, quia impiui quamdiu uiuit peccatum auget, si moriatur, peccare desinit

29 Plerique criminum suorum absolutione laetantur. si emendaturi, recte; si perseueraturi in eis, stulte, quia longe illis plus damnatio profuisset, ne incrementa facerent peccatorum de quo sublimis apostoli sententia dicentis quod non solum D ii qui flagitiosa agunt, sed etiam qui ea probant digni morte sunt. sed et illos qui talia condemnant in aliis qualia ipsi

2 Eccl. 1, 9 (cf. 10); 2, 17 5 Eccl. 4, 2 et 3 (cf. 4) 7 Eccl. 7, 25 sq. 18 Rom. 1, 32 20 Rom. 2, 1 et 3

1 est *om.* $P\mathfrak{A}'''CE'$ cottidianae *G* cotidianae $\mathfrak{A}'''$ *et* (-i *corr. m2*) *C* 2 est sub sole *T* 5 mortuos laudauit magis $\mathfrak{A}''E$ laudauit plus mortuos (*om.* magis) $\mathfrak{A}'''CE'$ 7 circumiuit (m *exp. m2*) $\mathfrak{A}'$ circuiuit $\mathfrak{A}''E$ $\mathfrak{A}'''CE'G$ *fort. uerba* impii laetitiam *hoc loco cum editione Romana delenda et* 9 per impium *mutandum est in* impii (εὐφροσύνην *pro* ἀφροσύνην *in mg. m2 praebet S*). *adscripsit nescio quis, ut corrigeret uerba* per impium laetitiam, *in margine* impii laetitiam *ac deinde haec inepto loco inserta sunt* 8 et ut considerarem ... iactationem *om. V* 10 inuenio $\mathfrak{A}'$ (o *eras.*) inueni $V\mathfrak{A}''E\mathfrak{A}'''CE'G$ eam *om. E'* 12 est *s. u.* $\mathfrak{A}'''$, *om. G* 15 laetantur (*s. m2* ł iactantur) *A* iactantur (*s.* ł laetantur) *T* emendaturi sunt recte $\mathfrak{A}''E$ emendatī st recte (ī st recte *in ras. 4 fere litt.*) $\mathfrak{A}'$ 16 perseueraṭ in (ṭ in *in ras. m2*) $\mathfrak{A}'$ 17 dampnatio $APVC\mathfrak{A}''T$ 18 sententia apostoli *N'* 19 hii $PV\mathfrak{A}E$ *et* (i *alt. eras.*) $\mathfrak{A}'''$ hi *cet.* flagitiora $\mathfrak{A}'''CE'$ quia $\mathfrak{A}'''E'$ 20 sint $\mathfrak{A}'''CE'$ et *om.* $\mathfrak{A}'''CE'$ condempnant $PV\mathfrak{A}''ET$ *et* (p *s. u. m2*) $\mathfrak{A}'C$

agunt inexcusabiles haberi ut et sua damnatos sententia; cum enim alios condemnant, se ipsos condemnant. nec sibi eos blandiri oportere, quia poenarum ad tempus inmunes uidentur et exortes reatus, cum grauiores poenas intra se luant et sibi rei sint, qui aliis non uidentur, atque in se intorqueant grauiorem conscientiae sententiam, cum de aliorum peccatis iudicant. E sed noli, inquit, o homo, diuinae bonitatis et patientiae thensauros contemnere; bonitas enim dei ad paenitentiam te prouocat, ad correctionem inuitat; duritia autem tua, qua in erroris pertinacia perseueras, futuri iudicii auget seueritatem, ut dignam retrîbutionem tuorum accipias delictorum. non igitur mors malum. nam neque apud uiuentes mors est neque apud defunctos; apud alios enim non est, quia adhuc uiuunt, alii transierunt. itaque neque apud eos amara est qui eam adhuc F nesciunt hoc ipso quia nesciunt neque apud eos qui iam et secundum corpus nihil sentiunt et secundum animam liberati sunt.

8,31 Quodsi terribilis apud uiuentes aestimatur, non mors ipsa 403 A terribilis, sed opinio de morte, quam unusquisque pro suo B interpretatur affectu aut pro sua conscientia perhorrescit. suae igitur unusquisque conscientiae uulnus accuset, non mortis acerbitatem. denique iustis mors quietis est portus, nocentibus naufragium putatur. certe his quibus grauis est timor mortis non est graue mori, sed graue est uiuere sub metu mortis.

7 Rom. 2, 4 sq. 18 cf. Epicteti Enchir. c. 5

1 ut *A* (*exp. m2*) *P* (*del. m3*), *om. T* damnatus *A* (ł tos *m2 s.* tus) dampnatos *PVCT* 2 condempnant *pr. P* (n *alt. s. u.*) *V*𝔄″*ECE*'*T* condempnant *alt. PV*𝔄″*ECE*'*T* 3 blandiri (di *ex* da) *A* 6 iudicantur 𝔄‴*CE*' 7 o *om.* 𝔄‴*CE*'*G* thesauros *libri* 9 correptionem *E*' autem *om. G* quae (e *del. m3*) *P* 13 qui *APCG* quia *E*' (a *eras.*) 𝔄' (ia *in ras.*) adhuc alii uiuunt 𝔄″*E* 14 amara] mala *A m2 NT* 15 ipsum *A* (ł so *m2 s.* sum) 𝔄 (-o *corr.*) hoc . . . nesciunt *om.* 𝔄″*EE*' 18 si . . . mors *s. u. m. ant.* 𝔄' non *s. u. m2 V* 20 continentia 𝔄‴*CE*'*G* 21 unusquisque *s. u. m. ant.* 𝔄' conscientia *P* ącuset *P* 23 putatur (r *m3 ex* s) *P* grauis (s *s. u.*) *A* 24 est *om.* 𝔄‴ *CE*'

non ergo mors grauis, sed metus mortis. metus autem opinionis est, opinio nostrae infirmitatis, contraria ueritati; nam per ueritatem uirtus, per opinionem infirmitas. opinio autem C non mortis utique, sed uitae est. ergo illud graue uitae magis inuenitur esse. liquet igitur quia mortis metus non ad mortem referendus est, sed ad uitam. non enim habemus quod in morte metuamus, si nihil quod timendum sit uita nostra commisit. etenim prudentibus delictorum supplicia terrori sunt, delicta autem non mortuorum actus sunt, sed uiuentium. uita igitur ad nos refertur, cuius actus in nostra potestate D est, mors autem nihil ad nos; est etenim [et] separatio animae et corporis; anima absoluitur, corpus resoluitur. quae absoluitur gaudet, quod resoluitur in terram suam nihil sentit. quod
32 nihil sentit nihil ad nos. tamen si mors malum, quomodo iuuenes non timent fieri senes nec finitimam morti uerentur aetatem patientiusque deficit qui praesumpta morte deficit quam qui inopinata. his quoque qui mortem malum putant aptum responsum arbitror, quia per uitam ad mortem est E transitus, per mortem autem ad uitam reditus; neque enim nisi qui mortui fuerint possunt resurgere. insipientes autem mortem quasi summum malorum reformidant, sapientes quasi requiem post labores et finem malorum expetunt.

33 Duabus autem ex causis mortem insipientes uerentur. una,

11 cf. Stob. Flor. CXVIIII 30 Usener Epicurea p. 71 n. 2 Plato Phaed. 67 D 15 Stob. Flor. IIII 81

1 non ergo . . . mortis *post* opinionis est *transponunt* 𝔄‴*CE*‘*G* 2 infirmitatis est *A* (est *s. u. m2*) *T* (est *exp.*) 4 uitae *pr.*] uita 𝔄𝔄‴*E*‘ uitae *alt. tacite Maurini* uita *libri* 6 habemus *post* metuamus *transponit G* 8 terroris *A* (s *s. u.*) *P*‘ (s *exp. m2*) *G* terrores 𝔄‴*CE*‘ 9 actus (*s. m2* ł metus) *A* metus *T* (*exp.*, *s.* actus) *V*𝔄 11 etenim *A* (et *exp.*) enim *cet.* et *A* (*exp. m2*) *P*, *om. cet.*, *fort. scribendum* ‹absolutio› et separatio, *cf. p. 733 u. 3* 14 ad nos *APV*𝔄*T et* 𝔄‘ *m1* agnoscit 𝔄‘ *m3 cet.* 15 iuuenes (i *s.* e *alt. m2*) *A* timent (& *s.* ent *m2*) *A* finitam in morte ueruntur (uertuntur *E*‘) 𝔄‴*E*‘ *et* (uerentur *m2*) *C* 20 possint *A*𝔄𝔄‴*CE*‘ 21 mortem *s. u. m2 A*, *om. P*; *fort.* mortem *post* malorum *excidit* quasi mortem 𝔄“𝔄‴*CE*‘*G* 23 autem *om. G* ueruntur 𝔄‴*E*‘ *et* (*corr. m2*) *C*

quod eam interitum appellent. interitus autem hominis esse non potest, cum anima superstes corpori sit, saluo eo quod ipsum corpus manet resurrectio. altera autem causa, quod F poenas reformident, poetarum uidelicet fabulis territi, latratus Cerberi et Cocyti fluminis tristem uoraginem, Charonem tristiorem, Furiarum agmina aut praerupta Tartara, tunc .... quibus hydra saeuior sedem habeat, Tityi quoque uiscera reparandis fecunda suppliciis, quae uultur inmanis sine ullo fine depascitur, Ixionii quoque orbis perpetuam sub poenae atrocitate uertiginem, tum saxi desuper inminentis super capita adcubantium inter epulas inpendentem ruinam. haec plena 404 A sunt fabularum: nec tamen negauerim poenas esse post mortem. sed quid ad mortem id quod post mortem est? si autem quae post mortem sunt referantur ad mortem, eadem etiam quae

4 Cic. Tusc. I 10 Uerg. Aen. VI 417 6 Uerg. Aen. VI 572. 577 7 Uerg. Aen. VI 575 sq. 595 sqq. 9 Uerg. Aen. VI 601 10 Uerg. Aen. VI 603—606

1 ea *A* (eā *m2*) *P*𝔄‴*E*′*E* 2 superstis 𝔄‴*E*′ *et corr. m2 AC, m3* 𝔄 corporis (s *s. u. m2*) *A* 3 manet *A* (ł eat *s.* et *m2*) *P* maneat *cet.* 4 reformidẹnt (a *s.* ẹ) *T* formidant *G* prophetarum uidelicet uel poetarum 𝔄‴*CE*′ latratus ... 12 fabularum *om. V* 5 cerbĕ *A* (*s. m2* ł cerberū) cerbem 𝔄′ (ri *s.* m *m3*) 𝔄‴*E*′ cerber* (i *s. ras.*) *C* canis infernalis *ante* cerberi *add.* 𝔄′ (*m. ant.*) 𝔄″*E* caronem *AP* et nautam infernalis gurgitis charon 𝔄′ (*m. ant. in ras. 8 fere litt.*) et nautam inferni gurgitis caronem 𝔄″*E* 6 Tartara *ed. Rom.* tartarea *α* carcare *A* (e *s.* ą *alt. m2*) 𝔄 (a *alt. in ras.*) carceris 𝔄′ (is *m2 in ras.*) 𝔄″*E* carcere *cet.* · tunc *C* (*s.* tum?) *T* (*s. u.*) cum *N*′ (*ex* tunc *m2* 𝔄′) in *α* *lacunam indicaui* (*excidit post* tunc [tum?] *fort.* uestibula in) 7 ydra *APE* idra *G* titii 𝔄′ (i *tert. m3 in ras., fuit* os) ticii 𝔄″ tycii *E* tityos *AP*𝔄‴*CE*′ ticyos *G* tytios 𝔄 titios *T*; *nisi forte cogitandum Ambrosium genetiuum* Tityos *a nominatiuo* Titys *deriuatum sibi mente finxisse; nam quominus* Tityon quoque <cuius> *scribamus, obstat membrorum concinnitas* 9 ixionii (i *ult. s. u. m3*) 𝔄′ 10 atrocitatem *P*𝔄‴ *et* (*m2* -e *ex* -ē) *AC* tum (ł a *s.* u *m2*) *A* 11 adcubantium (*s. m2* ł occupantium) *A* 11 plena sunt *C m2* plenas *A*𝔄𝔄‴ *et* (s *eras.*) 𝔄′ planas *E*′ poena (l *s.* o) *G* plena *cet.* 12 tabularum *A*𝔄𝔄‴*E et* (ł fa *s.* ta) *D*, (t *s.* f *m2*) *C* ego negauerim *V* negauerint *E*′ negauerunt 𝔄″ plenas (*s. m2* ł pęnas) *A* 14 etiam eadem 𝔄‴*CE*′

post uitam sunt referuntur ad uitam. nulla ergo erunt supplicia, quae referantur ad mortem. mors enim, ut supra diximus, absolutio est et separatio animae et corporis: non est autem mala solutio, quia dissolui et cum Christo esse multo melius. non igitur mala mors. denique et mors peccatorum pessima, B non utique mors pessima generaliter, sed pessima specialiter peccatorum. denique pretiosa iustorum. unde liquet acerbitatem non mortis esse, sed culpae.

34 Pulchre autem Graeci finem mortem appellauerunt; τελευτήν enim mortem appellant, eo quod finis istius uitae sit. sed etiam somnum mortem scriptura nuncupat, sicut est illud: Lazarus amicus noster dormit; sed uado ut suscitem eum. somnus autem bonus, quoniam quies est, sicut scriptum est: ego dormiui et quieui et resurrexi, quo- C niam dominus suscipiet me. dulcis igitur quies mortis. denique dominus suscitat quiescentes, quia dominus resurrectio.

35 illud quoque egregium, quod ait scriptura: ante mortem non laudaueris quemquam. unusquisque enim in nouissimis suis cognoscitur et in filiis aestimatur, si bene filios suos instituit et disciplinis conpetentibus erudiuit, siquidem

4 Philipp. 1, 23 5 Psalm. XXXIII 22 7 Psalm. CXV 6 12 Ioh. 11, 11 14 Psalm. III 6 16 Ioh. 11, 25 17 Sir. 11, 28 (30)

2 referuntur *A* (a *m2 s.* u *pr.*) *P* referantur *cet.* enim] ergo 𝔄‴*CE*‘ 3 corporis et animae *G* 4 esse cum xpo 𝔄″*E* 5 et *AP, om. cet.* 8 acerbitatem (v *s.* b *m2*) *A* aceruitatem 𝔄‴*E*‘ 9 pulchre . . . 16 resurrectio *om. V* finem *APT et C m2* a finem 𝔄 a fine *C m1 cet.* teleuten (teleuthen 𝔄″*E*) *libri praeter P*‘, *in quo* ΘƐaVΘƐN (ε *s.* a) 10 enim] autem 𝔄‴*CE*‘*G* sit uitae 𝔄‘ 11 somnium 𝔄‴*CE*‘*G* scriptura nuncupat mortem 𝔄″*E* scriptura (ł e *s.* a *m2*) *A* scripturae *T* nuncupat (ł ant *s.* at *m2*) *A* nuncupant *T* 13 illum *T* quies (e *s. u.*) est *P* quiē (*om.* est) 𝔄‴ quies (*om.* est) *E*‘ quies (es *s. u. m2*) est *C* quies est (es est *in ras.*) 𝔄‘ 14 resurrexi *A* (re *del. m2*) *P*𝔄 surrexi *cet.* 15 suscipiet (*s. m2* ł suscepit) *A* suscepit 𝔄‘ (*m2 ex* suscipiet) 𝔄″*GT* susci*cepit *E* 16 suscitat (ł uit *s.* t *alt. m2*) *A* dns est 𝔄‘ (est *s. u. m2*) 𝔄″*E* 18 laudaberis (v *s.* b *m3*) 𝔄, (u *ex* b *m2*) 𝔄‘ 19 suis *om. G* cognoscitur *V m2 et m1 A*𝔄 cognoscetur *A m2 V m1* 𝔄 *m3 E*‘*T* filiis (i *tert. s. u. m2*) *V* filiis suis 𝔄″ 20 suos *om. G*

ad neglegentiam patris refertur dissolutio filiorum, tum quia unusquisque, quamdiu uiuit, obnoxius est lapsui, nec senectus immunis a crimine. ideo legis quia Abraham mortuus est in bona senectute, eo quod in propositi sui bonitate permansit. mors igitur uitae est testimonium. nam si laudari ante gubernator non potest quam in portum nauem deduxerit, quomodo laudabis hominem, priusquam in stationem mortis successerit? et ipse sui est gubernator et ipse uitae huius iactatur profundo quamdiu in salo isto tamdiu inter naufragia. dux ipse nisi confecto proelio non sumit lauream nec miles arma deponit nec stipendii mercedem adipiscitur nisi hoste superato. mors igitur stipendiorum plenitudo, summa mercedis, gratia missionis est.

36 Quantum autem morti dedit sanctus Iob, qui dixit: benedictio morituri in me ueniat! nam etsi Isaac benedixerit filios suos moriens et Iacob benedixerit patriarchas, tamen benedictionis illius gratia poterat solis benedicentium meritis deputari uel pietati paternae. hic uero nulla praerogatiua meritorum est. nulla pietatis, sed solius mortis priuilegium, cum benedictio cuiusque morituri tantum uirtutis habet, ut eam sibi sanctus propheta optauerit. ac per hoc cogitemus

3 Gen. 25, 8 14 Iob 29, 13 15 Gen. 27, 27 sqq. et 39 sqq. 16 Gen. 49, 1 sqq.

1 tum] dum 𝔄′ (quia *exp.*) *et* (quia *om.*) 𝔄″*E*𝔄‴*CE′G* 2 lapsui] absui 𝔄‴*E′ et* (ab suis *m2*) *C* sui *G* 3 habraam 𝔄 habraham *C* 4 bona senectute (⁄ *m2*) *A* senectute bona *VNT* bonitate propositi sui 𝔄″*E* 8 et ipse . . . naufragia *om. V* est sui 𝔄″ 9 esto 𝔄‴ *m1* ẽ isto 𝔄‴ *m2 E′* isto sumus *T* 13 missionis *N* amissionis *AP et* (a *s. u., sed eras.*) *T* emissionis *V* remissionis *G* 15 benedixerit (er *del. m2*) *A* benedixerat 𝔄′ (a *ex* i *m2*) 𝔄″*E*𝔄‴*CE′* 16 moriens *del. m2 A, s. u. T et m3* 𝔄, *om. V*𝔄 benedixerit (er *del. m2*) *A* benedixerat 𝔄′ (a *ex* i *m2*) *G* (t *s. u. m2*) 𝔄″*E*𝔄‴*CE′* 17 benedicentium (ł tū *s.* tium *m2*) *A et* (-tis *m2*) *C* benedicentum *V*𝔄*T et* (-tium *m2*) 𝔄′ benedicendum *E′G* 19 solius (i *s. u.*) 𝔄 *et* (i *m. ant.*) 𝔄′, (i *m2*) *C* solus *V*𝔄‴*E′* cuiusque *C* (que *s. u. m2*) cuiusue *V* cuiusce *A* (h *s.* ç *pr. m2*) *cet.* 20 habeat *T* (a *s. u.*)

37 semper hunc uersiculum et corde teneamus. si quem uiderimus pauperem moriturum, sumptu iuuemus: dicat unusquisque nostrum: benedictio morituri in me ueniat. si quem uiderimus debilem, non deseramus, si quem in extremis positum, non relinquamus: occurrat et nobis dicere: bene- 405 A dictio morituri in me ueniat. laudet et te unusquisque moriturus, unusquisque depositus aeuo, unusquisque confectus uulnere graui, unusquisque morbo absumptus et iam morti proximus. hic uersiculus quantos benedici fecit! quotiens mihi pudorem incussit, si moriturum praeterii, si non uisitaui grauiter aegrum, si fastidiui inopem, si captiuum non redemi, senem spreui! sit ergo in corde semper, ut stimulet duriores, ut admoneat promptiores. resonent te postrema uerba morituri et benedictionem tui egrediens e corpore ani- B ma secum uehat. eripe etiam eum qui ad mortem ducitur, qui periturus erat, nisi tu subuenisses, ut dicas: benedictio perituri ueniat in me.

9, 38 Quis igitur dubitet de bono mortis, cum id quod inquietum, C id quod erubescendum, id quod inimicum nobis est, id quod uiolentum, id quod procellosum et ad omnia uitia inlecebrosum est conquiescat et iaceat et quasi fera in cauea claudatur

7 Uerg. Aen. XII 395

1 quem] quidem *CG* uiderimus *V et* (ri *s. u.*) *T* uidemus *cet.* 2 pauperum 𝔄‴*E* *et* (-em *m2*) *C* 3 si quem . . . 6 ueniat *om.* 𝔄‴*CE*′*G* 4 uiderimus (ri *s. u.*) *V* deseramus *m3 ex* desideramus 𝔄 extremis (is *ex* ũ *m2*) 𝔄′ 6 et *eras.* 𝔄′, *om.* 𝔄″*E*𝔄‴*CE*′ 7 moriturus *in ras. P* (*prima litt. in ras. est* n) defectus 𝔄‴*E*′, confectus . . . unusquisque *om. C* 8 absumptus *P*𝔄″*ET et* (b *ex* d) 𝔄′ assumptus *VG* adsumptus 𝔄 (us *ex* is *m3*) *cet.* 12 si senem *A* (si *s. u. m2*) *VNT* 13 promptiores (es *ex* em *m2*) *A*𝔄 promtiorem *PV* promtionem *G* te *s. u. m. ant.* 𝔄′ 14 e *A* (*exp. m2*) *PV*, *s. u. T*, *om. cet.* animã 𝔄″*E*′ 16 subuenises *P* 17 perituri *A* (*s. u. m2* ł morituri) *P*𝔄‴*CG* morituri *cet.* in me ueniat *T* 18 dubitet *om. G*, dubitat 𝔄‴*CE*′ id quietum (*om.* quod in) *G* 19 inimicum (*s. m2* ł iniquum) *A* iniquum *T* noƀ *del. m2 A* 20 uita (ł tia *m2 s.* ta) *A* 21 fera in *ed. Rom.* feruidã (ł da in *s.* dã *m2*) *A* feruidaṃ *P* feruida in *T*, *om. V*, feruida *cet.* caueã (*s. m2* cauea) *A* caueaṃ *P*

sepulchri, relinquatur rabies eius exanimis et emortua conpago uiscerum in terram resoluatur, id autem quod familiare uirtutibus, amicum disciplinis, studiosum gloriae, sequax boni, deo D subditum est ad illud sublime euolet et cum illo puro et perpetuo bono atque inmortali maneat, ipsi adhaereat et cum ipso sit, de quo cognationem ducit, ut quidam ait: cuius et genus sumus? non enim mori animam cum corpore manifestum est, quia non est de corpore. non esse autem eam de corpore scriptura multis modis edocet. nam et Adam a domino deo nostro accepit spiritum uitae et factus est in animam uiuentem et Dauid ait: conuertere, anima mea, in E requiem tuam, quia dominus benefecit mihi. et in quo benefecerit audi: quia liberauit inquit pedes meos a lapsu. uides gratulari eum mortis huius remedio, quia 39 finis est factus erroris, quia culpa, non natura defecit. denique quasi exutus et liber dicit: placebo domino in regione uiuorum. illa est enim regio .... denique illam animarum requiem dicit terram esse uiuentium, quo peccata non penetrent, ubi uirtutum uiuit gloria. ista autem regio plena est mortuorum, quia plena est delictorum, meritoque 20 F dictum est: relinque mortuos sepelire mortuos sepelire mortuos suos. sed et supra similiter ait: anima

6 Act. 17, 28 10 Gen. 2, 7 11 Psalm. CXIIII 7 13 Psalm. CXIIII 8 16 Psalm. CXIIII 9 18 Psalm. XXVI 13 21 Matth. 8, 22 22 Psalm. XXIIII 13

1 conpagū 𝔄‴*E*' *et.*(-o *ex* -ū *m2*) *C* 2 in terram *A* (ł na *s.* ram *m2*) interna *T* 6 coo *P m1*, quo *m3* 7 sumus *P* 8 ea *A* (eā *m2*) *P*, eā *extra u. m. ant.* 𝔄' 9 domino *om. G* 12 mihi *A* (*in ras*) tibi *GTP*' 14 remediǫ (a *s.* ǫ *m2*) *P* 15 factus est 𝔄″*ET* defecit (e *alt. ex* i *m2*) *A* deficit *CE*' 17 lacunam significaui; ‹uiuorum› regio *ed. Paris. a. 1569* regio uiuorum *E et* (uiuorum *s. u.*) *T*; *sed plura excidisse uidentur* denique . . . uiuentium *om. V* 18 animarum (ni *s. u. m2*) *A* ducit (*del. m2*). terrā dicit esse *A* dicit. terram dicit esse *P*𝔄𝔄‴*CE*'*GT* dicit terram esse dicit 𝔄' (*ante* terram *ras. et alt.* dicit *eras.*) 𝔄″*E* terram dicit esse *D* uiuentiū (ł tū *s.* tiū *m2*) *A* 19 penetrent (a *s.* e *ult. m2*) *A* penetrant 𝔄' (ant *m2 in ras.*) 𝔄″*ET* uiuit (t *s. u.*) *A* 20 est *pr. om.* 𝔄″ 21 relinque mortuos tuos *E*'

eius in bonis demorabitur, et semen eius hereditabit terram, hoc est: anima timentis deum habitabit in bonis, ut semper in eis sit et secundum ea. quod potest etiam de eo accipi qui sit in corpore, ut et ipse, si timeat deum, in bonis habitet et in caelestibus sit et possideat corpus suum et dominetur ei quasi in seruitutem redacto et possideat hereditatem gloriae et caelestium promissorum.

40 Unde et nos si uolumus post mortem corporis huius in 406 A
bonis esse, caueamus ne adglutinetur anima nostra huic corpori, ne commisceatur, ne inhaereat, ne trahatur a corpore et tamquam ebria perturbationibus eius uacillet et fluitet nec se ei credat atque eius delectationibus, ut committat se eius sensibus. nam et oculus eius error et fraus est, quia fallitur uisus, et auris eius deceptio est, quia et auditus inluditur, et sapor eius deceptio est. denique non otiose dictum est: oculi tui recta uideant et: lingua tua non loquatur peruersa. quod non esset dictum, nisi frequenter erra- B
rent. uidisti meretricem, captus es uultu eius et formam decoram putasti: errauerunt oculi tui, peruersa uiderunt, alia nuntiarunt. nam si uere uidissent, uidissent deformem meretricis affectum, inhorrentem procaciam, indecentem inpudicitiam, marcentes libidines, taetram conluuionem, animi uulnera, conscien-

16 Prouerb. 4, 25 Psalm. XXXIII 14

2 timentib; *E'* 3 et] ut $\mathfrak{A}'''CE'$ ea uiuat *G* quod (*s. m2* quę) *A* quę (*s.* quod) *T* 9 bonis] nobis $\mathfrak{A}'''CE'G$ 11 perturbationibus (*ł* ne *s.* nibus *m2*) *A* perturbatione (*ł* nibus *s.* ne) *T* fluctuet *V* fluit (a *s.* i) et $\mathfrak{A}'''$ fluat et *CE'* 13 error et fraus (*s. m2 ł* errore fractus) *A* errore fractus (*s. ł* error et fraus) *T* quia . . . deceptio est *om.* $\mathfrak{A}'''CE'G$ 16 recte *P* non] ne *G* loquetur $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'''CE'$ *et* (-atur *m2*) $\mathfrak{A}'$ 17 peruersa (a *m2 ex* ę) $\mathfrak{A}'$ esse *EE'G et* (*corr. m2*) $\mathfrak{A}'''C$ 18 formam *APT* forma $\mathfrak{A}'$ (a *ex* ã) *cet.* decorem *T* decorẽ (e *alt. eras.*) $\mathfrak{A}$ 19 potasti *A* (a *ex* e *m2*) *P* (v *s.* o) *E'* nuntiauerunt *A* (ue *s. u. m2*) $\mathfrak{A}ET$ 20 uera *E'* uerae $\mathfrak{A}'''GT$ et deformem $\mathfrak{A}'E$ deformis $\mathfrak{A}'''CE'G$ effectum (a *s.* ę) *T* 21 marcentes (*s. m2 ł* cescentis) *A* marcescentes $\mathfrak{A}$ mardescentis (*s.* marcentes) *T* 22 libidines (*ł* i *s.* e *m2*) *A* tetrã (*ł* e *s.* ã *m2*) *A* terre (*exp. et s.* tetram) *T* terram *E' et* (r *pr. ex* t) *E* tetram *cet.* animi *A m1 P* animę *A m2 cet.* conscientiae (ae *m2 ex* a) *P*

tiae cicatrices. qui uiderit inquit mulierem ad concupiscendum eam. uides quod iste falsum quaesiuit qui non ueritatem, sed adulterium requisiuit. uidere enim quaesiuit, ut concupisceret, non ut uerum cognosceret. errat igitur oculus, ubi errat affectus. affectus ergo deceptio est, deceptio uisus — et ideo tibi dicitur: neque capiaris oculis, id est non capiatur anima tua; mulier enim uirorum pretiosas animas capit —, deceptio auditus. denique multo blandimento sermonis mulier fornicaria saepe iuuenis cor seduxit, decepit, inlusit. C

41 Ergo non laqueis credamus et retibus his, quae decipiunt et inludunt, quia corda temptantur, inpediuntur cogitationes. quae inpediuntur uisu, inpediuntur auditu odore tactu sapore. non sequamur inlecebrosa et seductoria, sed sequamur illud quod bonum est, illi adhaereamus, illud imitemur, illius praesentia, illius communicatio nos meliores faciat, mores nostros coloret, illius quaedam nos societas informet. qui enim bono adhaeret adsumit inde quod bonum est, quia scriptum est: cum sancto sanctus eris et cum peruerso subuerteris et cum innocente innocens eris; adsiduitate enim atque imitatione quaedam similitudinis imago D E F

1 Matth. 5, 28 6 Prouerb. 6, 25 7 Prouerb. 6, 26 8 Prouerb. 7, 21 19 Psalm. XVII 26 sq.

1 concupiscendam $\mathfrak{A}'''CE'$ 2 iste (*s. m2* ł ipsum) *A* ipsum (*exp. et s.* iste) *T* ipse *VN* 3 ueritatem non requisiuit sed adulterium *G* requisiuit *ex* quaesiuit *T* 5 deceptio *alt.* (de *m2 ex* di) *A* 6 neque] ne $\mathfrak{A}T$ oculis tuis *A* (tuis *s. u. m2*) *VNT* 8 deceptio ĕ (ĕ *s. u. m2*) $\mathfrak{A}'$ 9 deduxit (s *s.* ḍ *m2*) *G* 11 laqueis *AP*, laqueis nos *cet.*; *fort.* <nos> non quę (ł i *s.* ę *m2*) *A* qui $\mathfrak{A}''ET$ 14 sed et $\mathfrak{A}'''$ (et *exp.*) *G* 15 imitętur (em *s.* ęt) *P* 17 colore (ł s *s.* e *m2*) *A* colore *V*$\mathfrak{A}\mathfrak{A}'''G$ *et* (*om.* nostros) *E'* coloret (t *s. u. m2*) $\mathfrak{A}'C$ *et* (et *s. u.*) *T* quaedam *A m1* quae quadam *A m2* societas (*s. m2* ł faciatis) *A* societas ụsqụę qụąqụę *T* 19 *post* eris *add.* et cum electo electus eris $\mathfrak{A}'''CE'G$ et dum *A* (c *s.* ḍ *m2*) *P* 20 subuerteris *AP* subuersus eris *P'* peruersus eris *cet.* et cum in. in. eris *om.* $\mathfrak{A}'''CE'G$ 21 quędam (a *s.* ę *m2*) *A* quadam *T* similitudinis (ł e *s.* is *m2*) *A* similitudinem $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (is *m2 s.* ęm) *C* similitudinum *G*

formatur. ideoque addidit: quoniam tu inluminas lucernam meam, domine. etenim qui adpropinquat lumini citius inluminatur, et plus in eo splendor aeterni luminis refulget e proximo. ergo anima, quae adhaeret illi inuisibili bono deo atque inmortali, et ipsa corporea haec fugit et terrena et mortalia derelinquit fitque illius similis quod desiderat et in F quo uiuit et pascitur. et quia inmortali intendit, non est ipsa mortalis. quae enim peccat moritur non utique aliqua sui dissolutione, sed merito moritur deo, quia uiuit peccato. ergo quae non peccat non moritur, quia manet in substantia sui,
42 manet in uirtute et gloria. nam quomodo substantia eius interire potest, cum utique anima sit, quae uitam infundit? et cui anima infunditur uita infunditur, a quo anima discedit uita discedit. anima ergo uita est. quomodo potest mortem recipere, cum sit contraria? sicut enim nix calorem non recipit, nam statim soluitur, et lux non recipit tenebras, 407 A nam statim discutit — infuso enim lumine tenebrarum horror aufertur sicut admoto igni niuium rigor desinit — ita et anima, quae uitam creat mortem non recipit, non moritur: anima autem mortem non recipit: anima ergo non moritur.

10, 43 Habemus ergo rationem. sed haec humana, illud diuinum, B quod ait dominus: potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. uides igitur quia non moritur cum corpore quae et ponitur

1 Psalm. XVII 29 15 Plato Phaed. 106 A 23 Ioh. 10, 18

4 adhaeret illi (⁄ *m2*) *A* illi adhaeret *VNT* 5 corporea (e *s. u.*) *A m2 E m1* terrenaet (t *alt. s. u.*) *A* terrenae (et *s.* e) *P* 7 et ** quia (i *s. u. m. ant.*) *A* inmortali (in *s. u.*) *P* 8 aliqua *A* (*s. m2* ł alia) 𝔄′ (*m2 ex* alia) alia *V*𝔄 10 sua *C* 11 et gloria (*del. m2 et s. scr.* ł głe) *A* 12 anima sit *ex* ammisit *m2 A* 14 quomodo autem *T* quomodo enim *ed. Rom., fort.* quae quomodo 15 calorem nix 𝔄‴*CE′G* 17 nam *m2 ex* non *A* non *E′* 18 ad*moto (o *pr. in ras.*) *A* admoto 𝔄′ (d *s. u. m. ant.*) admodo 𝔄‴*E′ et* (-to *m2*) *C* admodom (u *s.* o *alt.*) *G* igne *N′* (e *ex* i *m2* 𝔄′) *T* 19 et non moritur *P′* 20 anima . . . moritur *om.* 𝔄″*E*

et resumitur et in manus dei patris commendatur. sed forte dicas: 'specialiter: scilicet quod Christi est.' et quamuis ille C quae sunt hominis susceperit, tamen, quia alterius est causa et istud adstruere, ne tempus teramus, audi dicentem: qui scis an nocte a te tua anima reposcatur? numquid dixit: moriatur in te anima tua? sed: reposcatur a te. quae data est reposcitur uel repetunt a te. repetitur enim anima, non interimitur. quae repetitur manet, quod interimitur non manet. quomodo enim interimitur, de qua dixit sapientia dei non timendum quemquam, qui potest corpus occidere, animam autem non potest? de qua dicit propheta: D anima mea in manibus tuis semper. semper inquit, 44 non in tempore. et tu commenda animam tuam in manus domini. non solum cum recedit e corpore, sed etiam cum est in corpore, est in manibus domini, quia non uides eam, unde ueniat aut quo uadat. est et in te, est et cum deo. denique cor regis in manu domini et ab eo regitur et gubernatur. cor repletur mente, quia mens animae principale E est et uirtus animae est. non eam uirtutem dico, quae in lacertis, sed quae in consiliis, temperantia, pietate atque

1 Luc. 23, 46 5 Luc. 12, 20 10 Matth. 10, 28 12 Psalm. CXVIII 109 17 Prouerb. 21, 1

1 *post* dei *add.* omnipotentis *V* fortasse *G* ne forte $\mathfrak{A}''E$ 2 dicat $\mathfrak{A}$ *et* (dicas *m2*) $\mathfrak{A}'$ specialiter scilicet *Henricus Schenkl* specialiter se *A m1 et* (se *exp.*) *P* speciale esse *A m2 cet.* xpi *A* (*s. m2* ł xpc) xps $\mathfrak{A}\mathfrak{A}'$ est *om. CE'* 3 causa (ł ę *s.* a *m2*) *A* causę $\mathfrak{A}'$ (ę *ex* a *m2*) *T* et *om. E'T* 4 istud (*s. m2* ł illud) *A* illud *T* (*s.* istud) $\mathfrak{A}'''CE'E$ teramus (a *in ras. 2 litt.*) *A* praetereamus $\mathfrak{A}'$ (*ex* teramus *m2*) $\mathfrak{A}''E$ quid *A* (*in ras. m. ant.*) $\mathfrak{A}$ (d *s. u. m3*) $\mathfrak{A}'$ (*m2 ex* quis) *C* (d *exp. m2*) $\mathfrak{A}''T$ 5 an nocte a te *P* si (*s. m2* ł an) hac nocte a te *A* (*in quo* scis si hac nocte *in ras. m. ant.*) an hac nocte a te *V* (hac *s. u. m2*) $\mathfrak{A}TP'$ an nocte hac (hac *in mg. m3* $\mathfrak{A}'$) a te *N'* hac nocte et $\mathfrak{A}'''CE\,G$ dixit *om. G* 6 ‹non›, sed *ed. Rom.* 8 quae repetitur ... 11 non potest *om. G* 9 qua (*s.* ua *ras.*) $\mathfrak{A}'$ quo $\mathfrak{A}$ 11 et (*s. u. m2*) propheta *P* 12 tuis (*s. m3* meis) $\mathfrak{A}$ meis *T* 15 est *pr.*] et $\mathfrak{A}$ manu $\mathfrak{A}'''CE'G$ 17 manus *P* manu (u *ex* ũ) $\mathfrak{A}$ et *alt.*] atque *G*

iustitia est. si cor hominis in manu domini, multo magis anima. si anima in manu dei est, non utique anima nostra sepulchro simul cum corpore includitur nec busto tenetur, sed quiete pia fungitur. et ideo frustra homines pretiosa struunt sepulchra, quasi ea animae, non solius corporis receptacula sint.

45 Animarum autem superiora esse habitacula scripturae testi- F
moniis ualde probatur, siquidem et in Hesdrae libris legimus quia, cum uenerit iudicii dies, reddet terra defunctorum corpora et puluis reddet ea quae in tumulis requiescunt, reliquias mortuorum. et habitacula inquit reddent animas, quae his commendatae sunt, et reuelabitur altissimus super sedem iudicii. hae sunt habitationes, de quibus dicit dominus multas mansiones esse apud patrem suum, quas suis pergens ad patrem discipulis praepararet. sed Hesdrae usus sum scriptis, ut cognoscant gentiles ea quae in philosophiae libris mirantur translata de 408 A
nostris. atque utinam non superflua his et inutilia miscuissent, ut dicerent animas hominum pariter ac bestiarum esse communes earumque summum praemium, si magnorum philosophorum animae in apes aut luscinias demigrarent, ut qui ante hominum genus sermone pauissent postea mellis dulcedine aut cantus suauitate mulcerent. satis fuerat dixisse illis quod

9 Hesdrae IIII 7, 32 sq. *(Volkmar)* 14 Ioh. 14, 2 20 Plat. de re publ. X 620 A

1 est *om.* *G* 2 dn̄i 𝔄‴*CE'G* 4 homines frustra 𝔄″ hominibus p. erunt sepulchra 𝔄‴*CE'G* 5 et non *N'* (et *s. u. m2* 𝔄') 7 superiores 𝔄‴*E'* *et* (a *m2 s.* es) *C* 9 iudicii (i *alt. in ras.*) *P* reddat 𝔄‴*CE'* 10 puluis (ł plus *s. u. m2*) *A* plus *V* (*s. m2* ał puluis) 𝔄' (*s.* puluis *m. ant.*) prt' *T* (*in ras., s.* puluis) 𝔄 ea reddet *G* eas *N'* (s *s. u. m3* 𝔄') qui *G* 11 mortuorum (*s. m2* ł sanctorum) *A* sanctorum (*exp. et s.* mortuorum) *T* 12 reddunt *N'* in his (*om.* sunt) *G* 13 haec *E'GE* 14 dicit dn̄s (⁄ *m2*) *A* dn̄s dicit *N*𝔄‴*CE'T* 15 ad patrem *om.* 𝔄″*E* 17 filosophie *A* filosophiae *P*𝔄 filosofiae *V* 20 filosophorum *A* philosoforum 𝔄 filosoforum *V* 21 demigrarent (a *ex* e) *A* 23 quod (*s. m2* ł qui) *A*

liberatae animae de corporibus Ἅιδην peterent, id est locum, qui non uideretur, quem locum latine infernum dicimus. B
46 denique et scriptura habitacula illa animarum promptaria nuncupauit, quae occurrens querellae humanae, eo quod iusti qui praecesserunt uideantur usque ad iudicii diem per plurimum scilicet temporis debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait coronae esse similem iudicii diem, in quo sicut <non> nouissimorum tarditas, sic non priorum uelocitas. coronae enim dies expectatur ab omnibus, ut intra eum. diem et uicti erubescant et uictores palmam C adipiscantur uictoriae. illud quoque non reliquit occultum, eo quod superiores uideantur qui ante generati sunt, infirmiores qui postea. conparauit enim utero mulieris partus saeculi huius, quoniam fortiores sunt qui in iuuentute uirtutis nati sunt, infirmiores qui in tempore senectutis. defecit enim multitudine generationis hoc saeculum tamquam uulua generantis et tamquam senescens creatura robur iuuentutis
47 suae uelut marcenti iam uirium suarum uigore deponit. ergo D
dum expectatur plenitudo temporis, expectant animae remu-

3 Hesdrae IIII 7, 32 8 Hesdrae IIII 5, 42 11 uerba 'non debet esse occultum . . . 18 deponit' leguntur in Commentario in Cantica cant. ex scriptis Ambrosii collecto 3, 31 sq. (I 1578 D *B.*) 13 sq. Hesdrae IIII 5, 53

1 liberatae (*s. m2* libertate) *A* aden *G* idem (*s. m2* aiden) *T* addent 𝔄‴*E′ et* (addenta *m2*) *C*, *om.* 𝔄″*E* (*in quibus legitur* appeterent), aiden *cet.* id est *om.* 𝔄″*E* 2 uidetur *G* dicimus *A* (ł xi *s.* ci *m2*) *T* (c *ex* x̌) 3 promptaria *V*𝔄*D* prumptaria *A* prumptuaria *PG* promptuaria 𝔄‴ (o *ex* u) 𝔄′ (u *s. u. m2*) *CE′ETP′* promtuaria 𝔄″ 4 quaerellae (l *pr. eras.*) *A* querelae *V* (re *s. u. m2*) 𝔄𝔄″*ET* quaerelae *cet.* 7 similem illum *T* (illum *s. u.*) *ed. Rom.* 8 non *add. ed. Rom.* tarditas (*in mg.*) non excludetur, sic non pr. uel. ante admittetur *T* 11 relinquit *AP* eo *om. T* 12 inferiores *T*, *non inepte, cf. u. 15* 13 huius saeculi 𝔄″ 14 iuuentate (v *s.* a) 𝔄 15 inferiores *P*𝔄𝔄‴*CE′G* in *om.* 𝔄″*E* defecit (i *s.* e *alt. m2*) *PC* deficit *VNT* 17 renascens *A* (*s. m2* ł senescens) *P* robori 𝔄‴*E′* roborem (*m2* robur) *C* ubertatis 𝔄‴*CE′G* 18 uigore (e *s. u.*) *A* uigorem (m *eras.*) 𝔄′ 19 dum *om. E′*, dū (ū *in ras. m2*) *C* dm̄ (m *ex* n) 𝔄‴ plenitudo (ł ine *m2*

nerationem debitam. alias manet poena, alias gloria: et tamen nec illae interim sine iniuria nec istae sine fructu sunt. nam et illae .... uidentes seruantibus legem dei repositam esse mercedem gloriae, conseruari earum ab angelis habitacula, sibi autem dissimulationis et contumaciae supplicia futura et pudorem et confusionem, ut intuentes gloriam altissimi erubescant in eius conspectum uenire, cuius mandata temerauerint. E sicut enim praeuaricatio Adae ita et confusio, quoniam sicut ille per incuriam mandatorum caelestium lapsus est et pudore se prolapsionis abscondit, fulgorem diuinae praesentiae uerecundia peccatricis conscientiae subire non ausus, ita et animae peccatorum uibrantis luminis eius splendorem non sustinebunt, quo teste se reminiscentur errasse.

11, 48 Iustarum uero animarum per ordines quosdam digesta F laetitia. primum quod uicerint carnem nec inlecebris eius inflexae sint. deinde quod pro pretio sedulitatis et innocentiae suae securitate potiantur nec quibusdam sicut impiorum animae erroribus et perturbationibus inplicentur atque uitiorum suorum 409 A memoria torqueantur et exagitentur quibusdam curarum aestibus. tertio quod seruatae a se legis diuino testimonio fulciantur, ut factorum suorum incertum supremo iudicio non uere-

3 II Tim. 4, 8 9 Gen. 3, 8 14 Hesdrae IIII 7, 70—76

s. o) *A* expectant] expectat *G et* (*corr. m2*) *CE'* remunerationes debitas *G* remunerationem debitas 𝔄''' remunerationē (ē *ex* is) debitam *E'* 1 debita *N'* poenas 𝔄''' *et* (s *exp.*) *E* 3 *excidit uerbum ueluti* conturbabuntur uident *V* uidentes (es *s. u.*) *T* 10 uerecundiae 𝔄''' *et* (-ia *m2*) *CE'* 13 testes ei 𝔄'''*C* testese (e *tert. s. u.*) *E'* se non 𝔄 *et* (non *exp.*) 𝔄' ṇọṇ (*s.* se) *T* 14 ụẹrọ (*s. m. ant.* autem) 𝔄' autem 𝔄''*E*𝔄'''*CE'* ordinem 𝔄'''*CE'GP'* quendam *C* (en *ex* os) quemdam *P'* digesta (ł tos *s.* ta *m2*) *A* digestos *T* erit *post* digesta *add. Maurini, post* laetitia *T et* (*in ras.*) *D* 15 laetitia (*in mg. m3* letificat) 𝔄 plurimum *A* (*s. m2* ł primum) *P* 16 pretioso *A* (*s. m2* ł ꝑ p̃tio) pro (*cras.*) pretio *P* pro *om. N'* 17 sicut (ut *del. m2*) *A* 20 a se *s. u. T, om.* 𝔄 diuine (e *ex* o *m2*) 𝔄' diuinę (ę *m2 ex* o) *CE'* fulciantur *P et* (v *m2 s.* a) *A* fulciuntur *T* (a *s.* u *alt.*) *cet.*

antur euentum. <quar>tum quia incipiunt intellegere requiem suam et futuram sui gloriam praeuidere eaque se consolatione mulcentes in habitaculis suis cum magna tranquillitate requiescent stipatae praesidiis angelorum. quintus autem ordo exsol- B cationis habet uberrimae suauitatem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere in lucem libertatemque peruenerint et repromissam sibi possideant hereditatem. est enim ordo quietis, quia est et resurrectionis. sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo inquit omnes uiuificabuntur, unusquisque autem in ordine suo: primitiae Christus, deinde qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis. erit igitur ordo diuersus claritatis et gloriae, sicut erit ordo meritorum. processus C quoque ordinum processum exprimit claritatis. denique sexto ordine demonstrabitur his quod uultus earum sicut sol incipiat refulgere et stellarum luminibus comparari, qui tamen fulgor earum corruptelam iam sentire non possit. septimus uero ordo is erit, ut exultent cum fiducia et sine ulla cunctatione confidant et sine trepidatione laetentur festinantes uultum eius uidere, cui sedulae seruitutis obsequia detulerunt, de quo innoxiae conscientiae recordatione praesumant gloriosam D mercedem laboris exigui, quam incipientes recipere cognouerunt

9 I Cor. 15, 22—24 14 Hesdrae IIII 7, 77 et 78

1 quartum *scripsi* tum *libri* (ortum *ex* IIII^{tum}) *praeter* $\mathfrak{A}'''CE'G$, *in quibus legitur* dum; quarto *ed. Paris. a. 1569*; *in margine librorum VD ad p. 743, 15. 16, 744, 1. 4 adscripti sunt numeri:* I, II, III, IIII, V incipient *scribendum esse uidetur aut* incipiant *et deinde* requiescant 5 uberrimae habet $\mathfrak{A}''E$ corruptibilis (*l* li *s.* lis *m2*) *A* 6 corpore *A*, *exp. m2 P*, corporis *s. u. T* 9 inquit *om.* $\mathfrak{A}'''CE'G$ omnes *s. u. m1 A* omnes inquit $\mathfrak{A}''$ uiuificantur *APV* 10 autem] enim $\mathfrak{A}'''CE'G$ 11 Christus] $\overline{\text{xpi}}$ $\mathfrak{A}'''E'$ *et* ($\overline{\text{xps}}$ *m2*) *C* . aduentu $P\mathfrak{A}''E'T$ 12 diuers*s (i *eras.*, u *s. ras.*) *E'* diuersae *N'* 13 et *s. u. m2 A* 14 exprimit *AP* exprimet *cet.*, *fort. recte* 16 fulgur *A* (o *m2 ex* u *alt.*) *P* 17 sentire iam *V* 18 is $V\mathfrak{A}\mathfrak{A}''E$ eis $\mathfrak{A}$ (e *eras.*) his *D* (h *eras.*) *cet.* ut *om.* $\mathfrak{A}'''E'$, *s. u. m2 C* 21 gloriam mercedis *A* (*s. m2 l* gloriosam mercedem) *P*

indignas esse huius temporis passiones, quibus remunerationis aeternae gloria tanta refertur. 'hic ordo' inquit 'animarum, quae sunt iustorum', quos etiam inmortales non dubitauit dicere in quinto ordine 'eo quod spatium' inquit 'incipiunt recipere fruentes et inmortales'. 'haec est' inquit 'requies earum per septem ordines et futurae gloriae prima perfunctio, priusquam in suis habitationibus quietae congregationis munere perfruantur. unde ait propheta ad angelum: ergo dabitur tempus animabus, postquam separatae fuerint de corporibus, ut uideant ea quomodo dixisti. et dixit angelus: septem dies erit libertas earum, ut uideant in septem diebus qui praedicti sermones, et postea congregabuntur in habitaculis suis'. haec ideo plenius de iustorum ordinibus expressa sunt quam de passionibus inpiorum, quia melius est cognoscere quomodo innocentes saluentur quam quomodo crucientur flagitiosi. E

49 Ergo quia iusti hanc remunerationem habent, ut uideant 410 A faciem dei et lumen illud, quod inluminat omnem hominem. abhinc induamus huiusmodi studium, ut adpropinquet anima nostra deo, adpropinquet oratio, adhaereat illi nostrum desiderium, non separemur ab eo. et hic quidem positi meditando

2 Hesdrae IIII 7, 79 4 Hesdrae IIII 7, 76 5 Hesdrae IIII 7, 79 8 Hesdrae IIII 7, 80—82 14 Hesdrae IIII 7, 68—79 15 Hesdrae IIII 7, 58—67 18 Augustinus contra duas epist. Pelag. IIII 11, 31 (ergo quia . . . 746, 17 gloriari) 19 Ioh. 1, 9

1 indignasse (*om.* esse) *A* indignus esse $\mathfrak{A}'''CE'$ huius (h *ex* c) *P* huius temporis indignas esse passiones *G* remunerationes $\mathfrak{A}'''E'$ 2 gloriae (e *eras. C*) $\mathfrak{A}'''CE'G$, *qui om.* tanta 3 quas GP' 6 per septem *s. u. m2, sed eras. P* 10 corpore $\mathfrak{A}''E$ ea *A* (*s. m2* ł de) *P* dm̃ *V*, *om. P'*, de $\mathfrak{A}'$ (*s. u. m. ant.*) *T* (*s.* eã) *cet.* 12 diuideant (e *eras.*) $\mathfrak{A}'''$ diuidant CE' qui praedictos (tos *ex* ti *m2*) *A* (*exp. m2 et s. scr.* ł praedictos) praedicti *P* praedicti sunt *cet.* 15 quia *om.* $\mathfrak{A}'''CE'$ 16 innocentes (s *in ras.*) *A* 20 induamur *A* (us *m2 ex* ur) *V* (s *s.* r *m1*) adpropinquet (et *ex* at *m3*) *P* adpropinquat *G* 21 adpropinquat *G* desiderium nostrum $\mathfrak{A}'''CE'$

legendo quaerendo copulemur deo, cognoscamus eum ut possumus; ex parte enim hic cognouimus, quia hic inperfecta illic perfecta omnia, hic paruuli illic robusti. uidemus inquit B nunc per speculum in aenigmate, tunc autem faciem ad faciem. tunc reuelata facie gloriam dei specu- 5 lari licebit, quam nunc animae corporis huius concretis uisceribus inuolutae et quibusdam carnis huius maculis et conluuionibus obumbratae sincere uidere non possunt. quis enim inquit uidebit uultum meum et uiuet? et recte. nam si solis radios oculi nostri ferre non possunt et si quis 10 diutius e regione solis intenderit, caecari solere perhibetur, si creatura creaturam sine fraude atque offensione sui non C potest intueri, quomodo potest sine periculo sui uibrantem cernere uultum creatoris aeterni corporis huius opertus exuuiis? quis enim iustificatur in conspectu dei, cum unius quo- 15 que diei infans mundus a peccato esse non possit et nemo 50 possit de sui cordis integritate et castimonia gloriari? non timeamus igitur recipi ab hominibus, non uereamur illum debitum omnibus finem, in quo Hesdra remunerationem suae D deuotionis inuenit dicente ei domino: tu enim recipieris 20 ab hominibus et conuersaberis residuum cum filio meo et cum similibus tuis. quod si illi gloriosum et

3 I Cor. 13, 12 8 Exod. 33, 20 15 Psalm. CXXXXII 2 16 Iob 14, 5 17 Prouerb. 20, 9 20 Hesdrae IIII 14, 9

2 hic *pr. exp. m2 A, om. T* cognouimus *A* (ł sci *m2 s.* ui) *P* cognoscimus *cet.* 5 faciem *pr. scripsi* facie *libri* gloria $\mathfrak{A}'''CE'$ domini *Augustinus* 9 uultum meum uidebit $\mathfrak{A}''$ 10 ferre (*s. m2* ł uidere) *A* uidere *T* (*exp. et s.* ferre) *VN* 11 intenderit (ł ret *s.* rit *m2*) *A* perhibear (ł tur *s.* ar *m2*) *A* 12 offensione $\mathfrak{A}'''CE'G$ *Augustinus* exoffensione *cet.* 14 creatoris sui *V* 14 exuuiis *om.* $\mathfrak{A}'''$, *add. ante* opertus *s. u. m2 C*, *in quo post* opertus *est ras. 5 fere litt.* 15 quis . . . dei *om. G* iustificabitur *V* quoque *s. u. V* 16 diei (*s. m2* ł die) *A* possit *pr.*] potest $\mathfrak{A}'''CE'G$ 17 et castimonia *om. G* 18 timeas *A* (mus *s.* s *m2*) *P* uereamur (ur *ex* us *m2*) *A* 19 quoş *A* hesdra* (e *eras.*) *P* hesdras $\mathfrak{A}''$ 20 dn̄o dicente ei $\mathfrak{A}'''CE'$ 22 illi sū et (gloriosū et *m2 s.* sū et) *A*

iocundum erat cum similibus conuersari, quanto nobis gloriosius erit et iocundius ad meliores pergere et conuersari cum
51 his quorum facta miramur. quis utique prior Hesdra an Platon? nam Paulus Hesdrae, non Platonis secutus est dicta. E
5 Hesdra reuelauit secundum conlatam in se reuelationem iustos cum Christo futuros, futuros cum sanctis. hinc et Socrates ille festinare se dicit ad illos suos deos, ad illos optimos uiros. nostra sunt itaque quae in philosophorum litteris praestant. et ille posuit ea quorum proprium testi-
10 monium non habebat, nos diuini praecepti habemus auctoritatem. Moyses et Helias cum Christo apparuerunt, Abraham duos alios cum deo suscepit hospitio, Iacob dei castra conspexit, Danihel iustos sicut solem et stellas fulgere in caelo reuelante sibi sancto spiritu declarauit.

12, 52 15 His igitur freti intrepide pergamus ad redemptorem nostrum 411 A
Iesum, intrepide ad patriarcharum concilium, intrepide ad Abraham patrem nostrum, cum dies aduenerit, proficiscamur, B
intrepide pergamus ad illum sanctorum coetum iustorumque conuentum. ibimus enim ad patres nostros, ibimus ad illos
20 nostrae fidei praeceptores, ut, etiamsi opera desint, fides opituletur, defendatur hereditas. ibimus et ubi sinum suum

7 Plato Phaed. 63 C, cf. Apol. 41 A 11 Matth. 17, 3 12 Gen. 18, 2; 32, 1 13 Dan. 12, 3

1 conuersari] gloriari $\mathfrak{A}'''CE'G$ 2 iucundius *V* 3 hesdras $\mathfrak{A}'''$ *et* (s *alt. s. u.*) $\mathfrak{A}'$ platon *A* (n *eras.*) *P* (n *exp.*) plato *cet.* 4 nam] an *A* (*m2* nam) *P*; an *ex* nam *T* hesdrae (e *alt. eras.*) *P* 5 conlatam *om.* $\mathfrak{A}'''E'G$, *s. u. m2 C, in quo post* reuelationem *eras.* collatam 6 futuros futuros $P\mathfrak{A}\mathfrak{A}'''G$ futuros et (et *s. u. m2*) ſuturoſ *A* futuros ſuturoſ et (et *s. u. m. ant.*) $\mathfrak{A}'$ esse futuros futuros *V* futuros *CE'* futuros et *cet.* 9 libris *E'* et *exp. m2 A*, *om. V*$\mathfrak{A}$*T*, *s. u. m. ant.* $\mathfrak{A}'$ 10 auctorem *A* (ꝛ ritatē *s.* rem *m2*) *P* 13 iustos sicut (doctos *s.* iustos sic *m2*) *A* iustos doctos ut *T* 14 spiritu sco *G* 15 pergamus . . . 16 *pr.* intrepide *om. G* 16 ad ihm *A* (ad *exp. m2*) *P* intrepide . . . concilium *om.* $\mathfrak{A}$ consilium (c *s.* s *m2*) *V* 17 dies iudicii uenerit *T* 20 fidei nostrae *T* ad nostram fidei $\mathfrak{A}'''$ (m *s. u. m2*) *E' et* (nostrae *m2*, ad *del.*) *C* desinit $\mathfrak{A}'''$ (i *alt. s. u. m2*) *C* (desint *m2*) *E'* 21 ibi ſumus *V*

Abraham sanctus expandit, ut suscipiat pauperes, sicut suscepit et Lazarum, in quo sinu requiescunt qui in hoc saeculo grauia
53 atque aspera pertulerunt. sed nunc, pater, etiam atque etiam C extende ad suscipiendum hinc pauperem manus tuas, aperi gremium tuum, expande sinus tuos, ut plures suscipias, quia plurimi in dominum crediderunt. sed tamen quamuis fides creuerit, abundat iniquitas, refrigescit caritas. ibimus ad eos qui recumbunt in regno dei cum Abraham et Isaac et Iacob, quoniam rogati ad cenam non excusauerunt. ibimus eo, ubi paradisus iocunditatis est, ubi Adam, qui incidit in latrones, nescit iam uulnera sua flere, ubi et latro ipse regni caelestis D consortio gratulatur, ubi nullae nubes, nulla tonitrua, nullae coruscationes, nulla uentorum procella neque tenebrae neque uesper neque aestas neque hiems uices uariabunt temporum, non frigus, non grando, non pluuiae, non solis istius erit usus aut lunae neque stellarum globi, sed sola dei fulgebit claritas. dominus enim erit lux omnium et illud lumen uerum, quod inluminat omnem hominem, fulgebit omnibus. ibimus eo, ubi seruulis suis dominus Iesus mansiones parauit, E ut ubi ille est et nos simus; sic enim uoluit. quae sint illae mansiones audi dicentem: in domo patris mei mansiones multae sunt, quae sit uoluntas: iterum inquit uenio et

1 Luc. 16, 23 8 Matth. 8, 11 9 Luc. 14, 18 10 Hesdrae IIII 7, 2 Luc. 10, 30 11 Luc. 23, 43 12 Hesdrae IIII 7, 6—9 16 Hesdrae IIII 7, 10 17 Ioh. 1, 4 18 Ioh. 1, 9 19 Ioh. 14, 2 et 3 21 Ioh. 14, 2 22 Ioh. 14, 3

1 habraham *P* scs abraham *G* expandet (et *m2 ex* it) *A* expedit *E'* 2 et *om. V, s. u. T* 4 hinc (v *s.* i) *A m. ant., V m2* 5 sinos (v *s.* o *m2*) *A* tuos *P* (o *ex* u) tuus (o *s.* u *m3*) 𝔄 6 duo *VNT* creuerit fides 𝔄'''*CE'G* 8 et *pr. AP, om. cet.* 9 ibimus eo (*s. m2* ł ibimus ad eos) *A* ibimus ad eos *T* 10 est iocunditatis 𝔄'' 13 coruscationis 𝔄'''*CE'* uentorum (o *ex* u) *A* 14 hiems *A* (ł mis *m2 s.* ms) hiemps *P et* (ps *ex* is) *T* hiemis *N*𝔄'''*E'G et* (hiems *m2*) *C* uariabunt̃ *V* tempora *N'* (a *m. ant. ex* ṽ 𝔄') 15 uisus 𝔄'''*CE'* 17 omnium (*s. m2* ł hominum) *A* hominum (*exp. et s.* omnium) *T* est (*s.* et) illud *V* 19 seruis 𝔄 22 inquit *om.* 𝔄'''*CE'*

accerso uos ad me ipsum, ut ubi ego sum et uos
54 scitis. sed dicis quia solis discipulis loquebatur, quod ipsis solis spoponderit multas mansiones; igitur undecim tantum discipulis praeparabat. et ubi est illud, quod ex omnibus partibus uenient et recumbent in dei regno? unde uoluntatis F diuinae dubitamus effectus? sed Christi uelle fecisse est. denique demonstrauit et uiam, demonstrauit et locum dicens: et quo uado uos scitis et uiam meam scitis. locus apud patrem est, uia Christus est, sicut ipse ait: ego sum uia et ueritas et uita. nemo uenit ad patrem nisi per me. ingrediamur hanc uiam, teneamus ueritatem, uitam sequamur. uia est quae perducit, ueritas quae confirmat, uita 412 A quae per se redditur. et ut sciamus ueram uoluntatem, addidit in posterioribus: pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut uideant claritatem meam, <pater>. repetitio ista confirmatio est sicut illud: Abraham, Abraham! et alibi: ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas. pulchre autem quod supra promisit hic poposcit. et quia ante promisit et sic poposcit, non ante poposcit et sic promisit, promisit quasi arbiter muneris, conscius potestatis, poposcit a patre quasi pietatis interpres. B et ante promisit, ut potestatem agnoscas, poposcit postea, ut

4 Matth. 8, 11 8 Ioh. 14, 4 9 Ioh. 14, 6 14 Ioh. 17, 24 sq. 17 Gen. 22, 1 Esai. 43, 25

1 accerso (ł siã *s.* so *m2*) *A* accersiam *T* accersam 𝔄 accersio *V et* (i *s. u. m2*) 𝔄'𝔄'''*C* 2 dices *VN* quod (*s. m2* ł quando) *A* quando *T* 3 spoponderit (ł rat *m2 s.* rit) *A et m2 C* sponderit 𝔄'''*E'G et m1 C* spopondit *T* igitur si *T et* (si *s. u.*) *A m2, V m1* undecim hoc *A* (hoc *s. u. m2*) *T* duodecim *N'* 5 partibus uenient *AP* partibus mundi uenient 𝔄'''*CE'G* mundi uenient partibus *V*𝔄 mundi uenient partibus 𝔄' mundi partibus uenient 𝔄''*ET* regno dei 𝔄'''*CE'G* 6 effectus (*s. m2* ł affectum) *A* affectum (*exp. et s.* effectus) *T* 8 meam *A* (*del. m2*) *P, om. cet.* 13 per se *om.* 𝔄'''*E'*, *in ras.* (*in qua fuit* per) *C* et ut (et *del. m2*) *A* ut (*exp. et s.* et ut) *T* 16 pater *addidi* pater iuste *ed. Rom., cf. Ioh. 17, 25* 19 hoc *A* (i *s.* ǫ *m2*) *P* et quia ... sic poposcit *om.* 𝔄'''*CE'* 22 cognoscas *N'*

pietatem intellegas. non poposcit ante et sic promisit, ne uideretur promisisse potius quod inpetrauerat quam quod promiserat praestitisse. nec superfluum putes quod poposcit, cum tibi exprimat paternae uoluntatis consortium, in quo unitatis indicium, non incrementum est potestatis.

55 Sequimur te, domine Iesu: sed ut sequamur accerse, quia sine te nullus ascendet. tu enim uia es, ueritas uita possibi- C litas fides praemium. suscipe tuos quasi uia, confirma quasi ueritas, uiuifica quasi uita. pande illud tuum bonum, quod uidere desiderabat Dauid inhabitans in domo domini, ideoque dicebat: quis ostendet nobis bona? et alibi: credo uidere bona domini in terra uiuentium. ibi enim sunt bona, ubi uita perpetua est, uita sine crimine. alibi quoque dicit: replebimur in bonis domus tuae. quod ideo frequentauit, ut scires hinc bonum illud philosophos transtulisse, quod D summum adserunt. pande ergo illud uere bonum tuum, illud diuinum, in quo et uiuimus et sumus et mouemur. mouemur quasi in uia, sumus quasi in ueritate, uiuimus quasi in uita aeterna. demonstra nobis illud quod est bonum, simile sui, semper indissolubile atque inmutabile, in quo simus aeterni in agnitione omnis boni, sicut uas electionis tuae Paulus testificatus est dicens: forsitan enim ideo discessit ad

7 Ioh. 14, 6 10 Psalm. XXII 6 11 Psalm. IIII 7 XXVI 13 13 Psalm. LXIIII 5 17 Act. 17, 28 21 Act. 9, 15 22 Philem. 15

1 poetatem (i *s.* o) *P* 2 quod *pr. ex* quam *m2 A* 3 pop*scit (o *s. ras. m1*) *A* 5 potestatis (*s. m2* ł pietatis) *A* pietatis (*exp. et s.* potestatis) *T* 6 accerse (ł si *s.* se *m?*) *A* accersi (i *ex* e *m2*) 𝔄′ 7 ascendet *A* (ł dit *s.* det *m2*) *P* ascendit *cet.* 8 suscepit uos (*om.* quasi) 𝔄‴*E′ et* (*m2* suscipe nos quasi) *C* suscipe (e *in ras. 3 litt.* 𝔄′) nos *N′*, *fort.* tu nos 10 ideoque dicebat *om. G* 11 ostendet *AP* ostendit *cet.* 13 dicit] ait *N′* 15 illos 𝔄‴*CE′G* phylosofos *P* filosofos *V*𝔄 16 summum 𝔄′ (*m. ant. ex* humum) 𝔄″*E* humum *T* (*exp. et s.* unum) *cet.* 17 in *s. u. m. ant. ut uidetur A*, *om. P* 19 demonstrat (t *alt. s. u. m2*) *A* bonum quod est 𝔄″*E*, *fort. recte* 21 agnitione (a *in ras.*) *A*, *fort. fuit* cognitione bonis 𝔄‴*E′ et* (s *eras.*) *C* uas 𝔄″*ETD et s. u. m2 AP′*, *extra u. m2* 𝔄′, *om.*, *cet.* 22 ad horam ideo discensit *G*

horam ut aeternum illum reciperes. aeternum ergo ministrum dei dixit scribens ad Philemonem, cuius fidem in E
agnitione omnis boni, quod in sanctis est, in Christum Iesum euidentiorem fieri postulabat. in quo bono est requies pura, lux inmortalis, gratia perpetua, hereditas animarum pia et secura tranquillitas, non morti subiecta, sed erepta de morte, ubi nullae lacrimae, nullus est fletus, — unde enim illic fletus, ubi nullus est lapsus? —, ubi sancti tui erroribus et sollicitudinibus, insipientia atque ignorantia, timore ac metu, cupiditatibus atque omnibus corporeis conluuionibus et passi- F
onibus absoluti, ubi regio uiuentium, et ut adsertioni huic adiungamus auctoritatem, de quo bono propheta dicit: conuertere, anima mea, in requiem tuam, quia dominus benefecit mihi, quoniam eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrimis, pedes meos a lapsu. placebo domino in regione uiuorum. placebo dixit, non placeo, hoc est de tempore sibi blanditur futuro. contraria sunt autem praesentibus futura et temporalibus aeterna. 413 A
56 et ideo quoniam ibi uiuorum regio, hic utique mortuorum. an non mortuorum haec regio, ubi umbra mortis, ubi porta mortis, ubi corpus est mortis? denique donatur Petro, ne portae inferni praeualeant ei. portae inferni istae sunt terrenae, unde et ille ait: qui exaltas me de portis mortis. sicut enim portae iustitiae, in quibus sancti domino confitentur, ita sunt criminum portae, in quibus impii dominum B

12 Psalm. CXIIII 7—9 20 Matth, 4, 16 21 Matth. 16, 18 23 Psalm. VIIII 14

1 reciperes *A* (ł ret *s.* res *m2*) 𝔄 (s *s. u. m3*) reciperet *T* ergo] enim *V* 2 dei ministerium *G* filemonem *AV*𝔄 *philemonem (f *eras.*) *P* 3 agnitionem *N*'𝔄'''*CE*' xpo ihu *G* 7 enim *om.* 𝔄''*E* 8 sunt sancti *N*'𝔄'''*CE*'*G* 12 bona 𝔄'''*E*' *et* (bono *m2*) *C* 13 animã meã *A* animam meam (m *alt. et ult. eras.*) 𝔄''' mea *om. G* 14 mihi (*in ras.*) *A* tibi *NCGT* 19 hic utique mortuorum *in ras. A* 20 porta *in ras. 6 litt.* 𝔄' 21 ne (*s. m2* ł ut) *A* ut (*s.* ne, *sed del.*) *T* 22 portae (por *ex* for) *P* forte portae 𝔄''*E*𝔄'''*CE*'*G* inferni *pr.* (ni *ex* nę *m2*) 𝔄' infernae *CE*' inferi 𝔄'''*GE* inferni *alt.* (ni *ex* nę *m2*) 𝔄' sitae *A* (*s. m2* ł istę) *P*

negauerunt. audi quoniam regio ista sit mortuorum: si quis igitur mortuum tetigerit, inmundus erit; inmundus autem in conspectu domini omnis iniquus. si quis igitur tetigerit iniquitatem, inmundus erit, si quis in deliciis, mortuus, quoniam quae in deliciis uiuens mortua est. et qui infideles sunt descendunt in infernum uiuentes: etsi nobiscum uidentur uiuere, sed in inferno sunt. si quis usuram accipit, rapinam facit, uita non uiuit, ut habes in Ezechiel. si quis autem iustus iustificationes domini custodit, ut faciat eas, 'uita' inquit 'uiuet et uiuet in eis'. ipse est ergo in regione uiuorum, in illa regione, ubi uita non abscondita, sed libera, ubi non umbra, sed gloria; hic enim nec ipse Paulus uiuebat in gloria. denique in corpore mortis ingemescebat. audi dicentem: nunc enim uita nostra abscondita est cum Christo in deo; cum autem Christus apparuerit, uita nostra, tunc et nos cum illo apparebimus in gloria.

57 Festinemus ergo ad uitam. si quis uitam tangit, uiuit. denique tetigit illa mulier, quae tetigit fimbriam eius et a morte dimissa est, cui dicitur: fides tua te saluam fecit. uade in pace. si enim qui mortuum tangit inmundus est, sine dubio qui uiuentem tangit saluus est. quaeramus ergo uiuentem. sed iterum uideamus ne eum quaeramus inter

1 Num. 19, 11 5 I Tim. 5, 6 7 Ezech. 33, 18 (cf. 19) 10 Ezech. 33, 19 14 Coloss. 3, 3 sq. 19 Matth. 9, 20 (Luc. 8, 44)

1 negauerunt (ł nt *s.* uerunt) *A* negant *T* quoniam *PT* quia *G* que *P'* quă *A* (*s. m2* ł qm) *cet.* sit ista mortuorum 𝔄'''*CE'* sit mortuorum ista *G* 2 igitur] inquid *V*, *recte puto* 4 tetigerit (teti *in ras.*) *P* erit *AVCT*, est *G*, *om. cet.* 5 deliciis est *V* uiuens (ł vit *s.* uens *m2*) *A* uiuit *T*, *om. G* 8 acceperit *N'* ezechihel *P* 10 ipsa *P* 11 abscondita est *G* 12 hinc *G* nec] non 𝔄'''*CE'* 13 ingemescebat (i *s.* e *alt.*) *A m2 C m2* 𝔄 *m3* ingemiscebat 𝔄' (mi *ex* me *m2*) 𝔄''*ET* 14 audi dicentem *s. u. m2 P* 16 apparemus cum illo *G* 18 uiuit *A m1 P*𝔄'''*CE'G* uiuet *A m2 cet.* 19 tetigit *alt.*] tetigerit 𝔄'''*CE'G* fimbria *A* 20 dicitur] dictum est *V* ds 𝔄'''*CE'* 21 quis enim *F'* 22 quaeramus (a *alt. ex* e) *G*

mortuos et dicatur nobis sicut mulieribus illis: quid quaeritis uiuentem cum mortuis? non est hic, sed B
resurrexit. ipse quoque dominus ubi quaeri uellet ostendit dicens: uade ad fratres meos et dic eis: ascendo ad
5 patrem meum et patrem uestrum, deum meum et deum uestrum. ibi ergo quaeremus eum, ubi quaesiuit Iohannes et inuenit. ille eum in principio quaesiuit et inuenit uiuentem apud uiuentem, filium apud patrem. nos eum in temporum fine quaeramus et conplectamur pedes eius et ado-
10 remus eum, ut dicat et nobis: nolite timere, id est nolite timere a peccatis saeculi, nolite timere ab iniquitatibus mundi, C
nolite timere a fluctibus corporalium passionum: ego sum peccatorum remissio. nolite timere a tenebris: ego sum lux. nolite timere a morte: ego sum uita. quicumque ad me
15 uenit mortem non uidebit in aeternum, quoniam ipse est plenitudo diuinitatis et ipsi est decus gloria perpetuitas a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum.

1 Luc. 24, 5 sq. 4 Ioh. 20, 17 6 Ioh. 1, 18 10 Matth. 28, 9 sq. 15 Ioh. 8, 51

1 dicitur $\mathfrak{A}'''E'$ *et* (*corr. m2*) *C* sicut *A m1 P* sicut et *A m2 cet.* 3 surrexit *N'E'G* 4 fres (e *ex* a) *P* 5 et *pr.*] et ad $\mathfrak{A}'''$ deum] ad deum $\mathfrak{A}'''CE'$ 8 apud uiuentem *exp. m3* $\mathfrak{A}'$ (*in quo post pr.* uiuentem *add.* filium *m. ant.*), *om.* $\mathfrak{A}''E$, *qui add.* filium 8 in temporum fine (t re sine fine *m2 s.* rum fine) *A* in tempore sine fine *T* in fine temporum *V* 9 tempore $\mathfrak{A}'''CE'G$ in fine *G* 11 peccatis (pecca *in ras.*) *P* 12 ţęmporalium (cor *s.* ţęm) $\mathfrak{A}'''$ 15 uenerit *V* timebit *V*$\mathfrak{A}$ *et* (uid *s.* ţim) *T* 16 diuinitatis *ultimum est uerbum in p. 319 libri G. quae restant scripta fuisse uidentur in p. 320, sed nunc plane euanuerunt* ipsi *PN'* ipse *T* (i *s.* ę) *cet.* gloriae $\mathfrak{A}'''$ (e *add. m2*) *CE'* perpetuitatis *C* 18 saeculorum *AP* saeculorum amen *cet.* EXPLICIT (LIBER SCI AMBROSII *add. P'D*) DE BONO MORTIS *APV*$\mathfrak{A}\mathfrak{A}'$*P'D* EXPLICIT LIBER TERCIUS *E* EXPLIC. L. III. DE BONO MORTIS $\mathfrak{A}''$ FINIT LIB. III. *T. in* $\mathfrak{A}'''CE'$ *non est subscriptio*

INDEX LIBRORVM

QVI HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Exameron . . . . . p. 1

De paradiso 263

De Cain et Abel 337

De Noe 411

De Abraham 499

De Isaac uel anima 639

De bono mortis 701

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. VI adn. 2 haec adde: hymnum alterum, qui 'in aurora' inscribitur, significari p. 15, 20 et 116, 11 docuit C. Weyman; cf. G. M. Dreves in libro cui index est: 'Aurelius Ambrosius der Vater des Kirchengesanges' p. 60 sq. et in ephemeridis quae uocatur 'Stimmen aus Maria-Laach' uol. LII p. 244 — p. XIIII adn. 1 haec adde: sed nunc uide quae L. Eisenhofer in libro cui titulus est: 'Procopius von Gaza' Friburgi Brisg. a. 1897 in lucem emisso p. 19 disputauit — p. XXII dubitatio de tempore, quo opusculum de Cain et Abel confectum est, mouetur loco, qui p. 355, 29 legitur, cum eo hymni alterius, qui 'in aurora' inscribitur, uersus 23 sq. significari uideantur. sed fortasse statuendum est aut iam tum cantum in ecclesia institutum fuisse — sensim enim et pedetentim is mos increbescere potuit ita, ut anno demum fere CCCLXXXVI in uulgarem usum et consuetudinem reciperetur — aut Ambrosium postea hoc opusculum retractauisse — p. 15 u. 28 adde: 20 Hebr. 1, 3; cf. hymni alterius uersum primum — p. 74 u. 25 adde: 16 cf. Baeda de orthographia Gramm. lat. VII 263, 17 *K.* — p. 77 u. 26 adde: 7 cf. Baeda de orthographia Gramm. lat. VII 275, 17 *K.* — p. 84 u. 5 adn. lege: 'repperias *CGP*', non 'repperias *CP*' — p. 93 u. 5 lege 'sursum' non 'rursum' — p. 116 u. 27 adde: 11 cf. hymni alterius u. 27 — p. 154 u. 8 adn. lege: *om.* Π*B* — p. 155 u. 24 adde 8 Hor. Serm. I 2, 34 sq. (quem locum indicauit Weyman) — p. 157 u. 24 adde: 2 cf. Baeda de orthographia VII 262, 27 *K.* — p. 208 u. 26 adde: 9 Sallust. Hist. I 9 *D.* (I 11 *M.*). — p. 224 u. 22 adde: 18 Sallust. bell. Iug. 14, 4 — p. 253 u. 2 lege: 'insinuatio', non 'sinuatio' et in adn. u 2 post 'insinuatio Π' adde: 'sinuatio *N*' — p. 264 u. 19 lege: 'libros 'D et P'" (intercidit in excudendo uirgula altera) — p. 349 u. 3 adn. lege: 'comici', non 'comisi' — p. 355 u. 29 adde: 25 cf. hymni alterius u. 23 sq. — p. 404 u. 22 lege: 'principatus .et', non 'principatus est' — p. 520 u. 7 adn. lege: *PTC*, non *PCM* — p. 645 u. 10 adn. adde: 16 ad petulantiam *P*𝔄 *m2 et T corr.*, adpetentiam *m1 A*𝔄 *et ante corr. T,* ad penitentiam 𝔄' *m1* 𝔄''*E* appetentiam *m2 A*𝔄' — p. 648 u. 10 adn. lege: 'capta *PC*', non 'capta *C*' — p. 663 u. 4 'sumus' delendum est.